Universitätsbibliothek Paderborn

# Metropolis Salisbvrgensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 336a.

IV V. 20.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# METROPOLIS SALISBVRGENSIS,

*A*

NOBILI ET AMPLISSIMO
DN. VVIGVLEO HVNDIO à Sultzemos.
I. C. Collectæ.

Tomus Tertius.

*CONTINENS.*

# FVNDATIONES ET ERECTIONES MONASTERIORVM, ET

Eccleſiarum Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina.

*CVM DIPLOMATIS SVMMORVM PP. IMP. REGVM, PRINCIPVM, &c.*

ET NOTIS.

CHRISTOPHORI GEVVOLDI
I. C. SERENISS. BOIOR. DVC. à Conſiliis.

Ex legato Celmi Principis Ferdinandi Epi Pad. et Mon.

Collegii Societ. Jesu Paderb. 1683.

*MONACHII*

Ex Typographéo Bergiano apud Viduam.

ANNO M. DC. XX.

Impenſis IOANNIS HERTSROY Bibliopolæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ILLVSTRIBVS GENEROSIS, NOBILIBVS, STRENVIS, SPECTABILIBVS, PRVDENTIBVS D. Dn. NN. AMPLISSIMI BOIARIÆ Ducatus politicis ordinibus P. F.

MVLTA ſunt & varia, Prænobiles BOII, laudis veſtræ argumenta; quibus enumerandis ne in præſens juſto ſim longior, paucis rem expediam.

Haud ſanè exigua laus eſt, quam maiorum veſtrorum origo ſuppeditat, & antiquitas. Quod enim ex antiquiſs. & recentioribus probatis auctoribus conſtat; BOII è CELTIS, Rheni accolis, quà Germanos Galloſq; reſpiciebant, vno & eodē propopulo eo tempore habitis, progeniti, Tarquinio Priſco Romæ regnante, felicibus auſpiciis ad quærendas nouas ſedes exciti, ductore SIGOVESO (nam illos qui tùm quoque BELLOVESO Duce Italiam petierunt, miſſos facio) annos circiter DC. totos ante CHRISTVM natum magnis copiis ad aſperas Hercyniæ ſyluas, penetrârunt: eaque ex re BOIOHÆMO nomen regioni indiderunt.

Vera hæc, incliti BOII, & certa (faceſſant fabulæ) origo veſtra eſt: magnum veræ laudis argumentum.

Addo pulcrum acroama, quo C. Julius Cæſar, maiores veſtros (ſi qua Philippo Cluuerio, externo homini fides eſt) à ſummâ iuſtitiæ ac bellicæ laudis opinione ornat.

3. Germ. antiq. p. 114. v. 40.

Iam quis neget Cimbros, homines prædones & vagos, integros adhuc viribus ad Hercyniam ſyluam delatos, à BOIIS (quod ad eorum gloriam eximium eſt) fortiter fuiſſe repulſos.

Multa in hanc ſententiam, de virtutib. & fortitudine BOIORVM; de bonis illorum legibus; de Rep. optime conſtituta, & id genus alia in medium proferre poſſem, quę breuitati dans operam, prætermitto. Minimè tamen heic diſsimulare debeo inſigne Hathonis primi huius nominis Archi-„epiſcopi Moguntin. de BOIIS elogium: „Francos nunquam abſque illorum auxilio „aut in Eclesiaſticis rebus, vel in bellicis ne-„gociis nominatim vel famâ dignum aliquid geſsiſſe.„

Sed nec hoc quoque extrà laudem veſtram, BOII clariſsimi, quiſquam poſuerit: terram veſtram inter paucas nobilem nullius rei ad hominum victum neceſſariæ indigam; multis ad ornatum & voluptatem abundare.

Ve-

Verum hæc omnia laudis argumenta ſu-perātur ab heis, quæ hoc poſtremo loco di-cenda mihi reſeruaui. Chriſtianæ nimirum pietatis ſplendorem Boiis haud multo poſt Chriſti ſeruatoris mortem illuxiſſe, & Boi-cam ſequutis temporibus, plurimorū Mar-tyrum, Confeſſorū, Sanctorumq; aliorum ſplendore claruiſſe.

Cum pleræq; aliæ gentes populiq; adhuc teterrimis idololatrię tenebris im̄erſi iace-rent. Tandem verò, pleno doctrinæ cęleſtis lumine, per Dei gratiā, adlaborātib. ſanctiſſ. viris, RVDBERTO, EMMERAMMO, CORBI-NIANO, aliiſque, colluſtrata fuiſſe; & ad com̄unionem S. Catholicæ & Apoſtolicæ Rom: Eccleſiæ congregatos. Quorum vos veſtigiis gnauiter inhærētes, & pietate cul-tuq; in Deum & Sanctos eius (quod in̄umera penè templa, baſilicæ, aſceteria, regali ma-gnificentia & ſplendore conſtructa teſtā-tur) nemini quicquam concedentes, in ho-diernū diem cōſtanter perſiſtitis: & ab om-ni hæreſi, auitæq; religionis deflexu pror-ſus im̄unes, cęleſtē benedictionem domi fo-riſq; experimini, longè melioris cōditionis cūctis aliis, q̄ vanis nouitatib. ineſcati, vnà s

cum priſca maiorum ſuorum religione, felicitatem quoque ſuam, cum in hoc ſeculo, tùm in iſto altero, nunquã finem habiturã infelicisſima commutatione perdiderunt.

Macti eſte animo, prænobiles BOII: laudem hanc veſtram, & gloriam ſummam, tot ſeculis, tot laborib. partam, deinceps, quod facitis, ſartam tectam conſeruate; vobisq; ac omni poſteritati veſtræ propriam vendicate. Id ratum & firmum faxit ſupremum NVMEN Dat. Ingolſtadij, ante d. XVIII. Calend. Decembr. An. Chriſti cIↄ.Iↄ.XX.

CHRISTOPHORVS GEVVOLD. Oſtro-Francus I C. Sereniſs. Boior Duc. à Conſil.

CATA-

# CATALOGVS
# ECCLESIARVM, COLLEGIORVM AC MONASTERIORVM PER BAVARIAM; QVÆ IN hoc Tomo tertio continentur.

## O.


OBer Münſter zu Regenſpurg. pag. 1.
Oſterhouen. 6.
S. Oſvvaldi. 57.
Oeting. 59.


## P.


Pomburg ſeu Pamburg. pag. 80.
S. Pauli Ratiſponæ. 89.
Pâring. 90.
S. Petri in Saltzburg. 92.
S. Petri conſecrati. 95.
S. Petri Matronæ. 96.
Pettendorff. 101.
Pfaffenmünſter. ibid.
Plumental. 112.
Polling. 113.
Prüel. 119
Pruſening alias Pruſling. 124.


## R.


Raitenbuch. pag. 143.
Raitenhaslach. 192.
Ranshouen. 200.
Ramſau. 214.
Raſſo vulg. zu S. Graffrath. 223.
Reicherſperg. 224.
Ror. 248.
Rot. 264.


## S.


Saluator. pag. 275.
Schamhapt. 285.
Schefftlarn. 290.
Scheyrn. 301.
Schlechdorff. 320.
Schlierſee. 323.
Schönfeld Inferius. 325.


Sceli-

Seeligental. 333.
Seemanshauſen. 340.
Seon ſiue Seun 341.
Steingaden. 353.
Suben. 369.

T.

Tegernſee. pag.380.
Thierhaupten. 410.

V.

Viepach. pag.413.
Vilshouen. 419.
S. Viti. 433.
S. Viti Friſing. 435.
Vndenſtorff. 437.

VV.

VValdſachſen. pag.454.
VVeichenſtephen. 455.
VVeltenburg. 480.
VVeſſesbrunnen. 484.
VVindperg. 488.
VVeiarn. 494.

Z.

S. Zenonis. pag.505.

FVN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# FVNDATIONES ET ERECTIONES RELIQVORVM MONASTERIORVM, ET ECCLESIARVM COLLEGIATARVM, &c. PER BOIARIAM, AC LOCA QVÆDAM VICINA,

*Incipiendo à Litera O vſq; ad finem.*

## Ober Münſter zu Regenſpurg.

MONASTERIVM ſuperius, ſicut & inferius, & S. Pauli in Ratisbona nobilium Virginum hoc tempore Collegia potiùs quàm Monaſteria, vnde Canoniſſæ potiùs, quàm Moniales dicendæ. Nulla enim regula aut voto tenentur, præter obedientiam, licet illis egredi & nubere, excepta Abbatiſſa propter benedictionem, an verò hæc libertas ſeu licentia potiùs, quàm ſibi à quinquaginta annis (vt autor eſt D. Laurentius Hochvvart) vendicârunt, quòd ſingulæ ſuas diſtinctas domos & habitationes, vno muro & porta concluſas, habeant, ita vt in vno refectorio & dormitorio nec cibum capiant, nec ſomnum, quod ad magnam leuitatem occaſionem præbet, primæ horum Monaſt. inſtitutioni conueniat, vel ipſum nomen Monaſterij ſatis declarat. Vnde apud omnes bonos, tàm Catholicos, quàm alios malè audiunt, ſeuera ſanè reformatione non minùs indigerent, quàm tempore diui Wolffgangi, qui propter diſſolutiſſimam amborum Monaſteriorum vitam, tertium ſancti Pauli ſub arctiori regula & diſciplina inſtituiſſe ſcribitur, cuius exemplo alia duo ad meliorem vitam, quaſi inuita pertraherentur. Subjecta ſunt hæc duo Monaſteria, ſuperius & inferius, Rom. Imperat. quoad ſecularia; in ſpiritualibus verò Epiſcopo Ratisboneñ. tanquam ordinario loci, Aduocatum habent Ducem Bauariæ.

FVERVNT autem illa Monaſteria, ſuperius & inferius, ante iſtas fundationes & dotationes pauperes cellulæ fœminarum religioſarum, ſicut in Chronicis legitur.

DE fundatione ſuperioris Monaſterij ſic habent diplomata.

LVDOVICVS, Boiariorum Rex, filius Ludouici Pij, rogatus ab Hema conjuge commutationem fecit, cum Baturico Epiſcopo Ratisponeñ. cui dedit Monaſterium Manſee, pro Monaſterio in eadem ciuitate, dicto Ober Münſter / quod & Imperator poſteà vxori ſuæ tradidit. Actum in Regenſpurg, Anno 831. Indict. 11. regni Ludouici Regis ſeptimo.

CAROLVS, dictus Craſſus, huic Monaſterio priuilegia dedit, cuius tenor pro parte, &c.

CAROLVS diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus, &c. Proinde nouerit ſuccedentium induſtria, qualiter nos Monaſterium beatiſſ. ſemper Virginis matris Domini noſtri Ieſu Chriſti Mariæ, in ciuitate Ratisbona, quod

dicitur Ober Münſter / quod piæ memoriæ genitrix noſtra, Hemma Regina, à Baturico Epiſcopo, de quo vide Monaſt. S. Haimerami, Ratisbonenſi, ſolenni & legitimo concambio recepit, vbi ipſa corporaliter ſepulta requieſcit, quod ipſa ordinauit, ditauit & magnificauit, in noſtræ emunitatis defenſionem ſuſcepimus; ea videlicet conditione, vt neque nos, neque quiſque Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut regius exactor, ſiue ex Imperiali, ſiue ex propria autoritate, quicquam ibi ordinandi aut exigendi habeat poteſtatem, cum aliis priuilegiis, circa electionem Abbatiſſæ, Aduocati &c. Data 14. Calend. Martij, Anno 886. Indict. IV. anno Imperij piiſſimi Imperatoris Caroli, in Italia VI. in Francia V. in Gallia XI. Actum in villa, quæ Rotvvila vocatur, in Dei nomine feliciter. Amen. Refert. Auent. lib. 4. Annalium, fol. 316.

*Verba diplomatis*

OTTO Imperator cuidam fideli noſtro, Alberoni Comiti, in prouincia Boiariorum, in ciuitate Ratisbona nominata, in Comitatu Pabonis Comitis, curtiferum 5. perticarum in longitudine & in latitudine 4. perticarum, habens viam, aditumque vnius perticæ ad legitima ſtrata, cum exitibus & reditibus, omnibusque rebus, ad idem curtiferum reſpicientibus, poſſeſſumque à quadam muliere, Adalburga nuncupata, ſitum prope locum ſuperius Monaſterium ſanctimonialium fœminarum, in proprium dedit, per interuentum dilecti Nepotis noſtri, Boiariorum Ducis Heinrici. Datum 3. Idus Iunij, Anno 1000. Indict. XIII. anno tertij Ottonis XX. Imperij V. Actum ſurſum duello, fortè auff der Wiel / ꝛc. Puto hunc curtiferum ſeu curiam ab eodem Adalberone Comite poſteà ſuperiori Monaſterio datum eſſe.

HEINRICVS ſanctus dedit huic Monaſterio curtem in Salach, in Comitatu Rudperti Com. in pago, qui dicitur Tonageu (hodie pia Præpoſitura in Geiſelhering prope Salach) cum pertinentiis, eo ipſo die, quo illud Monaſterium per ipſum à fundamento perfectum, & in ſua præſentia conſecratum fuit, ſub Abbatiſſa Wiltpurga, Anno 1010. 15. Cal. Maij. Quam donationem confirmat Conradus Imperator, Anno 1029. Sequitur diploma Heinrici ſancti.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduę TRINITATIS. Heinricus diuina fauente clementia Rex, Si Eccleſiarum Dei loca alicuius doni incremento ſublimare vel meliorare ſtuduerimus nobis, noſtrique regni ſtatui id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Chriſti fidelium, præſentium ſcilicet, ac futurorum agnoſcat induſtria, qualiter nos diuini amoris inſtinctu, pro remedio animæ noſtræ & ſenioris noſtri, videlicet Ottonis Imperatoris, dilectæque noſtræ conjugis Kunegundis Reginæ, ſeu parentum noſtrorum, nec non pro Regni noſtri ſtatu, Monaſterio Ratisbonenſi, quod ibi vocatur Obern Münſter / in honore S. Dei genitricis ſemper virginis Mariæ dedicato, ipſo die, quo illud per nos à fundamento perfectum, in pręſentia noſtri 15. Calend. Maij conſecrati fecimus, quandam noſtri juris curtem, nomine Salach, in Comitatu Ruperti Comitis, in pago Donogevv, cum omnibus ſuis pertinentiis & appendiciis, villis videlicet, cum familiis vtriuſque ſexus, areis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, venationibus, aquis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, viis & inuiis, quæſitis ſiue inquirendis, cum omnibus, quæ quolibet modo dici aut nominari poſſunt, vtilitatibus, per hanc noſtram Regalem paginam eidem Monaſterio, ad vſum & ſtipendia ſanctimonialium inibi Deo famulantium, integrè conceſſimus atque tradidimus, & de noſtro jure ac dominio, in eius jus & dominium omninò transfundimus; ea quippe ratione, vt Abbatiſſa Wilpurga, quæ nunc præfato Monaſterio præeſſe videtur, eique ſuccedentes Abbatiſſæ, de eadem proprietate, ad vſum tamen Monaſterij & Sanctimonialium ibidem Deo ſeruientium,

tium,

tium, dehinc liberam habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum inquietudine remota. Et, vt hæc noſtræ donationis ſeu confirmationis autoritas ſtabilis & inconuulſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes atque confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, Anno 1010.

HEINRICVS quartus Imperator confirmat & concedit dicto Monaſterio prædium in Otmaringen, in pago Cunzingavve, in Comitatu Brunonis Comitis ſitum, Anno 1064.

## *SEQVVNTVR ALII BENEFACTORES HVIVS MONASTERII.*

*Ex libro traditio ubi.*

COMES Adalbertus de Pogen, & vxor ejus Hedvvigis, dederunt prædium huic Monaſterio, tempore Mathildis Abbatiſſæ, Anno 1223.

LVICKHARDIS, nobilis Matrona, vxor Friderici Aduocati Eccleſiæ, materque ſecundi Aduocati Friderici, dedit quoddam prædium, poſteà vocat Fridericum Palatinum; neſcio an idem, an verò alius.

NOBILIS vir Vdalricus de Winckelſazen, rogatu Dominæ Hiltenburgis de Seuenburg & filiorum eius, delegauit vineam Rinnenpach ſitam, cum appendiciis.

VLRICVS de Stain, Nobilis vir, vxor eius Benedicta, filius Albertus, ipſa dedit prædium, quod dicitur Peſenpach, pro remedio animæ ſuæ, & mariti ſui

GEBHARDVS de Stain dedit prædium pro præbenda trium ſororum ſuarum.

SALOME Abbatiſſa ſequitur ſuperiores juxta Catalogum Abbatiſſarum.

SEQVITVR deinde in libro illo traditionum Annus 1223. ſed huic non eſt fidendum, quia multò pòſt ſequuntur res quædam Annorum 1110. tempore Hadamuthę Abbatiſſæ.

Vt puto tempore Hadamuthæ Abbatiſſæ:

ADALPRECHT, Vdalricus, Wernherus de Laber,
WERNHER de Giebeſtorf, fortè nunc Gieſtorf,
GOTFRID de Raitenpuech,
GOTBOLDVS de Oſterhouen,
NOBILIS Matrona de Künigeſovve,
OTTO major Palatinus, fuit Aduocatus illius Eccleſię, Anno 1177.
POSTEA Ludouicus Dux fuit Aduocatus, &c. vt ſuprà.

## *ADDITIONES.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Ego *Chunradus* Dei gratia *Ratisbonenſ.* Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus in perpetuum. Licet ſæpius inter Dominam Abbatiſſam & Conuentum *ſuperioris Monaſterij*, ex vna parte, & ex altera inter Abbatem & Conuentum S. *Iacobi* amicabilis interceſſerit compoſitio, ſuper electione ac inſtitutione prioris S. *Petri*, & aliis juribus, quæ in eodem Prioratu, & eius pertinentiis vterque prædictorum Conuentuum *ſuperioris Monaſterij* & S. *Iacobi* ſe contendebat habere. Tamen nunc noſtris temporibus occaſione cujuſdam areæ in qua *Landgrafius* quondam domicilium ædificauerat, reſuſcitatæ fuerunt lites ſuper eiſdem. Nos itaque pro commoditate Eccleſiarum earundem, & vt graues expenſas & labores grauiores vitarent, iterum ad amicabilem eos induximus compoſitionem, inſtaurare cupientes, & magis exprimere, ſi qua vel omiſſa, vel minus in prioribus compoſitionibus expreſſa fuerant ſuper eiſdem. Cuius formam compoſitionis, ſicut eam de conſilio fratrum

trum noſtrorum, de bona voluntate partium ordinauimus, ſic ab eis confirma-
tam & approbatam, præſenti pagina declaramus, præſentium & futurorum e-
am memoriæ commendantes, quę talis eſt. Quando Prioratus S. *Petri* vacabit
Priore, Abbatiſſa *ſuperioris Monaſterij* veniens ad Abbatem & Conuentum *Scoto-
rum* S. *Iacobi*, & Deum prę oculis habens, petat aliquem *Scotum* de prędicto Cō-
uentu, vel de fratribus S. *Petri* idoneum ſibi dari Priorem; & ſi bonus & idone-
us eſt quem poſtulauerit, dandus erit in Priorem Eccleſiæ prænominatæ. Si ve-
rò Abbas & Conuentus S. *Iacobi*, vel maior & ſanior pars ejuſdem, bona fide, ac
ſana ſecundum Deum conſcientia, & in ſalute animarum ſuarum, meliorem
& vtiliorem inter ſe poterunt Abbatiſſæ demonſtrare, hunc ſibi, ſi præſens eſt,
vel abſentem denominatum, à primo recedens Abbatiſſa poſtulet, recepturum
primò de manibus ejuſdem temporalia tantum, quæ ex beneficio ſuperioris
monaſterij ad Prioratum S. *Petri* noſcuntur prouenisse; quibus receptis Abbas
ſolenniter ipſum inueſtiat ſpiritualibus, & jura Prioratus: vt ex his ad ipſum Ab-
batem principaliter, ſaluo jure noſtro reſpectus habeatur. Aream quoq; quam
* dinoſcetur olim habuiſſe de *Landgrafio* juxta Eccleſiam S. Petri, eadem Eccleſia ad vſus ſu-
os quoſcunque, ſiue ædificando, ſiue plantando, ſiue colendo, vel alio modo
ex ea conſequi poterit, perpetualiter habeat ad cenſum 40 denariorum annua-
tim in vigilia vel in die S. *Emmerami*, Abbatiſſæ, vel Conuentus ſub pœna & lege
conſuetudinis Ciuitatis *Ratiſbonenſ* perſoluendum: ita tamen quod nec Abba-
tiſſæ, neutrique conuentui liceat aream prædictam aliquo titulo alienare à ſua
Eccleſia, nec cenſum alicui perſonæ ſingulari conſtituere, vel obligare, vel ven-
dere, vel infeudare: quoniam ſi hoc contingeret, grauamen Eccleſię poſſet ori-
ri, & iſta compoſitio perturbari. Statuimus adhæc quod ſi fortè aliquis litem
mouerit prædictis fratribus *Scotis* ſuper eâdem area, aut eam indebitè vſurpari
contenderit Abbatiſſa, quæ tunc pro tempore fuerit, cum ipſis & pro ipſis prin-
cipaliter in judicio defendendo ſe inquietationi eorum opponat quātum poſ-
ſit, ſicut pro cęteris attinentiis ejuſdem Eccleſiæ Monaſterij ſuperioris. Huius
rei teſtes ſunt Clerici, Magiſter *Robertus* Scholaſticus, *Berenhardus* de *Iudenburg*
Archidiaconus, *Vlricus* Cuſtos, & *Vicedominus* de *Salah*. *Fridericus* major pleba-
nus, Magiſter *Hermannus*. *Chunradus Mezinger* plebanus de *Pargſteten*. *Eberhardus*
Notarius noſter. Laici: *Chunradus* de *Gebeltcouen*. *Chunradus* de *Salab* dictus *Pul-
ler*. *Henricus* apud *Capellam*. *Lipmannus Hoſmeiſter*, *Cumpertus* & *Hartvvicus* offici-
ales ſuperioris monaſterij, *Bertholdus Homullus*, *Hainricus Claudus* Eccleſiaſticus S.
*Petri* ad *Scotos*, & alij quàm plures. Hanc quoque compoſitionem de conſenſu
partium omnium ſigillauimus. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. XVI. In-
dict. IV. Datum *Ratiſponæ* III. Idus Octobr. Epiſcopatus noſtri anno tertio de-
cimo.

Adfert Dn. Hundius retractationem ſeu reuocatoriam ſententiam dona-
tionis monaſteriorum ſuperioris & inferioris *Ratiſponæ*, per Imp. *Fridericum* à ſe
Epiſcopo *Chunrado* factam. Donatio vero iſta qualis fuerit, ex ſequenti diploma-
te lector cognoſcet. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. *Frideri-
cus* ſecundus Dei gratia Rex *Romanorum*, & *Siciliæ* ſemper Auguſtus omnibus
Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum ex debito majeſtatis noſtræ regiæ dile-
ctos fideles noſtros Principes beneuolentia, quemadmodum ipſi nos fidelita-
te, piè reſpicere teneamur, dignum aduertimus, vt rationabilibus eorum peti-
tionibus annuamus, & profectibus maximè in cauſis, quæ ad honorem & pro-
fectum tam Imperio quam ipſis videntur petentibus prouenire. Igitur cum Ec-
cleſia *Ratiſponen.* habuiſſet villas quaſdam propius *Nordelingam* & *Orngovve*, vſi-
bus Imperij cōmodas: Et Imperium habuiſſet *Ratiſponæ* duo Monaſteria, *inferius*

ſcilicet

ſcilicet & *ſuperius*, Clauſtra ſanctimonialium, vſibus ſimiliter Eccleſiæ *Ratiſponenſ.* commoda; Conſiderata fidelitate ac deuotione, quę Eccleſia *Ratiſponenſ.* progenitoribus noſtris felicis memoriæ, auo, patri ac patruo noſtro, in Imperio frequenter exhibuit, conſideratis quoque laboribus & grauibus expenſis, quas electæ prædictorum monaſteriorum fecerunt hactenus propter Imperium pro jure ipſarum ſuſcipiendo: conſiderato & præcipuè commodo imperij, cui tenemur intendere; conſilio qui præſentes erant, & Curiæ noſtræ de prædictis ciuitate *Nordelinga* & villa *Oringovve* cum prępoſitura eiuſdem loci, & de prætaxatis monaſteriis cum venerabili *Ratiſponen.* Epiſcopo *Conrado* dilecto conſanguineo noſtro, fecimus permutationem & concambium. Ipſe enim Epiſcopus Ciuitatem *Nordelingen, Orgavv* cum Præpoſitura eiuſdem loci, & aduocatia vtriuſque, cum omni jure proprietatis, ſicut Eccleſiæ ſuæ attinuerunt, imperio donauit. Et nos è conuerſo illa duo Cœnobia *Ratiſponæ, inferius* Monaſterium & *ſuperius* Monaſterium donauimus Eccleſiæ *Ratiſponen.* cum proprietate, & aduocatia, & omnibus attinentiis, & cum omni jure, quod Imperium in eis habuit, vt vacantibus Abbatiis in prædictis monaſteriis, electæ ipſarum temporalia & omnia jura alia, quæ hactenus requiſierunt ab imperio, deinceps perpetuò requirant ab Eccleſia *Ratiſbonen.* Et Epiſcopus ejuſdem Eccleſiæ, quicunque tunc fuerit pro tempore, illa donet & conferat ſine impedimento. Vt autem hæc noſtra permutatio & concambium rata permaneant in perpetuum, & deinceps nec per obliuionem, nec per calumniam cuiuſquam cedere poſſint in irritum, pręſentem paginam ſigillo noſtrę majeſtatis & ſubnotatione teſtium fecimus roborari. Teſtes hi ſunt: *Conradus Metenſis & Spirenſis* Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius. *Otto* Dux *Meraniæ*, *Conradus* Burggrauius de *Nurenberg*, *Poppo* Comes de *Hennenberch*, Comes *Albertus* de *Eberſteine*, Marchio de *Baden*, *Gebhardus* Landgrauius de *Luickenberge*, *Henricus* de *Nyffen*, *Wernherus* de *Laber*, *Anshelmus* Marſcalcus de *Iuſtingen*, aduocatus de *Rappertsvvyler*, *Wolframus* & *Conradus* fratres de *Francheſperch*, *Albertus Rindesmoul*, *Siboto* de *Thanhuſen*, *Chunradus* de *Werde*, & alij quàm plures. Signum Domini *Friderici Romanorum* Regis inuictiſſimi ſecundi & Regis *Siciliæ*. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC. XV. Indict. IV. Data apud *Egram* per manus *Chunradi Metenſis & Spirenſis* Epiſcopi, Imperialis aulę Cancellarij XI. Calend. Ianuar.

## Catalogus Abbatiſſarum Monaſterij ſuperioris Ratisbonæ.

A Tempore fundationis, hoc eſt, ab Anno Dn. D. CCC. XCVI. per Reginam *Hemmam* factæ, vſq; ad an. Dn. M. CC. XCII. hactenus nil certi habere licuit.

*SEQVVNTVR ABBATISSÆ, A PRÆMEMORATO ANNO M. CC. XCII. vſq; ad noſtra tempora.*

RYTZA à *Leichtenberg*. an. 1292.
RYTZA à *Dornberg*. an. 1299.
BERTA *Walterin*, Ob. in feſto D. *Bartholomæi*. an. 1324. vt patet ex Epitaphio. *Communicauit moderna Dn. Abbatiſſa.*
AGNES de *Munebach*. an. 1374.
MARGARETHA *Sattelbogerin*, an. 1435.
BARBARA de *Abſperg* an. 1456.
KVNEGVNDIS ab *Egloffſtain*, an. 1479.
SIBYLLA de *Paulsdorff*. an. 1500.
ELISABETHA de *Parſperg*.
ELISABETHA de *Murach*.
AGNES de *Paulſtorf*.

ADELHEYDIS ab *Aerenbach.*
EVPHEMIA, Com. de *Helffenſtein.*
CATHARINA de *Murach.*
MÆCHTHILDIS.
HETTWIGIS.
IRMGARDIS.
SALOME.
WILTBVRGIS de *Leichtenberg.*
MARGARETHA *Mufflin.*
CATHARINA de *Redvvitz.* an. 1533.
WANDVLA à *Schaumberg.* an. 1542.
BARBARA de *Sandizell* an. 1564.
BARBARA *Ratſin.* an. 1579
MAGDALENA à *Gleiſſentaal.* an. 1594.
CATHARINA PRAXEDIS à *Perckhauſen* electa & confirmata an. 1608. feliciter præeſt.

## *OSTERHOVEN.*

DE fundatione huius Monaſterij regiſtratura diplomatum ita ſe habet: Imperatore tertio Ottone rebus humanis exempto, Heinricus Dux Bauariæ, qui vocatus eſt junior, in Imperium ſubrogatur; huic in Bauariæ Ducatu ſuccedit Heinricus, qui & Hezel dictus, patruelis ejuſdem Imp. ſed in hoc erratum eſt; Nam fuit frater S. Kunigundis, ſecundùm Auentin. & alios. Hic duobus filiis orbatus, quos Hunni peremerunt, Chriſtum hæredem ſibi facere inſtituens, Anno 1002. locum Oſterhouen fundare, & patrimonij ſui copioſa liberalitate magnificare adorſus eſt, ſub Benedicto nono, ſummo Pontifice, ſed præmatura morte præuentus, inſtitutionis & propoſiti ſibi hæredem prædictum Heinricum Imperatorem reliquit. Hic, quoniam & ipſe non haberet liberos, continentem vitam, cum vxore ſua Kunegunda ducenda Bambergenſem Epiſcopatum fundauit, & Oſterhouen Monaſterium, cum omni prædicti Ducis patrimonio Epiſcopatui ſubjecit, donauit, & tuendum Imperiali authoritate commiſit, ſeculareſque Canonicos in prædicto loco ordinauit, conſtituta eis præbenda de modica portione prędictarum poſſeſſionum, quæ inſtitutio penè per centum annos, vſque ad ſanctum Ottonem, Epiſcopum Bambergenſem permanſit. Hic conſilio D. Norberti Maidenburgenſ. Archiepiſcopi, magnæ ſanctitatis viri, Regularibus Canonicis locum Oſterhouenſem mancipans, Præmonſtratenſem ordinem, qui per prædictum Archiepiſcopum initium habuerat, deuotè induxit, ſub Anno 1138. prędidente Romanæ Eccleſiæ Honorio ſecundo Papa, regnante Rom. Imperatore Lothario ſecundo. Eandem etiam regulam prædictus Epiſcopus, ſicut à Regali munificentia prædicti Heinrici jmperatoris ſuam Eccleſiam tuendam receperat, ſtudioſiſſimè defenſauit, & eam cum omnibus ſuis poſſeſſionibus & familia, ab omni exactione & angaria in perpetuum à ſuis ſucceſſoribus, & ad ipſos jure feudali pertinentibus voluit eſſe liberam, & indemnem conſeruari.

*Idem Auent. fol. 622. 631.*

SED Ioan. Auentin. in Annalib. fol. 514. aliter ſcribit, nimirum Ducem Vtilonem in Oſterhouen, vbi olim Regia aula & ſedes Principum fuit, Monaſterium fundaſſe, & ord. D. Benedicti inſtituiſſe, vbi ipſe vnà cum coniuge Hiltrude ſub duobus albis lapidibus marmoreis, qui adhuc hodie ibi in Choro viſuntur, ſepultus eſt, Anno 765. deuaſtatum eſſe poſteà per Vgros, Heinricum verò hui9 nominis quartum, Ducem Bauariæ, fratrem S. Kunegundis, Heinrici

S. Im-

ſancti Imperatoris coniugis, poſteaquam illi Imperator Heinricus, ipſius affinis, Ducatum Bauariæ conceſſit, inſtauraſſe & Auguſtinianis Monachis tradidiſſe.

Alio loco Auentinus vocat myſtas populares, prædictus Dux Heinricus, vnà cum vxore Maria ibidem ſepultus eſt, ob. an. 1026. duobus annis poſt mortem Henrici ſancti; Conradus Imperator conceſſit poſteà Ducatum filio ſuo Henrico ætatis eius anno decimo, qui factus Imperator Romæ, dictus eſt Hainricus tertius, & quintus Bauariæ Dux huius nominis, qui conceſſit Ducatum prædicti Heinrici quarti filio Henrico, qui obiit 1047. eo tempore, quo voluit coniugem ducere, ſepultus eſt in Oſterhouen apud Patrem. Auent. fol. 514. 533. 542. fol. 518.

OTTO Eps Babenbergenſis dedit huic Cœnobio multa priuilegia & poſſeſſiones, ædificauit etiam ſacellum D. Virginis, ibidem Anno 1110. & in locum ſecularium Sacerdotum conſtituit ibi ordinem Præmonſtraten. ſub an. 1138. vt ſupra dictum eſt, Auent. fol. 631.

Hoc Monaſteriũ in bello Comitum ab Ortenberg, & Comitum à Pogen, maximum damnum accepit, quando Leopoldus Dux Auſtriæ Ortenburg obſedit, circa an. 1190. Fridericus itaque, Leopoldi Ducis Auſtriæ filius, in compenſationem damnorum, dedit huic Monaſterio priuilegium immunitatis vectigalium vini ac aliorum victualium per Auſtriam, an. 1196. Confirmat Fridericus Dux Auſtriæ, an. 1221. Item Othocarus Dux, an. 1252. De hoc bello latiùs Auent. in Annalib. fol. 657.

Comites ab Hals, Aduocati huius Monaſterij, multa bona tradiderunt huic Monaſterio, fuit olim ibi etiam Xenodochium, quod Comes Albertus ab Hals annona & aliis multum iuuit.

OTTO Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, dedit Præpoſito ibi aliqua honorum & præcedentiæ priuilegia, ob ſeruitia preſtita & damna, propter patrem ipſius Ducem Ludouicum perpeſſa, nempe vt in præſentia Principis primum locum habeat, inter alios Prælatos, Item ſacra faciat, Item quòd in menſa principis à latere eius ſedeat, vtenſilia Capellæ conſeruet, eleemoſynas diſtribuat; &c. iuxta diplomata de anno 1231.

Benefactores huius Monaſterij in comunionem recepti, vt ex regiſtratura diplomatum ibi inueni, ſunt, Albertus & Alramus, Comites de Hals, Hartliebus & Seifridus de Puechperg, Wilhelmus de Winzer, Fridericus Saxo, Gotfridus de Hauſen, Heinricus filius eius, an. 1304. 1312.

Primvs quem inuenio, Abbas Vlricus, an. 1304.

Sepvlti ſunt ibi Comites de Hals, item Kunegundis Com. de Schaunberg, vxor Ioannis Landgrauij in Leuchtenberg, qui tunc forum propinquum Oſterhouen tenebant, ob. an. 1419. ſepul. ibi in Capella S. Wolfgangi. Item Nobiles de Puechperg, qui in ambitu ibi egregiam Capellam & ſepulturam habent.

De Winzer antiquioris familiæ, qui ante Puechbergenſes Caſtrum Winzer vltra Danubium poſſederunt, & in Oſterhouen Miſſam perpetuam, vna cum anniuerſario inſtituerunt, confirmante Conrado, pataujenſi Epiſcopo, anno Domini 1159.

Et alij ex ſupra dictis Nobilibus de Hauſen.

Sachs fundarunt ibi Miſſam in Capella ab ipſis ibi conſtructa, **genannt auff dem Karner.**

Thvmbgast fundârunt ibi anniuerſarium, cum quotidiana Miſſa in Capella S. Ioannis.

## ADDITIONES.

### De Hailka propria Babenberg.

OTTO Dei gratia ſanctæ *Babenbergen.* Eccleſię indignus licet Epiſcopus, cunctis fidelibus. Notum eſſe cupimus, tàm futuris quàm pręſentibus, qualiter *Chuno* de *Horburch*. vna cum vxore ſua *Adelheit*, quandam ſuę proprietatis famulam *Heilkam* nomine, interuentu fidelium noſtrorum tradiderunt ſuper altare ſancti *Petri* in *Babenberch* in pręſentia noſtri, ea videlicet condicione vt tàm ipſa *Heilka* quàm omnis ſuę poſteritatis ſucceſſio potiatur eo iure quòd ſummi miniſteriales Eccleſię *Babenbergen.* noſcuntur habere. Quę traditio vt omni æuo inconuulſa permaneat, pręſentem cartulam fecimus inde conſcribi, quam & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Quicunque ergo ſciens eidem *Heilke* aliquam iniuriam vel violentiam fecerit, ſi correptus non correxerit, nec emendauerit, ſed in nequitia ſua perſtiterit anathema ſit. Huius traditionis teſtes ſunt hi, de fidelibus ac miniſterialibus noſtris *Poppo* de *Aborn*. *Starker* de *Mittechindorf*, *Fridericus* & frater eius *Otto* de *Liuttenbach*, *Ezzo* & *Outto* de *Burgelin*, *Gundenloch*, *Pippin* & *Pillunc* de *Podelendorf*, *Ebo* de *Trebensdorf*, *Heinricus* de *Chuerbelenriuet*, *Wilhalm* de *Minegehauſen*, *Rudolf* de *Oſterhouen* & frater eius *Gotebolt*, *Ruediger* de *Ebringen*. *Berichtolt* de *Tetelingen*, *Rapoto* & *Dietmar* de *Poedingen*, *Hartlieb* de *Reichendorf*, *Erneſt* & *Adelbrecht* de *Muchil*. *Chunr.* de *Maminſdorf*, *Chunrat* de *Vraha*. *Hartunc*, *Ludvveich* & *Adelbrecht* de *Meginuelt*, *Walchel* de *Islingen*, *Hartliep* de *birlebez*, *Adelram* de *Mulhaim*. *Heinr.* de *Paumgarten*. Pręter hos *Ligilbertus* Decanus, *Chun:* Cuſtos, *Tuto* Magiſter, *Vdalricus* longus, *Eberhardus* Capellanus, *Volchmar Helmrich* de *Warza*. De miniſterialibus ſiue fidelibus prędicti *Chunonis Purchardus* de *Windesbach*, *Hartnit* de *Greifesbach*, *Eberhart* de *VVillenbach*, *Sigebot* de *Trennelin*, *Ludfrid* de *Litespach*, *Gernot* de *Butendorf*. *Karl.* de *Roſtal*, *Eberolf* de *Haſela*, *VVolſtrigil* de *VVinezgor*, *Aribo* & frater eius *Friderich* de *VVartenberch*, *Sigefrid* de *Chaldorf*, *Berichtold* de *Svvaba*, *VVecil* & *Hertvveich* de *VVartenberch*. Anno dominicę incarnationis M. C. XXXVIII. Indictione prima, X. Kal. Iunij, regnante *Chunr.* Rege primo anno regni eius in Curia *Babenberg*. habita, feria II. poſt ſanctum Diem *Pentecoſtes*, acta ſunt hęc.

### Donatio Eccleſiæ in *Chaſſen*.

R*egenbertus* Dei gratia *Pat.* Eccleſię Epiſcopus, vniuerſis Chriſti fidelibus. Cũ iuſtum ſit quemcunque bonorum honeſtis religioſorum, occurrere votis, nos quoque fratres noſtros *Oſterhouen*. Deo militantes, debita benignitate amplectentes ex auctoritate domini Apoſtolici *Eugenij* III. & rogatu Domini *Eberhardi* Ven. *Babenberg.* Epiſcopi, cuius locus ille ſubiacet ditioni cum conſenſu cleri & populi noſtri, Eccleſiam *Chaſſen* cum omnibus pertinentiis ſuis quę noſtri iuris erant, ipſis in legitimam poſſeſſionem contradidimus. Verum ne ſucceſſores noſtri vllum ſui ſeruicij paciantur detrimentum, & poſſint noſtrum calumpniari factum, ſed & largitionis ipſius perpetuam ſtabilitatem atque firmamentum, accepimus ab ipſis in commutationem prędium *Roßebach* quod ab eis iure fuerat poſſeſſum. Igitur prędictam Eccleſiam eiſdem fratribus vſibus ipſorum profuturum, auctoritate apoſtolica & noſtra firmamus & ſtabilimus & ad indicium firmitatis hanc paginam ſygilli noſtri impreſſione munim⁹. Teſtes autem horum ſunt Marchio *Engelbertus* & frater eius Comes *Rapoto*. *Hertvvich de Hagenaue*, *Pabo de Zulling*. *VVernherus de Wainesdorf*. *Otto de Moſen*, *Dierthus de Hals*.

*Chunr.*

*Chuur.* de *Itbẽſpach. VVernher* & frater eius *Richger* de *Oſterna.* & plures alij ſub ead. ſigilli noſtri impreſſione firmamus, & banno prædictæ Eccleſiæ *Oſterhouen.* decimas *Goſſenpach*, & prædiolum accepto ab ea, *Homingeshube* & prædio *Miſtebach* in concambium. Teſtes ſunt *Alram* de *Chamb. Hartvvich* de *Hagenavve. Ekkolf* de *Warte, Engelboto* de *Berendorf Wilhaim* de *Mulhaim, Regenger* de *Iohensdorf. Adelbrecht* de *Birenbach, Gotebolt* de *Oſterhouen.* Datum anno incarnationis dominicæ M.C.XLIII.

## Introductio ordinis ad Eccleſiam cum libertatibus à ſede.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: dilectis filiis *Truthmaro* Præpoſito *Oſterhouen.* Eccleſiæ ſanctæ *Margarethæ* eiuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam inperpetuum profeſſis. Quoniam ſine veſtræ cultu religionis nec charitatis vnitas poteſt ſubſiſtere, nec DEO gratum exhiberi officium, expedit apoſtolicæ auctoritati relegioſas perſonas diligere, & eorum loca pia protectione munire. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidetis; aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Statuimus quoque vt ordo Canonicus ſecundum Beati *Auguſtini* regulam & inſtitutionem fratrum *Præmonſtraten.* perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Addentes etiam interdicimus, vt nemini profeſſionis veſtræ facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu vel arctionis religionis obtentu ſine præpoſiti vel congregationis veſtrę licentia de clauſtro diſcedere, quod ſi diſcederet, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus omnino hominum, ſine communium litterarum cautione eum audeat retinere. Si verò ſecũdò tertiòue vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicam in eũ proferre ſententiam. Liceat quoque vobis in cõmuni interdictis ipſius terræ excluſis excõmunicatis & interdictis ſubmiſſa voce officia celebrare. Porro ſacramẽta eccleſiaſtica à dyœceſano ſuſcipietis Epiſcopo ſiquidẽ catholicꝰ fuerit & gratiam atq; cõmunem cõmunionem apoſtolicæ ſedis habuerit, eaq; vobis gratis & ſine prauitate aliqua voluerit exhibere. Alioquin Catholicũ quemcumq; malueritis adeatis antiſtitẽ, qui nimirũ veſtra fultus autoritate, quod poſtulatur indulgeat. Prohibemꝰ inſuper vt nullus aduocatus locũ veſtrũ ſiue homines vel bona ad ipſum pertinentia iniuſtis aut indebitis audeat exactionib. fatigare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati vel interdicti nullus obſiſtat, ſalua iuſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus igitur vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſib. oĩmodis pro-

dis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate & diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si igitur aliqua in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptauerit ſecundò tertioue commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini redemptoris noſtri & Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Datum *Viterbij* X. Kal. Ian. Indict. X. An. Dñi M. C. XLVI. Pontificatus Domini *Eugenij* Papæ III. anno ſecundo.

## Confirmatio donationis Eccleſiæ in *Chaſſen*.

CHunradus Dei gratia *Palat.* Epiſcopus. Vniuerſis Eccleſiæ fidelibus ſalutem in perpetuum. Nos à Deo inſpirati, & religioſis bonorum exemplis prouocati, quæ anteceſſores noſtri Pontifices deuote ſecundum Dominum in ſuis priuilegiis nobis tradiderunt renouando confirmamus, & ſi qua ipſis in eodem ſpiritu facere potuerimus ne in obliuionem quandoque deueniant, teſtibus & ſcriptis commendare curamus; ex quibus eſt illud quod olim communi vtilitate & petitione multorum interueniente, inter prædeceſſorem meum benedictæ recordationis *Reinbertum* Epiſcopum & fratres *Oſterhouen.* Eccleſiæ celeberrimæ cum conuenientia Cleri & populi *Patauien.* factum eſt concambium, quando ſicut extat in priuilegio illorum fratribus præfatis, Epiſcopus ille Eccleſiam *Chaſſen* cum omnibus ſuis pertinentiis temporalibus pariter & Eccleſiaſticis contradidit, & ab ipſis prædium in *Roſſenbach* ſitum pro æquiualenti concambio recepit. Decimas quoque de curtes ipſorum ſimili modo contradidit, accepta pro digna commutatione ab eiſdem fratrib. *Honingeshube* & prædio *Miſtelbach.* Nos igitur & illud & omnem præfato loco legitime factam ſiue donationem ſiue quarumcunque rerum commutationem libenter cognoſcẽtes anteceſſoribus noſtris Epiſcopis non ſolum conſentimus, ſed eorum quoque ſicut & noſtras in quorumcunque beneuolentias ſæpe iam dictis fratribus exhibitas omni fauore & aſtipulatione munimus. Denique tempore noſtri Pontificatus tum vtilitatis ratione, tum pro litis deciſione quem mut. rationabiliter tertiam partem decimarum prædictę curtis priori innitentes priuilegio ſibi vſurpaſſe videbantur commodum, atque perneceſſarium, conſilio & inſtantia noſtrorum fidelium, nobis & prætaxatis fratribus fieri conceſſimus concambium; quatenus videlicet ipſis eandem tertiam partem decimarum, quæ in *Goſſenpach* nos & vicarium noſtrum ſacerdotem attinebat perpetuo iure traderemus, & ab eis prædiolũ ſui iuris in *Chrieſtorff* ſitum pro concambio ſicut factum eſt reciperemus, Vt igitur hæc noſtra prædeceſſoriſque noſtri largitio prædictæ Eccleſiæ *Oſterh.* fratrum inibi DEO famulantium vſibus omnimodis ſeruitura firma & inconuulſa permaneant, auctoritate apoſtolica ac noſtra ſub banno præſenti pagina confirmamus ac ſtabilimus, & ad indicium firmitatis paginam hanc ſygilli noſtri impreſſione munimus. Teſtes ſunt. Ego *Chunr.* ſanctæ *Patau.* Eccleſiæ Epiſcopus. Ego *Ropertus* presb. S, *Sixti.* Ego *Chunilo* Archipresb. Ego *Robertus* Decanus ſanctæ *Patau.* Eccleſiæ. Ego *Syghardus* presb. indignus Ego *Otto* Archidiac S, *Pat*, Ecc. & Cancellarius. Ego *Albertus* presb. & Sacriſta *Patau.* Eccl. Ego

*Hainr.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Heinr*.presb. plebanus S.*Pat*.Eccl.ad S. *Paulum*.Ego*Heinr*,Scholaſticus. Ego*Gozvvinus* Diac.S.*Pat*.Eccl.Ego*Otto* Subdiac.*Pat*.Ego *Heinr*.Subdiac-*Heinr*.Pręfect⁹, *Ratiſponenſis*.*Alramus* de *Chambe*. *Weinhardus* de *Iulbach*. *Erkenvvertus* de *Moſpach*, *Engelbertus* de *Planchenburch*,*Amelbrecht* de *Erling*.*Meinhart* & filius eius *Heinr*.de *Spilbert*.*Ekkolf* & *Herlieb Poſtmunſter*.*Otto* & frater eius *Engelbrecht* de *Strubene*.*Dietrich* de *Wernarn*.*Reicher de Oſterna* *Wipoto* de *Ort*.*Hartmut* & *Germut* de *Auſtria*.*Fridericus* de *Eſchelbach*. *Marquardus* de *VVolfa*, *Fridericus* de *Recebach*. Acta ſunt an, ab incarnatione Dñi M.C.L.V.Indictione prima.VI.anPontificatus Dñi *Chunradi Patau*.Epiſcopi,regnante*Friderico Romanorum* Imperatore III. anno regni eius, Datum *Pat*. per manus Ruperti Patau.Decani,VIII,Kln.Decembris.

## De duplici feſto ſancti *Egidij* & miſſa & donatione poſſeſſionum à *VVintzzariis*.

C*Hunr*.Dei gratia *Pat*. Eccleſiæ Epiſcopus. Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Sicut decet Rectores Eccleſiarum ſubditorum mentes verbis & exemplis ad meliora accēdere, ita nihilominus iuſtum eſt ſpontaneas fidelium deuotiones & religioſos conatus digna amplecti benignitate, digno attollere fauore & illorum exemplo quoque fideles informare.Hinc itaque notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus, quod DEO deuotus vir *Hartlieb* de *VVintzer Babenbergen*. Eccleſiæ miniſterialium non infimus, diuinitatis inſtinctu ad domus DEI decorem augmentum in Eccleſia ſanctæ *Margaretæ Oſterhouen* altare in honore ſanctorum Confeſſorum *Egidij*, *Nicolai*, *Auguſtini* cum conſenſu & fauore dilecti fratris noſtri *Engelſchalci* eiuſdem Eccleſiæ tunc *Præpoſiti* totiuſque *Oſterhouen* chori, reliquique conuentus fratrum conſtruxit,& vna cum prædictis fratribus à nobis dedicari obtinuit & patrimonij ſui portionem honeſtè dotauit.Hæc autem ſunt prædia quæ ad dotem conſignauit Eccleſiæ *Chriſtorff* cum adiacenti & molendinis dimidium manſum *Vriendorff*, prædium *Vihauſen*,prædiolum *Chading*, prædiolum ſupra *Harde*,prædiolũ *Multavve*. Hæc itaq; per manus Salmañi ſui *Goteboldi* de *Oſterhouen* nobis præſentib.ſuper confeſſionem prædictorum Confeſſorum ipſa die dedicationis prętaxati altaris delegauit,præſente petente quoque vxore & filiis eiusdem. Hoc ea conditione vt ad idem altare quotidie pro parentib. ſuis miſſa defunctorum dicatur:cum tamen Sacerdotum facultas permiſerit,dictis aliis miſſis,quas Canonicus ordo,& eorum regularis conſuetudo celebrari exigitur. Et vt memoria omnium parentum ſuorum annuatim proxima die poſt anniuerſariam conſecrationis diẽ ſæpe dicti altaris,id eſt,V.Kln.Martij cum plenario defunctorum officio celebretur.Inſuper vt feſtum S.*Egidij* celeberrimè cum duplici feſto à Clero & populo illius Eccleſiæ celebretur,& in prædictis memoriis toti congregationi, de memoratis prædiis pro conſuetudine celebrium feſtorum ad menſas miniſtretur.Omni ergo Conuentu fratrum coram nobis his pactionibus aſſenſum præbentib. nos quoq; vt prædicti viri deuotio exigebat,volentib. etiam fratrib. omnib. omnes præſcriptas conditiones ita vt prædictum eſt inpoſterum inconuulſe conſeruandas,noſtra authoritate & banno ſtuduimus comunire. Teſtes aũt horum oĩum fuerunt *Poppo* de *Meßingen*, *Hartlieb* de *Wintzen* , & filij eius, *Eberhart* & *Hartlieb*,*Gotebold* de *Oſterhouẽ*,& filij eius *Dietrich* & *Gotpolt*,*Rapoto* de *Poding*, *Rudiger* de *Ebring*.*Eppo* & frater eius, *Marquard* de *Hergoltingen*, *Eberhart* & frater eius, *Ekhart* de *Anhaltesdorf*,*Iſeingrem* de *Gurichingen*, *Eſchvvin* de *Rapheſteſtorf*, *Rudiger offo* , *Dietreich*, *Chunrad* de *Oſterhouen* , *Heinr*. *Vlreich* de *Mulheim*.

*Petrus* & filius eius *Chunrad.* de *Linzingen, Chunr.* de *Otmaring, Hartmann VVernhart,* homines *Hartliep.* Vt igitur hæc prædicti largitio viri vſibus prædictorum fratrum in Oſterhouen Deo famulantium profutura, firma, & inconuulſa perpetuis temporibus permaneat, & vt conditiones eius immuniatę ſeruentur, auctoritate Dei omnipotentis & noſtra, ſub banno præſenti pagina firmam⁹ & ſtabilimus, & ad iudicium firmitatis cum teſtimonio & fauore *Patauien.* chori, paginam hanc ſigilli noſtri impreſſione communimus. Datum *Patau.* III. Idus Nouemb. Anno ab incarnatione Domini M.C.LIX. XI. an. Pontificatus Domini *Chunradi Pat.* Epiſcopi. Regnante *Friderico* Romanorum Imperatore VII. anno regni eius.

## De manſo in *Girching.*

HErmannus Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus, cunctis Chriſti fidelibus in perpetuum, Notum eſſe volumus tàm futuris quàm præſentibus, quod beneficium *Eiſengrini* miniſterialis noſtri de *Guriching*, in eadem villa poſitum ab ipſo nobis recognitum & reſignatum Eccleſiæ ſanctæ *Margar.* & fratribus inibi Deo militantibus ad perpetuam poſſeſſionem tradidimus. Vt ergo iſta traditio noſtra vſibus prędictorum fratrum in perpetuum ſub ſeruitura inconuulſa permaneat, hoc noſtrę largitionis chyrographum ad indiciū firmitatis impreſſione ſigilli fecimus noſtri muniri. Teſtes ſunt de Choro noſtro *Gotpoldus* Archidiac: & Capellanus *Wilhalmus*, Capellanus. De fidelibus ac miniſterialibus noſtris, *Hertnit*, de *Ratendorff. Albertus* de *Chamb. Heinr.* de *Widen, Engelhardus* de *Pibelnried, Albertus* de *Tundenuelten, Gundelhohus* de *Bedelndorf, Marquardus* de *Wilhalmeſtorff. Gozvvinus* & frater eius *Rudolfus* de *Oſterhouen. Chunr.* de *Winzer, Eppo* de *Hergolting, Rapoto* & filius eius, *Rapoto* de *Pöding, Otto* de *Sleten, Otto Pincerna, Albertus* & frater eius, *Eberhardus* de *Iahenſtorff, Heinr.* de *Spilvverch* & plures alij. Actum *Oſterhouen*, Anno incarnationis Dominicę M.C.LXXII. Indictione V. regnante Domino *Friderico* Romanorum Imperatore inuictiſſimo, anno regni eius XVIII. Imperij verò XVII.

## Concambium pro decima *Geroltingen Grezenraut* & *VVartperch.*

THeobaldus cęleſti gratia *Patauien.* Epiſcopus. Cunctis Eccleſię ſuæ Chriſtique fidelibus perpetuam in ipſo ſalutem. Multorum ante nos religioſis patrum incitati exemplis fratribus quibuſcunque ſed pręcipue deuotè Domino ſeruientibus fauore & iuſta petentibus aſſenſum pariter & operam libenter debem⁹ impendere. Proinde concambium quoddam infra ſubnotata tàm noſtræ quàm multorum fidelium pręſentia *Patau:* ante aram S. Protomartyris *Stephani* ex æquo & vtiliter habitum, ſcripto nos & teſtibus in perpetuum notificare & corroborare dignum & neceſſe duximus. Cuius tenorem à modernis pariter & futuris Chriſti fidelibus, iugiter in omni tempore in memoria retineri cupientes cunctis innoteſcere volumus, quod religioſi fratres de domo S. *Margaretæ* in *Oſter.* cum fratribus noſtris de choro vtile ineuntes concambium per manum aduocati ſui *Adelberti* de *Chamb.* tradiderunt præfato protomartyri arua quædam ſuæ proprietatis, *Chedingen* videl. & *Rüthe* in perpet. *Kathedralium* vſus habenda, ipſique viciſſim in recompenſationem tertiam decimarum partem receperunt, quam noſtri fratres prænominati choro videl: præſidentes habebunt viculis annotatis. Hoc eſt *Centingen, Geroltingen, Grezenrauth* & *VVartperge.* Amplius,

plius quoque idem religioſi cœnobitę eodem in loco ſimul & tempore per manum eiuſdem patroni ſui tradiderũt ad prædictum altare prædium quod habebunt *Mezingen* quo ſtatim inbeneſaciatus *Adelramus* de *Chambe* per manum noſtrã reſignauit nobis duas partes decimarũ in prædictis pagis perſoluendas quas nihilominus eiſdem cœnobitis iugiter obtinendas tradidimus. Et ad huiuſmo- actionis contractus, omnem reſpuent contradictionem ſtabilis maneat, & ſemp indiſturbatus, chartã hanc inde conſcribi & ſigilli noſtri affixione vt eſt euidens iuſſimus inſigniri, cum teſtibus ſubter appoſitis. Ex nobilib. *Engelbertus* de *Blanchenberch*, *Albertus* & frater eius *Alramus* de *Chamb.* Ex miniſterialibus verò *Heinr.* us *Spilberch*, *Rugerus* de *Holtzhauſen*, *Pabo* de *Galchvveis*, *Gumpolt* de *Pornheim*, *VValtherus Eninchkel* *Rapoto* de *Pöding*, *Alkerus* de *Waldekk* & filij eius *Alkerus* & *Heinricus Chaldelaus de Valkchenſteinne* *Eberhardus* de *Buchenperg*, *VVernherus* de *Aichenbach* *Perngerus* de *VVabendorff*, *Rapoto* de *Pfaffenſteten* Dat. ſunt *Pat.* prædicta Anno ab incarnatione Domini M. C. LXXVII. Indictione verò IX. Ego *Fridericus* Decanus *Pat.* laudo & ſubſcribo. *Sighardus* laudo & ſubſcribo. Ego *Albertus* l. & SS. Ego *Iacobus* l. & SS. Ego *Frid.* l. & SS. Ego *Pilgrinus* l. & SS. Ego *Gozvvinus* l. & ſubſcribo. Ego *Heiur.* l. & SS. Ego *Dietmarus* laudo & SS. Ego *Adalbero* l. & SS. Ego *VVilhelm⁹* l. & SS. Ego *Gerhardus* l. & SS. Ego *Reinboto* l. & SS. Ego *Wernhardus* l. & SS. Ego *Vdalricus* l. & SS. Ego *Purchardus* laudo & SS. Dat. *Pat.* per manus Domini *Henrici* Scholaſtici VII. Kln. Iun. regnante Domino *Frid. Roman:* Imperatore inuictiſſimo, anno regni eius XX. Imperij verò XVIII.

## L. De IX. lib. dandis de Hall.

IN nomine ſanctæ Trinitatis & indiuiduæ vnitatis. Ego *Otto* Dei gratia *Babenberg.* Eccleſiæ Eps. Notum facio tàm præſentibus quàm futuris, concambium quod inter vos & dilectum fratrem noſtrum *Engelſchalcum Oſterhouen.* Cœnobij Præpoſitum & eius fratres factum eſt.

Ex prima & antiqua *Oſterhouen.* Cœnobij fundatione & inſtitutione fratribus ibidem Deo ſeruientibus quædam pecunia de redditibus Domini *Babenberg* Epiſcopi ad officium eorum veſtiarij annuatim perſoluebatur. Hæc autem pecunia de officiis ſex locorum Domini Epiſcopi collata ſic dabatur. De *Oſterhouen*, duo talen. & LX. nummi dabantur, de *VVinzer* IV. tal. & XXX. numĩ. De *Dingoluing* 4. tal. de *Ering* V. ſol. & VI. D. Pecunia autem hæc in vnam ſummã cõputata IX. tal. & III. ſol. fiunt. Hunc itaq; numerum eſſe diligenti inquiſitione & computatione habita procuratoribus ipſorum officiorum teſtificantibus inuenimus. Quia verò pecunia deſcripta à fratribus eiuſdem clauſtris ſparſim & laborioſè colligebatur & interdum eis dare differebatur, rogatu ſupradicti dilecti fratris noſtri *Engelſchalci* Præpoſiti, & eius fratrum eandem pecuniam ab eis in concambium accepimus, & pro remedio animæ noſtræ tantundem, id eſt IX. tal. & III. ſol. de Salina noſtra apud *Halle* à Prępoſito noſtro eiuſdem ſalinæ quicunque fuerit annuatim his temporibus quibus nobis dabatur & eo iure quo nobis datur accipiendam tradidimus & delegauimus. Hi teſtes adhibiti ſunt *Perchtoldus* Marchio de *Andehſen*, & filius eius *Perchtoldus* Marchio miniſterialis eorundem, *Godfridus* & *Ortungus* de *Andehſen*. Capellani Epiſcopi, Dominus *Hermannus* de *VVilhalmeſtorff*, Dominus *Leupoldus* de *Velden*, Dominus *Adelbertus* de *Crana*. Dominus *Fridericus* de *Matenchouen* Miniſterialis Epiſcopi, *Gundelhohus* Marſchalcus de *Tundenuelden*, *Marquardus* de *Purgelnie*, *Hervvardus* de *Hag*,

*Marquardus Pincerna*, *VVeicger* de *Stein*, *Heinr.* de *Giche Heinr*, de *Oberngeſaze*. *Eberhardus* nobilis de *VVolſperg*, *Burchardus* nobilis de *Landevvurch* de *Saxonia*. *Vdalricus* nobilis de *Otlobſdorf*, Miniſterialis Epiſcopi, *Eppo* de *VVintzer*, *Chunradus* de *VVintzer*, *Chunradus* de *Gundelchouen*, *Goteboldus* de *Oſterhouen*, *Rugerus* & filius eius *Vdalricus* & frater eius. *Vdalricus*. *Rapoto* de *Pöding*, *Gozvvinus* de *Fronchenburch* *VVernhardus* de *Pillenovv*, Dominus *Adalbertus* & frater eius, *Alramus*, *VValchun* de *Chamb*. *Marquardus Laidevvrevvt* de *Mantenchouen*. Datum *Aterſe*, Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXX. Indictione tertia decima regnāte *Friderico* Imperatore.

## De hubis in *Oſterhouen*.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Otto* Dei gratia *Babenberg*. Epiſcopus, ſanctorum qui ante nos fuerunt Epiſcoporum exemplo inducti, immo apoſtolica ammonitione informati ſuorum Dei inopiam noſtra ſupplere debemus abundantia, vt pro omnibus & pro his qui in ſublimitatibus ſunt liberius exorare poſſint, Proinde manſum illum quem *Vlricus* filius *Rugeri* quōdam Procuratoris mei in *Oſterhouen*. in beneficium habuit, qui eodem *Vlrico* mortuo inuacabat Domino *VValthero* Prępoſito in *Oſterhouen*, & fratrib. eius ad ſeruiendum Deo in eodem loco ſub eo collectis Epiſcopatui & nobis ſemper deuotis Iure perpetuo tradidimus hoc pacto, vt ſeruitium quod ex illo manſo dabatur annuatim ſoluant. Vt factum hoc firmum & ratum permaneat, ne ab aliquo conuelli debeat, huius ſcripti paginam ſygilli noſtri impreſſione teſtibus quoque multis muniuimus. Teſtes ſunt de Choro *Babenberg* Dominus *Dietricus* Archydiac. de *Hergolſpach* Dominus *Tyemo* Præpoſitus S. *Stephani*, *Otto* de *Lintenbach* de miniſterialibus *Dapifer*, *Gundelchus Otto* de *Slethen*, *Gozvvinus* de *Oſterhouen*, *Eppo* de *VVintzer*, *Chunr*. de *VVintzer* *Rapoto* de *Pöding*, *Eberhardus* de *Anvvaltſtorf*, *Albertus* de *Iabenſtorf*, *Goteboldus Giſebler*. *Eppo* & frater ſuus, *Otto*, *Rudolfus Menigoz*, *Heinr*. villicus, *Eberhardus Minus Grenil Sabſo*, *Perngerus* procurator Epiſcopi de *VValberdorff*. Dat. anno Domini M. C. LXXXVIII.

## Anniuerſarium *Pabonis* Sacerdotis.

MEmoriæ præſentium & futurorum ſcripto duximus tradere dignum qualiter Deo deuotus *Pabo Alburgenſis* Eccleſiæ tunc temporis miniſter idoneus & ſacerdos nobis ex amico factus eſt amiciſſimus. Cum enim ad nos deſcendiſſet & mores noſtros & inſtitutionem noſtram prudenter & ſubtiliter conſideraſſet reſpectu æternæ beatitudinis exſpectans partem in retributionē omnium iuſtorum conſilium fuit ei tractare nobiſcum de rebus animæ ſuæ. Vt autem id conſilium ſuum perduceret ad effectum, elegit magis affligi detrimento temporalium rerum quam priuari iucunditate futurorum bonorum. Vnde eſt quod vineam XII. tal. emptam nobis tradidit hoc pacto: Vt dies obitus eius cum pleno officio vigiliarum & miſſa defunctorum apud nos ſingulis annis agatur, & eadem die Conuentui ad menſas plenarie ſeruiatur. Porro vt anniuerſarium hic ratum & inconuulſum omni perſeueret tempore tenaci pacto firmauit, laudante hoc & confirmante & præſentis ſcripti chyrographo poſteris cōmendante Domino *W*. Præpoſito cum totius congregationis fauore & aſſenſu in generali Capitulo. Acta ſunt hæc anno incarnationis Dominicę Milleſimo Centeſimo LXXXVIII.

De

## De Decima vinearum in *Auſtria.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ. Ego *Theobaldus* ſanctæ *Patauien:* Eccleſiæ Epiſcopus. Commiſſæ nobis diſpenſationis auctoritas exigit & debitum charitatis, nihilominus expoſtulare videtur, quod Monaſteria in Epiſcopatu noſtro conſtructa prouida debeamus ſollicitudine reſpicere & perſonas quæ in eis diuinis mancipatæ ſunt obſequiis paternè diligere, & earum indigentiis propenſius ſubuenire. Hac enim ad incrementum ſalutis noſtræ & Eccleſiæ adeo nobis cõmiſſæ prouenire non dubitamus. Proinde præſentium clareſcat notitiæ & futurorum innoteſcat memoriæ, quomodo nos propria inducti benignitate, conſilio quoq; Chori noſtri & miniſterialium *Pat.* Eccleſiæ ſalubrius inuitati, quaſdam decimas quæ de vineis fratrum de *Oſterhouen.* nobis & Epiſcopatui añuatim perſolui debuerant. Præpoſito præfati Monaſterij qui pro tempore fuerat & fratribus ibidem DEO militantib. eorum indigẽtiis ſubuenientes, quia virtus hoſpitalitatis apud eos plerumq; vigere videtur quam in perſonale beneficium conceſſimus duntaxat quod decimationes illas in dieb. Pontificatus noſtri quiete & ſine difficultate qualibet poſſidere deberent. Volentes igitur *Waltherus* Præpoſitus & fratres prænominati Monaſterij incerta pro certis commutare & ea quæ ipſis in beneficium conceſſa fuerant, in prædium & perpetuam donationem redigere, paternitatem noſtram multis & aſſiduis precibus ex flagitare ſtuduerunt, quatenus aliquod prædium quod prædictarum penſionibus decimationum æquipollenter & ex æquo & ex integro annuatim reſpondere valeret, in concambium ipſarum recipere vellemus. Precibus quoque illorum benign⁹ inclinati, etiam Monaſterij prouida animaduerſione conſulentes deſideriis petentium ſatisfacere duximus eatenus, quod prædium quoddam *Ibishouen* nuncupatum iuxta flumen *Wolfa* ſitum, quod in agris cultis & incultis ſiluis quoque & in pratis eſt in ęſtimatione trium hubarum & dimid. cum adiacente ſibi molendino per manũ nobilis viri *Adelberti* de *Chamb* aduocati Monaſterij ipſorum ſuper altare S. *Valentini* precioſi Confeſſoris Domini delegatum ſuſcepimus prædium Epiſcopatus noſtri dominicalibus & prædiis publicè & ſolemniter articulantes. Hac interpoſita conditione, quod in arbitrio colonorum ſupranominati prædij poneretur, ſi nobiſcum vellent, vel cum eo ad quem ex noſtra conceſſione pręfatum deuolueretur prædium ſine coactione & angaria qualibet permanere debeant. Si verò ipſis nobis cohabitare non placuerit lege colonica abire permittantur. Sane decimas omnium vinearum quas tunc temporis *Chremſam* habuerint, vel impoſterum emptione; vel & fidelium donatione, Domino auxiliante adipiſci potuerint, eis in perpetuam proprietatem pontificali tradimus poteſtate. hoc adiecto, quod exinde anniuerſarius obitus noſtri apud eos orationibus & elemoſinis ſicut fieri aſſolet obſeruetur. Vt ergo hæc donationis noſtræ memoria cunctis futuris temporibus inconuulſa & illibata permaneat nos hanc inde chartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Adijcientes vt nullus ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtrę auctoritatis paginam infringere, & pręfatis fratribus factam donationem auferre, minuere, vel abalienare pręſumat. Huius rei teſtes ſunt, *Adelbertus* aduocatus de *Chamb* & frater eius *Alramus*. Ego *Theobaldus Pat.* Epiſcopus SS. Ego *Fridericus* S. *Sixti* Dyaconus SS. Ego *Vdalricus Ardeacenſis* Præpoſitus & Dyacon, SS. Ego *Meingotus Pat.* Archidiac. SS. Ego *Rudigerus* Dyacon. & Scolaſticus SS. Ego *Heinr.* presb. SS. Ego *Megenhalmus* presb. theſaurarius SS. Ego *VVernherus* de *Aſcha* presb. SS. Ego *Chunr.* de *Purchauſen* presb. SS, Ego *Heinr.* Præpoſitus S. *Nicolai* SS. Ego *Purchardus* de *Chamb* Subdyacon. & Capellanus Curiæ SS, Ego *Rudigerus* de *Aheim* Subdiac.

SS. Ego *Tyemo* Subdyacon. SS. Ego *Ritherus* Scholaſticus *Friſacenſis* & Subdyaconus SS. Datum in Palatio *Patauien:* per manum *Tagenonis* notarij & presbyteri Eccleſiæ S. *Andreæ* in *Auſtria*, iuxta montes *Comagenos*. Anno incarnationis Dominicæ M.C.LXXXVIII. Indictione X. ſub Domino *Vrbano* Papa III. regnante Domino *Friderico* imperatore glorioſiſſimo, Anno regni eius XXXVII. Pontificatus verò Domini *Theobaldi* XII.

## De Muta in *Patauia*.

IN nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Pat.* Epiſcopus. Omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Epiſcopal. officij dignitas exigit loca venerabilia, atque religioſas ſanctæ conuerſationis hominum perſonas pio amore complecti, eorumque iuſtis poſtulationibus aurem benignam apponere. Quapropter cariſſimi in Chriſto fratris noſtri D. *Gerungi* Vener: Præpoſiti in *Oſterhouen.* ſanctæq; illius loci congregationis precib. quæ nobis ſedulo exhibet ſeruitijs inclinati ſimul & iuge ſacrificium cottidianæ laudis quod ibi ſolempniter Deo offertur conſiderantes ad eiuſd. diuini ſeruitij incrementum & ſac. cōuentus augendum ſubſidium, iuſtitiam fori noſtri in *Pat.* quod *Marchtrecht* dicunt, iuſtitiam quoque noſtram de Thelo. quod *Muta* vocatur in nauibus ipſorum victualia portantibus eis in perpetuum cum coñiuentia fratrum noſtrorum de Choro & miniſterialium in perpetuum remiſimus, quatenus ſicut ibi iugiter ſalutaris hoſtia im̄olatur, ita vt noſtri iugis memoria habeatur. Et vt hæc noſtra remiſſio ſemper inconuulſa eidem loco permaneat, atque inuiolabiliter obſeruetur, hanc cartam noſtro ſigillo roboratam eis conſcribi & ſignari præcipimus. Teſtes etiam ſubter annotari mandamus. Ego *Heinr.* Decanus laudo & ſubſcribo. Ego *Meingotus* Archidiacon. & Præpoſitus l. & SS. Ego *VVernherus* Archidiaconus l. & SS. Ego *Sacerdos* SS. Ego *Arnoldus* Subdyacon. SS. Ego *Dietmarus* SS. Ego *Ortolfus* Prepoſitus SS. Ego *Rucherus* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *VVernherus* SS. Ego *Menhardus* SS. Ego *Arnoldus* SS. Ego *Dyemo* SS Ego *Heinr.* SS. Ego *VValchun* SS. Teſtes etiam *Richkerus* de *Neſen*, *Ekkolfus* de *VVarte*. *Chunr.* *Dapiſer* *Syboto* de *Aemhartſtorff* *Albertus* pn. *Tyemo* de *Puechenberg.* *VVilhalmus* de *Stein*. *Meinhalmus* *VValchun* de *Schahtarn*, *Pernoldus* Ruffus, *Heinr.* Comes de *Ortenberch*, *Altmannus* de *Helmgerſperg*. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M.C.XCV. Indictione XIII. XI Kln. Septemb. Anno Pontificatus Domini *Cæleſtim* PP. V. anno, Imperij Dom. *Heinr.* Imperatoris inuictiſſimi V. anno & Pontificatus noſtri V. feliciter Amen.

ſpincerna.

## Donatio libertatis ſine Muta & Thelon.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Dux *Auſtriæ* omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quia valde nobis pertimeſcendum eſt, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe videmur ab auctore mundi grauius iudicemur. Idcirco ſanctos & religioſos viros in locis venerabilibus degentes eos ibi Domino ſeruientes ſumma veneratione colendos & de facultatibus noſtris adiuuandos dignum ducimus quatenus in retributione iuſtorum per eorum orationes fieri mereamur præmio beati qui ſumus pietate deuoti vt recipiamus pro paruis magna, pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus ſempiterna. Magna igitur inſtancia Domini *Gerungi* venerabilis Præpoſiti in *Oſterhouen.* ſimul & fratrum eius precibus deuicti diuinæ mercedis intuitu & pro remedio patris noſtri qui eis in expeditionibus ſuis grauiter nocuerat, & omnium parentum noſtrorum iuſtitiam noſtrā quæ vulgo Muta

vocatur

vocatur in nauibus victualia eorum portantibus plenarie ipſis & inperpetuum, remiſimus, & ne quis ſucceſſorum aut officialium noſtrorum hanc noſtræ benignitatis & remedij donationem infringere audeat vel contra eam temerè venire præſumat, præſentem paginam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborauimus: teſtes etiam annotari præcepimus. *VVolfkerus* Epiſcopus *Pat.* cuius ſuffragio impetratum eſt. *VVernherus* de *Griezpach*, *Chrafto* de *Antzinſpach*, *Albertus* de *Khamb*. *Rapoto* de *Steine*, *Hadmarus* de *Chunring*, *VVeichhardus Dapifer* de *Seueld*, *Wichardus* de *Zebingen*, *Eiſenricus* de *Annedorf*, *Hugo* de *Pazovve*, *Ortorfus Azenpz*, *Otto* & fratres eius *Adeloldus*, *Hartungus* de *Cheivve*, *Otto* de *Puchperch*, *Chalhohus* de *Meichſavve*, *Otto* de *Broſenprunne*, *Fridericus Pibnapf*, *Otto* de *Radenprunne*, *Pilgrimus* de *Mulbach*, & filius eius *Albero* & frater eius *Chalhohus*: *Vlr.* de *Glotzen*, *Gebhardus* de *Staine*. *Heinricus* de *Chiovve*, *Rudolfus Stuck*, *Hugo* & filius *Heinrici* de *Molanſtorf*. *Tiemo Gevvæltel*. *Dietmarus* de *Liechtenſteine*, *Poppo* de *Parneckk*, *Heinr. Letespt*, *Dietricus* & *Pernoldus* Mutarij & monetarij eo tempore de *Chrembs*, *Sifridus* iudex, *Eberger*, *Hunolt*, *Sifridus* in foro, *Engelfridus Heinr. Dux Ortvvinus Vorſprech*, *Leupoldus VVechsler*, *Hermannus Vaub*, *Meinhardus* & pater eius *Pitrolfus*, *Aiglo*, *Sigmarus* de *Steine*, *Vlr: Strudel*, *Vto Ekhargus*, *Gerungus Rapoto Vngesmach*, *Albero Munt*, *Aeſchvvinus Marquardus* Vinitor, *Heinr. Zugelinch*, *Heinr. Mutter*, *Alhohus Fridericus*. Acta ſunt hęc anno Dominicæ incarnationis M.C.XCVI. Indictione XIV. In Caſtro *Chivve* VIII. Cal. Aprilis, regnante Domino *Heinrico* inuictiſſimo *Romanorum* Imperatore & ſemper Auguſto, anno Imperij eius VI. In nomine Domini feliciter Amen.

## De Muta & Thelon, per terram *Auſtriæ*.

OMnibus Chriſtianis expedit præcipuè his quos Deus Principes populorum voluit & iudices fideles qui per eum regnant & ſaluari deſiderant, bonæ conuerſationis homines & loca pia ac venerabilia ſummo affectu & deuoto patrocinio beneficiis amplecti & aures benignitatis noſtræ iuſtis poſtulationibus illorum accommodare: ea propter accidit quod Dominus *Gerungus* venerabilis & dilectus noſter Præpoſitus in *Oſterhouen* cum fratribus inibi Deo famulantibus accedentes præſentiam noſtram iugiter nos rogauerunt quatenus reſpectu Dei pro ſalute noſtra & redemptione patris noſtri qui eis nocuerat in expeditionibus ſuis & omnium parentum ſuorum ad augmētum quotidiani ſeruitij Dei iuſtitiam noſtram quæ *Muta* dicitur in nauibus victualia eorum portantib. remitteremus ſperantes quod communionem orationum eorum habeamus, hanc autem gratiam & iuſtitiam conſilio & conniuentia fidelium miniſterialiū noſtrorum pręfato loco contulimus & impreſſione ſigilli noſtri muniri & confirmari præcepimus, vt ratum & inconuulſum perpetualiter maneat, teſtimonio omnium infra deſcriptorum corroboremus. *Wolfkerus* Epiſcopus: *Patauien:* cuius petitione & ſuffragio hoc beneficium conſecuti ſumus. *VVernherus* de *Griezpach*, *Chrafto* de *Anzeinſpach*, *Albertus* de *Khamb Rapoto* de *Steine*, *Hadmarus* de *Chunrig*. *VVeichardus Dapifer* de *Seueld*, *VVeichardus* de *Hebingen*, *Eiſenricus* de *Annedorff*, *Hugo* de *Peravve*, *Ortolfus* de *Azenpurck*. *Otto* & frater eius *Adloldus Hartungus* de *Chiavve Otto* de *Puchperch*, *Chalhohus* de *Michſavve*, *Otto* de *Porſenprunne*, *Fridericus Pipnaph*. *Otto* de *Radenprunne*, *Chalhohus* & frater eius *Pilgrimus*, & filius eiuſdem *Albero* de *Mulbach*, *Vlricus Glokenz*. *Gerhardus* de *Steine Heinr* de *Cheiſavve*, *Hugo* & filius eius *Heinr.* de *Molandeſtorff*, *Tiemo Gevveldel*, *Dietmarus* de *Liechtenſteinè*, *Poppo* de *Parnekk*, *Heinr. Leteshart* de *Chrembs*, *Sifridus Iudex*, *Eberger*

*Hunoldus*: *Sifridus* in foro, *Engelſridus Heinr.* cognomine *Dux*, *Ortvvinus* pro locutor, *Leupoldus Wechsler*, *Hermannus Vauch*, *Eberger*, *Meinhardus* & pater eius *Pittrolfus*, *Aigilo*, *Sigmarus* de *Stein*, *Vlricus Strudel*, *Vto Ekhardus Gerungus Rapoto Vngeſmach*, *Albero Munt Aeſchvvein Marquardus Vinitor*, *Heinr*, *Zuglinch*, *Heinr. Muter*, *Albhohus Rudolfus Stinch*, *Fridericus*. Acta ſunt hæc VIII. Kln. Aprilis anno ab incarnatione Domini M.C.XCVI. Indictione XIV. regnante inuictiſſimo Romanorum augusto *Heinr*: anno autem Imperij eius VI.

## De ſylua *Haſenpach* vſque *Remtal* infra *Schaidvveg*.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Tiemo* Dei gratia *Baben*: Eccleſiæ humil. Eps Remunerationis Dominicę nos amonet intuitus & hortatur, quemadmodū & compaſſio naturæ inducit, vt eos qui nullo ſeu mediocri aut minus ſufficienti, fulciuntur aminiculo, dum tamen facultas ſuppetat, in ſuis comoditatib. ſtudeamus promouere, præſertim cum ad promerendam promiſſe nobis proprię gloriam ſi per nos promoti fuerint hoc nobis non dubitemus ad profectum mercedis æternæ profuturum. Notum ergò eſſe deſideramus tàm præſentis ætatis quam ſucceſſuræ poſteritatis vniuerſis Chriſti fidelibus, quod nos conſiderata in Monaſterio noſtro Oſterhouen lignorum penuria portionem quondam ſyluę noſtrę memorato cœnobio adiacentem, & nobis minus vtilem Beatæ *Margaretæ*, Virg. & M. in perpetuitatem & vſum perpetuum fratrum ac ſororum in diuinis obſequiis die noctuque inibi deſudantium inſtinctu diuino iuſte & legitime contulimus, hoc tamen inducentes, vt in poſterum oīum prædeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum noſtræque paruitatis memoria ibi haberetur. limites tamen huius donationis, ſic diſtrinximus à Valle *Haſenpach*, ſicut diuidit via quæ dicitur *Schaidenvvech*, vſque ad locum qui *Rintal*. dicitur. Hoc itaq; factum noſtrum ſi quis infringere ſeu violare attemptauerit anathema ſit, & cum maledictis igne torqueatur æterno, Sed vt firmū & inuiolabile permaneat, ſigilli noſtri munimine conſtituimus roborari. Huꝰ rei teſtes ſunt *Chunr*, vener: Abbas de *VVindberg*, *Goteboldus*, *Chunr.* Gapellani *Poppo Eſchvv*, *Coteboldus* de *Oſterhouen*, *Altmannus* de *Helgerſperg*, *Rapoto* & *Dietricus* de *Pöding*, *Eberhardus* & *Chalhohus* de *VVinzer*, *Rudider* de *Ebering Evvinus* de *Zeidlarn*, *Ezelo* de *Aming* Datum anno Dominicæ incarnationis M.C.XCVIII. Acta ſunt hęc petitione & interuentu Domini *Gerungi* venerabilis Præpoſiti *Oſterhouen* Cenobij.

## De Muta & Thelon. in *Auſtria*.

IN nominę ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Leupoldus* Dei gratia Dux *Auſtriæ* & *Styriæ*, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Pater noſter Beatæ memoriæ Dux *Leupoldus* damnum quod in itinere cum *Ortenburch* obſideret Eccleſiæ in *Oſtenhouen* ac fratribus intulit, ipſis in aliquo recompenſare cupiens in extremis pia ſuis amonitione inſtructꝰ filio ſuo beatę memoriæ fratri noſtro Duci *Friderico* commiſit, vt id ipſum quod morte præoccupatus facere non potuit, frater noſter loco ſui proſequeretur, frater igitur noſter pro remedio patris noſtri præfatæ Eccleſiæ ac fratribus donauit vt bona ipſorum vbique apud thelonea ſiue mutas ſuas abſque vectigali & eo quod dicitur Fürfart & penitus absque omni iuris perſolutione libere tàm per terram quam per aquam ducerentur, eis ſuper hoc priuilegij ſui cautelam impendens. Nos itaque parentum ac prædeceſſorum noſtrorum in bene actis veſtigia ſequi cupientes pro ſalute animæ patris & fratris noſtri, nec non & noſtræ prædictis fratrib. hoc ipsū donamꝰ, videlicet *Mutā* & Fürfart & præſenti pagina ſigilliq; noſtri impreſſione ſubſcriptioneq; teſtiū, quorū nomina ſunt hęc id ipsū eis cōfirmamus.

mus. Capellani *Chun.* & *Wolfgangus Chraſto* de *AmtZinpach, Wernhardus* de *Schavv berch, Walchuno* de *Griezpach Weichardus Dapifer* de *Seueld, Heidenr.* de *Gors Otto* de *Haſelavve, Pilgrinus* de *Svvartzenavve* & frater ſuus *Ortolfus, Otto* de *Stayze, Dietmarus* de *Charnbrunne, Hartnidus* de *Orte, Erchengerus* de *Zandeſet, Vlr.* de *Stubenberch, Otto* de *Chrems*, officiales *Herbordus* & *Dietmarus.* Datum per manus *Vlrici* apud *Pledling* ſuper *Tſermos*, Anno incarnationis Dominicæ M. C. XCVIII. XVI. Kln. Septemb.

## De Huba *Zeidlarn.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis Amen. *Ekbertus* Dei gratia *Babenberg.* Eccleſiæ electus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Decet omnes quos ad ſpiritualis regiminis apicē diuina gratia voluit ſublimare bonis iuſtisq; petitionibus aurem ſuæ clementiæ non auertere, votisque piis ac ſuperna inſpiratione conceptis deſideriis libenter annuere. Vnde petitionem dilecti noſtri Præpoſiti *Gerungi,* & fratrum in *Oſterhouen* juſtam attendentes, bonæ voluntatis amplitudine exaudiuimus, & quod à prædeceſſore noſtro felicis memoriæ *Chunrado Babenberg.* Eccleſiæ electo acceptum poſſederunt, nosque eisdem fratribus meritis ſanctorum duplicia recepturi contradidimus, magnum non judicantes, ſi carnalia noſtra eis ſeminemus, vt eorum ſpiritualia metamus, vt ex æqualitate in præſenti tempore noſtra abuntantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abuntantia noſtræ inopiæ ſit ſupplementum. Igitur Hubā vnā in *Zeidlarn* ſitam, quā *Rugerus* de *Ebring* quondā in beneficio habuit, prædeceſſoriq; noſtro hoc pacto, vt eisdem fratribus traderetur reſignauit. Nos quoq; fratribus ſupradictis omnis juſtitiæ plenitudinem confirmauimus. Vt autem hęc largitatis noſtræ donatio vſibus prædictorum fratrum in *Oſterhouen* firma in reliquum permaneat, ſcriptura paginæ hujus firmamus, & ad indicium ſtabilitatis ſigilli noſtri impreſſione muniuimus, cum teſtimonio, conſenſu, & fauore eorum qui præſentes aderant. De Dominis Cathedralibus, de Capellanis & miniſterialibus noſtris, quorum hæc nomina ſunt. De maiori Eccleſia Dominus *Gundelhohus* Decanus, *Syboto* Archipresb. *Gotfridus* & *Hertnidus* Canonici de titulo S. *Stephani* in *Babenvverch, Gotpoldus* & *Leupoldus* frater eius, Canonici de titulo S. *Iacobi Purchardus* Sacerdos & Canonicus. De miniſterialibus noſtris *Otto* de *Sleten. Marquardus Slich. Chalholus* de *Wintzer, Dietricus* de *Poding.* Acta ſunt hęc anno incarnationis Dominicæ M. CC. III. coram altari S. *Iohannis Baptiſtæ*, primo anno electionis Domini *Ekperti* in Epiſcopatum, V. Kln. Octob.

## Anniuerſarium *Reinoldi* de *Perndorf* cum matre.

VNiuerſis tàm præſentibus quàm futuris, præſens ſcriptum intuentibus. Præpoſitus *Oſterh.* totusq; eiusdem loci Conuentus orationes in Domino. In libro ſcriptum monſtratur Machabæorum, quod pro defunctis ſit res exorare ſalubris, quod bene *Reinoldus* vir prudens præmeditatus obtinuit precibus, quod in hoc conſenſimus eius ipſius vt matris obitus per nos recolatur officio pleno diuino quolibet anno, ſed per Conuentum deuotius vt peragatur, quatuor ipſe libras nobis offerre probatas dare curauit firmum pro lege notari, dimidia noſtris de rebus vt omnibus an. accepta lib. confratrum cedat in vſum, ergo quod intacta maneant, quæ ſunt recitata præſentem chartam precipimus inde notatam, Eccleſiæ noſtræ bulla noſtraq; ſerata. Teſtes autem huius rei ſumus nos Prepoſitus, C. Prior. S. Subprior. H. Senior. H. Cellarius, *Gozberch Rehus, Dietpoldus Wal, Wil. Ebus. Vl.* Sacerdotes. *Vl.* H. Dyaconi, *Frid.* H. Subdyaco. & alij quam plures familiares noſtri.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## De ſeruitio in Cœna Domini.

AD memoriam poſterum tranſmittimus, qualiter homo nobilis *Dietricus* de *Attenperg* contulit huic Eccleſiæ XX. lib. argenti ſpe mercedis æternæ. Hac videlicet ratione & conditione, vt annuatim in Cœna Domini pro remedio animæ ſuæ plenariè toti congregationi ſeruiatur. Sumptus autem ſeruitij huius de curte noſtra *Lintzing* & III. Sol. de curte *Oberndorf* colligatur. Facta ſunt hæc præſidente huic loco Præpoſito Domino *Gerungo*, anno adminiſtrationis eius quarto, anno autem ab incarnatione Domini Mill. CC. XXIV. factum eſt cum omni diligentia, promouit frater *Heinr. Suvverpir*.

## De Parochia in *Oſterhouen* & filiabus.

EKbertus Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus. Vniuerſis fidelibus ſalutem. Quanto deuotio religioſorum virorum ſtudioſius mandatis diuinis inhæret, & creatori ſuo per opera ſanctæ conuerſationis intendit, tanto humani generis inimicus ad turbationem eorum ſuę fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præſtat materiam litigandi, vt ſic ipſos retrahat à prępoſito quod jam inceperunt. Hinc eſt quod nos volumus Eccleſiæ in *Oſterhouen* quæ ad nos ratione juris patronatus ſpectare dinoſcitur inpoſterum prouidere ne falſitas veritati poſſit præjudicare, aut iniquitas prǫualere æquitati. Vniuerſitati veſtræ volumus conſtare proteſtantes, quod dicta Eccleſia cum omnibus filiabus ſuis pleno jure ad fratres Deo ibidem militantes ſpectare & pertinere cognoſcitur. Ne autem ſuper huiuſmodi proteſtatione aliquo modo poſſit dubitari, & vt fratribus jus eorum ſaluum permaneat, pręſentem paginam ſygilli noſtri munimine roboramus, Anno ab incarnatione M. CC. XXVIII.

## De Aduocatia eiuſdem per Epiſcopum *Babenbergen.*

OMnibus Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis. *Ekbertus* Dei gratia *Babenbergen.* Eccleſiæ Epiſcop. ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtræ patere volumus & conſtare, quod nos ſubſcriptam priuilegij formam cum ſygillis hic annotatis in theſaurario noſtro reconditam habemus & conſeruatam. *Ludvvicus* Dei gratia Palatinus Comes *Reni*, & Dux *Bauariæ*, omnibus in perpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum, ideo ne ea quæ ritè aguntur, poſtmodum in dubium reuocentur, conſueuerunt ſcripti munimine roborari. Quapropter notum eſſe cupimus tàm præſentibus quàm futuris, quod venerabilis Dominus noſter *Ekbertus Babenberg.* Epiſcopus nos & *Ottonem* filium noſtrum, & omnes hæredes noſtros qui nobis jure feodali debent ſuccedere, de feodo *Alrami* & *Alberti* fratrum de *Hals*, quod ab ipſis euicit, & mediante ſententia obtinuit, coram rege rationabiliter infeodauit. Hoc pacto interpoſito quod de eodem feodo nihil infeodare nec obligare nec vendere, nec aliquo modo obligare debeamus, nec aliquo modo alienare debeamus ab Eccleſia nec poſſimus. Adiectum fuit præterea quod nos & noſter filius & noſtri hæredes debeamus eſſe contenti antiquo jure aduocatiæ, quod per priuilegia vel per ſeniores terræ illius poterit declarari; & vt hæc in ſua firmitate permaneant, præſentem paginam ſygillis Sereniſſimi Domini noſtri *Heinrici Rom.* Reg. *Alberti Magdeburg* Archiepiſcopi, *Heinr. Winacenſis* Epiſc. *Heinr.* Epiſc. *Aiſteten.* atque noſtro noſtrique filij *Ottonis* Palatini Comites *Reni*, & *Leupoldi* Ducis *Auſtriæ* fecimus muniri. Teſtes autem hi ſunt, *Rudolfus* Palatinus Comes de *Teuvving*, *Hermannus* Marchio de *Paden*, *Chunr.* Purgrauius de *Noremberkh*, *Heinr.* Comes de *Otingen*, *Fridericus* de *Truhendingen*, *Dapifer* de *Waltpurch Chunradus Pincerna* de *Winterſteten*, *Chunr.* de *Winſperch*, *Gotfridus* de *Dikkenpach*, *Hertvvicus* de *Hirſperch*, *Leupoldus*

* *Tubing*

*poldus Pincerna* de *Vogelſperch*, *Hademarus* de *Chunring*, & alij quam plures. Acta ſunt hæc apud *Ezzeling*, Anno Domini M. CC. XXVIII. primę Indictionis. Et vt his plena fides adhibeatur, pręſentem paginam munimine ſygilli noſtri roboramus.

## Donatio Paroch. *Oſterhouen*. cum annexiis.

NOs *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen.* Epiſcopus, præſenti ſcripto proteſtamur. Nos literas venerabilis patris anteceſſoris noſtri felicis memoriæ *Ekberti* Epiſcopi vidiſſe de verbo ad verbum ſub hac forma. *Ekbertus* Dei gratia *Babenbergen.* Epiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Quanto deuotio religioſorum virorum ſtudioſius mandatis diuinis intenditur, tanto humani generis inimicus, ad turbationem eorum ſuæ fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præſtat materiam litigandi, vt ſic ipſos retrahat à propoſito quod jam inceperunt. Hinc eſt quod nos volumus Eccleſiæ in *Oſterhouen* quæ ad nos ratione juris patronatus, ſpectare dinoſcitur inpoſterum prouidere, ne falſitas veritati poſſit prędjudicare aut iniquitas præualere ęquitati. Vniuerſitati veſtræ volumus conſtare proteſtantes; quod dicta Eccleſia cum omnibus filiabus ſuis, noſtra & anteceſſorum noſtrorum largitione pleno jure ad fratres Deo ibidem militantes, ſpectare & pertinere cognoſcitur. Ne autem ſuper hujuſmodi proteſtatione aliquomodo poſſit dubitari, & vt fratribus jus eorum ſaluum permaneat, præſentem paginam ſygilli noſtri munimine roboramus. Anno ab incarnatione Domini M. CC. XVIII.

## Proteſtatio litis de Eccleſia in *Chaſſen*.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Nos *Vlricus* miſeratione diuina *Patauien.* Archydiaconus, judex à ſede apoſtolica delegatus. G. eadem miſeratione Decanus apud ſanct. *Nicolaum* in *Patau.* Iudex ſubdelegatus omnibus hanc paginam inſpecturis, ſalutem in verò ſalutari. Ad notitiam cupimus peruenire tàm pręſentium quàm futurorum, quod cum nos de mandato apoſtolico ad querimoniam *Pilgrini* Clerici, venerabilem in Chriſto fratrem noſtrum *Heinr.* Præpoſitum in *Oſterhouen*, *Patauiam* peremptoriè citaſſemus, & ipſe coram nobis die ſtatuto compararet, jam dictus *Pilgrinus* Clericus, petiit à nobis quatenus Præpoſito & Conuentui in *Oſterhouen*, auctoritate qua fungeremur, pręcipere deberemus, vt ipſum P. Clericum Eccleſiam in *Chaſſen*, ad quam per venerabilem in Chriſto fratrem noſtrum *Popponem Altachenſem* Abbatem Epiſcopo *Patauien.* Dyœceſano ipſorum canonice ſicut dicebat fuerat præſentatus quiete & pacifice permitterent poſſidere. Sed cum jam dicti Præpoſitus & Conuentus in *Oſterhouen* per priuilegia & confirmationes *Patau.* Epiſcoporum, nec non & per præſcriptionem legitimam Eccleſiã in *Chaſſen*, tàm in temporalibus quàm in ſpiritualibus ad ſe pleno jure pertinere parati eſſent probare, cum etiã jam dictus Abbas *Altach* in judicio coram nobis comparens requiſitus à nobis, vtrum ſe jam dicto P. Clerico præſentatorem in Eccleſia *Chaſſen* recognoſceret reſpondet quod ipſe Conuentus in *Oſterhouen* præſcripſerat impedire nollet vel aliquo modo peturbare. P. Clericus neſcimus quo inſtinctu ductus, vel qua improbatione petitorũ deficere ſe credebat, vel quia injuſtã litẽ à ſe foueri ſciebat, liti & actioni quam aduerſus Conuentum in *Oſterhouen* intentarat voluntariè ceſſit nullis prorſus precib. vel illectionibus ſuper ceſſione hui⁹ interuenientib. reddens ei reſcriptũ quod ſuper hoc à ſede apoſtolica obtinuerat. Nos igitur habito ſuper hoc prudentiũ noſtrorũ conſilio, tum propter recognitionẽ Abbatis

*Altahenſis*,

*Altahenſis*, quam coram nobis fecit Conuentui in *Oſterhouen* ſuper jure quod ipſi Oſterhouen. habebant in Eccleſia *Chaſſen*, tamen etiam propter voluntariam ceſſionem jam dicti P. clerici Conuentum in *Oſterhouen* ab obſeruatione huius judicij ſententialiter abſoluimus Eccleſiam in *Chaſſen* pleno jure tàm in temporalibus quàm ſpiritualibus adjudicantes eisdem ad quod faciendum id nos prçcipue induxit, qui per autenticum ſcriptum venerabilis in Chriſto fratris *Ludvvici* Abbatis in *Alderſpach Ciſtertienſ.* ordinis, cui injunxeramus vt priuilegia *Oſterhouen* Eccleſiæ inſpiceret nobis conſtitit Eccleſiam *Chaſſen* à felicis memoriæ *Reinberto* quondam *Patau.* Epiſcopo, Conuentui *Oſterhouen.* per Concambium fuiſſe traditam & poſtmodo à ſucceſſore ſuo bonæ memorię *Chũrado* ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo confirmatam. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C C. XXVIII. XIII. Kln. Iulij in Conuentu majoris Eccleſiæ in *Patauia*. Teſtes hujus rei ſunt P. Abbas *Altahenſis* & eius Monachi, *Vlr. Bohemus*, *Wilhalmus* Can. de *Oſterhouen*. *Rudolfus* & *Traiboto* Can. *Patau. Chunr.* major plebanus, *Eberhardus* de *Veuhtenpach*. *Albertus* de *Poſſenmünſter* R. de *Lansdorf.* Clerici verò *Vlr.* plebanus de *Mundfing*. *Chunr.* Scolaſticus, *Heinr. Phyſicus* de *Ehvv*, *Walchün* cognomine *Dyabolus*. *Hartliebus* notarius Epiſcopi. *Pilgrinus* de *Waltchirchen*, *Richkerus* & *Heinr.* de *Pezenpach* de domo S. *Nycolai* Can. & alij quam plures.

## De Muta in *Tekkendorf* & *Maedling*.

VNiuerſis præſentem paginam inſpecturis. *Albertus* Comes de *Pogen* ſalutem. Vniuerſitati veſtræ conſtare volumus & patere, quod nos fratribus in *Oſterhouen* intuitu mercedis diuinæ remittimus & indulgemus, jus quod habemus in rebus ipſorum, quæ deducuntur per comitatum noſtrum ſiue in Danubio ſiue in Yſara, tàm in viis, quàm in pontibus, tàm in aſcenſu quàm in deſcenſu, ita quod nihil ſoluant officiatis noſtris. Et vt prædictis fratribus jus eis à nobis collatum ſaluum permaneat & perpetuum, præſentem paginam munimine ſigilli noſtri roboramus, transgreſſoribus eam pœnam infligentes, vt nobis vel ei ad quem jus noſtrum deuoluitur quinque libras perſoluant. Teſtes huius rei ſunt. *Heinr.* de *Pholingen*, *Rudolfus Reuht*, *Godfridus* de *Schainbach*, *Albertus* de *Erlpach*, *Dietmarus* de *Podingen* & alij quam plures. Data Anno gratiæ Milleſ. C C. XXVIII.

## De decima *Straubing* & *Ellenpach*.

L*Vdvvicus* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* & Dux *Bavvariæ*. Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalut: Vniuerſitati veſtrę volumus conſtare & patere, quod nos pro amore Dei Eccleſiæ ſanctæ *Margaretæ* in *Oſterhouen* contulimus perpetuo decimantes omnium redditũum noſtrorum in *Straubing* & *Ellenpach*. Volumus etiam vt prędictæ decimationes non tranſeant in obligationem vel alienationem, ſed prædictis fratribus ejuſdem loci ſemper ſaluæ permaneant. Et vt iſta donatio perpetua ſit prçſens ſcriptum munimine ſygilli noſtri fecimus roborari. Data ſunt hæc anno gratiæ Mill. C C. XXX. in *Ritenpurch*. Teſtes *Anshelmus* de *Iuſting*. *Chunr.* & filius eius ejuſdem nominis de *Hohenuelde*, *Pincerna*, *Leutoldus* de *Augia*, & filius eius. *Vlricus* & *Ludvvicus*, *Perchtoldus Pincerna* de *Oze*, & *Heinr.* notarius eius.

## Poſſeſſiones à Dominis de *Horbach*, ſunt ſine aduocatia & omni exactione.

VNiuerſis Chriſti fidelibus *Ludvvicus* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bavvariæ* ſalutem. Contra falſam iniquorum aſſertionem & ne ipſa falſitas præjudicet

præjudicet veritati. Vniuerſitati veſtræ prę́ſentium auctoritate & in figura judicij finaliter ſententiam⁹, quod omnes poſſeſſiones tã cultæ quã incultę collatæ Eccleſię ſanctæ *Margaretæ* in *Oſterhouen*, à *Chunrado* de *Horbach*, & à progenitoribus ſuis ſunt ſine jure aduocatiæ, niſi vnicus filius eius *Chunr.* velit ipſas defendere, habito reſpectu æternæ retributionis, & ſine omni honore & onere jure aduocationis. Teſtes autem noſtræ ſententię ſunt Comes *Heinr.* & *Chunr.* de *Mosburch*, Comes *Albertus* de *Pogen*, & *Otto* Comes de *Grünenpach*, & *Hoholdus* de *Nidekke*, *Heinricus* de *Lapide*, *Chunr.* de *Hohenuels*, & *Chunr.* filius ejuſdem. *Leutoldus* de *Auvve*, & filij eius *Vlr.* & *Ludvvicus* & alij quam plures. Acta ſunt hæc *Lantzhut*, Anno gratiæ M. CC. XXIX. Datum Kln. Martij.

## Libertates indultæ Monaſterio à ſedę apoſtolica.

GRegorius IX. Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Præpoſito in *Oſterhouen* ſanctæ *Margaretæ*, ejusq́; fratrib. tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis inperpetuum. Quotiens à nobis petitur quod religioni & honeſtati conuenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere ac petentium deſiderio congruum ſuffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam S. *Marg.* in *Oſterhouen*, in qua diuino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam in eod. loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuus ibidem inuiolabiliter obſeruetur. Prętereа quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona ead. Eccleſia in præſentiarum juſtè ac canonicè poſſideat aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisq́; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinẽtiis ſuis ac filiabus ſuis de *Poding*, *Mulheim*, *Chaſſen*, & decimis earundem, & alias poſſeſſiones in pratis, vineis, terris, nemoribus, vſuagiis, paſcuis, in boſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis clericos vel laicos, liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, ac eos abſq; contradictione aliqua retinere. Cum autẽ generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excõmunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis ſubpreſſa voce diuina officia celebrare, dum̃odo cauſam non dederitis interdicto. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in veſtra Eccleſia profeſſionem, fas ſit ſine ſui Præpoſiti licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentem verò, abſque communi literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Dyœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper vt infra fines parochiæ veſtræ, nullus ſine aſſenſu Dyœceſani & veſtro Capellam ſeu oratorium conſtruere audeat ſaluis Priuilegiis Pontificum Romanorum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decreuimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint placuerit, niſi fortè excommunicati

vel

vel interdicti ſint, aut etiam publicè vſurarij, nullus obſiſtat, ſalua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas vero ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes quę à laicis detinentur redimendi & legitimè liberandi, de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent reuocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars majoris & ſanioris conſilij ſecundum Deum & beati *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, vt infra chlauſuras locorum ſeu grangiarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus & pręſentis ſcripti priuilegio communimus. Decreuimus verò vt nulli liceat omninò hominum præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate & Diœceſani Epiſcopi Canonica juſtitia. Si quæ igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundo tertiòue commonitus, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino officio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę ſubjaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic & fructum bonæ actionis & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen. Dat. *Lat.* Kln. April. Indictione II. Anno Domini M. CCC. XXX. Pont. Domini *Greg.* P P. anno I V.

## Quod Prælatus eſt ſummus Capellanus Ducis, & de decima *Straubing* & *Ellenpach.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. *Otto* Dei gratia Palatinus Comes *Reni* & Dux *Bavvariæ.* Vniuerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem. Sicut vinculo naturali filius hęres pro debito patris intelligitur eſſe obligatus, ita videtur pater ſoluere ſi filius pro eo fecerit ſolutionem. Hinc eſt quod nos vniuerſitati veſtræ patere volumus & conſtare, quod reſpectu æternæ mercedis, & pro eo quod Dominus *Heinr.* ſanctæ *Margar.* in *Oſterhouen* Præpoſitus noſtro patri ſuis in neceſſitatibus cum perſonæ periculo & diſpendio rerum ſeruitia multiplicia exhibuit fideliter & deuotè prædictam Eccleſiam ea prærogatiua volumus perpetuo gaudere & honore, vt vbicunque locorum fuerimus, qui pro tempore in eadem Eccleſia Præpoſitus fuerit, omnium Prælatorum, Capellanorum, & Clericorum ipſe primus exiſtat & major, & in præſentia noſtra faciat alij, qui fretus ſua auctoritate impleat, quod ei ab ipſo fuerit ordinatum & injunctum. Præterea volumus vt tempore noſtræ refectionis propter præſentiam aliquorum Prælatorum cuiuſcunque profeſſionis fuerunt locum quem ei

aſſignamus in latere noſtro non alterando tranſmutet, & vtenſilia Capellaniæ noſtræ conſeruet, vel faciat Camerarium noſtrum ſubjecto nundero conſeruare, & diſtributio eleemoſinarum noſtrarum juxta diſcretionem prædicti Prælati fiat & ordinetur: ſed qui nobilitas illam legem ſibi præfixit, quod nihil credit præſtitiſſe ſi ſine adjectione conferat & fecerit donationem. Vnde nos liberaliter præfatæ Eccleſię donamus decimationem omnium redditum noſtrorum in *Strubing*, ſecundum quod continet Patris noſtri inſtrumentum, ſuper eadem donatione confectum. Et volumus vt vbicunque locorum in figura judicij fuerimus ipſe cauſam Eccleſiæ ſuæ prior proſequatur & proponat, & à nobis ante omnes expediatur, & quando contingeret ipſum curiam noſtram intrare ſibi & quatuor euectionibus honeſtè de expenſis noſtris prouideatur. Et vt iſta rata permaneant & inconuulſa pręſentem paginam munimine ſigilli noſtri roboramus. Teſtes Comes *Heinr.* de *Moſpurch*, Comes *Otto* de *Grunenpach*, *Chun.* de *Geren*, *Chunr.* de *Hohenuels*. *Sifridus* de *Fraunſperch*, *Chunr.* notarius noſter de *Heidelberch*, & alij quam plures. Acta ſunt hæc *Lantzhut*, Anno gratiæ M. CC. XXXI. IV. Kln. Nouembris.

## De Curia *Entavv*.

ALbertus Comes de *Pogen*, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem. Vniuerſitati veſtræ conſtare volumus & patere, quod Eccleſia S. *Margaretæ* in *Oſterhouen*, Marſchalco noſtro nomine *Gebhardo* Curiam ſuam in *Paskning* pro tempore tant. vitæ ſuæ cuſtodiendam locauit, quatenus ipſi Eccleſię ſecundum euentum fructuum annuatim tanquam colonus Domino ſuo exinde reſpondeat, & quando jam dictæ Eccleſiæ placeat ipſum factum poſſit mutare, & Curiam ad ſe reuocare, non obſtante contradictione eiuſdem Marſchalci, vel ejus hæredum. Præterea volumus vos ſcire quod jam ſæpe dicta Eccleſia *Marquardo* diſpenſatori noſtro Curiam ſuam *Entavv*, ad idem jus vel onus locauit. Et vt prædictis fratribus ejusdem Eccleſiæ jus ipſorum ſaluum permaneat & inconvulſum, & ne aliquomodo poſſit de præſcripto facto inpoſterum dubitari, præſentem chartam munimine ſigilli noſtri roboramus. Teſtes *Alramus* de *Chamb*, *Rudolfus Rauto*. *Albertus* de *Erlbach*, *Vlricus* de *Leuvvolfing*, *Heinricus* de *Achaltingen*, *Engeſchalcus* de *Saehſing*, *Eberhardus*, *Vlricus* & *Rudolfus* Sacerdotes prædictæ Eccleſiæ. Acta ſunt hæc *Naternberch* Kln. Iulij, Anno Dn. M. CC. XXXIII. *Vulg. Marſtaller.*

## De Muta in *Vilshouen* à Dominis de *Ortenburch*.

H. Dei gratia Comes de *Ortenburch*. Notum fieri cupimus tàm futuris quàm præſentibus, quod nos pro ſpe & incolumitate ſalutis noſtræ fratribus ſanctæ *Margaretæ* de *Oſterhouen* indulſimus vt ab omni muta & theloneo tàm in aquis quàm in terra liberi ſint apud *Vilshouen* ciuitatem noſtram ſub hac forma, vt quidquid de bonis & rebus ejuſdem ſpecialiter tranſeat, nihil ex his nobis aut judici noſtro vel thelonеario vel cuiquam noſtrorum penitus perſoluatur. Præſens igitur ſcriptum roboratum ſigilli noſtri munimine ipſis conferimus, vt hoc factum noſtrum nunquam poſſit aliqua delere obliuio aut proceſſu temporis à quoquam valeat immutari. Teſtes *Weigandus* de *Kümtingen*, *Heinr.* de *Pomgarten* nobiles. *Ortvvinus* de *Cholberch*, *Richgerus* de *Rotone*, *Otto* de *Sturſpach*, *Sygelochus*, *Chalhohus*, *Marquard* fratres *Sakkingij*. *Syboto* de *Zvviglarn*, *Heinr. longus*, *Heinr. perditor.* & alij quam plures. Acta ſunt hæc anno M. CC. XXXVI. Indictione IX. Datum *Vilshou.* XV. Kln. Maij.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## Fundatio Eccleſiæ *Slagen.*

RVdigerus Dei gratia *Patau.* Eccleſiæ Epiſcopus, omnibus tàm præſentibus quam futuris ſalutem in eo qui eſt vera ſalus. Ad notitiam omnium cupimus peruenire, quod Chalhohus de Valchenſtein miniſterialis Eccleſiæ noſtræ in loco qui vocatur *Slag* fundauit Cœnobium ad honorem Dei & genitricis ſuæ *Mariæ* cum conſenſu & voluntate prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ *Wolfkeri.* Fundatricem igitur illam filius ſuus Chunr. in noſtra præſentia renouauit, & in hoc mag. roborauit, quod à jure aduocatiæ receſſit, & ſine omni vtilitate promiſit eundem locum ipſe & ſui ſucceſſores defendere & injurias proclamare. Præterea partem decimationis, quam in illis bonis habuit, nobis voluntariè reſignan. & nos easdem decimas ad petitionem ipſius *Chunr.* tradidimus illi loco. Cœnobium inquam illud Eccleſiam & decimas cum omnibus attinentiis cultis & incultis tàm in *Bavv.* quàm in *Auſtria*, nos conferimus ac committimus pleno jure, dilecto in Chriſto fratri noſtro Præpoſito in *Oſterhouen* tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus, vt ipſum regat ſecundum regulam beati *Auguſtini* & ordinem *Præmonſtrat.* Quicunque ergo Cœnobium illud in captura piſcium, ſucciſione arborum, vel qualicunque modo in redditibus ſuis habitis & habendis indebitè læſerit vel damnificauerit malitioſè, idem ſummam excommunicationis beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ac etiam noſtram ſe nouerit incurriſſe. Vt autem hæc fundatio permaneat inconuulſa & ne hæredes prędicti *Chunr.* præſumant eam in aliquo aggrauare, nos præſens priuilegium ſigillo noſtro & Capituli, ac etiam ipſius *Chunr.* & teſtium ſubſcriptione fecimus communiri. Hi ſunt teſtes: *Chunr* Decanus *Patau. Godfridus* Archidiac. & Theſaurarius, *Chunr.* Tumplebanus, *Eberhardus* de *Veuhtenpach*, *Rugerus* de *Lonſtorf*, *Meingotus* de *Waldecke. Heinr. Zobelinus. Chunr.* Decanus *Ratiſpon.* & Canonicus *Patau.* Miniſteriales Eccleſiæ *Pat. Chunr.* de *Valchenſtain*, *Ortolfus* & *Heinr* fratres de *Waldecke*, *Pilgrimus* de *Tannberch* & alij quam plures. Dat. *Pat.* anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXXVI.

*Tumplebanus.* Domſpfarrer.

## De Muta & Theolon. in *Auſtria.*

FRidericus Dei gratia Dux *Auſtriæ* & *Styriæ* & Dominus *Carniolæ* omnibus inſpecturis hanc paginam in perpetuum, ſolitæ benignitatis affectu opera charitatis quæ felicis recordationis progenitores noſtri ſpecialiter pro libertate Eccleſiarum quarumlibet quæ in noſtro dominio ſunt conſtitutæ facere dinoſcuntur, firmare, conſeruare, augmentare pariter cupientes, tenore prę ſentium notum fieri volumus vniuerſis quod non ſolum ex inſtrumento & non immerito inclinamur ad ſingula conſeruanda quæ vel compenſando aut de mera liberalitate dicti progenitores noſtri quomodolibet feciſſe videntur aſſurgimus cum affectu verum etiam diuinitus ſtimulati ſingulis eccleſiis de gratia ſpeciali noſtris temporibus taliter adeſſe volumus & prodeſſe vt & nos ex his & aliis quæ fecerimus Domino inſpirante mereamur fieri participes regni Dei penſatis igitur præmiſſis feliciter atque digne fratribus Eccleſiæ in Oſterhouen fauorabiliter indulgemus, vt ſingulis annis omnia victualia ſua tàm per aquam quam per terram noſtram ad Cœnobium ſuum libere ducere debeant, ſine omni theloneo atque muta: vt autem hujuſmodi gratia fratribus & dictæ Eccleſiæ per nos facta perpetuo debeat conſeruari, prę ſentem paginam in euidens teſtimonium ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Acta ſunt hæc *Pat.* Anno Domini M. CC. XLI. pridie Kln. Martij.

De

## De Muta & Theolon. in *Auſtria.*

FRidericus Dei gratia Dux *Auſtriæ* & *Styriæ*, & Dominus *Carn.* omnibus hanc literam inſpecturis in perpetuum. Cum Eccleſia in *Oſterhouen* à bonę memoriæ Duce *Leupoldo*, atauo noſtro occaſione quondam obſidionis Caſtri in *Ortenburch* læſa fuerit plurimum & grauata in recompenſationem ejuſdem damni ejuſdem Eccleſiæ felicis recordationis progenitoris noſtri pia deuotione duxerunt indulgendum vt omnia victualia ſua vbique apud thelonea ſiue mutas ſuas absque vectigali & eo quod Fürvart vulgariter appellatur gaudere debeant libero tranſitu & ſecuro. Nos eorundem prædeceſſorum noſtrorum inhærere veſtigiis cupientes id ipſum jus pro Deo omnipotentis reuerentia memoratæ Eccleſiæ duximus concedendum. Vt autem hęc conceſſionis noſtræ gratia debeat inuiolabiliter obſeruari, præſens ſcriptum ſigilli noſtri charactere roboratum ſępefatæ Eccleſię mandauimus aſſignari. Datum in *Chrems* per manus magiſtri *Vlrici* de *Chirnperch* Prothonotarij, Anno Domini M. CC. XLI. VII. Idus Martij, XIV. Indict.

## De domo in *Patauia.*

RVdigerus Dei gratia *Patauien* Epiſcopus in perpetuum. Ne rebus geſtis procedente tempore periculoſa obliuione valeat derogari, ea quæ aguntur ſolent commendari, ſcripti memoriæ ad cautelam. Hinc eſt quod notum eſſe cupimus, tàm præſentibus quàm futuris, quod cum *Otto* dictus *Chlosner* fidelis noſter ciuis *Patau.* Eccleſiæ & Conuentui in *Oſterhouen* pro remedio animæ ſuæ & Irmgardis vxoris ſuæ & progenitorum eorundem, & vt ipſorum anniuerſarius in feſto *Oſvvaldi*, annis ſingulis celebretur in præſentia noſtra & ciuium noſtrorum domum ſuam in qua *Sifridus* de *Oſterhouen* habitauit hactenus tradidiſſet, pariter & donaſſet perpetuo poſſidendam. Petiuit autem à nobis idem Conuentus & dictus *Otto* vt dictam domus pręfatæ collationem noſtris dignaremur litteris confirmare. Nos ergo juſtis eorum petitionibus ſatisfacere cupientes, auctoritate noſtra donationem eandem duximus confirmare: vt autem dictæ donationis cõfirmationi nequeat per alicuius friuolam malitiam inpoſterum obuiari, præſentem paginam cum ſygilli noſtri appenſione & teſtium ſubſcriptione fecimus communiri. Teſtes autem hi: *Engelſchalcus, Chunr. Setzer, Metfridus, Chunr.* filius *Perhardi Duringus Sartor, Sifridus* de *Oſterhouen*, & *Leupoldus* filius eius, *Purchkardus Ekkericus* & alij quam plures. Dat. *Patau.* anno Domini M. CC. XLI. XII. Kln. Apri. Indictione XIV.

## Item de Curia *Paſching.*

OMnia quæ aguntur in tempore ne labantur cum tempore ſcripturarum ſerie ſolent perennari. Hinc eſt quod nos *Heinricus* dictus de *Oſterhouen* Prępoſitus, & ipſius loci Capitulum, poſteritati noſtræ præſenti ſcripto mandare curamus, quod querimonia inter nos & miniſteriales dictos de *Steinberckh*, *Albertum* videl: & *Perchtoldum, Wernhardum* & *Chunradum*, & ipſorum Patrem *Perchtoldum* piæ memorię à multis retroactis temporibus ſemper interminata permanſit. Tandem verò dicta cauſa à venerabilibus de ſuperiori *Altach* & de *Wimberg* Abbatibus vtriuſque partis arbitris taliter diffinita eſt, vt nos jam dictis militibus de *Steinberch* X. lib. Ratiſp. probatę monetę perſolueremus, & ipſi ſæpedicti miniſteriales intuitu Dei & pro remedio patris ipſorum prædium in *Paſchingen* Eccleſiæ noſtrę quiete poſſidendum contraderent. Vt autem iſta quæ pręlibata ſunt firma & rata permaneant, Nos de *Steinberch* fratres, *Albertus*,

*Perchtoldus*, *Wernhardus* & *Chunradus* confitemur nos abnegaſſe omne jus proprietatis in prædicto prædio *Paſching* coram venerabilibus de *ſuperiori Altach*, *Vlrico* de *Wimberg* Abbatibus in Cœnobio *Wimberg* aſtantibus Priore *Heinrico* & ſuperiore *Rudolfo*, & aliis ipſius loci fratribus. In teſtimonium verò ſupradictæ firmitatis præſentem ſchedulam prædictorum Abbatum fecimus ſigillo muniri. Huius rei Teſtes ſunt *Ludvvicus* miles de *Eroltesueld*, *Heinr* de *Tüſcheldorf* & frater ſuus, *Rupertus*. *Chunr*. dictus *Patruus*, *Rugerus Preco*, *Rugerus Faber*, & alij quam plures. Acta ſunt hæc anno gratiæ M. CC. XLIII. Indictione ſecunda.

## Ne aliquis nos conueniat in Iudicio prouinciali, ſed in Camera Ducis.

OTTO Dei gratia Palatinus Comes *Reni*, Dux *Bavvariæ* omnibus præſens ſcriptum intuentibus judicibus ac officialibus ſuis gratiam ſuam. Noueritis nos propter petitionem venerabilis Præpoſiti & Collegij ſui *Oſterhouen*, ob reuerentiam diuinę remunerationis, principaliter Eccleſiam ipſorum talem gratiam feciſſe, videlicet vt nullus veſtrum de poſſeſſionib⁹ ipſorum quaſi decem aut XX. annis vel amplius inquieta duxerunt poſſeſſione judicium faciat alicui querelanti. Perſonaliter namque de ipſis ac eis attinentibus juſtitiæ vniuerſis proponimus facere complementum. Ne igitur aliquis veſtrum eidem gratiæ audeat in contrarium venire, pręſentem chartam ipſis dedimus in teſtimonium ſigilli noſtri vigore communitam. Acta ſunt hæc Anno Domini M. CC. XLV. XII. Kln. Iun. Indictione tertia.

## De Muta & Theolon per totam terram *Bauariæ*.

NOs *Otto* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bavvariæ*, vniuerſis pręſenti ſcripto declaramus, quod dilectis venerabilibus *Præpoſito* & Capitulo de *Oſterhouen* gratiam fecimus ſpecialem. Videlicet vt in mutis noſtris vel Theloneis ammodo nulla thelonea ſoluant, & illæſa ipſis attinentia & maxima vinum de *Auſtria* ipſis transportandum in aquis & in terris ſine exactione emolumento traduci permittantur. Ne autem aliquis præſumptuoſus eandem gratiam ipſis liberè conceſſam audeat violare, ſub obtentu gratiæ noſtræ inhibemus, pręſens ſcriptum ſigillo noſtro munitum eisdem aſſignantes. Acta ſunt hęc Anno Domini M. CC. XLVI. VI. Kln. Iulij, indictione quarta.

## De duabus Hubis.

INnomine Domini Amen. *Heinricus* Dei gratia *Babenberg*, Epiſcopus. Vniuerſis præſentes literas inſpecturis inperpetuum. Quoniam labilis eſt memoria hominum geſtæ rei, notitiam ſcripturę teſtimonio duximus commendandam, ne in recidiuæ contentionis ſcrupulum relabantur. Nouerit igitur tàm præſentium ętas, quàm futurorum poſteritas, quod prædeceſſor noſter Venerabil. Epiſcopus *Ekbertus* bonæ memoriæ manſum noſtrum in *Oſterhouen* quondam fratris *Wipotonis* hęreditarium, quem Magiſter *Petrus Valkenarius* poſt eundem tenuit, Præpoſito & Conuentui in *Oſterhouen* pro ſeruitus & donis, quę ab eis receperat, contulit eo jure, vt cenſum, ſtatutū & ſeruitia debita ſicut & cæteri domeſtici, de ipſo perſoluere debeant annuatim. Vnde conſiderantes grata obſequia & deuotionem quæ dictus Præpoſitus & Conuentus prædeceſſoribus noſtris & nobis exhibuerant, & in antea poterunt exhibere, gratiam eis factam in eodem manſo, auctoritate pręſentium & ſigilli noſtri munimine, cum ſub-

ſcriptione

ſcriptione teſtium communimus, confirmamus. Teſtes autem ſunt hi: *Hermannus* Abbas de *Altach*, *Albertus* Abbas de *Metemen*. *Heinr*. Præpoſitus *veteris Capellæ Ratiſbon*. Canonicus noſter *Rudlibus*, Præpoſitus in *Rinichna*, *Werinhardus* de *Vttendorf*, *Purchkardus* de *Weier*. *Ludvvicus* de *Hageuavve*, *Wolframus* Pincerna noſter de *Reut*, *Gebhardus* de *Veltbach*, *Albertus* de *Gneiſſing*, *Chunr*. *Zvvikauf*, & alij quam plures. Datum anno Domini M. C C. X L I X. Indictione V I I. menſe Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

## Littera *Chotvvicen*. de decima vinearum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis amen. *Heinr*. Dei gratia *Chotvvicen*, hanc litteram inſpecturis, ſalutem in perpetuum. Diſcretorum virorum prouidentia ea quæ ipſos aguntur in tempore, ne per obliuionem humanam à memoria ſimul labantur cum tempore ſcriptis prouidit, ac proborum virorum teſtimonio confirmare, quorum nos veſtigia obſeruantes omnibus innoteſcimus hanc literam inſpecturis, quod venerabilis Præpoſitus & Conuentus de *Oſterhouen* prædeceſſorum noſtrorum temporibus vtriusque Eccleſiæ conſiderata vtilitate curiam ſuam apud *Chrems* cum omnibus attinentiis vineis & agris à decimis nobis inde prouenire taliter exemerunt quod villa quę ſuperior dicitur *Vuthavv* noſtræ Eccleſiæ contulerunt in recompenſationem prædictarum decimarum perpetuo poſſidendam, ita tamen vt dimidia carra vini nobis de prælibata curia annis ſingulis perſoluatur, nosque ipſis in æquipollentia curiam villicariam addidimus apud *Teizz* liberaliter poſſidendam. Ne autem ſuper his prętextu alicuius venditionis ſeu obligationis noſtrarum decimarum prædictæ Curiæ de *Oſterhouen* ſuper libertate ſuæ emptionis calumnia ſeu quæſtio ammodo oriatur, ſed hic tractatus à noſtris prædeceſſoribus ſolemniter factus perpetuò robur obtineat firmitatis ipſum tenore & auctoritate præſentium renouamus ac perhenniter confirmamus ſygilli noſtri atque Conuentus characterem apponentes. Teſtibus etiam qui huic publicationi & renouationi intererant ſubnotatis, qui ſunt *Irnfridus* Decanus *Chrems*. *Hertnidus* Sac. *Albero Winceler* *Chunr*. Sac. de *Pruſing*. *Perchtoldus Trauernius*, *Meinhardus* de *Lapide*, *Chunr*. *Seuelder*. *Ratiſpon*. Senior. *Hayſtolfus Groſſus*, *Otto* filius *Haiſtolfi*, *Hecunbo*, *Meinhardus* de *Camera*, *Waltherus Moderſtoch* & alij quam plures. Actum in *Stayn*, anno Domini M. C C. L I. Indictionis decimæ.

## Item de Muta & Thelon. per terram *Auſtriæ*.

OTakhrus Dei gratia Dux *Auſtriæ* & *Styriæ* & Marchio *Morauiæ*, vniuerſis literam hanc inſpecturis ſalutem in perpetuum. Cum Eccleſia in *Oſterhouen* à bonæ memorię Duce *Leupoldo* atauo Illuſtri quondam Ducis *Auſtriæ Friderici* occaſione quondam obſidionis Caſtri in *Ortenburch* læſa fuerit plurimum & grauata, in recompenſationem ejuſdem damni eidem eccleſiæ felicis recordationis principes memorati pia deuotione duxerint injungendum, vt omnia victualia ſua vbique apud thelonea ſua ſiue mutas ſuas absque vectigali & eo quod vulgariter Fürfart appellatur gaudere debeant libero tranſitu & ſecuro. Nos in eorundem principum inhærere veſtigiis id ipſum jus pro Dei omnipotentis reuerentia memoratæ Eccleſiæ liberaliter ducimus concedendum. Vt autem hæc conceſſionis noſtræ gratia debeat inuiolabiliter obſeruari, præſens ſcriptum ſigilli noſtri charactere roboratum ſæpefatæ Eccleſiæ mandauimus aſ-

ſignandum. Dat. in *Chrems*, per manus prothonotariorum Magiſtri *Wilhalmi* & Magiſtri *Gotſchalci*, Anno Domini M. CC. LII. quinto Idus Decemb.

## De duabus Hubis in *Geiſelhartſtorf*.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vniuerſis præſentem paginam inſpecturis, in verò ſalutari ſalutem. Cum felicis memoriæ vir ſtrenuus *Vlricus*, de *Leubolſingen* miles, ſolutus corpore huius vitæ carens eccleſiaſtica ſepultura fere per tria luſtra exiſteret inhumatus *Altmannus*, *Vlricus* & *Heinr.* & *Hailka* eius hæredes apud venerab. in Chriſto Patrem, *Perchtoldum* Epiſcopum *Patau.* loci Dyœceſanum & Patrem venerab. *Albertum* Decanum ejuſdem Eccleſiæ ipſius Epiſcopi vicem gerentem pro jam dicto Patre ſuo ſepulturam Eccleſiaſticam impetrantes, in Monaſterio ſanctæ *Margaretæ* dictum *Oſterhouen* Præmonſtraten. ordinis ipſum optinuntur feliciter ſepeliri. Et vt Patris ipſorum in eodem Monaſterio à fratribus ibidem juxta militantibus fieret memoria ſempiterna, iidem hæredes jam expreſſi duas hubas in *Geiſelhartzſtorf* ſecus flumen *Chalbach* in parochia *Arnsdorf* pro remedio animæ Patris memorati jam dicto Monaſterio poſſidendum perpetuo tradiderunt. Et quomodo ſygilla propria non habebant, hanc donationem ſiue largitionem Capituli *Patau.* & ipſius al. Decani ſygillis petiuerunt hæc omnia in teſtimonium roborari. Nos igitur *Al.* Decanus quia hæc omnia coram nobis ex ſubſcriptis teſtibus ſolemniter acta ſunt auctenticantes hęc omnia & robur legitimum parantes eisdem præſentem paginam ſigilli noſtri & ſigilli Capituli noſtri munime duximus roborandam. Sunt autem huius rei hi teſtes, per omnia annotati, *Albertus* Tumplebanus Canonicus *Patau.* *Albertus* de *Iohenſtorf* miniſterialis, *Wernhardus Chlosner*, *Wernhardus Preminger*, *Chunr. Heinr.* de *Iridernſpach*, *Heinr. Faber*, *Engelbertus*, *Dietmarus*, *Albertus* Acta ſunt hæc *Pat.* in domo Domini Decani in præſentia Præpoſiti & fratrum ſuorum de *Oſterhouen* VI. Idus Decemb. anno Dominicæ Incarnationis M. CC. LIII. Indictione XII.

## Relaxatio minuti ſeruitij duarum Hubarum.

HErmannus Dei gratia *Babenbergen.* Epiſcopus, dilectis in Chriſto, Præpoſito & toti Conuentui ſanctæ *Margaretæ* in *Oſterhouen*, ſalutem cum ſincera in Domino charitate. Cum eccleſiis ad nos immediatè ſpectantibus ſemper velimus in quantum poſſimus, manum porrigere adjutricem, ecce de illis duabus hubis, quas à prædeceſſoribus noſtris in *Oſterhouen* ad jus hæredit: habuiſtis vobis pro tempore vitę noſtræ cenſus minutos & obſequia remittimus, ita videlicet, vt majora triticum videl: frumentum, ac auenam & conſimilia nobis vel officialibus noſtris, more ſolito ſingulis annis ſoluere nullo modo negligatis. Et hoc per præſens ſcriptum noſtro roboratum ſygillo , vniuerſis officialibus noſtris ac aliis volumus eſſe notum. Datum in *Altach*, Anno Domini M. CC. LIV. in die beati *Martini* Epiſcopi.

## De Muta in *Vilshouen*.

NOs *Heinr.* Dei gratia Comes Palatinus *Reni* Dux *Bauariæ.* Vniuerſis ad quos præſens littera deuenerit notum fieri volumus, & præſenti littera declaramus, quod nos de communi ſenſu noſtrorum conſulum, dilectis & venerabilibus Præpoſito & Conuentui in *Oſterhouen* hanc fecimus gratiam ſpecialem, quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod in Muta noſtra *Vilshouen*, vinum ipſorum ſine exactione liberum habeat tranſitum & ſecurum ſiue per terram tranſeat vel per aquam. Vt autem talis noſtra donatio ipſis permaneat inconuulſa, præſentem litteram cum ſigillo noſtro roboratam ipſis in teſtimonium tradimus & donamus. Acta ſunt hæc in *Oſterhouen*, anno Domini, M.CC.LVI, IV. Idus Decembris.

## Relaxatio maioris & minuti ſeruitij per quatuor annos.

BErchtoldus Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus. Vniuerſis præſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino. Quia viri venerabiles fratres Monaſterij in *Oſterhouen.* nobiſcum & cum noſtris fecerunt expenſas ſumptuoſas. Nos ad recompenſationem ipſis fratribus faciendam conceſſimus eis vt duos manſus de quibus penſionem ſeu cenſum annuum nobis ſoluunt teneant, à feſto Natiuitatis Domini nunc inſtanti per quatuor annos continuos ab omni cenſu, penſione & ſeruitio maiori & minori, liberos & quietos. Quibus annis peractis ſoluant penſionem & ſeruitium maius. A minori verò ſeruitio perpetuo ſint quieti. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum ei dedimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Datum *Oſterhouen* anno Domini M. CC. LIX. XI. Kalend. Ianuar.

## Relaxatio minuti ſeruitii de duobus hubis.

NOS *Berchtoldus* Dei gratia *Babenbergen.* Epiſcopus. Tenore præſentium conſtare volumus vniuerſis, quod nos attendentes grata & ſumptuoſa ſeruitia, quæ viri religioſi fratres Monaſterij in *Oſterhouen*, nobis & noſtris familiaribus frequenter impendunt. Concedimus ipſis vt de duobus manſis quos ſub cenſu annuo & ſeruitiis à nobis tenent certis minora ſeruitia ſibi retineant, & ab ipſorum præſtatione perpetuo ſint immunes, maioribus ſeruitiis nobis remanentibus in ſtatu debito & conſueto. In cuius rei teſtimonium præſentem paginam eis dedimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Datum anno Domini M.CC.LIX, XI. Kln. Ian.

## De annis quibus ceſſauit Aduocatia.

NOS *Berchtoldus* Dei gratia Epiſcopus *Babenberg.* Vniuerſis tenore præſentium volumus eſſe notum quod ſuper diſſenſione quæ inter nos & nobilẽ virum *Albertum* de *Hals* oriebatur talis ordinatio interuenerit. Primum quidem dictus *Albertus* ceſſit omni iuri, quod ſibi in curte noſtra *Mulhaim* vendicabat, & eam nobis dimiſit in perpetuum liberam & quietam. Item homines noſtros vniuerſos, & homines Monaſteriorũ in *Oſterhouen* & in *Aſpach* in quibus ipſe ius aduocatiæ à nobis tenet, dimiſit liberos & quietos ab omnibus hoſpitalitatis & ſteurarum incommodis, ac aliis quibuslibet vexationibus. A feſto Purificationis proximo per duos annos continuos, ſed tamen antiquũ & debitum aduocatiæ ius debet percipere ab eiſdem. Item nullos de ſeruis locabit in foro *Oſterhouen*, ſed & locatos remouebit, præter eos qui proprietatem ſeu feoda hæreditaria ibi tenent, nec ibidem ii tabernas exercebunt nec alias erunt hominibus noſtris graues. Adhuc ſuper iure quod ipſe al. dicit ſe habere in

caſtro *Ernekk*, & in curtibus noſtris *Oſterhouen. Amingen* & *Podingen*, ſi non poteſt nobiſcum amicabiliter concordare iuris ſententiam poſtulabimus nos vtrinque. Item nullus de ſuis caſtellanis, ſeruis aut hominibus ipſum pignorabit, occaſione alicuius debiti bonis noſtris, ſed ſi factum fuerit continuo ſine diſpédio faciet emendari. Curabit etiam bona fide quod nullus extraneus ipſum in bonis noſtris debeat pignorare. Pro quibus omnibus firmiter obſeruandis dedit nobis fideiuſſores, viros diſcretos *Heinricum* de *Pholingen*, *Alberonem VV allerium Svvikerum* de *Vorſt*, & *Albertum* de *Fuert*: vt ſi prædicta fuerint in aliquo violata, ipſi infra ſex ſeptimanas id faciant emendari. Alioquin ſi non fuerit emendatũ hi ijdem fideiuſſores Vilshouẽ intrabunt inde non exituri, donec ducentos lib. Ratiſpon. nobis ſoluant, ipſam totius pœnam ſolut: quotiens infra duos annos præſcriptos prædictorum aliquod fuerit violatum. Vt igitur hæc prædicta ipſe *Al.* & fideiuſſores memorati nobis obſeruant, dedimus eid. *Al.* gratiam noſtram & ſuis & feodum quod à nobis ab antiquo & ſine lite tenet, duxim⁹ conferendũ. Si verò ipſe vel fideiuſſores violauerint hanc concordiã, nobis omnẽ queſtionẽ quã ante compoſitionẽ habuimus contra ipſum habebim⁹ nobis ſaluam. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum fieri fecimus, & noſtro ac ipſius ſigillo iuſſimus communiri. Hæc etiam omnia firmiter obſeruanda dictus *Al.* & fideiuſſores data fide promiſerunt ſe firmiter ſeruaturos. Acta ſunt hæc ann. Dñi M.CC.LIX. XII. Kln. Ianuarij in Monaſterio *Oſterhouen*.

## Donatio Hubæ in *Holerbach* & dotis ſanctę *Crucis*.

NOS *Albertus* de *Hals*, tàm præſentibus quàm futuris præſens ſcriptum inſpicientibus ſalutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam ritè & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſi quandoque vel litigioſa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id eueniat in præſenti negotio, placuit ipſum litterarum apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Hinc eſt quod nos ad memoriam reducentes eccleſiam *Oſterhouenſem* iure aduocatiæ nobis attinẽtem, tum per nos, tum per piæ memoriæ præſentem noſtrum *Alramum* de *Hals*, indebitis exactionibus ſæpius dampnificatam, tandem ſuper hoc diuino timore & amore concepto, aliquandam dictæ Eccleſiæ cupientes facere ſatisfactionem, ob præfati dampni reſtaurationem & perpetuæ à Domino mercedis remunerationem, conſilio honeſtorum virorum habito viris religioſis in ſępedicta Eccleſia *Oſterhouen*. Deo militantibus tradidimus prædia noſtra ſita in *Holerbach*, & Eccleſiam noſtram in *Mulheim* vtraque ſuper principale S. *Margaretæ* virginis altare ſolempniter delegantes, ratum habentes vt ſi nos contigerit in poſterum vel vxorem noſtram impoſterum reſidere ibidem tantummodo à Sacerdote qui fuerit de conſortio fratrum eandem Eccleſiam inofficiari. Vt autẽ talis collatio perpetuam habeat firmitatem, præſentem paginam ſygilli noſtri munimine roboratam prædictis fratribus aſſignauimus: Huius rei teſtibus exiſtentibus & ſubnotatis Domino *Chunr.* de *Horbach*, *Alberone* dicto *Waller*. *Hartlibo* & *Altmanno* de *Winzer*, *Heinr. Allenchouer*, *Ottone Rege*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Perndorf*, *Chunrado* & *Leupoldo* fratribus de *Ekkcharting*, *Ortolfo* de *Weng*, *Friderico* de *VValchſing*, *Ottone* de *Luterbach*, *Helmvvico* de *Fürt*, *Friderico Rabern*, *Ottone Tuschel*, *Eberhardo* fratre ſuo, *Heinrico* de *Gamhartſtorff*, *Leutoldo* de *Hefte*, *Dietrico* de *VVilling*, *Bernhardo* de *Perndorff*, *Tyrolfo coquinario*, *Alberto* & *Frid.* de *Ranuels* & aliis quam pluribus. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC. LIX. III. Kln Decemb. Indictione tertia.

Dona-

## Donatio Eccleſiæ in *Mulhaim.*

NOS *Albertus* de *Hals.* Vniuerſis præſentem litteram inſpecturis vel audituris, ſalutem in Domino. Acta mortalium procedente tempore obliuionis incurrerent detrimentum, niſi ſubueniretur ei ſtudio litterarum. Hinc eſt quod nos Eccleſiam noſtram in *Mulheim* ſitam, quam Dominus *Albertus* dictus *Vzo* à parte noſtro & à nobis in beneficio habet pro vitæ ſuæ tempore poſſidendam, ipſo *Alberto* viam vniuerſæ carnis ingrediente, tradidimus in proprietatem fratribus in *Oſterhouen*, perpetuo poſſidendam ſuper præmiſſis præſentem litteram præfatis fratribus aſſignantes. Datum anno Domini M. CC. LIX. III. Kalend. Decembris, Indictione III. coram his teſtibus ſubternotatis *Chunr.* de *Horbach*, *Chunradus* de *PretzZe Hartlibo* & *Altmanno* de *VVintzer*, *Fridericus* de *Einzchouen*, *Alberto Oeder*, *Alberto* de *Furt*, *Ottone Rege*, *Chunr.* & *Leupoldo* de *Eckharting*, *Ortolſo* de *VVeng*, *Friderico* de *VValchſing*, *Dietrico* de *Willing*, & aliis quam pluribus teſtibus idoneis.

## Remedium Domini de *Hals.*

NOS *Albertus* dictus de *Hals*, tàm præſentibus quam futuris præſens ſcriptum inſpecturis vel audituris ſalutem in Domino. Quia propter infirmam hominum memoriam, rite & bene determinata in obliuionem veniunt, & ſic quandoque litigioſa fiunt, vel totaliter pereunt, ne id in præſenti negotio eueniat placuit ipſam litteram apicibus perpetuæ memoriæ commendare. Hinc eſt quod nos ad memoriam reducentes Eccleſiam *Oſterhouenſem* iure aduocatiæ nobis attinentem tum per nos, tum pię memoriæ patrem noſtrum *Alramum* de *Hals*, indebitis exactionibus damnificatam; tandem ſuper hoc diuino timore & amore concepto, aliquantam dictæ Eccleſiæ cupientes facere ſatisfactionem, ob præfati damni reſtaurationem, & perpetuæ à Domino mercedis remunerationem, conſilio honeſtorum virorum habito viris religioſis in ſæpe dicta Ecelesia *Oſterhouenſi* Deo militantibus tradimus Capellam noſtram in *Mulhaim* ſitam cũ dotib. eidem Capellę attinentibus, ſcilicet in *Mulhaim* Hubam, in *Wiſſenſing* Hubam, in *VVinchlorn* dimidiam Hubam, in *Walchkſing* feodum, quinquaginta ſoluens denarios ſuper principale S. *Margaretæ* virginis altare ſolemniter delegantes. Ratum habentes vt ſi nos contigerit impoſterum vel vxorem noſtram ibid. reſidere eandem Capellam tantummodo á ſacerdote qui fuerit de eorundem conſortio inueſtiri. Vt autem talis noſtra collatio perpetuam habeat firmitatem, pręſentem paginam prædictis fratribus ſigilli noſtri munimine aſſignauimus roboratam. Huius rei teſtib. exiſtentib. & ſubnotatis, Dn. *Chunrado* nobili de *Horbach*, *Alberone* dicto *Waller*, *Hartlibo* & *Altmanno* fratribus de *Wintzer*, *Hein. Alnchouer*, *Ottone Rege Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Perndorf*, *Chunr.* & *Leupoldo* de *Ekkarting Ortolſo* de *VVeng Friderico* de *Emtzchouen*, *Alberto Oeder*, *Ottone* de *Lauterbach*, *Heluvico* de *Furt*, *Friderico Rabner*, *Ottone Tuſchel*, *Eberhardo* fratre ſuo, *Heinrico* de *Gainhartſtorf*, *Leutoldo* de *Heſt Dietrico* de *VVilling*, *Bernardo* de *Pirndorff*, *Tyrolſo Oſterhouen*, coquinario, *Alberto* & *Friderico* de *Ramuels* & aliis quam pluribus. Acta ſunt hæc ann. Domini M. CC·LXII. V. Idus Auguſti, Indictione quinta.

## Deciſio litis in Curia *Amelſtorf.*

CVm ea quæ à mortalib. agũtur memoria ipſorũ frequẽtius elabãtur neceſſe eſt ſcripturarum teſtimonio cõmendare, Nos igitur *Albert⁹* de *Hals* p̄ pręſẽs

ſcriptum

ſcriptum tàm præſentibus innoteſcimus, quàm futuris controuerſiam quæ fuit inter venerabilem Præpoſitum, & Conuentum in *Oſterhouen* ex vna parte, & *Albertum* incluſum & *Eckhardum* de *Anvvaltſtorff* ex altera parte pro Curia in *Anvvalsſtorff* ſita, conſentientibus partibus ad arbitros ipſarum partium, ſcil. *Ortolſo* de *VVeng*, *Chunrado de Ekkarting Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Pirndorff*, nobis aſſeſſore exiſtente fore taliter deciſam, vt præfatus Conuentus eiſd. al. incluſo. & E. de *Anvvoltſtoff* ſex libras den. perſoluerent quod & fecerunt, & prædicta Curia in eiuſd. Eccleſiæ vſum perpetualiter cum adiacente pomario & triginta den. qui ſingulis annis ipſi E. pro iure ſoluebantur aduocatiæ cederet & propriet: Vt autẽ deciſio & abdicatio curię eiuſd. & coram altari S. *Margaretæ* ab vtroq; ſcil. al. incluſo & & E. de *Anvvaltſtorf* facta firma permaneant, hanc litteram cum ſub annotatis teſtibus, *Alberto* de *Hals*, *Ortolſo* de *VVeng*, *Chunrado* de *Ekkarting*, *Alberto* de *Fuert*, *Ruperto* de *Prindorff*, *Helvvico* de *Fuert*, *Alberto* de *Chloſner*, *Eckkhardo* de *Anvvaltſtorff*, *Alberto* & *Heinrico* fratribus de *Rannuels*, *Heinrico* de *Gainhartſtorf*, *Ervvino Otakchero*, *Perchtoldo* de *Steten Chunr*, de *Walchſing*, *Ludvvico* de *Aitenpach*, *Dietmaro* de *Holtzheim Ottone Dietrico* de *Weſterbach*, *Heinrico Annger*, *Geiſelhero Friderico Stuinpfeil Dietmaro Heinrico* de *LintZing*, *Heinr*, de *Aittenpach*, *Dietrico* de *Willing*, *Heinr. Chregel*, *VVernhardo* de *Weſterbach*, *Heinr.* de *Cell.* *Heinr.* de *Greuendorf.* *VVernhero*, *Pellifice*, *Alberto VVunderdahs*, *Alberto Heinr.* & *VVilhalmo Engelperto* ſeruis eiuſdem Eccleſiæ, & aliis quam pluribus, eidem *Oſterhouen.* Eccleſiæ ſigilli noſtri charactere tradidimus communitam. Acta ſunt hæc anno Domini M.CC.LXII.

## Notificatio Domini *Premon:* Abbat. Epiſcopo *Pat.* de Parochia *Oſterhouen.*

REuerendo patri & chariſſimo Domino in Chriſto. Dei gratia ven: *Pat:* Epiſcopo *Iohan:* eiuſdem patientia *Præmonſtraten:* Abbas, & eiuſdem ordinis abbatum Capitulum generale, ſalutem & cum deuotis orationibus paratam ad beneplacita voluntatẽ cum omni reuerentia & honore. Cõ Eccleſia *Oſterhouen.* veſtræ dioc. aliquas parochiales Eccleſias habeat in veſtra dioc. conſtitutas in quibus Eccleſiis deſeruierunt Canonici Eccleſiæ de *Oſterhouen* per longum tẽpus pacifice & quiete. Paternitati veſtræ attentius ſupplicamus intuitu Dei, & orationum totius ordinis reſpectu ſuſtinere velitis, quod prædicti Canonici dictas Eccleſias parochiales teneant, ſicut fecerunt hactenus & miniſtrent in ipſis, cum iſtud iniurioſum non ſit vobis maximè cum ordini noſtro per priuilegium ſit indultum quod fratres eiuſdem ordinis poſſint deſeruire parochialibus Eccleſiis quarum ius patronatus ad Eccleſias ſuas pertinent in quibus Eccleſiis licitum eſt per Canonicos noſtri ordinis deſeruiri. Datum *Præmonſt.* in Capitulo generali, anno Domini M.CC. LX ſecundo.

## Littera ad Epiſcopum *Patauien.* de præſentatione Plebani in *Oſterhouen.*

REuerendo in Chriſto patri ac Domino, O. Dei gratia *Patau:* Epiſcopo I. eiuſdem patientia *Præmonſtraten.* abbas, & eiuſdem ordinis, abbatum Capitulũ generale ſalutem & orationes in Domino. Nouerit veſtra veneranda paternitas in Eccleſia *Præmonſtraten.* quoddam priuilegium apoſtolicum ordini noſtro indultum haberi. *Clemens* Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei &c. In quo

etiam

etiam priuilegio ſequens clauſula continetur in hæc verba: In parochialibus etiã Eccleſiis quas habetis liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis veſtris ſeu minus ponere, quorum vnum diocœſano Epiſcopo præſentetis, qui ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus & de ordinis obſeruantia debeat reſpondere. Si qua igitur &c. Nos autem vobis humiliter ſupplicamus, quatenus ob amorem Dej & ordinis reuerentiam illum de Canonicis Eccleſiæ *Oſterhouen.* quem Abbas & Conuentus eiuſdem loci ad curã ipſius parochiæ duxerint præſentandum benigne & liberaliter, admittatis ſecundum formam priuilegij ſupradicti. Valeat bene & diu veſtra paternitas reuerenda. Dat: *Præmonſtrat:* in Capitulo generali, anno Domini M.CC.LXIII.

## Relaxatio Iuris Ciuilis in *Mulpeunt* & molendino.

NOtum fiat inſpectoribus præſentium vniuerſis, quod ego *Ortlibus* de *VVinckel*, Eccleſiæ in *Oſterhouen* redditus LX. den. quos de molendino ad eandẽ Eccleſiam pertinere in *Chrems* ſito, exſpectabam iuris ciuilis titulo annuatim pro animæ meę remedio accedente omnium hæredum meorum ſpontanea voluntate delegaui perpetuo hac ſpe ductus, quod ratione delegationis prætaxatę non ſolum inter eorum benefactores me aſcribi faciant, immo in curia eorũ Chrems quotiens in eadem me contigerit pernoctare cum ad aptationẽ lignorum ac etiam lectiſternorum commodum mihi ordinent & diſponant. Vt autem facta pro me delegatio prænotata in æuum permaneat inconuulſa, præſens inſtrumentum appenſione ſigilli mei in robur & teſtimonium euidens eſt munitum teſtib. annotatis quorum nomina D. *Irnfridus* Can. *Pat.* Decan⁹ *Chremens:* D. *Rapoto*, Dominus *Hermannus*, *Chunr.* Prior, *Sifridus*, *Rudolfus Raechio*, *Volckmarus* fratres Eccleſiæ prænotatę, frater *Chunr.* procurator in *Chrems*, *Chunr.* Notarius Decani *Chremen*, Dominus *Rapoto* de *Valchenberch*, *Wernhardus*, *Ratoldus*, *Ludvvicus* de *VVinckel*. *Gozzo* iudex in *Chrems*, *VValchunus*, *VVurko*, *Izaizmannus Hervvicus*, *Chunr*, de *Hædreſtorff*, *Pilgrimus* in foro ciues *Chremen.* Acta ſunt hęc *Chrems*, anno incarnationis verbi M.CC.LXIII. IV. Non. Octobris, præſidente Eccleſiæ in *Oſterhouen* venerabili Præpoſito *Alberto*, Domini *Ottonis* Epiſcopi venerabilis anno IV.

## De redditibus infirmariæ.

IN nomjne ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Quia propter infirmam hominum memoriam rite & bene determinata in obliuionẽ veniunt, & ſic quandoq; vel totaliter pereunt vel litigioſa fiunt, ne id in præſenti negotio contingat, placuit ipſum litterarum apicibus perpetuę memoriæ commendare. Nos jgitur *Chunr.* Dei gratia *Oſterhouen.* Eccleſiæ humil. Præpoſitus, & eiuſdem loci Conuentus, notum eſſe cupimus tam præſentis ætatis, quam ſucceſſuræ poſteritatis omnibus Chriſti fidelibus, qualiter Deo deuotus Sacerdos, Dominus *Reinoldus* plebanus in *Regen* dilectus ac fidelis Eccleſiæ noſtræ amicus, pię deuotionis affectu nouiſſima ſua miſericordię cupiens operib. præuenire ſecundũ dominicã ammonitionem: Eſtote miſericordes: & illud: B. miſericordes, quoniã ipſi miſericordiã cõſequẽtur. Duas vineas noſtras *Wartperch* & *Windleitẽ* penitus incultas & dirutas tali cõditione ſibi aſciuit recuperãdas, vt tẽporib. ſuis illarũ vinearũ prouẽtu potiatur, nil inde perſoluẽs, niſi q, ſibi Dñ⁹ inſpirauerit: ipſo aũt reb. humanis excedente ad infirmariã dom⁹ noſtræ quã de nouo inſtituimus ꝑdictę vineæ pleno iure quo ipſe tenuit deuoluãtur. Præ-

tur. Præterea aſſignauit nobis XXVIII. lib. monetæ Ratiſponen. pro comparando prædio quod poſſit annuatim ſoluere duas libras quarum ſibi dimidia pars, videl. vna lib. cedat, ad infirmariam verò reliqua pertineat, poſt obitum verò ipſius prædicti redditus ad domum infirmorum plenarie pertinebunt. Nihilominus autem, vt eadem domus neceſſitatibus fratrum debilium commoda valeat conſtrui, quinque lib. nob. obtulit, petens vt quicquid deliquit miſericordiæ operibus expietur. Cæterum perpendens illud, Dum creſcunt dona creſcit ſimul ipſa corona. Duas lib. addidit pro comparandis IV. vaccis in caſeis & lacte infirmis & minutis fratribus profuturis. Nos igitur cum deſideriis ſuis non poſſemus ad præſens in comparando prædio ſatisfacere, curiam noſtram in Oxigen à prædeceſſoribus noſtris emptam loco præfati prædij tantundem ſoluentem aſſignamus eidem donec Deo volente aliud emere valeamus. Attendentes verò tantis redditibus eandem domum difficulter poſſe ſubſiſtere, compaſſione naturæ inducti, & promiſſę nobis patrię cupientes gloriam conſequi de coñiuentia fratrum noſtrorum communi conſilio de redditibus clauſtri ordinauimus atque ſtatuimus per nos & ſucceſſores noſtros ſingulis annis dari ad eandem domum XII. porcos valentes tria talen. vel eoſdem den. & omnem decimationem carnium, tàm intrinſecus quam extrinſecus totius noſtræ parochiæ infirmis fratribus ac minutis. ſecundũ diſcretionem Prælati eiuſdem dom⁹ prouiſoris, ſalua ordinis forma ſtatutis temporib. miſericorditer profuturã. Ad inſtantiam verò prædicti Domini *Reinoldi*, frater ſuus Dominus *Perchtoldus* de *Perndorf*, pro remedio animæ ſuæ dedit ad eandem domum quoddam prædium in *Chrieſtorf*, quod ſoluit annuatim dim. lib. & xenia, & Domina de *Horbach* ordinauit decimam in *Reiſpach*, quam nobis maritus eius dominus *Chunradus* teſtatus eſt dari prædictæ domui mod. tritici cenſualem, & altilia de eadem Curia profutura. Ne quis igitur ſucceſſorum noſtrorum hanc noſtam ordinationem, piamque præfati viri eleemoſynam vllo modo audeat violare, ſub interminatione extremi iudicij inhibemus, adiungentes vt de præſcriptis redditibus anniuerſarius patris ſui & ſuus ſingulis annis quanto honeſtius cum dimd. lib. poterit celebretur. Vt autem talis noſtra ordinatio, & ſæpedicti viri procuratio firma & inconuulſa perpetuis temporibus conſeruetur, præſens ſcriptum exinde confectum ſigillis talibus: videl: Domini Abbatis de *Wimberg*, & patris abbatis domus noſtræ prælati de *Vrſperch*, nec non & noſtro & Capituli noſtri, ac ipſius plebani de *Regen* iuſſimus roborari. Acta ſunt hæc anno incarnationis Dominicæ M.CC.LXVII. XII. Kal. May, Indictione XI.

## Arbitrium inter *Altahen.* & *Oſterhouen.*

PER præſens ſcriptum pateat vniuerſis, quod cum homines villę de *Munichdorf.* ex vna parte, & homines villæ de *VVizzenſing* ex altera ſemper in tertio anno tunc videl: quando Campi vtriuſq; villæ ſibi oppoſiti ſine ſemine iacent, quod vulgo dicitur Trat/ diuerſa iurgia fierent, aſſerentibus hominibus de *Munichdorff*, quod pratum interiacẽs illis campis tunc deberet ad eorum paſcua pertinere. Illis verò hominibts de *VVizzenſing* aſſerentibus, quod ipſi tunc ſicut in prioribus duobus annis deberent ipſum pratum ab omnibus paſcuis cuſtoditum falcare. Tandem nos *Hermannus* abbas in *Altach*, & *Chunr.* Præpoſitus in *Oſterhouen*, cum conſenſu venerab. Abbatiſſæ de *Obernmynſter* per litteras eius porrecto, ac etiam nobilis vir de *Hals*, bonorum vtriuſq; Monaſterij in illis partibus aduocatus, cum multitudine, proborum hominum, in prato conuenimus memorato & per arbitrum in ſedecim perſonas ex vtraque parte compromiſ-

promiſſum concordauimus talimodo, vt tunc, hoc eſt in quolibet tertio anno im̃ediate illius prati, quædam pars eius tunc foſſis & lapidib. terminate diſtincta ſingulis annis cuſtodiri debeat & falcari: illa verò pars prati quæ ab inde verſus occidentem extenditur, & illa quæ à prædicto limite vergit ad orientem, tunc quando ſicut prædictum eſt ager vtriuſque villæ ſine cultura iacent, ad ambarum villarum paſcua debeant pertinere. Hoc excepto vel ſuperaddito, vt quando quædam pars agrorum de *VVinzzenſing* verſus occidentem iacuerit cum cultura, tunc illi homines de *Munichdorf*, vltra ſtratam publicam cum ſuis pecoribus paſcua nõ requirent. Et ne præfati homines de *Munichdorf* & de *VVizzenſing*, ad Eccleſias *Altach*. *Oſterhouen* & *ſuperius Monaſterium* pertinentes, ſupradictam diffinitionem ſiue compoſitionem excedere vel irritare præſumat, ſigilla prædictorum Dominorum vid. H. Abbatis de *Altach* & *Chr*. Præpoſ. de *Oſterhouen*. & Abbatiſſæ *ſuperioris Monaſterij Rat*: ac etiam Domini *Alberti* nobilis de *Hals* ad robur & teſtimonium omnium prædictorum huic paginæ ſunt appenſa, quorundam nihilominus teſtium nominibus ſubnotatis: Teſtes *Altmannus* de *Winzer*. *Hugo* de *Rotenmann* iudex tunc, *Heinr*. de *Heiming*, *Heinr*. *Gæuman*. *Rudigerus Iudex* de *Oſterhouẽ* *Vlr*. & *Gotpoldus* de *Otmaring*. *Heinr*. de *Oetling*, *Leutpold*⁹. *Albard*. & *Paltvvinus* de *Aeming* *VVernhardus* de *Sâhſing* *Heinr*. de *Auerbach*, *Eberhardus* de *Mulhaim*, *Chunr*. Official de *Puehouen*, *Egno* villicus de *Monichdorf*, & alij multi. Actũ in vigil. S. *Margaretæ*, anno Domini M.CC.LXIX. Amen.

## Precarium Hubæ in *VVinkchel*.

OMnibus Chriſti fidelibus præſentibus pateat, quod quidam Colonus Eccleſiæ *Oſterhouen*. Hubam quandam eiuſdem Eccleſiæ dictam in *VVinchel* quã hæreditario iure ab Eccleſia poſſederat irrequiſito & inconuulſo Conuentu Domino *Rapotoni* de *Ezzenbach* vendidit, quam ille ſubter eodem iure liberis ſuis reliquam & ipſi eandem, hubam cuidam *Vlrico* dicto de *Runting* in feodo contulerunt. Verum cum Colonus Eccleſiæ hubam præfatam, nec vendere nec alienare potuiſſet ab Eccleſia, prædictæ Eccleſiæ rectores tam diu ipſos coram iudicio ſeculari conuenerunt, donec teſtibus idoneis comprobauerunt quod præfatus *Vlricus* & dominus *Albero* de *Ezzenbach* quem collatorem ſui feodi memorabat, nihil iuris in eadem huba haberent, ſed quadam violentia poſſederunt. Poſtmodum verò dominus *Rapoto* prædictam Eccleſiam ſuper eadem huba impetiuit, ſed mediante conſilio domini de *Hals* & aliorum honeſtorum virorum, hac conditione prædictam cauſam terminarunt, vt datis XII. ſolitis præfato *Vlric*. dominus *Rapoto* vna cum hæredibus ſuis & *Vlr*. cum hæredibus ſuis omni iuri quod in eadem huba ſe fatebantur habere penitus renunciarent, quod & fecerunt præſentibus domino de *Hals* & domino *Al*. de *Rotavve* & ſigillorum ſuorum munimine roborantibus abrenuntiationem ſuperius memoratam. Ne autem inpoſterum ſuper prædicta cauſa Eccleſiæ *Oſterhouenſi* aliquod ſcrupulum dubietatis oriatur, præſens ſcriptũ ſigillis domini de *Hals* & domini R. de *Ezzenbach*, & Domini al. de *Rotavve* munitum eidem eſt Eccleſiæ aſſignatum. Teſtes *Fridericus* de *Eglolfsheim*, *Leupoldus* de *Ekharting*. *Hilprandus Iudex* de *Griezpach*, *Chunr*. de *Poppenperg*, *VVernherus Pincerna*, *Frid*. de *Sigenheim*, *Rugerus VVetzel* & alij quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. LXX. Idus Septemb. Indictione XIIII.

## Donatio Curiæ in *Amelſtorf.*

NE rerum geſtarum labatur memoria, inuenta ſunt remedia ſcripturarum, quæ conſueuerunt fragilitatem humani generis æternare. Hinc eſt quod nos *Berchtoldus* Dei gratia *Babenberg.* Eccleſiæ Epiſcopus ad notitiam tàm futurorum quam præſentium peruenire cupimus, quod dilectus fidelis noſter *Ekkardꝰ* de *Ambolſtorf*, Curiã ſitam in *Ambolſtorf*, quam à nobis & à noſtra Eccleſia in feodo habuit, præſentibus viris honorabilibus & fide dignis videlicet conſanguineo noſtro *Alberto* de *Hals*, *Alberto* incluſo *Ortolſo* de *Wenge*, rocognoſcens ius Præpoſiti *Dietpoldi* venerabilis & Conuentus in *Oſterhouen*, & quod vltra iurium calculum, ſuper proceſſione eiuſd. *Chunr. Otto* lib. denar. Ratiſp. idẽ Præpoſitꝰ dederit recurrens ad propriam conſcientiam liberè & voluntariè pro ſuis peccaminibꝰ, ſuper aram S. *Margaretæ* in *Oſterhouen*, ſine doli ſcrupulo reſignauit, quam reſignationem diligentiſſimè approbabimus indagantes veritatis experientia ita eſſe. & ob hoc eandem Curiã in *Ambolſtorf* Præpoſito *Chunr.* venerab. in *Oſterh.* & Conuentui ibidem contulimus reſignationem prælibatam noſtri ſigilli robore confirmantes. Et vt hæc inconuulſa permaneant atque rata præſentib. litteris teſtes idoneos duximus inſerendos. Qui ſunt *Emecho* Decanus Eccleſiæ *Babenberg.* *Iohannes* Decanus de *Muchel* Scholaſticus ibidem. *Frid.* de *Weitzmen*, *Frid.* Cuſtos Eccleſiæ S. *Iacobi* in *Babenberg* *Wernhardus* noſtræ curiæ Capellani & nob. *Pupertus* de *Hertenſtein*, *Vollandus* de *Wiſſentoitae*, *Berchtoldus* de *Wkenperge*, *Chunr.* *Chrumlimus* *Vlricus* dapifer noſter de *VVeinerſtorf*, *Brumuardus* de *Babenberg* & alij quam plures. Datum apud *Nideraltach*, an. Domini M. CC. LXXVI. in d. e beati *Remigij*.

## Litera Decani *Patauien.*

NOS *VVolfkerus* Dei gratia Decanus Eccleſiæ *Patauien.* tenore præſentiũ profitemur quod bonæ memoriæ D. *Albertus* quondam *Oſterhouen:* Præpoſitus de aſſenſu Conuentus ſui curiam villicalem in *Prukk* quam olim *Ortlinus* in *Nouo foro* dum viueret præcaria poſſedit filio eiuſdem *Ortlini* *Vlrico* impletori & vxori ſuæ *Machtildi* recepta ab ipſis certa pecuniæ quantitate conceſſit iure precario ad vitæ ipſorum tempora ſub conditionibus infra ſcriptis videlicet quod ipſi annis ſingulis vitæ ſuæ nomine ſeruitij in ſignum Dominij & proprietatis titulum in Natiuitate beatæ virginis X. ſol. Ratiſp. mon. perſoluant Eccleſiæ *Oſterhouẽ.* ſublatiſque ipſis ab hac vita, dicta Curia ad Eccleſiam *Oſterhouen.* libere reuertatur. Profitemur etiam quod vir honorabilis D. *Vlricus* Abbas Eccleſiæ *Oſterhouẽ:* eundem contractum ſub præmiſſis conditionibus de aſſenſu ſui Conuentus coram nobis ſimiliter confirmauit. Vnde ne poſſit ſuboriri calumnia rogati à partibus præſentes dedimus literas noſtro ſigillo munitas. Datum *Pataviæ* anno Domini M.CC.LXXIX. feria V. proxima poſt Paſca, Amen.

## Quod nobis liceat noſtras Eccleſias Parochiales inofficiare.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. *Milo* miſeratione diuina Sueſſionen: Eccleſiæ miniſter humil. ſalutem in domino. Nouerint vniuerſi, quod nos anno Domini M. CC. LXXXIV. die Mercurij poſt feſtum beati *Dyoniſij* in quodam priuilegio quod ſic incipit, *Clemens* Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, dilectis filiis Abbati *Præmonſtraten.* Eccleſiæ eiuſque fratribus tam præſentibus

quam

quam futuris regularem vitam eligentib. apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet, aut robur quod abſit ſacræ religionis infringat, & infra & ſic terminatur. Datum *Lateran.* per manum *Moyſi* S. *Romanæ* Eccleſiæ ſubdyaconi, vicem agentis Cancellarij, Kln. April. Indictione VI. Incarnationis Dominicæ, Anno Domini M. C. LXXXVIII. Pontificatus verò Domini *Clementis* Papę tertij, anno primo. Vidimus inter cętera quandam clauſulam contineri quam de verbo ad verbum legimus & diligenter inſpeximus, cuius ſiquidem clauſulæ tenor ſequitur ſub hac forma: In parochialibus autem Eccleſiis quas habetis liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis veſtris ponere quorum vnum diœceſano Epiſcopo præſentetis, qui ei de ſpiritualibus, vobis autem te temporalibus, & ordinis obſeruantia debeat reſpondere.

## Litera ſuper decima Papali.

QVia præſentis ætatis negotia conſumit obliuio, niſi fidelis ſcripturæ teſtimonio roborentur. Ego igitur *Reinhardus* plebanus Eccleſiæ S. *Pauli* in *Patauia* collector decimę à Domino Legato ſedis apoſtolicæ ſubſtitutus profiteor omnib. præſentem litteram inſpecturis, quod Venerab. Præpoſitus de *Oſterhouen* de redditibus & prouent. computatis omnibus ſuæ Eccleſiæ totam decimam, videlicet LX. lib. Ratiſpon. den. & V. lib. Wien. mihi ſub iuramento perſoluit. In cuius rei teſtimonium & certitudinem firmiorē præſentem dedi ſchedulam, mei ſigilli munimine roboratam. Dat. *Pat.* anno Domini M CC. LXXXIV. XV. Kln. Aug.

## Littera de Curia & cenſu *Poſching.*

NOtum ſit omnibus præſentem litteram inſpecturis, quod ego *Evverbinus Ederſtorfarius*, mihi & meis poſteris per XXIII lib. den Ratiſp. apud Dominos meos de *Oſterhouen* Curiam in *Poſching* ſub ſcripta conditione iure hæreditario comparaui, videl. vt ipſis annis ſingulis in feſto beatæ *Margaretæ* XXXVI. Dn. pro cenſu ſoluere, vel ſaltem infra octauam ſequentem nullatenus contraditam, quod ſi fecerim in duplo dictis Dominis me profiteor obligatum, hoc adiecto, quod ſi eandem curiam vendere decreuerim, primo ipſos Dominos meos de Oſterhouen requirere me promiſi, ſi autem emptionē conducere recuſauerint, cuicunque voluero vendere vel obligare potero Curiam prænotatam. In cuius rei teſtimonium præſentem litteram mei ac dilecti mei amici *Hugonis* de *Yſerhouen* duxi ſigillorum prouidentia inſigniri. Actum anno Domini M. CC. LXXXIV.

## Precarium in der *Avve* iuxta *Champ.*

NOS *Albero* diuina miſeratione Eccleſiæ in *Oſterhouen* Præpoſitus & ibidem ſcire cupimus inſpectores præſentium vniuerſos quod nos Dn. *Elizabeth Pueſlinen* cognomine in Oezendorff reſidenti, & quamquā prius eiuſdē duobus filiis, *Hadmaro* videl. & *Hagnoni*, & trib. filiab. *Elyzabeth*, *Ceciliæ*, & *Sophiæ*, noſtrum agrum idem qui *Avve* dicitur, cum ſuis attinentiis ad dies earundē ſex perſonarum in omnem euentum locauimus ſub hac forma, vt in die B. *Cholomanni* nobis duos mod. vnum *Sil.* & vnum *Avv* in Curiam noſtrā in *Chremſa* ſine omni labore noſtro annis ſingulis inde ſoluant. Conditionib. his adiectis, quod ſi tale ſeruitium

tium duorum modiorum aliquo anno perſoluere nobis auſu temerario in die neglexerint memorato, ex tunc prædict⁹ ager in noſtram poteſtatem libere reuertetur. Si verò tale ſeruitium non temerè, ſed impedimento legitimo nobis dare neglexerint ſuo die, ab illis talis negligentia noſtro gratioſo arbitrio relinquetur: & vt talis locatio robur obtineat firmitatis ſuper ea, præmemoratis ſex perſonis formauimus præſens ſcriptum, ſigillorum noſtrorum robore communitum. Cum teſtibus præſentibus idoneis & diſcretis, quorum nomina ſunt, D. *VVilhalmus* &c. Datum in *Chremſa*, anno Domini M. CC. LXXXVI. In die vndecim millium Virginum.

## De vigiliis & Miſſis in Capitulo.

QVoniam per varios rerum tumultus emergentes multa ab humana labuntur memoria, neceſſe eſt ea quæ ad poſteros volumus emanare ſcripturæ teſtimonio ſolidare. Nos igitur *Albertus* Comes de *Hals* cupimus patefieri vniuerſis præſentem paginam inſpecturis, quod cum Domino *Vlrico*, venerabili Præpoſito Eccleſiæ *Oſterhouen*. de conſenſu & bona voluntate fratrum eiuſdem loci felicem tractatum cooperante ſpiritu conſilij pro eodem commodo & ob ſalutem & remedium animæ noſtræ omniumque parentum noſtrorum, tàm ſuccedentium quàm, & eorum qui feliciter deceſſerunt, taliter cum ipſis contraximus, illud Euangelij attendentes: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Vt ſingulis annis nobis viuentibus vna dierum, quam ad hoc eligerimus ſex ſcaffia. *Landavvenſium* menſuræ ſiue frumenti ſiue alterius annonæ de qua eodem anno dicti fratres ſuſtentétur, & porcos ſex, quemlibet valentem Dn. L X. diſtribuere pauperibus non omittant, & quidquid de dicta Eleemoſyna reſiduum extiterit, ibidem ad hoſpitalis domum deportetur, quod ex hoc pauperum indigentia valeat recreari. Fratrum verò conſortio altera dimidia carrath vini cum alleciis & ouis cedet ſingulis annis de ſuis poſſeſſionibus tempore ſubnotato. Qualibet enim ſeptimana vna dierum quam ipſi adhoc elegerint circa veſperam vigiliæ defunctorum ad ſanctum ſpiritum & ſequenti die Miſſa pro defunctis illic per Conuentus pręſentiam perſoluentur, niſi magnæ feſtiuitates, vt ſunt hebdomadę Natiuitatis & Reſurrectionis Domini, & feſtũ Pentecoſtes idipſum interceperint. quo facto eodem die fratribus dimidia vrna vini adminiſtrabitur, & oua duo cuilibet fratri cum cottidiana præbenda, quæ ex hac collatione nullatenus minuetur. In quadrageſima ſingulis diebus ad Sanctum *Spiritum* conuentus mortuorum veſperas decantabit, cui ſcil. conuentui quolibet die per totam quadrageſimã dimidia vrna vini, & vnũ allec, cuilibet fratri adminiſtrabitur cum cottidiana præbenda, quæ ex hoc detrimentum minime patietur. memoratam enim eleemoſynã hoc anno & duobus ſequentibus, ex parte prout melius potuerint, & in quarto anno ac deinceps ſingulis annis perpetuo, ſicut prælibauimus plenarie & fideliter perſoluere non ceſſabunt. Quapropter præfatis fratribus in recompenſationem ſæpedictæ Eleemoſynæ duas vineas in *Auſtria* ſitas, vnam in *Neunburch*, reliquam in *Chrems* cum omnibus pertinentiis ſuis requiſitis & irrequiſitis de noſtra iuſta proprietate contulim⁹ poſſidendas ipſas ſuper aram S. *Margaretæ* virginis & martyris publice delegando. Inſuper ſecundum quod ius proprietatis ſuper tali collatione expoſtulat, à feſto ſancti *Michaelis* proxime venturo per anni circulum, & tota die ſequenti, ſi quas impetitiones à quibuſcunq; hominibus pro dictis vineis paſſi fuerint pro eis certiſſime

erimus

erimus reſponſuri. Cęterum dicta eleemoſyna in noſtrę depoſitionis die quæ anniuerſarius noſter erit, pro noſtri remedio & omnium parentum noſtrorum, & eorum qui ſuis beneficiis ſe prædictæ eleemoſynæ implicauerit, diſtribuetur æternaliter ipſo die, in quo & Conuentus ſicut ſolitum eſt in ſolemnibus anniuarſariis, albo pane, vino, piſcibus & ouis conſolari debetur. Præterea vt ſupradictę Eleemoſynę conſolatio rata ſempiternaliter habeatur, compromiſimus ex vtraque parte quod quamcunq; viam venerabilis Epiſcop⁹ *Pat.* Eccleſiæ ſuper eo inuenerit, à nobis & poſteris noſtris firmiter obſeruari, Vt autem hæc collatio felicis Præpoſiti noſtri firma maneat & integra, & ne alicuius temeraria præſumptio eiuſdem collationi valeat obuiare, præſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine duximus communire. Huius verò tractat⁹ teſtes ſunt *Raechvvinus* Prior, *Heinr.* Superior, frater *Walchunus* plebanus, frater *Vlricus Sueuus*, frater *Chunr.* frater *Heinr.* infirmarius, frater *Vlricus* Cantor. frater *Grimoldus* Sacerdotes, frater *Fridericus*, frater *Hervvicus*, frater *Eberhardus* Subdiaconi. Milites autē ſunt hi. *Herm.* & *Meingotus* dicti *Yſel*, *Eberhardus* & *Otto* fratres de *Deſenheim*, *Otto Rex*, *Leutpoldus* de *Ekkcharting*, *Tyrolfus* officialis de *Oſterhouen*. *Heinr.* de *Aemingen*. Item de familia Domini de *Hals* *Fridericus* de *Eglofshaim*, *Godfridus Iudex*, *Albertus* & *Vlricus* fratres de *Fuert*, *Chunr.* de *Ekcharting*, *Chunr.* de *Fronſtet* *Reinoldus* de *Perndorf*. *Eberhardus* de *Prukperch*, *Eberhardus* Præpoſitus de *Gottinsdorf*, *Heinr* & *Fridericus* fratres dicti de *Herantſtorff*. *Heinr. Celler*, *Gutmannus*, *Gerhohus* & *Albertus* fratres de *Ranuels* *Chunr*, *Tragenreutter*, *Rugerus* de *Monten*, *Chunr Notarius*, & alij quam plures. Acta ſunt hæc anno incarnatio- Domini MilleſimoDucenteſimoLXXXVII, in octauo *Aſſumptionis* Beatæ *Mariæ* virginis.

## De Huba in *Ebring*

NE longinquitate temporis obſcuretur conditio originis facta ſolent hominum ſcripturæ teſtimonio roborari, Idcirco. Ego *Hervvurgis* relicta Domini *Heinrici* de *VValdekke*, præſentib. confiteor & apertè profiteor, quod hubam ſitam in *Ebring*, ad me iure proprietatis pertinentem, Dn. *Vlrico* venerabili Abbati & Conuentui S. *Margar:* in *Oſterhouen* *Pat.* dioc: deliberato conſilio tradidi & vendidi pro XII. lib. Ratis. Dn. quorum ſolutionem & numerationē mihi confiteor eſſe factam renuncians non numeratæ pecuniæ doli mali exceptioni & omni defenſioni, per quam de iure ſcripto vel non ſcripto poſſet ſupradicta venditio retractari. Proceſſit enim dictæ venditionis contractus de voluntate & expreſſo conſenſu dilecti filij mei, Domini *Meingoti* Canonici *Pat.* & nepotum meorum qui publice iuri ſi quod eis in dicta huba videretur competere quomodolibet ceſſerunt & renunciauerunt in totum liberum venditioni meæ præbentes aſſenſum. Prædictus etiam filius meus dilectus vſque ad annum & & diem prædicto Cœnobio ſe auctorem & defenſorem dictæ hubæ, ſe conſtituit contra iniuriantes, & quoslibet inpugnantes dictam hubam de proprietate vel etiam de aduocatione cum libera & exempta ab omni aduocationis ſit dicta huba & nobis pro libera aſſignata. Erit etiam defenſor præfatus Dominus *Meingotus* contra quoslibet ſuos conſanguineos dictam hubam quocunque impugnare volentes damna & intereſſe ſi quæ emerſerint ob hoc dicto Monaſterio ſoluturus. Eodem modo damna & expenſas, quæ per extraneos occaſione ante dictæ hubę eidem euenirent Monaſterio compēſabit Ad quæ ſcilicet ad liberum conſenſum huic venditioni & ad defenſionem per annum & diem faciendam, &

dã,&ad ſolutionẽ damnorum perſigillũ ſuũ huic appensũ literę de ſua voluntate ſe obligat & aſtringit. Huic etiam cõtractui bona fide celebrato interfuerunt, frater *Hermanus Gardianus* frater *Wernherus Lector* minorum fratrum, *Heinr. Graeslmus* ciuis *Ratis: VVilhalmus Liebhardus Frid:* de *Oſterhouen* & alij quam plures. Placuit etiam partibus præſentem litteram ſigillorum magiſtri *Vlrici* Decani *Ratisp.* Eccleſiæ, & fratris *Heinr.* Cuſtodis fratrum minorum per *Bavvariam* munimine roborari. Acta ſunt hęc *Ratiſponæ*, anno Domini M.CC. LXXX. nono. V. Idus Decembris.

## Manuum miſſio Abbatis *Altahens.* in duobus agris.

NOs *VVernhardus* Dei gratia Abbas *Inferioris Altach*, omnib. præſens ſcriptũ intuentibus cupimus eſſe notum, quod habito conſilio duos agros, quorũ proprietas nos reſpexit, donauimus & dedimus Eccleſiæ S. *Marg:* liberè & pacifice poſſidendos, quorũ agrorũ, vnus eſt ſitus in campo villæ *Haerdorf.* ſecundus in campo villæ *Munichdorf*, & de illo ſecundo debet fieri memoria *Chunigundis* de *Mulhaim*, in dicta Eccleſia ſingulis diebus dominicis & feſtiuis, nihilominus tamen ſaluis decimis dictorum agrorum, quæ noſtram reſpiciunt Eccleſiam pleno iure. Datum apud *Altach* inferius, anno Domini M. CC, nonageſimo ſexto. ſecundo Non, Ianuarij.

## De iure patronatus Eccleſiæ in *VVinzzer.*

NOs *Leupoldus* Dei gratia Epiſcopus *Babenberg.* recognoſcimus fideliter per hæc ſcripta, & ad vniuerſorum tàm præſentium quam futurorum notitiam deducimus per præſentes, quod conſiderata magnæ deuotionis ſinceritate, qua dilectus nobis in Chriſto, Dns. *Vlr.* Ven: Abbas totuſq; Conuentus in *Oſterhouen* ordin. *Præmonſtr: Pat:* dioc: nobis & noſtræ Eccleſiæ *Babenberg.* in temporalib. ſubiecti, nos & dictam noſtram Eccleſiã gratis & acceptis ſeruitiis & ſumptuoſis expenſis reſpiciunt reuerenter in condignę retributionis præmium ſeruitiorum quæ idem Abbas & Conuentus nobis & pręfate noſtræ Eccleſiæ hactenus exhibuerunt & exhibere poterunt in futuro ac in recompenſam expenſarũ, quas circa nos & noſtros verſus Carinthiam, vel de ipſa terra *Carinthiæ* per *Bauariam* tranſeuntes, fecerunt & faciunt liberaliter & benigne. ac etiam vt cultus diuini nominis in dicto Monaſterio eo amplius augeatur, & vt noſtr: prędeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum animarum perennis memoria in eodem Monaſterio perpetuò peragatur, Eccleſiam parochialem in *Winzer Pat.* dioc. cuius ius patronatus ad nos & ad noſtram eccleſiã dinoſcitur legitime pertinere, pręfato Monaſterio in *Oſterhouen* accedente conſenſu & libera voluntate totius Capituli noſtri donamus, & omne ius quod nobis & noſtræ Eccleſiæ *Babenberg:* in nominata Eccleſia *Wintzer* competiit vſque modo, in ipſum Monaſteriũ transferimus per præſentès. Renunciantes ex nunc eidẽ iuri pro nobis & noſtris ſucceſſorib. liberè & expreſſè: ita quod Dn. Abbas vel qui pro tempore fuerit, fructus memoratæ Eccleſiæ *Wintzer* in ſubſidium præbendarũ ſui Conuentꝰ prætaxato Monaſterio deinceps valeat applicare. In cuius rei teſtimonium & euidentiam pleniorem, ſigillum noſtrum, ac ſigillum dicti noſtri Capituli præſentibus fuit appenſum. Et nos *Iohannes Heinricus* de *Schellenberch* vice Decanꝰ, totumque Capitulum Eccleſiæ *Babenberg:* prædictæ confitemur conſenſum no-

ſtrum

ſtrum expreſſum & liberum adhibuiſſe donationi prædictæ. Appendentes ſigillum noſtrum comūne, vna cum ſigilli reuerendi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Leutpoldi*, ven: Epiſcopi *Babenberg:* his literis in teſtimonium ſuper eo. Dat. *Babenberg.* Anno Domini M. CCC. primo, III. Non. Maij.

## De Curia *Porgſteten.*

IN nomine Domini Amen. Quomodo generatio perditur & generatio aduenit, multis obuiamus incomōdis, ſi res geſtas ſcriptis & teſtibus ſucceſſorū notitię obſeruamus. Ea propter nos frater *Heinricus* dictus Abbas de *Walzbach*, totusq; ibidem Conuentus *Ciſtertien.* ordinis, *Ratiſp.* Dioc. tàm præſentibus quàm futuris duximus declarandum, quod cum Eccleſia in *Oſterhouen*, villā quandam nobis adjacentem dictam *Amaizperch*, in paucis redditibus, vtpote quæ ex angariis & indebitis vexationib. aduocati ipſius villæ Domini *Rimbotonis* de *Schvvarzenburch* deſolata quodamōdis fuerat & inculta minus vtiliter poſſideret nos viſi reuerendi Patris & Domini noſtri venerabilis Abbatis de *Waltſahſſen* fauore, conſilio, & aſſenſu ejuſdem villę aduocatiam ſub nomine Dominorum de *Oſterhouen*, in numerata pecunia comparauimus, tandem mediante conſilio venerabilis Abbatis de *Wimberg*, proprietatem ipſius villæ, cum omnibus pertinentiis, per modum concambij redeuntes, Curiā noſtram videlicet in *Porchſteten*, omni aduocatia exornatam & inſtitutionis liberè viris venerabilibꝰ & deuotis Domino Abbati, ipſiusq; Conuentui in *Oſterhouen*, cum omni integritate & jurisdictione qua noſtra extitit proprietatis titulo tradidimus, vendidimus, ſeu pro præfata villa comūtauimus perpetuo poſſidendā, obligantes nos præſentibus juxta terræ morem & conſuetudinē, videl. per annum & diem ad omnem actionem ſeu petitionem quę ſupradicta Curia ipſis ſeu ipſorum Monaſterio moueri poterit, penitus abolendam ſub propriarum diſpendio expenſarū. In cuius rei teſtimonium pręſentem litteram conſcribi fecimus, ſigilli noſtri, nec non venerabilis Abbatis de *Wimberg* charactere comūnitam, teſtibus ſubternotatis, qui ſunt *Eblingarius* & *Liebh.* famuli Domini Abbatis de *Oſterhouen*. *Rugerus Viechtenſtariꝰ*, *Hollandus*, *Albertus* famuli de *VVimberg*, *Liebh. Heinr. Vlr.* famuli noſtri & alij fide digni. Actum anno Domini M. CCC. primo. S *Viti* Martyris.

## Ne in *Porgſteten* obligemur ad III. Sol.

NOs frater *Heinricus* Abbas in *Walzbach* conſtare volumus vniuerſis præſentia inſpecturis, quod cum Curiam noſtram in *Porchſteten*, ſub libera inſtitutione vendiderimus & tradiderimus viris venerabilibꝰ & deuotis, Domino Abbati ſuoq; Conuentui in *Oſterhouen* recepta in concambio quadam ipſorum villa dicta *Amazperg*, & in eadem Curia *Albeid* cōuerſa de *Straubinga* haberet certos redditus, trium ſolidorum jure precario ad terminum vitæ ſuæ, nos præfatæ *Alheidi*, ſingulis annis & certo die huiuſmodi III. Sol. quos in ead. Curia recipere conſueuerat tenebimur aſſignare, ita vt ipſi Domini de *Oſterhouen*, ſeu quilibet ipſorū colonus in eadē Curia à præſcripta cōuerſa, ſeu quibuslibet ſuis conſanguineis ratione juris precarij pręlibati, nullū patiantur pręjudiciū ſeu grauamē, Si verò quod abſit ex impetitione huiuſmodi damnum aliquod fuerit ipſis ortum, ad recompenſationē huiuſmodi nos ipſis & ipſorū Eccleſię pręſentib. obligamus; dantes ipſis in euidēs teſtimoniū ſiue robur præſentē litterā ſigilli noſtri ac vener. Abbatis de *VVimberg*, de cuius conſilio contractum huiuſmodi fecimus, robore comūnitam. Dat. *VValzbach*, an. Dñi, M. CCC. primò, IV. Non. Iul.

## Confirmatio *Præmonſt.* remedij *Halſij.*

G*VVillelmus* Dei patiencia *Præmonſt.* Abbas, & Abbatum eiuſdem ordinis Capitulum generale, vniuerſis præſentes literas intuentibus ſalutem & ſalu-

tares in Domino orationes. Petitioni nobilis & Illuſtris Comitis *Alberti* de *Hals*, ſuorumque hęredum voluntaria deuotione annuentes, auctoritate præſentium confirmamus & approbamus omnes conditiones in eleemoſynis, miſſis, & aliis orationibus, quas in ſuo teſtamento & perpetuo memoriali de conſenſu Abbatum de *Oſterhouen* ac ipſius Eccleſiæ Conuentus ex bona deliberatione ordinauit, vel inpoſterum ordinauerit Domino concedente proprietantiæ fratrum Eccleſiæ præfatæ præcipientes firmiter & diſtrictè ne quis ſucceſſorum eorundem Abbatum & fratrum prædictorum transgreſſor earundem conditionum exiſtat vel immutare valeat quoquomodo niſi de ipſius Domini *Al.* Comitis ſuorumque hęredum aliorumque nobilium ſibi in hac deuotione adhærentium conſenſu & voluntate, nunquam Capituli generalis, alioquin transgreſſores ad pœnas in inſtrumentis ipſius ſæpedicti Domini Al. ac aliorum nobilium qui inibi ſua remedia ordinauerint, auctoritate præſentium obligamus. Datum *Præmonſt.* Anno Domini M. CCC. III. ſedente Capitulo generali.

## De Indulgentia magnæ *Crucis*,

NOs *Wernhardus* Dei gratia, Eccleſiæ *Patauien.* Epiſcop. præſentibus confitemur, quod cum venerabilis in Chriſto frater, Dominus *Vlricus* Abbas in *Oſterhouen*, tactus dolore cordis intrinſecus ſuper amaritudine paſſionis redemptoris noſtri crucifixi crucem argenteam deauratam & gemmis pretioſis ornatam appenſo corpore ad imaginem & ſimilitudinem crucifixi, impoſitis per manus noſtras venerabilibus ſanctorum reliquiis à parte ſiniſtra pro cultu Eccleſię ſuę prędictæ in ſui memoriam & remedium præparaſſet. Nos ipſius deuotionem aduertentes, ſtatuimus in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub interminatione diuini judicij vt nullus Abbatum ſeu quiſquam alius eandem crucem alienare audeat circa *Oſterhouen*: Eccleſiam perpetuo permanſuram. Cæterum pro honore crucifixi & ſanctorum reconditorum in eadem omnibus verè pœnitentibus & contritis qui eandem crucem portandam in proceſſionibus vel contra ignis voraginem, vel aeris intemperiem ſecuti fuerint, decem dies criminalium, & viginti venialium miſericorditer in Domino relaxamus. Datum *Pat.* Anno Domini M. CCC. IV. in die S. *Thomæ* Apoſtoli.

## Admiſſio Capituli *Patauien.* de Eccleſia *VVintzer*,

NOs *Meingotus* Dei gratia Præpoſitus, *Meingotus* Decanus & Capitulum Eccleſiæ *Patau.* cõſtare cupimus vniuerſis præſentes literas inſpecturis, quod litteras venerabilis Patris Domini *Leupoldi* Reuerendi in Chriſto Epiſcopi *Babenbergen.* non abolitas non abraſas, non cancellatas, immò ex omni ſua parte ſaluas ſui ipſius nec aliorum ſubſcriptorum ſigillorum munimine inſignitas vidimus & legimus continentię infra ſcriptæ per omnia in hęc verba: Nos *Leupoldus* Dei gratia Epiſcopus *Babenberg*: recognoſcimus fideliter per hæc ſcripta & ad vniuerſorum tàm pręſentium quàm futurorum notitiam deducimus per præſentes, quod conſiderata magnæ deuotionis ſinceritate, qua dilectus nobis in Chriſto Dominus *Vlr.* venerabilis Abbas totuſque Conuentus Monaſterij in *Oſterhouen* ordinis *Præmonſt. Patauien.* Dioc. nobis & noſtræ Eccleſiæ *Babenberg*: in temporalibus ſubjecti, nos & dictam noſtram Eccleſiam gratis & acceptis ſeruitiis & ſumptuoſis expenſis reſpiciunt reuerenter in condignæ retributionis præmium ſeruitiorum quæ iidem Abbas, Conuentus, nobis & præfatæ noſtræ Eccleſię hactenus exhibuerunt & exhibere potuerunt in futuro, ac in recompenſam expenſarum quas circa nos & noſtros verſus *Carinthiam* vel de ipſa terra

*Carinthia*

*Carinthiæ* per *Bavvariam* tranſeuntes fecerunt & faciunt liberaliter & benignè ac etiam vt cultus diuini nominis in dicto monaſterio eo amplius augeatur, & vt noſtra, prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum animarum perennis memoria peragatur, Eccleſiam parochialem in *Wintzer Pat.* Dioc. cuius jus patronatus ad nos & ad noſtram Eccleſiam dinoſcitur legitimè pertinere prætato monaſterio in *Oſterhouen*, accedente cõſenſu & libera voluntate totius Capituli noſtri donamus, & omne jus quod nobis & Eccleſiæ noſtræ *Babenbergenſi* in nominata Eccleſia in *Wintzer* competiit vſque modo in ipſum monaſterium transfundimus per pręſentes, renunciantes ex nunc eidem juri pro nobis & noſtris' ſucceſſoribus liberè & expreſsè, ita quod dictus Abbas, vel qui pro tempore fuerit fructus memoratæ Eccleſię in *Wintzer* in ſubſidium præbendarum ſui Conuentus prætax: monaſterio valeat applicare. In cuius rei teſtimonium & euidẽtiam pleniorem, ſigillum noſtrum & ſigillum dicti noſtri Capituli præſentibus' ſunt appenſa. Et nos *Iohannes* Præpoſitus, *Heinr.* de *Schellenberch* Vicedecanus, totumq; Capitulum Eccleſiæ *Babenberg*: prædictę confitemur, conſenſum noſtrũ expreſſum & liberum adhibuiſſe donationi prætactę, appendentes ſigillum noſtrum comune, vnà cum ſigillo reuerẽdi in Chriſto Patris & Domini noſtri *Leupoldi* venerabilis Epiſcopi *Babenbergen*, his litteris in teſtimonium ſuper eo. Datũ *Babenberg*. año Dñi M.CCC. primo. Non. Maij. Nos itaq; donationẽ huiuſmodi tam piã & honeſtã ac rationabiliter factã non imerito comẽdantes auctoritate nobis in præſentiarum vacante ſede paſtorali Eccleſiæ ordinamur competente ratã & gratã habemus, ipſamq; ſolidamus teſtimonio huius ſcripti ſigilli cauſarum noſtri Capituli charactere roborati. Anno Domini M. CCC. XVIII. in craſtino S. *Vdalrici* Mart. & Confeſſoris.

## De feſto *Conceptionis* S. *Mariæ*.

ADam Dei Patientia *Præmonſtraten.* Abbas, & Abbatum eiuſdem ordinis Capitulum generale: dilecto in Chriſto fratri .... Abbati in *Oſterhouen*, totique Conuentui ibidẽ, ſalutẽ & ordinationes in Domino ſalutares. Ad inſtantiam reuerendi in Chriſto Patris & Domini *Chunr.* venerabilis Epiſcopi *Ratiſp.* concedimus & præſentibus litteris indulgemus, vt in Eccleſia veſtra diem *Conceptionis* B. *Mariæ* Virginis, ſub duplici feſto, cum propria hiſtoria perpetuo celebretis, dummodo vobis & ipſi monaſterio veſtro, de competenti conſolatione, per *Fridericum* eiuſdem Domini *Ratiſp.* Epiſcopi Notarium ordinetur. Datum *Præmonſt*, Anno Domini M. CCC. quinto, in Capitulo generali.

## Obligatio nulla de Parochia *VVintzer*.

NOs *Vlricus* miſeratione diuina Abbas totusq; Conuentus in *Oſterhouen* tenore pręſentium profitemur, quod de Dominorum noſtrorũ venerabilium Pręlatorum cõſilio & cõſenſu Domini L. videl *Vrſpergen.* Viſitatoris añui & patris Abbatis noſtri Domini H. *Sorocen.* ſui Cõuiſitatoris Dñi *Wernh. Wiltin.* & Dñi D. W*indlbergen.* petitionem Domini *Hartliebi* nobilis viri de *Puechperch* quàm à nobis frequentius ante eorundẽ aduentum cum maxima inſtantia admitti poſtulauerat, cui non abſq; eorum aſſenſu potuimus cõſentire, nunc admittim9 & eam ſuis ſuorum noſtrorumq; ſucceſſorum temporibus pręſentib. promittim9 inuiolabiliter obſeruare, & eſt talis, vt in Eccleſia noſtra parochiali in W*inzer Pat* dioc. cuius jus patronat9 ad nos noſtrãq; Eccleſiã pleno jure ſpectat ex donatione quorundã Domini *Leup.* Ven. Epiſc. *Babenberg.* & honorabilis Capituli ibidẽ non religioſum ſed ſecularem liberaliter ponamus clericum, qui eandem in officiet retẽto nobis añuo cẽſu ab antiquo exinde perſoluto, vel quantũmodo

plus

plus vltra victualia inofficiantis presbyteri ſolui poſſit, dummodo prædicti donatoris juris patronatus, & eius Capituli voluntas accesserit & conſenſus. Cujus etiam Eccleſiæ collatio ſeu locatio quotiens imminebit, ad nos debet libere & ſine impedimento quolibet pertinere, nec ipſe Dominus *Hartlibus* de *Puchperch* neq; eius poſteri nos debent vel poſſunt ſuis infeſtis petitionibus ad conferendam eandem cuicunque aliqualiter coartare. Sed quod præmiſſam ſuam petitionem admiſimus nos noſtramque Eccleſiam ſuis benignis pertractationibus promotionibus beneuolentia ſi qua poſſunt, nos ſpoponderunt vnanimiter & fauorabiliter promouere. In cuius rei teſtimonium ſibi noſtram damus litteram, noſtrorum ſigillorum & prædictorum Prælatorum munimine roboratam. Actum & Datum in *Oſterhouen*, Anno Domini M. CCC. ſexto, In diuiſione Apoſtolorum.

## Confirmatio fraternitatis inter nos & *Altach*.

VIris religioſis & in Chriſto dilectis, Domino *Vlrico* venerabili Abbati & Conuentui in *Oſterhouen* ordinis *Præmonſtraten.* *Wernhardus* Dei gratia Abbas & Conuentus Eccleſiæ S. *Mauritij* in *Altach* inferiori, ordinis S. *Benedicti*, cum orationibus ſalutem in eo qui eſt omnium vera ſalus. Legationes veſtras hactenus multiplices recepimus, ſuper renouanda fraternitate, inter noſtrum & veſtrum monaſteria olim habita, ſed abolita vt dicitis temporum vetuſtate. Super quo veſtræ charitati grates deuotas & humiles offerentes, ejuſdemque fraternitatis renouationem firmam & ratam juxta petitionem veſtram habere volentes, talem inter nos & vos noſtramque & veſtram Eccleſias paſtorum & fraternitatis ſubiuimus vnionem, videl. vt plenam participationem orationum & omnium ſpiritualium beneficiorum, quæ dante Domino in noſtra Eccleſia fiunt, habeatis, in vita pariter & in morte. Hoc adjecto quod cum obitus alicuius veſtrum nobis fuerit nunciatus, nomine ſuo in Kaln. noſtro ſcripto, à quolibet ſacerdote dicentur tres miſſæ, ab infimorum verò graduum quolibet dicetur vnū pſalterium, & vnam quilibet corporalem recipiat diſciplinam. Illiterati verò dicent centum & quinquaginta vicibus pater noſter. Preterea ſingulis annis poſt Dominicam qua cantatur, Domine in tua, proxima vacante feria, generaliter pro omnibus fratribus defunctis in veſtro monaſterio apud vos ſpecialis commemoratio fiet, talis videlicet, vt pulſatis campanis vigiliæ defunctorum, & in mane miſſa vna cantetur publicè in Conuentu. Ad ſupradicta autem vniuerſa & ſingula aſtringi volumus & ligari ſi vos in eis omnibus & ſingulis parem nobis vicem & ſimilem viciſſitudinem faciatis. In quorum omnium euidentiam præſentes litteras vobis damus, ſigillorum noſtrorum robore communitas. Acta anno Domini M. CCC. VIII. Indictione VI. In feſto Patris noſtri *Benedicti*.

## De Seruitio *Mattenhaim*.

NOs *Vlr* miſeratione diuina Abbas proteſtamur in his ſcriptis quod nos feodum in *Mattenheim* ad mediam Hubam contulimus jure hæreditario *Hartlibo* & *Sifrido* dictis *Horpolli*, quæſitum & irrequiſitum, tali pacto, vt dictam poſſeſſionem in campis villa metis & ſignis euidentibus ab aliis adjacentibus excipiant, & ſingulis annis nobis inde ſeruiant L. Den. cum tribus feſtis quolibet valente duos den. cum pręſentatione valente 1. den. in noſtro placito generali, frequentabunt etiam alia placita noſtra ſi opus fuerit ipſos alicui de quærimonia reſpondere ſed conſuetudinem aliorum hęredum. Quod ſi negligenter in his fuerint, ex tunc omni jure ſuo priuabuntur, & dicta poſſeſſio ad nos liberè

reuertetur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reuertetur. Super quo &c. Teſtes *Eber:* prior, frater *Grimoldus*, *Martinus* prouiſor domus, *Ott* de *Aeſenhaim*, *Dietricus* judex, *Gurro* de *Haideburch*, H. *Eblinger*. Acta M: CCC. XI. in die Apoſtolorum *Philip.* & *Iacobi*.

## Fraternitas data nobilibus à Capitulo generali.

ADam Dei patientia *Præmonſtraten.* Abbas & Abbatum ejuſdem ordinis Capitulum generale. Venerabili & dilecto in Chriſto fratri .,. .. Abbati, totiq; Conuentui in *Oſterhouen*, vniuerſis aliis quos noſſe fuerit oportunum, tàm præſentibus quàm futuris ſalutẽ in omni Saluatore. Cum affectus fidelium, quẽ habent in piis & bonis operibꝰ ſit promouendus & accẽdendus in quantum poteſt fieri, vt & ipſorum deuotio augeatur, & diuinus cultus amplificetur, pręſteturq; exemplum bonorum operum fidelibus vniuerſis: proinde nos *Adã* Dei patientia *Præmonſt.* Abbas, & ejuſdẽ ordinis Capitulum generale conſiderantes affectũ quẽ habẽt ad ordinẽ noſtrum & præcipuè ad Eccleſiã *Oſterh.* viri ſpectabiles Comites de *Hals*, videl: *Albertus* & *Alramus*, necnon nobiles viri milites *Hartlibus* & *Syfridus* de *Puechperch*, *Wilhalmus* de *Wintzer*, *Frider*, *Saxo*, & *Gotfridus* de *Hauſena*, cum eorum vxoribus & liberis, plenã participationem omnium bonorum, quæ in toto noſtro fiũt ordine, ipſis benigna in Domino concedimus charitate, adjicientes de gratia ſpeciali, quod omnes conditiones & deuotiones, quas de miſſis vel vigiliis, ſeu aliis bonis operibus tàm ſpiritualibus quàm temporalibus in ſuis litteris expreſſerunt ſiue ſtatuerunt, ſeu pro fratrum pietancia ſiue aliis operibus quibuſcunq; approbamus, ratificamus, & confirmamꝰ in perpetuum, ſub harum teſtimonio litterarum, ita quod nulli hominum nobis ſeu ordini noſtro ſubjectis, ſiue Abbas fuerit, ſiue alius qualiscũq; de ipſorũ ordinatione, quicquã aliud facere liceat, quam quod prædicti benefactores *Oſterhouen* Eccleſiæ, in ſuis litteris expreſſerunt, ſubterminatione diuini examinis & noſtri ordinis diſciplina. Datum & actum an. Dñi M. CCC. XII. ſedente noſtro Capitulo generali.

## Donatio med. Hub. in *Eſchelbach Reundorferij*.

EGo *Eberhardus* plebanus in *Wintzer* & *Iordanus* germanus meus dicti *Reundorferij* præſentibus profitemur, quod mediã hubã noſtrã in *Eſchelbach* ſitã ante nemus quod dicitur *Stainchart* donauimus infirmarię Eccleſiæ *Oſterhou.* ſub tali conditione, vt quamdiu nos ambo vixerimus cuncti prouentus, qui in omnem euentum ex hac prouenerint in vſus noſtros integraliter cedere debeant ãnuatim: Sed Dominus Abbas prædictę Eccleſiæ eandem habebit inſtituere ſingulis ãnis nobis ambobus pręſentibus ad noſtrum conſilium & fauorem; vno quoque noſtrum ab hoc ſeculo emigrante, alter qui ſuperſtes fuerit, diem obitus ſui in amminiſtratione ſubſcripta, videl. medij talenti denariorum ad refectorium Conuentus ibidem XXIV. denariorum cuſtodi ipſius loci ad luminaria exequiarum diei obitus, quatuor denariorum ſacerdoti inofficiãti in die depoſitionis ſeu ãniuerſarij, quatuor quoq; denariorum eccleſiaſtico pro ſolemni pulſu cãpanarum ãnis ſingulis celebrabit, quo etiam mortuo, prædicta media huba cum omnibus ſuis prouentibus, quæſitis & inquirendis ad vſum præfatæ infirmarię ſine omni contradictione vel juris cujusquã vſurpatione omnium noſtrorum conſanguineorum, vel etiam quorumcunque aliorum liberè deuoluetur, & ex tunc dies anniuerſarius obitus noſtri amborum, ſimul die ſub amminiſtratione præmiſſa integraliter ſeruanda de prouentibus ipſius mediæ hubæ per infirmariam quicquam fuerit in perpetuum celebrabitur, hoc addito, quod ſi quid vltra hujuſmodi adminiſtrationem vniuerſalem de redditibus ipſius ſæpedictæ mediæ hubæ ſuperfuerit hoc ipſum ad infirmariã pro infirmorũ melioratione præben-

præbendæ debebit cedere annuatim. In cuius rei memoriam preſentes damus litteras, ſigillorum Dominæ *Petriſſæ* relictæ, nobilis viri Domini *Hartlibi* dicti quondam de *Puechperch* piæ memoriæ, nec non Domini *Eberhardi* plebani de *Viechtah* munimine roboratas. Datum in *Oſterhouen* anno Domini M. CCC. triceſimo primo, in die ſancti *Nicolai* Pontificis glorioſi.

## De quinta minutione & candel. pro feſto *Corporis Chriſti*, & candel. S. *Albani*.

NE rerum pio deuotionis affectu geſtarum labatur memoria, inuenta ſunt à proſperitatibus remedia ſcripturarum, quę conſueuerunt fragilitatem humani generis æternare. Hinc eſt quod nos *Hermannus* diuina miſeratione Abbas Eccleſiæ in *Oſterhouen*, attendentes deuota & beneuola, noſtri Conuentus in diuino cultu ſeruitia prouentus noſtræ exterioris Parochiæ & oblationum, quæ in pios vſus redigi dignè debent, ſupernæ remunerationis intuitu, imò cōpaſſione naturæ inducti & hortati, pro commoditate communi, non priuata, ſub conditionibus infra ſcriptis de communi conſenſu noſtri prælibati Conuentus præuia matura deliberatione duximus noſtrę infirmariæ perpetualiter annectendos. Videlicet vt ex prænotatis prouentibus ſiue oblationibus annis ſingulis in quinta minutione quæ hactenus haberi apud nos non conſueuit circa feſtum beati *Iohannis Baptiſtæ* conſuetudini ordinis conformem, quam etiam ipſe Infirmarius, qui pro tempore erit, ſecundum formam aliarum minutionū ſufficienter miniſtrabit. Præterea vinum ſacrificale quod cuſtodes noſtri Monaſterij retroactis temporibus procurauerunt de communi noſtro Cellari volumus recipi, hac condicionalitate ſubjuncta, vt omnibus diebus ad eleuationem Corporis & Sanguinis Domini in publica Miſſa, duæ ſolemnes candelæ accendantur: & à feſto *Paſcæ* incluſiuè vſque ad feſtum beati *Michaelis*, in honorem beati *Albani*, contra malignitatem aërearum tempeſtatum, vna candela ardens, ad miſſam choralem per Cuſtodē procuretur, quæ etiam poſt finem miſſæ antè *Corpus Chriſti* infra ambitum ad benedictionem frugum per miniſtrum deportetur. Cæterum ob reuerentiam Sacramenti Sacramentorum, in feſto votiuo Corporis in proceſſione quinque candelæ ſolemnes, ante & poſt Corpus Dominicum accendantur, quæ etiam pro publicæ miſſæ ſolemnia indeficienter rutilantes perſeuerent. Vt ergo hæc noſtræ actionis memoralitas cunctis futuris temporibus inconuulſa & illibata permaneat, nos hanc chartam conſcribi fecimus, & ſigillorum, videl: Domini Reuerendi *Alberti* Præpoſiti Eccleſiæ *Vrſpergen.* noſtri Patris Abbatis, & annui viſitatoris, nec non ſui conuiſitatoris Domini *Chunr.* honorabilis Præpoſiti Monaſterij *Scheſtlarn*, impreſſione muniri impetrauimus, & ſuæ auctoritatis plenitudine confirmari, ne aliquis noſtrorum ſucceſſorum eadem infringere, minuere, vel perturbare, aut alienare præſumat quoquo modo. Inſuper ad majorem euidentiam præſentes venerabilium Dominorum, ſcil. Domini *Gotſchal. Wimbergen.* & Domini *Heinr.* S. *Saluat.* Eccleſiarum Prælatis, nec non noſtri & noſtri ſupratacti Conuentus ſigillis procurauimus robore conſignari. Datum & actum anno Dñi. M. CCC. XXXVIII. in feſto Natiuitatis B. *Iohannis Baptiſtæ*.

## De vinea *Chremsleiten* à *Leubſerinna*.

NOs frater *Otto* dictus Abbas *Zvvetlen* Monaſt. totusque Conuentus ibidem: tenore præſentium profitemur tàm preſentibus quàm futuris, quod honeſta & Deo deuota vidua Domina *Gerdrudis* cognomine *Leubſerinna* reſidens in

ciuitate

ciuitate *Chremſa* pro Dei amore & ſpe retributionis æternæ, & de maturo conſilio & bono fauore omnium hæredum ſuorum tempore quo ei bene licuit, vineam in *Chremsleiten* ſitam, de qua nobis in die S, *Michaelis* jure ciuili ſingulis annis octo denarij dantur Reuerendo in Chriſto Patri Domino *Hermanno* venerabili Abbati & Conuentui in *Oſterhouen*, rationis compos & corpore ſano, voluntate vltima delegauit iure quo ipſa tenuit perpetuo poſſidendam, & nos eandem vineam Abbati & Conuentui prænotatis contulimus de vnanimi conſenſu tenentes gratum & ratum teſtamentum memoratum tali conditione, vt in noſtro iure nihil nobis depereat & præſcriptus cenſus ciuilis de ſæpedicta vinea tempore debito grangię noſtræ in *Chrems* Rectoribus porrigatur. & in huiuſmodi euidens & firmum teſtimonium has patentes prædicto patri & Conuentui donamus, ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum in *Chremſa* noſtra curia, an. Dñi M.CCC.XXXVI. In die B. *Franciſci* Confeſſoris.

## Iura Eccleſiæ *Babenbergen:* pro aduocatia.

DE redditibus Epiſcopi ſoluitur frumentum ſtatuto iure in feſto S. *Michaelis* accipiendum, publica taxatione quod vocatur *Fronchuſt*. Porci qui vocatur *Siteivviskinge* quos Oeconomi dant in feſto B. *Martini*, perſoluuntur porci maiores id eſt Stechſwein in *Epiphania*. Cereuiſia in *Purificatione* S. *Mariæ*. Oues in feſto S. *Georgij* Porcelli quos Oeconomi dant in feſto S. *Petri* in æſtate dandi ſunt. Si placuerit Epiſcopo pecuniam pro ſeruitio recipere poteſt quod in eius arbitrio eſt. Pro modio tritici dantur XII. den. pro medio ſiliginis VIII. dn. pro medio auenę VI. dn. Porci villanorum vnus. dn. Alter XV. Porcus maior de manſo LX. nummos, agnus V. Ouis redimitur ſecundum qualitatem paſcuæ. Pro carrada cereuiſiæ tres ſolidi maioris ſoluuntur. Si quis ſtatuta lege & deſcripto tempore ſeruitium ſuum non perſoluerit, duplum. id eſt Zvviſpilde vadiabit & bannum procuratori VII. dn. & ſi maior Curiæ vadimonium ad domum debitoris exegerit, illi etiam duos nummos dab. Quod ſi ſecunda vice nō perſoluerit, & procuratori inobediens factus fuerit ſimili modo commutabit. Si tertio culpabilis extiterit, de retento ſeruitio procurator quæſita ſententia colonorum iudiciaria lege beneficium publicabit, & ſine vſu fructu in poteſtate procuratoris ſtabit, XIV. diebus & ſi infra hos colonus non compoſuerit beneficium perdidit. Si quis colonus Epiſcopi tria edicta procuratoris contempſerit, quæ comparens ſui iudiciaria ſententia ſuper eum prouulgauerit, tres bannos ad vſum placitũ plenarie vadiabit. quorum duo procuratori, tertius aduocato cedit. Si cuiuslibet anni ſterilitas terræ fructus non produxerit, antiqua conſuetudine quod terra negauit, coloni reddere non cogentur. nec cenſus ab eis exigetur, & à capitibus ſuis. Quod ſi alteruter fructus aut hyemis aut veris ſuper ſederit, de medio fructu medium ſeruitium antiquo iure perſoluetur. Lex eſt famulorum curia qui nec habent beneficium quod deſeruiant nec ſunt redempti decamina Epiſcopi. Quod ſi quis eſt artifex debet dare de capite ſuo XXX. nummos. Si non eſt artifex XV. niſi ex gratia ei aliquid remittatur. Quicunque legitimè redimendus, in publico placito procuratoris redimendus eſt, ſecundum iuſtam ſententiam familiarium. Redemptio autem viri ad dimid. talen. ad cenſũ XXX. dn. Redẽptio mulieris LX. num. ad cenſum VII. dn. Coloni Epiſcopi ad quãlibet Præpoſituram pertinere ſeruitium eius ad proximam ducent ſi eis denũciatum fuerit. Homines per poſſeſſiones fratrum Oſterhouenſium per omnia ſimilem legem & iuſtitiam obtinebunt. Aduocatus Oſterhouenſis ex antiqua & inuiolabili conſtitutione & ſanctione irrefragabili lege firmata non debet ha-

bere non vnum legitimum & generale placitum in aduocatia duob. continuis dieb. Prima eſt hominib. Epiſcopi, altera eſt hominib. clauſtri. Quod ſi aliquid emerſerit, quod procurator Epiſcopi & fratres ad illud generale placitum deferre noluerint vel nequiuerint pro arbitrio eorum familiariter diſcutiet. Quandoque verò non ſolumodo cauſæ ad eius examen ſpectant, id eſt, vehtat. notnunſt, nahprant, heimſuchung & furta: horum reus vadiabit aduocato LX nū. pro pelle & capillis ſuis. Si pauper eſt & bannum perſoluere non poteſt, ſi quis amicorum eum redimere voluerit, datis fideiuſſorib. ne amplius culpabilis fiat, aduocatus renuere non poterit. Si hęc ipſe non fecerit, & nemo pro eo de villa pelletur. In his cauſis aduocatus nihil vltra iuris habet. Si homo Epiſcopi collegam ſuum occiderit, reddet hominem longum ad menſuram. VII. Gemund, ſecundum iudicium collegarum eiuſd. conditionis. Inſuper dabit Epiſcopo V. tal. quorum tertia pars aduocato cedit. Si extraneus occiderit familiarem prædicto modio cōponetur, non quod tertia pars pecuniæ cedet Epiſcopo. Non habebit aduocatus exactorē vel nahuoit: ſed villici & Scheriones Epiſcopi & fratrū exigent ei ius ſuum & iudicent placitū. In tota aduocatia non habebit exactionem vel vnius medij, nec in placito ſuo quicquā petendo extorquebit, niſi cum oīum beneuolētia aliquid acquirat. Ex antiqua conſuetudine non ſeruitur ei ad placitum ſuū; quoniā pię memoriæ Otto Epiſcop. mortuo Vdalrico præfecto, qui hāc aduocatiā diu ſibi violenter vſurpauerat & vaſtauerat. *Mezelino* ſeniori, & oībus ſibi perpetuo in hac aduocatia ſucceſſuris, hanc aduocatiam ſub prædictis conditionib. firmiſſimè & immutabiliter exceptis, & oībus in antea temporib. inconuuſſe conſeruandis cōceſſit & omni ſeruitio & exactione quæſtus XII. māſos in *Geinchouen* ei in feodo ſuperaddidit. Inſuper piæ memoriæ *Eberhardus* Eps pręter iuſtitiam cauſa maioris beneuolentię conſtituit ei ſeruitium ad placitum ſuum, ſcil. duos modios tritici, vel ducentos panes, duos porcos, quorum vnus valeat XX. num alter XV. X, gallinas, XX. caſeos, C. oua, duas vrnas vini. IV. vrnas cereuiſiæ, VI. modios pabuli. Hoc ſeruitium datur ei *Oſterhouen*, duobus diebus placiti ſui. Vna die dat Procurator Epiſcopi, altera die procurator fratrum. Tantundem ſeruitur de *Ering* & *Aſpach* ea tamen conditione vt àduocatus remittat ſeruitium ſuum quod prius ei de *Ering* perſoluebatur. Si fur extraneus in villa captus fuerit, Scherioni Comitis tradetur extra villam, ſicut cingulotenus veſtitus eſt. Si homo Epiſcopi fur eſſe publicatus fuerit, II. tal. bis redimi poteſt, & exlex erit. Si tertio infamatus fuerit, extra villam ſimiliter iudici tradetur. Si quis culpabilis fuerit in homicidio vel furto, vel quacunque re, non debet capi, nec ab aduocato nec à procuratore, ſed Scherio cum collegis ſuis oīa quę habebit publicabit, donec ille ſe purgauerit. Tectum Monaſterij debent procuratores de *Oſterhouen* reparare & *Wintzer*. Ex parte clauſtri ille de *Oſterhouen*, & ex parte Curiæ ille de *Wintzer*, & tegulę ſemper ibi debent paratæ eſſe, quas procuratores præbebunt, quib. ſacriſta tectum reficiat. Tectum verò ſanctuarij & turriū & feneſtras fratres procurabunt. Cenſuales V. den. nec placitis nec exactionib. nec qualibet violentia ab aduocato arctabuntur, nec feodi iure aduocatus eis præponet, niſi appoſitis vel procuratorib. pro externis nuptiis, vel aliqua ſupradictarum culparum ei delati fuerint, pro quib. vadium ſupradictum exſoluent. Hæc aduocatiæ iura prout à piæ memoriæ venerabili *Babenberg.* Eccleſiæ Epiſcopo Domino *Ottone* inſtituta & ſancita erant, firmiſſimis pactionibus ab antiquioribus eiuſdem Eccleſię Miniſterialibus & melioribus ac veteranis de familia, qui eiſdem inſtitutis interfuerant, coram Domino *Eberhardo* Epiſcopo recenſita & teſtificata, & ab ipſo nihilominus approbata, renouata, & memoriæ commendata, ego *Hermannus* Dei gratia in eadem ſede ſucceſſor indignus.

indignus, hæc eadem & cætera Eccleſiæ ac familiæ noſtræ iura ſicut ſupra digeſta ſunt, & ad nos conſeruata, recolens & confirmans huius inſtituti paginam, ne quis temerare præſumat, vel infringere ad indicium firmitatis ſigillo noſtro muniri feci.

## Fundatio Eccleſiæ in *Oſterhouen.*

IMperatore tertio *Ottone* rebus humanis exempto *Heinr.* Dux *Bauariæ* qui vocatus eſt iunior, in imperium ſubrogatur. Huic in ducatum *Bavvariæ* ſuccedit *Heinr.* qui & *Hezel* dictus eſt, patruelis eiuſdem Imperatoris. Hic duobus filiis orbatus, quos *Huni* peremerunt, Chriſtum hęredem ſibi facere, inſtituens locū *Oſterhouenſem* fundare & patrimoniorum ſuorum copioſa liberalitate magnificare adorſus eſt. Sed pręmatura morte traductus inſtitutionis & propoſiti ſibi hæredem Imperatorem dereliquit. Hic quoniam & ipſe ſine hæredibus carnis permanſit, *Babenbergenſem* Epiſcopatum fundauit, & *Oſterhouenſe* Monaſterium cum omni prædicti Ducis patrimonio Epiſcopatui donauit, & ſubiecit, & ſæculares Canonicos in loco *Oſterhouenſi* ordinauit, conſtituta eis præbenda, de modica portione prædictarum poſſeſſionum, quæ inſtitutio pene per C. annos vſque ad *Ottonem* Epiſcopum permanſit. Hic conſilio D. *Norperti* Archiepiſcopi ſæcularibus Canonicis locum *Oſterhouenſem* mancipans, *Præmonſtraten:* ordinem deuotè induxit. Anno ab incarnatione Dñi. M.C.XXVII. regnante *Leuthario* Imperatore, & *Innocentio* II. PP.

## Libertates à ſede de poſſeſſionibus Dominorum de Horbach.

GRegorius IX. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis *Henrico* Præpoſito, & Conuentui Monaſterij de *Oſterhouen, Præmonſtraten,* ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prębere cōſenſum, & vota quæ à rationis tramite nō diſcordant, effectu perſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu poſſeſſiones, & alia bona veſtra quæ ſicut vos aſſeritis nobilis vir de *Horbach Chunr.* Monaſterio veſtro pia liberalitate conceſſerit, ſicut ea iuſtè omnia poſſidet, & quiete vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrimonico patrocinio cōmunimus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ cōfirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attēptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe nouerit incurſurū. Dat. *Lateran.* X. Kln. April. Pontificatus noſtri an. IV.

## L. Apoſtolicæ de Decimis *Goszenpach, Chrems, Centingen, & Gerlting.*

GRegorius IX. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Heinrico* Præpoſito & Conuentui Eccleſiæ ſanctæ *Margaretæ* de *Oſterhouen Præmonſtaten.* ordinis, *Patauien:* Dyoc, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Rom. Eccleſia deuotos & humiles filios ex aſſuetę pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne prauorū hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam mater pia ſiue protectionis munimine cōfouere. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis precib. inclinati perſonas veſtras & locū in quo diuino obſequio mācipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum præſtante Domino iuſtis modis poteritis adipiſci ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem Eccleſiā de *Oſterhouen.* cum Capellis & pertinentiis ſuis. Decimas quoque & Curtes de *Gozzenpach,* de *Chrems,* de

*Centingen, Geroltingen, Grezzenraut, VVartperge*, nec non libertates immunitates à *Babenberg*, & *Patauien.* Epiſcop. de capitoorum ſuorum aſſenſu Monaſterio veſtro pia liberalitate cõceſſas poſſeſſiones, terras, redditus, prata, nemora, vineas, & alia bona ipſius Monaſterij ſicut ea omnia iuſtè poſſidet & quietè, ac in litteris ſuper his confectis plenius dicitur contineri, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* V. Kln. Aprilis, Pontificatus noſtri anno IV.

## L. Apoſtolicæ de *Ebring, Aeming, Entau,* & *Schorten.*

GRegorius IX. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis & Præpoſito & Conuentui Monaſterij *Præmonſtr.* ordinis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſũ, & vota quę à rationis tramite nõ diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, de *Ebringe*, de *Aeminge*, de *Entavve*, de *Scharten* grangias cum decimis & alias earundem pertinentiis quas vos proponitis aſſecutos canonicè, ſicut illas iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* Kln. Aprilis, Pontificatus noſtri anno IV.

## Confirmatio ſedis de Parochia *Oſterhouen.*

ALexander IV. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Epiſcopo *Patauien.* ſalut: & apoſtolicam benedictionem. Cum multiplicata ſit vſque adeo iniquitas ſuperborum, quod quaſi aquam maledictionem bibentes, Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas perſequi non deſiſtant, multiplicari debet humilium æquitas contra eos, vt ſapientia vincens malitiam virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum minimè derelinquat. Cum igitur ſicut dilectus filius Abbas *Præmonſtraten.* pro ſe ac cæteris coabbatibus Præpoſitis ac Conuentibus vniuerſis *Præmonſtraten.* ordinis nobis expoſuit. Nonnulli qui nomen Domini recipere in vacuum non formidãt, ipſos in perſonis & reb. ſuis aggrauant & moleſtant, nos volentes & præſumptorum huiusmodi refragari conatibus, & eorundem Abbatum, Præpoſitorum & Conuentuum grauaminibus congruis ſubſidiis ſubuenire, Fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non permittas ipſos contra indulta priuilegiorum & indulgentiarum ſedis apoſtolicæ ſuper inofficiatione Parochiarum ſeu capellarum ſuarum eiuſdem conceſſorum ab aliquib. indebitè moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi per cenſurã eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Dat. *Lateran.* IV. Nonas Ian. Pontificatus noſtri anno tertio.

## L. Apoſtolicæ de introductione ordinis in Eccleſiam *Slagen.*

HOnorius III. Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, dilectis filiis G. Lectori & fratribus Sanctæ *Mariæ* in *Slag. Præmonſtr.* ordinis, ſalutem & Apoſtolicam bene-

benedictionem. Solet annuere ſedes apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Sane ſicut ex parte veſtra fuit expoſitum coram nobis, cum venerabilis frater noſter . . . . *Patau. Epiſco:* Eccleſiam S. *Mariæ* de *Slag* de voluntate patroni eiuſdem Eccleſiæ Capituli ſui accedente cõſenſu vobis piè ac prouide duxerit conferendam, in ea ſecundum *Præmonſtraten:* ordinis inſtituta Domino ſeruituris, nos veſtris precibus inclinati quod per eundem Epiſcopum ſuper hoc prouidè actum eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran.* IV. Non. April. Pontificatus noſtri anno V.

## De redditibus *Hall* ab Epiſcopo *Babenberg.*

EVVerhardus Dei gratia *Babenberg.* Epiſcopus *Rudolfo Hallenſi* omne bonum. Mandamus vobis ſub obtentu gratiæ noſtræ, vt quod de villicatione veſtra fratribus noſtris debetur, iuxta quod in præſenti charta notatum eſt, certo deinceps tempore quod vobis & ipſis complacuerit ſine cõtradictione perſoluatis, ſingulis IV. clauſtris his quę hìc notata ſunt, chartã noſtro ſigillo ſignatam commodauerimus. vt huius noſtræ conſtitutionis ipſi fatres noſtri teſtes ſint: Quorũ vtilitatibus hæc bona nos & beatæ memoriæ prædeceſſores noſtri *Otto* videl. & *Eilbertus* Epiſcopi prouidimus, *Rudolfus Hallenſis* & vxor eius *Irngart*, perſoluũt vt conſtitutum eſt IV. clauſtris ſ. *Aſpach, Oſterhouen, Bruuiningin* omni anno vel. ſex tal. & dimidium vel quantũ ſalis pro hac pecunia dare debetur. Quarũ rerũ diſtributio talis eſt. Ad *Aſpach* qerſoluũt vnum tal. vel VIII. carrat. ſalis. Ad *Alderſpach* X. ſol. vel X Carr. ſalis. Ad *Oſterhouen* XII. ſol, aut totidem Carr. ſalis Ad *Bruuinig.* XX. ſol. vel totidem Carr Salis. ſexaginta dn. qui ſuperſunt de prædicta pecunia ad ius villici pertinent.

## De Capella infra turres.

NOtum ſit Chriſti fidelibus nunc & in futuro *Otto* beatæ memoriæ Dei gratia *Babenbergen.* Epiſcopus; Capellam quam in honore S. *Mariæ* conſtruxit & dedicauit circa an. Dn. M. C. X. S. *Margaretæ* feliciter & humiliter pro animæ ſuæ remedio contulit, cum omni totali beneficio, quatuor manſus, & tertiam partẽ vnius manſus. Inſuper dimidium manſum *Oſterhouen: fratrib.* in eodem loco Deo militantib. proprietauit, quem Sacerdos quidam Engelgiz præſens pro beneficio habuit. Addit etiam his dimidium manſum *Maegnig.* ad anniuerſarium obitus diem *Hezli Ducis*, dimid. tal. *Wintzer*, & dimid. de *Oſterhouen* duos manſus & dimid. in honore S. *Margaretæ* aſſignauit, vt annuatim eius memoria piè & honeſtè condicatur & locum quendam iuxta *Goſſenpach.* Item addidit manſum *Ruperti* de *Lintzing* ad idem altare ſeruiendum.

## Quod Monaſterio liceat ſuas Eccleſias Parochiales inofficiare, & indignos reuocare.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis. *Milo* miſeratione diuina *Sueſſion* Eccleſiæ miniſter humil. Salut. in Domino. Nouerint vniuerſi quod nos anno Domini M. C C. L X X X I I I I. Die Mercurij poſt feſtum beati Dyoniſij litteras infra ſcriptas vidimus, & diligenter de verbo ad verbum inſpeximus, tenorẽ qui ſequitur continentes. *Alexander* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ven: fratri:

fratribus, Archiepiſcopis & Epiſcopis ad quos litteræ iſtę peruenerint, ſalut. & apoſtolicam benedictionem dilecti filij Abbas *Præmonſtrat.* & alij Abbates ſui ordinis coram nobis exponere curarunt, quod cum canonici eiuſdem ordinis cõmorantes in parochialibus Eccleſiis ad ipſos ſpectantib. aliquo caſu delinquũt, ita quod expediret eos ad clauſtrum ſuum recepturos diſciplinam ordinis reuocari. Quidam veſtrum indignum fauorem impendentes eiſdem, ipſos retinere conantur in locis in quibus nequeunt abſque ſcandalo & eccleſiarũ ipſarum diſpendio cõmorari. Ad hæc cum in eorum aliquos propter ſuos exceſſus excõmunicationis ſententiã prouulgatis, relaxare nõn vultis eandẽ niſi pæna pecuniaria præcedente. Ideoq; vniuerſitatẽ veſtram ad inſtar bonæ memoriæ H. PP. prædeceſſoris noſtri rogandã duximus & mouendam per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus cum dicti Abbates tales ad clauſtrũ propter ſcandalum & eccleſiarum diſpendiũ euitandũ, ſeu etiam pro diſciplina monaſtica circa delinquentes huiuſmodi exercenda duxerint reuocandos non obſiſtatis eidem, nec illis fauorem indebitum impendatis, ſed inſtituentes prout ad vos pertinet, in ipſis Eccleſiis alios vobis præſentatos ab ipſis delinquentes reuocari, ad clauſtrum liberè permittatis diſciplinam ordinis recepturos ne aliter faciendo tribuatis eis audaciam detractandi obedientiæ iugum & ipſorum Abbatum poteſtatem quodamõdo eneruetis. Illud autem diſtrictius inhibemus, ne pro relaxandis excõmunicationis ſentẽtiis prouulgatis in ipſos pœnam pecuniariam exigatis, cum nec habeant proprium, nec illorũ culpa debeat in Eccleſiæ diſpẽdium redundare. Datum *Agnaniæ* IV. Non. Nouembris. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## De quadam vinea in *Chrems.*

NOS Capitulum *Pat.* Eccleſiæ per præſens ſcriptum notum facimus vniuerſis, tàm præſentibus quàm futuris. Quod fratres de *Oſterhouen* habuerunt vineam incultam in monte qui dicitur Pfaffenperg. Vineam illam *Otto* incluſus ſuſcepit excolendam in remiſſionem peccatorum ſuorum, tali tamen interpoſita conditione, quod vnam vrnam vini eo viuente clauſtro præfato ſingulis annis perſoluere non obmittat vinea de eadem. Præterea prædictus *Otto* habuit vineam vineæ fratrum prædictorum contiguam, quam præfatis fratribus de *Oſterhouen* poſt diem obitus ſui tradidit diuinæ remunerationis intuitu, vt in feſto B. *Oſvvaldi*, ipſius & vxoris ſuæ *Irngardis* memoria annis ſingulis celebretur de prædictarum fructib. vinearum. Vt autem teſtamentum illud ratum ſit, & prædicti fratres ſecuri eſſe poſſint à ſuorum impulſatione amicorum, D. *Engelſchalcus Iudex, Heinr. Goltſtain Chunr. Setzer* ciuis *Pat.* prædictis fratribus de *Oſterhouen* pro *Ottone* incluſo fide iuſſerunt. In cuius rei teſtimonium pręſentem paginam tam noſtra quam prædictorum fratrum de *Oſterhouen*, ſigillis fecimus roborari.

## Precarium in *Entau.*

ALbertus Dei gatria Comes de *Pogen*, omnibus hac litteras inſpecturis, ſalutem & plenitudinem omnis boni. Notum facimus præſentibus & futuris quod Curiam vnam in villa *Satſtorf* tradidimus Eccleſiæ ſanctæ *Margaretæ* in *Oſterhouen* perpetuo poſſidendam. Præterea nouerint vniuerſi quod fratres præfatę Eccleſiæ Curiam in *Entavve Marquardo* Magiſtro piſtorum commiſerunt, vt annuatim eis ſoluat inde cenſum conſtitutum, ita tamen vt eo decedente nullus hæredum, nullus amicorum ſuorum, aliquid iuris habeat in

Curia prænotâta, nec etiam juuenis ipſe M. aliquam poteſtatem in ea habebit, niſi ſecundum quod conſenſus prædictorum fratrum admiſerit & voluntas. Item *Marquardus* tradidit prefatis fratribus predium quoddam in *Entavve*, ad cenſum XXX. Dn. Hi ſunt teſtes, *Heinr* ſenior *Pfölinger*, *Gerhardus*, *Marſchalcus*, *Chalchohus* de *Wintzer*, *Albertus* de *Challenberch*, *Dietmarus* de *Pæding*, *Eberhardus* de *Tündorf*.

## Catalogus Præpoſitorum & Adbatum Monaſterij *Oſterhouen*.

I. EVCHWINVS, Præpoſitus ordinis *Præmonſtraten*, 1. elig. an. 1138. rexit duobus annis, & reſignauit.

II. TRVCHMARVS el. an. 1140. præf. an. 15. ſub Papa *Eugenio*: à quo impetrauit, vt ordo *Præmonſt.* perpetuis temporibus in hoc monaſterio conſeruetur.

III. ENGELSCHALCVS. præf. an. 1155. præf. an. 25.

IV. DIETMARVS, an. 1180. rexit menſib. octo.

V. WALTHERVS, prefuit an. 16.

VI. GERVNGVS el. an. 1196. gubern. an. 32.

VII. VDALRICVS, el. an. 1228. rexit an. 12. & ſucceſſori ſuo liberè reſignauit; ipſe paſtoris cura magna cum induſtria functus eſt.

VIII. BERTHOLDVS an. 1240. electus, prefuit anno vno, & reſignauit.

IX. HENRICVS el. an. 1241. cum præfuiſſet an. 13. reſignauit.

X. EBERHARDVS, præf. an. 1. & depoſitus eſt.

XI. VDALRICVS II. poſt menſes duos reſignauit.

XII. HERMANNVS el. an. 1256. rexit 6. menſ. & deponitur.

XIII. ALBERTVS el. an. 1257. præfuit an. 3.

XIV. DIETPOLDVS, poſt an. V. deponitur.

XV. HARTWICVS elect. an. 1265. poſt 6. menſes reſign.

XVI. CONRADVS, elapſis an. 16. depoſitus eſt.

XVII. VDALRICVS III. el. an. 1283. cum præfuiſſet an. 2. reſign.

XVIII. ALBERTVS, rexit duob. an.

XIX. CONRADVS II. præfuit 6. menſ.

XX. VDALRICVS, de *Pertolzhaim*, de licentia ordinis, primus in Abbatem huius nominis conſecratur an. 1288. & præfuit an. 36.

XXI. VDALRICVS V. dict. Spörl, el. an. 1325. præſedit an. X.

XXII. HERMANNVS præf. an. 13. ſepultus ante altare S. *Auguſtini*.

XXIII. PETRVS el. an. 1339. rexit an. 12. & reſign. ſepultus ante altare S. *Nic.*

XXIV. ALBERTVS præfuit 36. Septimanis.

XXV. WILHELMVS, deponitur cum præfuiſſet an. 5.

XXVI. RVTGERVS an. 1367. electus, gubernauit an. 22. ſepultus ante altare S. *Auguſtini*.

XXVII. ANDREAS, el. an. 1390. præf. an. 15.

XXVIII. IOANNES, præf. menſ. 3.

XXIX. IOANNES Vetter el. an. 1406. Hic à Sum. Pont. Infulam impetrauit, præf. an. 15. ſepultus in ſacello S. *Ioannis Euangeliſtæ*.

XXX. ERNESTVS, rex. menſ. 6.

XXXI. ANDREAS dictus *Kamp.* el. an. 1422. cum prefuiſſet an. ſeptem. Ob. ſepultus ante altare S. *Mariæ Magdalenæ*.

XXXII. MARTINVS dictus *Wirſinger* el. an. 1429. præf. an. 8. ſepultus ante altare S. *Auguſtini*.

XXXIII. PETRVS *Lamp*, artium Magiſter, rexit an. 10.

XXXIV. *Amelſtorfer*, præf. an. 14. Sacrarium fornicario opere fieri fecit, ſep. ante altare S. *Bernardini*.

XXXV. IOANNES *Schiltl*, præf. an. 23. ſub cuius regimine templum teſtudinatum eſt, ſep. ante altare SS. *Trinitatis* in Capitulo.

XXXVI. GEORGIVS *Höltzl*, à Conuentu vix exoratus, Abbatię clauem excepit, rexitq; an. 16. poſtea æmulorum injuria adactus reſignauit. Fontem juxta Bibliothecam effodi curauit. Obiit in *Krembs*.

XXXVII. IOANNES *Retzinger* elig. an. 1500. Eccleſię ſibi creditæ prudens diſpenſator, ac ſolertis ingenij Abbas, qui ante pręlaturam ſuſceptam Eccleſiæ ſuæ plebanus, inſignis verbi Dei interpres eſt habitus. rex. an. 4. cum dimidio.

XXXVIII. VITALIS de *Seiboltsdorf* el. 1505. tàm ſtemmatis origine clarus, quam pietate omniq; virtutum genere excultus. præf. an. 4.

XXXIX. STEPHANVS *VVirſinger*, el. 1508. præf. an. 35. ſepultus in ſacello S. *Stephani* in ambitu. Hic primus fuit qui bona pietantiæ Conuentui contraxit, ſuis etiam ſucceſſoribus debita perſoluenda. Sub huius regimine an. 1512. ad vincula S. *Petri* Apoſtoli turris Eccleſiæ fulmine tacta vnà cum campanis, Organo, & parochiali Eccleſia tota combuſta eſt. Poſtea hic Abbas parochialem Eccleſiam igne collapſam, è fundamentis erexit, & duas campanas magnis impenſis fieri fecit.

XL. IOANNES *Pock*, antea prouiſor in *Eberſtorff*, elig. an. 1544. præf. an. II. cum dimidio ſepultus ante altare S. *Auguſtini*. Poſt obitum illius præficitur monaſterio, forſan inſolentia Conuentualium *Auguſtinus* Abbas Monaſterij S *Saluatoris*, in nemore *Stainkhart* ſiti; monaſterij *Oſterhouen* ex jure patronatus filius; & literarum & literatorum oſor maximus, qui ſuis junioribus nec pœdagogum alere, nec quicquam librorum emere voluit.

XLI. GEORGIVS *Schregl Ingolſtadienſ*. an. 1548. electus, rexit an. 7. & depoſitus, officio paſtoris in *Hofkirchen* fungitur, vſque ad obitum; inde ad monaſterium translatus, ante altare S. *Nicolai* ſepelitur.

XLII. WOLFGANGVS *Scharfnickel*, pręfuit an. 2. & cum eſſet hæreſis Lutheranæ ſpectator, deponitur. Ille verò abjecta veſte & profeſſione monaſtica, clam diſceſſit; & in pago *Reicherzhovven* propè *Ingolſtadium*, inter profeſſionis ſuæ conſortes vixit.

XLIII. IOANNES *Bitterl Abuſiacenſ*. profeſſus in *Staingaden* adminiſtrationem monaſterij *Oſterhouen*. ab anno 1558. geſſit per an. 1. cum dimidio: deinde in Abbatem confirmatus, benè præfuit an. 20. ante altare S. *Eraſmi* in Capitulo ſepultus.

XLIV. IOANNES *VVolf* de *Ponte* prope *Schongauium* oriundus an. 1579. Dominica Cantate ex Cellario in adminiſtratorem electus, præfuit adminiſtrationi an. 4. Poſtea *Vrſperga* in Abbatem confirmatus, rexit an. 14. & reſignauit. Hic ædificauit nouam Abbatiam; nouum quoque organum fieri fecit: & ſub eius regimine dormitorium teſtudinatum eſt.

XLV. MICHAEL *Vogele Vrſpringenſ*. propè *Staingaden*, ann. 1593. in vigilia aſcenſionis Domini, ex Priore in Adminiſtratorem eligitur; ac eodem anno *Nouæ Cellæ* propè *Friſingam* in Abbatem confirmatur. Hic anteceſſorum ſuorum imagines pingi curauit; & Bibliothecam plurimorum librorum coëmptione ſtudioſè auxit.

XLVI. IOANNES *VVeckl Aitterbacen*. prope *Friſingam*, modernus Abbas eligitur & confirmatur an. 1604. die 21. Februarij.

## S. OSVVALDI.

MONASTERIVM prope vrbem Grauenavv ante inferiorem Bohemicam ſyluam, nunc Præpoſitura, fundauit Ioannes Landgrauius de Leuchtenberg, Comes in Hals, dotans illud Parochia in Grauenavv, cum pertinentiis ſuis, vnà cum quibuſdam aliis villulis, prædiis ac redditibus, in Comitatu Halſſicis, dans priuilegium & exemptionem ab omnibus ſteuris, exactionibus & aliis grauaminibus; reſeruatis tamen maleficiis, & jure Aduocatiæ, juxta tenorem literarum fundationis, quarum Datum 1396. Et hoc pro fratribus S. Pauli, primi Eremitæ Ordinis S. Auguſtini, Monaſterium hoc, jus Hofmarchiæ habet, ſuper certis villulis &c. pauperrimum aliâs, quod ad Comitia prouincialia, cum aliis Monaſteriis non vocatur.

## ADDITIONES.

FVndator huius Cœnobij ille ipſe fuit *Iohannes* Landgrauius de *Leuchtenperg* Comes in *Hals*; cuius mentionem Dn. *Hundius* facit. Dat. ab initio fuerunt monaſterio Adminiſtratores ex Conuentu S. *Nicolai* extrà muros ciuitatis *Patauiæ*: qui mos aliquandiu obtinuit. Eo in deſuetudinem abeunte, Sereniſſimi Principis juſſu Ducale Regimen *Strubingenſe* ſic diſpoſuit, vt vacans monaſterium deinceps ex Monaſterio *Nideraltah* Præpoſitum acciperet: id quod moderno tempore fieri ſolet.

Teſtantur ſenes monaſterij accolę ſuo & majorum ſuorum æuo adhuc ſuperfuiſſe duos Adminiſtratores ex conuentu S. *Nicolai* datos,

WOLFGANGVM.

NICOLAVM. quo defuncto è Monaſterio *Inferioris Altahæ* fuerunt deſignati.

GOTTHARDVS.

GEORGIVS *Ziegler*.

BENEDICTVS *Knoll*.

LAVRENTIVS modernus Adminiſtrator.

WIr Johanns von Gottes genaden Landtgrauen zu Leichtenperg vnnd Graue zu Hals. Bekhennen für vns vnd all vnſer Erben vnd Nachkhommen / offentlich mit dem Brieff / das wir dem Allmechtigen Gott / vnſer lieben Frawen / Maria ſeiner Mutter / S. Oſwalt / allen Gottes Heiligen / zu Lob vnnd zu Ehren / vnſern Voruordern / ſelligen vns ſelbſt / all vnſern Erben vnd Nachkhommen zu hilff vnnd zu Troſt geſtifft vnd gemacht haben / ſtifften vnd machen ein neue Stifft vnd Cloſter zu Sandt Osbalt / bey der Grauenau gelegen / darinnen wohnen / vnnd bleiben ſollen / die Geiſtlichen St. Paulus / deß erſten Einſidls / Brueder S. Auguſtinus Orden / alſo das ſie daſelbſt zu S. Osbalt ewigclich ein Stifft Cloſter vnd Narung haben ſollen nach deſſelben vorgenanten Ordens / Ehren / rechten / Freyhaiten / vnnd Gewonhaiten / die demſelben Orden / von Bäbſtlichen vnd Khayſerlichen Ehren / vnnd rechten Brieffen oder ſonſten / gegeben ſindt / vnd zuegehören / als der Ehrwürdig in Gott Vatter / vnd Herr / Herr Jörg / Biſchoue zu Paſſau / vnſer lieber Herr / vnd Ohaim / in deß Biſtumb deß obgenant Cloſter ligt vns vnd in alles das oben vnd hernach geſchriben iſt mit ſeinem vnd ſeines Erwürdigen Capittels Briefen / vnd Innſigeln / mit Willen vnd Gunſt / erbarlich beſtättigt hat / wann aber Geiſtliche Leuth an nathürlich vnnd leiblich Narung / den Gottsdienſt nit vollbringen mügen / darumben ſo haben wir jnen vnd dem obgenanten vnſerm Cloſter zu S. Osbalt von vnſerm vnd vnſerer Graueſchafft zu Hals freyen / aigen Güettern gegeben vnd geaigent / geben aignen vnnd vermachen jhn mit dem gegenwür-

genwürdigen vnſerm Brief/ die hernach geſchriben Güetter auß vnſerm Nutz vnd Gewehr/ in die jhren Nutz vnd Gewahr/ ewiglichen zu haben vnd zu nutzen. Zum erſten die Khürchen vnnd Pfarꝛ/ zu vnſer lieben Frauen Maria Gottes Muetter in der Grauenau/ die vnſer rechts Erb iſt/ mit allen Ehrn/ Rechten/ Freyhaiten/ Nutzen/ Gulten/ Zinſen/ Zehendt/ Ackhern/ Wiſmaden/ Hoffſteden/ vnd anderer Zuegehörung/ als dañ der negſt Pfarherꝛ/ Herꝛ Albrecht Thädinger die inne gehabt/ vnd beſeſſen hat/ nichts außgenommen/ noch hindan geſetzt/ ongeuerdt/ wir geben in euch vnſer Dorff vnd guet zu Reichenperg/ das ſechszehen Lehen ſeindt/ vnd ein Mül daſelbſt/ die gült als vil/ als der obgenanten Lehen ains wir geben in auch vnſer Dorff zu Höchenprun/ da ſind zehen Lehn/ zu Drärlſchlag/ ſechs Lehen/ zu Haslach zehen Lehen/ vnd ain alte Saagmül daſelbſt/ die gilt ſechzehen Regenſpurger/ zu Schönnanger zwelff Lehen/ vnd ein Mül daſelbſt/ gilt als vil/ als der Lehen ains/ zu Grienpach ſechs Lehen/ die obgenanten Lehen alle gelten jedliches zu jährlicher Güldt zwen vnd dreyſſig Regenſpurger Pfeñing/ zway vnd dreyſſig Ayr/ zwo Hennen/ ain Khäß/ der ains Regenſpurger Pfenning werth iſt/ vnd ein halbs Schedt Flachs/ ſo gelten die obgenanten Mül vnd Saagmül/ als vor geſchriben iſt. Darzue geben wier jhm das guette zu Subeneln/ gar hinder hin in dem Waldt biß an die Och mit allen Ehrn/ Rechten/ Nutzen/ vnd Zuegehörungen/ ongeuerde wier geben jn auch ain Fiſchwaidt/ auff dem obgenanten Waſſer/ von dem vrſprung deſſelben Waſſers/ mit allen Zueflüſſen vnd Pächen/ die darein flieſſen/ außgenommen die Schwärtze vnten an die Bruckh Schilternſchlag/ vnnd alle andere Waſſer vnnd Fiſchwaidt/ die zu Schönn Anger vnnd Vnderhaslach flieſſen/ als vor die jhr Grindt berüren/ ongeuerde/ auch geben wir jnen das Wiſmadt vnd Holtz genandt der Filtz bey genanten Waſſer gelegen/ daß ſie daſſelb/ von Tag zu Tag/ rämen vnd beſſern mügen/ vnd geben/ jn deß als vil ſie ſeyndt/ bey dem Ehegenanten jhrem Fiſchwaſſer migen gemachen genüeſſen oder gehaben vnd als vor das der ſtiltz genant vnd gehaiſſen iſt/ ongeuerde/ alſo daß ſie die obgenanten Khürchen in der Grauenau vnd alle obgeſchribne neu guetter ſtuckh vnd Dörffer mit allen jhren Ehren/ Rechten/ Gerichten/ Herꝛlichkhaiten Nutzen/ Gulten/ Zinſen/ Zehenden/ Steuren/ Gerichtshändl/ Fiſchwaiden/ Wiltpännen/ Forſt/ Rechten/ Gewonheiten/ Leuth/ vnnd Guet ze Hauß/ zu Hoff/ Grundt vnd Poden/ Waldt/ Waſſer/ Waidt/ Wiſmadt/ Ackher/ Stöckh vnd Stain/ ob vnd vnder der Erdt/ vnd aller anderer zuegehörung/ nichts außgenommen/ noch hindan geſetzt/ in aller dermaſſen als wier dieſelbe jngehabt/ genutzt/ vnd genoſſen/ vnd in aller gewehr hergebracht haben/ threulich an alles geuerde vnd argeliſt ſelber beſeſſen/ entſetzen/ ſtifften/ entſtifften/ vnd auch gebeſſern ſollen vnnd mügen/ nuer zu ſtundten vnnd fürbas ewiglich gantz vnd gar/ nach jhrer ſelbſt nutz/ frummen vnd notturfft/ an vnſerer Ambtleuth/ Pfleger/ nachkhummen mennigclichs hinderung an geuerde/ wier ſagen auch in Krafft deß Brieffs die egenanten Herꝛn vnd Brüder/ all jhr Nachkummen/ vnnd auch Leuth/ oder Hinderſaſſen/ die ſie jetzundt haben/ oder fürbaß in vnſer Herꝛſchafften gewinnen/ quitt loß vnd ledig jetzundt vnnd fürbaß ewigclich aller gehorſamb Huldigung/ Steur/ vnd nachraiſen/ alſo daß ſie vns/ all vnſern Ambtleuthen/ Pflegern vnd Nachkhommen/ khainerley Huldigung/ gehorſamb/ Stewr/ Vogtrecht/ Gerichtshabern/ Hilff/ nachraiſen zu Khrieg oder anders von Rechten wegen/ zuthun nicht ſchuldig ſein/ fürbaß ewiglichen/ ongeuerde/ dann das wir/ all vnſer Erben vnd nachkhommen/ Grauen zu Hals/ derſelben Herꝛn vnd Brueder aller jhrer Nachkhommen/ vnnd deß obgenanten Cloſters zu S. Oßbald mit aller zuegehörung/ Recht/ natürlich Vogkeht vnnd Schirm ſein ſollen vnd wöllen/ vnd niemandt anders dann wir vnſere Erben vnd nachkhommen/ Grauen zu Hals/ vnd darumb nichts wartendt ſein/ dann Gotteslohn ongeuerde/ ſonder ſo behalten wir vns all vnſern Erben/ Nachkhommen vnd Graueſchafft zu Hals/ auß deß obgenanten Cloſters Leitten/ die ſie jetzundt haben oder fürbas in vnſer Herꝛſchafft gewinnen/ als vnſer Halsgericht mit Güertl vmbfangen/ vnd nicht mehrer

ongeverde

ongeuerde. Deſs zu wahren Vrkhundt vnd einer ewigen beſtättigung aller obgeſchribenen ſachen/ So geben wier den ehegenanten Geiſtlichen Herrn vnd Briedern/ allen jhren Nachkommen/vnd dem obgenanten vnſerm Cloſters zu S. Osbald/ den gegenwürdigen vnſern Brief/mit vnſern aignen anhangenden Inſigl verſiglt. Das geſchehen iſt/ da man zölt nach Chriſti Geburt vnſers Herrn/ dreyzehenhundert Jar/ vnd darnach in dem ſechs vnd neunzigiſten Jar / an S. Oswaldts tag.

## OTING.

VETVS Collegium Canonicorum ſecularium, non procul ab Oeno & vrbe Otingen, Vto, aliàs Otto, Dux Bauariæ, filius Theodonis ſecundi, qui aliàs Magnus dicitur, regiam prætoriumque ſuum ibi conſtituit, à ſe Otingam ſiue Huodingam, (vtrumque in vetuſtis monumentis legitur) cognominari juſſit. Propter commoditatem ſitus Aucupiorum, venationum, piſcationum, Reges & Principes Bauariæ frequenter ibi habitàrunt, tum etiam propter crebras Hunnorum & Vngarorum irruptiones in Noricum, Principes Imperij ibi frequenter conuenerunt; oſtenditur ibi in medio templi S. Philippi, ſepulchrum Imperatorum, Regum ac Principum noſtrorum, quod etiam ibidem vetuſti annales, ac alia monumenta teſtantur.

S. RVPERTVS, regio Francorum genere progenitus. Theodonem Ottonemque, filios Theodonis Magni jam defuncti, in fide Chriſtiana inſtituit, Theodonem Ratiſponę, Ottonem autem in Otinga baptizauit, duoque templa extructa à Principib. proximè regias, ſeu prætoria ſua, Chriſto, & eius beatiſſimæ Genitrici dedicauit, vnum Ratiſponæ, alterum Otingę, vtrunque vetus Capella vocata, zu der alten Capell ꝛc.

CIRCA Annum Chriſti 876. Carolomannus Rex Boiorum & Italiæ, filius Ludouici, Regis Boiorum & Francię, Nepos Ludouici Pij, Pronepos Caroli Magni, Otingę frequens habitans, Monaſterium ibi pro ſacratis viris magnificè conſtruxit, liberaliter dotauit, plurimorum Sanctorum oſſa & reliquias ibi condidit, brachium nimirum S. Philippi, D. Maximilianum, D. Fœlicitatem.

CAROLVS quoque tertius, Roman. Imperator, fundatoris frater, regia munificentia Otingenſe Cœnobium plurimùm ditauit.

CAROLOMANNVS fundator obiit Anno 880. 12. Calend. Aprilis, ibique ſepultus eſt. Eius filius Arnulphus Imperator Romanorum ibidem obiit, Anno 899. ac juxta Patrem ſepultus, à quibuſdam dicitur, ſed verius eſt, ac à Leone nono, Pontifice Maximo approbatum, ipſum Ratiſponæ in templo S. Haimerami ſepultum eſſe, vbi ipſius ſepulchrum in Choro monſtratur, anniuerſaria peraguntur ac pauperibus eleemoſyna quotannis diſtribuitur.

ARNOLPHVS Imperator quoddam prędium huius Monaſterij ſitum in Italia, quod dicitur ſummus lacus, commutauit cum quadam noſtri juris curte, quæ vocatur Rorte cum ſuis pertinentiis. In quo diplomate fatetur, templum Otingenſe perpetuò jure ſpectare ad ſedem Pataulenſis Eccleſiæ; ea propter adhuc ritum Pataulen. & non Salisburgen. cui aliàs ſubjecti ſunt, ſeruant. Extat diploma apud Pataulen. cujus datum 14. Calend. Septembris, Anno Domini incarnationis 898. Indict. 6. anno II. regni Domini Arnolphi, Imperij autem III. Actum Ranteſtorf, in d. no. fol. a.

OTINGA, ſicut & reliqua tota Bauaria per Vngaros miſerè vaſtata ac deſolata, ſola ędicula beatiſſimæ Marię virginis, ſingulari Dei prouidentia ſeruata, ſuburbana in oppidum poſteà abière, quæ nunc noua Otinga ad Oenum, Anno Domini 907.

ANNO

Anno Domini. 1228. Ludouicus primus, Palat. Com. Rheni, Dux Bauariæ, Collegium 12. Canonicorum, cum Decano ac Præpoſito ibi inſtituit, viuus ibi locum ſepulchri elegit, qui tamen in Monaſt. Schirenſi ſepultus eſt.

Diplomata hujus Eccleſię, nempe Carolomanni fundatoris, Caroli tertij fratris, Arnolphi Imperatoris filij, ac Ludouici Nepotis, quibus bonis ac priuilegiis hanc ornauerint ac ditârint, Vide apud Ioan. Auent. qui Anno Domini 1518. ſingularem de antiquitatibus ac monumentis Otingenſibus libellum edidit, auctum poſteà, ac latiùs extenſum, per Dominum Martinum Eyſengrein, Prępoſitum Ottingenſem, in vulgari noſtra lingua, Anno 1571. Vide eundem Auentinum in Annalibus, lib. quarto, fol. 316.

## ADDITIONES.

# DONATIO CAROLOMANNI REGIS
*Boiorum.*

IN nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis *Carolomannus*: diuina auxiliante clementia Rex. Si de rebus terrenis quas diuina conſecuti ſumus clementia: fidelibus quibuscunque noſtris idcirco adjutoria ęterna præbere contendimus: vt nobis in ſecularibus negociis deuotiores exiſtant: quanto magis nobis præmeditandum ſummoperè eſt: vt etiam de ipſis terrenis rebus: pro amore diuino: atque pro æterna remuneratione eccleſias Dei: ditare ſatagamus. Quapropter nouerit omnium fidelium Dei eccleſiæ: induſtria tam pręſentium ſcilicet quam futurorum: quomodo diuina inſpiratione compuncti: complacuit nobis tradere pro augmento mercedis æternæ: quandam abbatiam quę dicitur *Mataſeo*: ad monaſterium nouiter à nobis à fundamentis conſtructum: in loco qui dicitur *Otinga*: quod etiam in honore ſanctę Dei genitricis ſemper Virginis *Mariæ*: & ſancti *Philippi* Apoſtoli Domini noſtri *Ieſu Chriſti*: aliorumque ſanctorum plurimorum (quorum reliquias Deo propitio adgregare potuimus) ornatum eſſe cernitur: ea videlicet ratione: præfatam abbatiam: vt ſupra nominatum monaſterium tradidimus: vt ab hodierna die cum omnibus ad hanc ipſam abbatiam pertinentibus: tam traditione regum: vel etiam liberorum hominum: ad jam dictum monaſterium à nobis conſtructum perpetualiter pertineant: ſine vllius ſucceſſoris noſtri contradictione. Inſuper etiam notum ſit tam præſentibus quam futuris: quomodo illam Capellam ad *Otingas* & ad illam curtem ad *Buoche*: ad pręfatum monaſterium ad *Otingas* tradidimus: cum omnibus attinentiis: terris, cultis: incultis: agris: mancipiis: pratis: paſcuis: ſyluis: aquis: aquarumue decurſibus: quæſitis & inquęſitis. Omnia enim hæc quę ſupra memorauimus: tam ipſam abbatiam ad Mataſeo: quam ipſa duo loca (id eſt) illam Capellam ad *Otingas*: & curtem ad *Buoche*: ex integro tradidimus ad jam ſæpè dictum monaſterium perpetuis temporibus poſſidendum, ita vt nullus deinceps: nec de parentibus: nec de filiis (ſi eos nobis Deus dederit) neque de nepotibus ſiue de ſucceſſoribus noſtris: hanc traditionem noſtram: violare vel inquietare audeat: Si quis vero (quod abſit) hoc præceptum donationis noſtræ: infringere diſpoſuerit: primum iram Dei: ſanctorumque ejus incurrat: & in die judicij tremendi: pro hac ipſa temeritate redditurus rationem ante Dominum fiat. Sed liceat ſeruis Dei ibidem Deo famulantibus cunctas res præfatas: ad laudem Dei: eorumque ſuſtentationes: perpetuis poſſidere temporibus: quatenus quiete viuant: pro nobis: atque cuncta ſancta Dei Eccleſia: Deum attentius exorent. Et vt hæc auctoritas traditionis noſtræ firmior habeatur & verius

rius

rius credatur, ac diligentius cõſeruetur, manu propria ſubter eam firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domini *Carolomanni* Sereniſſimi Regis.

*Mandalvvinus* notarius ad vicem *Baldonis* Cancellarij recognoui. Data ſexto Cal. Martij. Anno Chriſti propitio. Primo regni Domini *Carolomanni* Sereniſſimi Regis *Boiorum*. Indictione nona. Actum *Matachoue* curte regia in Dei nomine fœliciter Amen. Anno Chriſti, DCCC. LXXVI.

## Alia *Carolomanni* Regis *Boiorum* donatio.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: *Carolomannus* diuina fauente gratia Rex. Si pro amore Dei: ac reuerentia Sanctorum illius: locis Deo dicatis, noſtrisque laboribus, à fundamentis (Chriſto miſerante) extructis & terrenarum prębere ſatagamus rerum: liquido nobis inde ęterna credimus prouenire præmia. Quapropter nouerit induſtria omnium fidelium noſtrorum præſentia ſcilicet & futurorum: quomodo pro redemptione animæ noſtrę: ac conjugis parentumque noſtrorum, quaſdam res proprietatis noſtrę in partibus *Carentaniæ*: *Scaluiniæq;* regionis ſitas. Ad ſanctum *Maximilianum* confeſſorem Chriſti, nec nõ & ad ſanctam *Felicitatem: Septem* filiorum martyrum & matrẽ, tradidimus. quorum corpora, in nouam noſtræ ędificationis baſilicam ad *Otingas*, collocare in timore & amore Dei omnimodis curauimus: cui venerabilis abbas *Werinolphus* præeſſe dinoſcitur, quatenus in luminaribus ejuſdem Eccleſię & in alimoniis pauperum, ſeruorumque Dei ibidem degentium perpetualiter proficiant in augmentum. Dedimus namq; ad præfatas Sanctorum Dei reliquias, locumque nominatum, curtem illam ad *Trebinam* cum domibus & vniuerſis ædificiis, cum mancipiiis infra curtem morantibus vtriuſque ſexus nouendecim, cum manſis LXX. cum agris cultis, incultis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus, immobilibus, & cum omnibus pertinentiis & adjacentiis. Termini verò ejuſdem noſtrę donationis ita ſe concludunt. Tendunt igitur in partes occidentales ſurſum per fluuium *Traun* vſque in eum locum qui vulgo dicitur ad *Buochun*: in aquilone inter duos lacus (qui ibi ſunt) ſe continent. Et in orientem juxta illum lacum ſimulq; cum lacu vſq; in eum locum vbi rubea petra è regione ejuſdem loci prominet. Et in meridiem vſque in riuulum qui dicitur *Durrenpach*, & ſic vſq; ad pontem *Villach*. Inſuper & montem *Sikkovva*. Ad eundem locum pręſcriptum dedimus, quatenus hæc omnia cum omnibus integritatibus ſuis, ad præfatos ſanctos Dei, per hoc præſens præceptum munificentiæ noſtræ, ſine vlla diminuratione ſeu moleſtatione pertineat. Liceatq; prænominato abbati ſuiſq; ſucceſſoribus, eaſdem res ordinare diſponere per omnia, juxta id quod ipſis fratribusq; ſub eis degentibus complaceat. Et vt hæc auctoritas noſtræ donationis per futura tempora firmior habeatur & verius credatur: manu propria noſtra ſubter eam firmauimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum *Carolomanni*  inuictiſſimi Regis.

*Madalvvinus* Notarius ad vicem *Theotmari* recognoui. Data quinto Idus Septembris, Anno Chriſti propitio Tertio regni Domini *Carolomanni* piiſſimi Regis in *Boiaria*, & primo in *Italia*. Inditione XI. Actum *Rantersdorf* curte regia in Dei nomine feliciter Amen. D.CCC. LXXVIII.

*Rantersdorf:* nunc eſt *Ranshouen* cœnobium: proxime *Brundunum* vrbem: vbi quondam palatium regium: & ſedes judicum vectigaliumque ærarium fuit & publicanorum: vti nunc eſt *Brunduni*: ita vetera monumenta ejuſdem Cœnobij indicant.

## *Caroli* tertij fratris *Carolomanni* regis *Boiorum* & *Italiæ* donatio.

IN nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis, *Carolus* (diuina fauente clementia) Imperator Auguſtus. Si locis diuinis cultibus mancipatis: aliquid emolimenti contulerimus: præſentis vitæ proſperitatem, à Deo nobis donari credimus: & æternę vitæ beatitudinem conſequi non dubitamus. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet & futurorum induſtria: qualiter nos ob amorem Dei, ac pro remedio animarum, parentum noſtrorum, genitoris & genitricis noſtrę, fratrum, ſororumque noſtrarum, ac pro noſtra & conjugis noſtræ æterna remuneratione, nouas res, de curtibus noſtris ſubternominatis omnium rerum, ad Capellam quæ ſita eſt in villa quę dicitur *Otinga*, perdonauimus. Id eſt, de *Weles:* de *Aternhoua*, de *Matachoue*, de *Rantersdorf*, de *Muninga*, de *Schvvindilenbach*, de *Otingen*, de *Oſtermundingen*, de *Salzburchoue*, de *Salina*, de *Atilla*, de *Oſterhoua*, de *Dingoluingā*, de *Liuchingan*, de *Incingan*, de *Peringē*, de *Chreminchhoue*, de *Veldan*, de *Helſendorf*, & nonam partem in vitæ ad *Rantersdorf* & *Tabshaim*. Ideoque hos noſtrę auctoritatis apices, inde conſcribi mandauimus, per quod decernimus atque omnino ſancimus, vt præfatæ res, ad præfatam Capellam deinceps ſecuriter atque inuiolabiliter permaneant, nullo vnquam ſucceſſorum noſtrorum eas interrumpente. Et vt hæc largitionis noſtræ auctoritas firmior habeatur, manu propria ſubter eam firmauimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum *Caroli*  Sereniſſimi Imperat. Auguſti

*Amalbertus* Notarius ad vicem *Luitvvardi* Archicancellarij recognoui. Data VIII. Cal. Septembris. Anno incarnationis Dominicæ. D. CCC. LXXXV. Inditione III. Anno Imperij piiſſimi Imperatoris Caroli, in *Italia* quinto, in *Francia* quarto. in *Gallia* primo. Actum ad *Weibelingam* in Dei nomine fœliciter Amen.

## *Arnolphi* Imperatoris inſtrumentum filij *Carolomanni* Regis *Boiorum*.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Arnolphus* diuina fauente gratia: Imperator Auguſtus: Notum ſit omnibus ſanctę Dei Eccleſiæ fidelibus: tam præſentibus quam futuris: qualiter nos pro æternę felicitatis adipiſcenda mercede: nec non per ſupplicationem *Wichingi* venerabilis Epiſcopi cuidam fideli ac religioſo presbytero (cui nomē *Ellenprecht*) tales res (quales hactenus in beneficium in Rantersdorf muneris noſtri largitate tenebat, id eſt Capellā quam nos in honore Chriſti & S *Pancracij* à fundamentis conſtruximus: doteque opportuna & eccleſiaſtico ornatu accumulauimus) cum omnib⁹ quæ modo per præceptum noſtrum illuc collata ſunt: vel in futuro collata erunt: integriter ad proprium diebus vitæ ſuę conceſſimus: cum curtilibus & ædificiis: famulis & vtriuſq; ſex⁹ mancipiis, vineis & vinitoribus, cenſibus, agris, pratis, paſcuis, ſyluis cum foreſto ad hengiſte, aquis aquarumq; decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inuiis,

inuiis, exitibus & reditibus, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, vniuerſisq; adpendiciis & adjacentiis ſuis. Iuſſimus quidem hoc preſens auctoritatis noſtrę præceptum inde conſcribi. Per quod decernimus atque jubemus: vt prænominatus honorabilis presbyter: ipſam Capellam in *Ranterſdorf* conſiſtentem cum pertinentiis ſuis: omni tempore vitæ ſub vſu fructuario teneat: habeatque atque poſſideat: absq; vllius perſonæ offendiculo: ea videlicet ratione, vt eadem Capella cum vniuerſa integritate ſua: poſt obitum ipſius ad ſanctum *Philippum* Apoſtolum (cuius ſacratiſſimum membrum in villa Otinga venerabiliter humatum eſt: in memoriam Patris noſtri *Carolomanni* Regis: qui ibidem corporaliter requieſcit reconditus, necnon pro remedio animæ noſtræ) conuertatur ita vt ſub jure *Otingenſis* eccleſiæ perenniter conſiſtat prouiſorumq; illius. Et vt hoc præceptum diligentius nemine inrumpente in perpetuum conſeruetur: manu noſtra id ſubtus roborantes: añulo noſtro juſſimus inſigniri.

Signum Domini *Arnolphi*  Imperatoris Auguſti.

*Engelpero* notarius: ad vicem *Diotmari* Archicapellani recognoui. Datum XVI. Calen. Nouembr. anno Dominicæ Incarnationis DCCC. XCVIII. Indictione II. Anno XI. regni *Arnolphi* regis Imperij autem III. Actum ad Regina ciuitate in Dei nomine fœliciter. Amen.

*Ludouici* tertij filij *Arnolphi* Imperatoris donatio.

IN nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis. *Ludouicus* gratia Dei Rex. Nouerint omnes fideles noſtri pręſentes & futuri: quia nos diuina adflati inſtinctu: & per interuentum atque admonitionem *Gunzboldi* & *Megivvardi*, comitum noſtrorum tradidimus: ad Capellam ſanctę *Mariæ* genitricis Dei in villa (quę dicitur *Otinga*) conſtructam: pro veneratione Sanctorum ibi quieſcentium nec nõ diuorum parentum noſtrorum æterna ſaluatione: noſtræque animæ remedio. Hobam vnam ad opus noſtrum hactenus (quæ dicitur *Hohobrihha*) pertinentem: cum habitatore deſuper habitante, *Rodgrim* nominato: ſuaque vxore nomine *Rikhilt* ac filiis eorum: cunctisque pertinentiis ſuis: cum curtilibus & ædificiis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, viis & inuiis, exitibus, reditibus, quęſitis & inquirendis, cum omnibus juſte legitimeque illuc pertinentibus. Vnde hoc quoque præſens præceptum noſtrum fieri decreuimus: quatenus memoratę res, nullo inquietante, ſed Deo auxiliante, perpetuis temporibus, ad jamdictum ſacroſanctum locum (cui venerandus Abbas *Purchardus* nomine, moderno tempore, præeſſe dinoſcitur) ad vſus fratrum ibidem canonicè degentium integriter pertineat, eo rationis tenore, vt rectores ejuſdem baſilicę, tam de hac noſtra donatione, quamque prædictæ domus de cauſis: liberrima ſemper vtantur poteſtate, quicquid exinde pro communi decreuerint vtilitate faciendum: vt eos pro nobis anteceſſoribusque noſtris, attentius Domini miſericordiam exorare delectet. Et vt hæc auctoritas noſtra, firmiorem in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, propria manu noſtra, in præſentia procerum noſtrorum ſubtus firmauimus, & añuli noſtri impreſſione juſſimus adſignari.

Signum Domini *Ludouici*  Sereniſſimi Regis.

*Engilpero* Cancellarius ad vicem *Theodmari* Archicapellani recognoui. Data VII. Idus Auguſti. Anno Dominicæ Incarnationis. D.CCCC.I. Inditione IV. Anno regni *Ludouici* Sereniſſimi regis ſecundo, Actum *Otingæ* curte regia in Dei nomine feliciter Amen.

## Literæ fundationum & confirmationis Collegij *veteris Oëttingæ.*

### I.

*Priuileg. Archiep. Eberhardi.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. *Evverhardus* Dei gratia *Salisburg.* Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, in perpetuam memoriam. Sicut deteſtabile & pernicioſum nimis eſt, in quolibet homine, & præſertim in Principe, benefaciendi impedire propoſitum: ita virtuoſum eſt, & coronæ perpetuæ meritorium, ad bonum intendĉtis animum, gratuitis adminiculis adjuuare. Ea propter notum eſſe cupimus tàm præſentibus quàm futuris, quod cum inter nos, & Illuſtrem virum *Ludouicum*, Comitem Palatinum *Rheni*, Ducemq; *Bauariæ*, ſuper jure patronatus Eccleſiæ *Oëtting*, quæſtio fuiſſet diutius agitata: præfatus vir Illuſtris, gratia S. Spiritus inſpirante, ad honorem diuini cultus ſalubrem concepit animum, quod in Eccleſia nominata locaret collegium, & ſuis illud competenter dotaret redditibus; ita tamen, ſi nos juri patronatus cedentes, ipſi recognoſceremus patronatum & priuilegium Fundatoris. Nos itaque ne tam laudabile videremur impedire propoſitum, ſed potius adjuuare: Juri patronatus quod habuimus, vel habere videbamur in prænominata Eccleſia, ceſſimus, quod aliâs non feciſſemus, niſi collegium ibidem fieret, nec ratum habebimus niſi fiat, & tali conditione, ipſum recognouimus verum eſſe patronum, ſaluo tamen in omnibus jure Diœceſano. Ne igitur ſuper hoc dubitatio naſcatur inpoſterum, ad retinendam facti memoriam, præſentem chartã conſcribi, & ſigilli noſtri conceſſimus munimine roborari. Hi ſunt teſtes: *Rudegerus Chiemenſis Carolus Seccouien.* Epiſcopi. *Albertus* Præpoſitus. *Chuno* Decanus, totumque Capitulum *Salisburg. Chuno* de *Weruen Conrad* de *Kalheim. Eckardus* de *Tanno, Gerhohus* de *Perckaim*, *Ridegerus* de *Perch.* Miniſteriales & alij quam plures. Acta ſunt hæc, Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo Ducenteſimo vigeſimo octauo. Indict. I. Datum *Salisburg.* Nono Idus Iulij.

### II.

*Confirmat. Fundat.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Evverhardus* Dei gratia *Salisburg.* Archiepiſcopus, Apoſtolicę ſedis legatus, in perpetuam rei memoriam. Inter laudes & merita virorum Illuſtrium, ſapientis judicio reputatur non minimum, ædificaſſe domos diuinas, in quibus Deum timentes, peccatorum implorent veniam, ad honorem Dei conſtruxiſſe Baſilicas, minores Eccleſias, majorum dignitatum honoraſſe titulis, ampliando diuino cultui Deo ſeruientium, tàm prouentus, quàm munerum augmentaſſe. Nec eſt dubium, quin hæc & hujuſmodi, recto zelo conantibus angelicis manibus in regnis cœleſtibus habitatio præparetur. Hac conſideratione motus & monitus, hac fiducia tractus & inductus, dilectus filius noſter *Ludouicus*, Comes Palatinus *Rheni*, Duxque *Bauariæ* Jlluſtris, ad honorem Dei, ſanctęque genitricis eius, & Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi*, cæterorumque ſanctorum, impetrata à nobis authoritate, fundauit & de nouo conſtituit, apud *Oëtingas* Præpoſituram Canonicorum ſæcularium; ita, vt eſſent ibi duodecim Canonici, cum Præpoſito tertio decimo, dans eis quantum in ipſo erat, omnes immunitates & honeſtas libertates, & priuilegia, quæ habent aliæ Eccleſiæ ejuſdem ordinis, videlicet *Pataxienſis* & *Ratiſponen.* hoc expreſſo ſtatuto.

Ad

Ad hoc autem contulit & donauit eidem Præpoſituræ præter jus quod in ipſa Oeting. habebat Eccleſia, omnes poſſeſſiones, quas habebat in ipſa villa, cum hominibus habitantibus in eis, & villam ipſam, ſcilicet vetus *Oëtingen*. cum toto territorio, à porta fori ſcilicet noui *Oëtingn*. vſq; ad montem. Prætereà jus dedit eidem Præpoſituræ, de foreſta proxima cædendi arbores, tàm pro lignis quàm pro materia ad opus Eccleſiæ, vel ad vſum ibidem Deo ſeruientium neceſſariis in perpetuum. Jus item venandi & piſcandi eidem contulit in foreſto prædicto & magis vicinis omnibus. Donauit item, & ad tradendum ſe publicè & ſolemniter obligauit eidem Eccleſiæ centum Marcas argenti añuas, tàm diu ſoluendas, donec ei redditus centum Marcarum in poſſeſſionibus quietis & pacificis aſſignaret. Honorauit item beatos Apoſtolos *Philippum* & *Iacobum*, remittens eis aduocatiam, id eſt, procurationes & ea ſibi & hæredibus ſuis debitas, promittens, quod tàm perſonas ipſorum Prępoſiti & Canonicorũ, quàm familiæ ipſorum & amicorum ad eos venientium, vel cum eis commorantium, grati & ſine omni emolumento tanquam ſeipſum defenderet, & ab omni grauamine & injuria tueretur. Nomina verò poſſeſſionum quas contulit eidem Eccleſiæ, in inſtrumento donationis ſuæ plenius exprimuntur. Nos quoq; ob reuerentiã Dei, & beatorum Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi*, eidem Præpoſituræ cum conſenſu Capituli noſtri, duas parochiales Eccleſias, *Purkirchen*, & *Muteling*, cum omni jure contulimus & donauimus, tali eam priuilegio nihilominus honorantes, vt Prępoſitus ipſius Eccleſiæ quicunq; legitimè intrauerit, & tanti honoris ſe non indignum præſtiterit, in Concilio Metropolitano, in ſeſſione & ſubſcriptione, Præpoſitis aliis ſecularibus, prior & ſuperior habeatur. In ipſa fundatione Præpoſituræ, prædictus fundator, ad ædificationem tàm Eccleſiæ quàm domorum & officinarum canonicalium, obtulit ducentas libras Ratiſpon. moxq; tanquã Princeps Catholicus, inter primordia nouiſſimorum ſuorum non immemor, corporis ſui ſepeliendi curam non negligens, ac per hoc reſurrectionis habere ſe fidem prouidis argumentis oſtendens, elegit ſibi ſanus & incolumis, in eadem Eccleſia ſepulturam. Nos igitur omnia ſupradicta, ſiue ab eo, noſtra tamen authoritate, ſiue à nobis ipſis ſtatuta & ordinata, rata & inconcuſſa, perpetuis volentes permanere temporibus, Præpoſituram ipſam cum omnibus ſuis in noſtram protectionem ſuſcipimus. Prohibemus authoritate Dei, & B. *Roperti* & noſtra, ne quis circa res mobiles vel immobiles, vel perſonas ad eam pertinentes, violentiam audeat perpetrare. Quod ſi præſumpſerit, anathematis ſe nouerit & nunc mucrone percuſſum. Acta ſunt hęc Anno Dominicæ Incarnationis, M. CC. XXXI. Indict. 4. Datum *Salisburg*. VIII. Cal. Septemb. Amen.

III.

OTTO Dei gratia Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ* &c. omnibus hanc paginam inſpecturis, ſalutem. Nouerint omnes, quod omnia quæ bonæ memoriæ Dñ. *Ludouicus*, Palatinus *Rheni*, & Dux *Bau*. &c. Pater noſter, Deo & B. *Mariæ* ſemper virgini, & SS. Apoſtolis *Philippo* & *Iacobo*, & Eccleſię *Oettingenſi*, donauit & contulit. Nos Eccleſię eidem, pro remedio animę patris noſtri, & omnium parentum noſtrorum, & pro ſalute noſtra, & vxoris noſtræ, & etiam filij noſtri *Ludouici*, liberaliter conferimus & donamus pleno jure ordinationem ejuſdem Eccleſiæ à patre noſtro diſpoſitam, in omnibus & per omnia ratam habentes, & mandantes, vt maneat perpetuis temporibus inconcuſſa. Dat. *Landeshut*. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo triceſimo tertio. *Confirmatio Duc. Ottonis.*

IV.

LVdouicus Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bau*. &c. Vniuerſis huius paginæ inſpectoribus. In perpetuũ conſtare volumus, quod cum piæ memorię *Confirmat. Duc. Ludouici.*

*Ludouicus*, Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bau.* &c. Auus noſter, ad honorem B. *Mariæ* glorioſæ Virginis, & SS. Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi*, deſtructam olim *Oetting* Eccleſiam reconſtruxit authoritate contemporanei ſui, Domini *Euerhardi Salisburg.* Archiepiſcopi fundans ibidem Collegium Canonicorum ſęcularium, & honorem Præpoſituræ inſtaurans, Eccleſiaſtica libertate ipſam Eccleſiam, cum perſonis & rebus eam reſpicientibus vti volens, & eam ſuis fundans prędiis competenter ampliora eidem beneficia largiturus, niſi poſtmodum breuiter ipſum, fatalis mortis inſperatum exitium præueniſſet. Ac deinde chariſs. genitor noſter, bonæ recordationis *Otto*, Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bau.* &c. ſuo & noſtro nomine gratum in omnibus conſenſum dinoſcatur exhibuiſſe publicis inſtrumentis. Nos quoq; ob ſalutem noſtræ ac dilectę conſortis ac puerorum noſtrorum animarum in præſenti & futuro ſæculo quondam, ordinationem prædictæ fundationis, ratam & gratam perpetuo volentes in omnibus obſeruare, prędictam Eccleſiam, cum ſuis omnibus, noſtro fauori ſpecialiter duximus includendam, vt ſi fortè, à quoquam noſtrorum hominum res aut perſonas ejuſdem, illicito auſu inuadendi contingeret, hanc teneamur injuriam pro noſtris viribus pulſare. In cuius rei teſtimonium, præſentes literas prædictæ Eccleſię dedimus noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum *Friſingæ*, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo octauo, ſexto decimo Cal. Marti.j

V.

*Confirmat. Vladislai Archiep. Salisburg. Vide ipſa literas Archiep. Vladislai ex originali deſcriptas.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Vladislaus* Dei gratia *Salisburg.* Eccleſiæ Archiepiſcopus; Apoſtolicę ſedis Legatus, & Dux *Sileſiæ*, in perpetuum Amen. Prædeceſſoris noſtri D. *Euerhardi* quondam Archiepiſcopi *Salisburg.* veſtigiis inhærentes, ea quæ per ipſum ritè ac rationabiliter acta ſunt, de conſilio & conſenſu dilectorum in Chriſto fratrum, Præpoſiti ac Decani, cæteriq; Capituli, Eccleſiæ noſtræ fauore gratuito proſequentes, noſtrę voluntatis arbitrio, tantò benignius roboranda decreuimus, quantò laudabilius inchoata noſcuntur.

Nos igitur eandem Præpoſituram cum omnibus ſuis, in noſtram protectionem ſuſcipimus, prohibentes authoritate Dei, & B. *Ruperti*, & noſtra, ne quis circa res mobiles vel immobiles, vel perſonas ad eam pertinentes, violentiam audeat perpetrare. Quod ſi quis præſumpſerit, anathematis ſe nouerit ex tunc mucrone percuſſum, In cuius rei perenne teſtimonium & cautelam, noſtro ac ſæpedictorum fratrum noſtrorum ſigillis præſentem paginam placuit communiri, Acta ſunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis, Milleſimo Ducenteſimo ſexageſimo octauo, Indict. vndecima. Dat. *Salisburg.* XVII. Cal. Nouemb.

VI.

*Gregorij PP. Bulla.*

GRegorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ de *Oetting.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor ęquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrẽtes aſſenſu, libertates & exemptiones ſæculariũ exactionum, nec non poſſeſſiones, & alia bona, vobis & Eccleſiæ veſtrę, & claræ memorię *Ludou.* Duce *Bau.* Fũdatore ipſius Eccleſiæ, pia & prouida deliberatione conceſſa, & à venerabili fratre noſtro *Salisb.* Archiepiſcopo, Diœceſano veſtro, de ſui conſenſu Capituli cõfirmata, prout in literis confectis exinde dicitur contineri, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos, eidem Eccleſiæ, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem

nem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum *Reat.* Cal. April. Pontificatus noſtri Anno 6.

VII.

*Clemens PP. Bulla.*

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Electo *Saliburg.* ſalutẽ, & apoſtolicam benedictionem, Qui diuinis laudib. deputati, malignorum noſcuntur affligi moleſtiis, apoſtolicæ fouendi ſunt gratiæ fulcimentis, vt eo liberius poſſint obſequiis diuinis intendere, quo ſe proſpexerint humanis periculis non ſubeſſe. Cum igitur dilecti filij Præpoſitus & Capitulũ Eccleſiæ de *Oetting. Salisburg.* diocœſis, à nonnullis qui nomen Dñi in vacuũ recipere non formidant, graues ſicut accepimus ſuper poſſeſſionib. & aliis bonis ſuis, patiantur moleſtias & iacturas, Nos eorum prouidere quieti, & malignantium malitiis obuiare volentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandam[9], quatenus eoſdem Præpoſitum & Capitulum pro diuina & noſtra reuerentia fauoris oportuni præſidio proſequens, non permittas ipſos, contra indulta priuilegiorum ſedis Apoſtolicæ, ab aliquo indebitè moleſtari. Moleſtatores huiuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo &c. Nos enim ſi ſecus præſumpſeris, tàm præſentes litteras, quam etiam proceſſum quem per te ipſarũ autoritate haberi contigerit, omnino carere viribus, ac nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergò mandatũ noſtrum ſic ſapiẽter & fideliter exequaris, quod eius fines quomodolibet non excedas. Dat. *Viterbij* XV. Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri ann. 3.

VIII.

IX.

*Eiuſdem.*

CLemens Eps ſeruus ſeruorũ Dei &c. dilectis filiis Præpoſito & Capitulo Eccleſiæ de *Oeting. Salisburg.* diocœſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum à nobis petitur quod iuſtũ eſt & honeſtum, tàm vigor ęquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri: &c, per omnia vt ſupra.

Datum *Viterbij* X. Cal. April. Pontificatus noſtri anno tertio.

X.

*Archiepiſcopi Conradi & Otonis ac Stephani Bauariæ Ducu confirmatio.*

COnradus Dei gratia S. *Salisburg.* Eccleſiæ Archieps, Apoſtolicæ ſedis Legatus. *Otto* & *Stephanus* Dei gratia Pal. Com. Duces *Bauariæ* &c. oĩbus præſentia inſpecturis in perpetuũ. Cum honorabilis & diſcret[9] *Leonardus* Præpoſ. *Oeting.* ſtudioſe propoſuit coram nobis, quod licet apud *Oetingã* ſalubris & aſſidua fieret fidelium defunctorum commendatio, & illorum ſpecialiter, qui viuentes in carne, memoriale ſuum in deſiderio animæ ſuæ fieri curarunt. Ad hæc tamen ſuus dirigebatur affectus, vt in Anniuerſariis Principum fundatorũ, qui tandẽ plantarunt Eccleſiam, & plantatam vbertate redditũum rigarunt, piaq; defenſione ſuſtẽtant, ſolemnior fieret cõmemoratio, & vberior deuotio augeretur. Et quia fœlicis recordationis Dn. *Euerhardus Salisb.* Archieps, & illuſtris memoriæ D. *Ludouicus* Dux *Bauariæ* memoratam *Oetingen.* Eccleſiam, cõmuni deliberatione fundantes, ambo eam ſalubriter ab initio dotarunt, affectans idem Præpoſitus, ad hoc dare operam ſalutarem &c. Nos igitur attendentes, quod ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare, & quia inter opera charitatis illis primo loco ſumus obnoxij, & quibus nos meminerimus beneficia recepiſſe, tam religioſam ordinationem, per quam collata beneficia recoluntur, per quam impenſis beneficiis, grata viciſſitudo rependitur, per quam ad benefaciendum Dei miniſtris, cæteri prouocantur, in Domino commendantes, redditus eoſdem iuxta donatoris deſiderium, Capitulo volumus ob cauſſam pradicti Præpoſiti, ſpecialiter applicare, nullo prorſus iure vel dominij vel adminiſtrationis apud Præpoſitum, ſed per obellarium tàm adminiſtratio, quàm diſtributio remaneat eorundem. Et ne aliquid diſſenſionis vel dubij circa hoc oriri poſſit

 inpoſte-

inpoſterum præſens inſtrumentum ſuper hoc confectum Capitulo tradimus noſtrorum ſigillorum robore communitum, prædia illis vſibus deputata, propriis hic vocabulis exprimentes, villam in *Eſchelbach*, curiam in *Möring*, curiam in *Mat.* curiam in *Weng.* & omnes redditus ante portam ciuitatis de hortis vel de agris. Datum & actum apud *Lanzhuet* M. CC. nonageſimo ſexto. In die B. *Galli* Confeſſoris.

## XI.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis Amen. Nos *Criſtanus* Decan⁹, *Petrus* dictus *Pfarrkircher Georgius* dict⁹ *Möringer*, *Ioannes* dictus Wels, *Sefridus* dict⁹ *Holerſchuz*, *Ioannes Sueuus*, *Heinr.* paſtor in *Mettnhã*, *Heinr.* dictus *Haunſpeck* & *Ludouicus Kaiſer*, presbyteri & Canonici Capitulares Eccleſiæ *Oettingẽ*. *Salisburg*. diocæſis, ad vniuerſorum præſentium inſpectorum, maximè quorum intereſt vel intererit, notitiam cupimus peruenire. Quod attendentes, & matura deliberatione, quãtum nobis deſuper datum eſt percunctantes, quomodo ſanctum eſt, & Deo valdè amabile, cultum diuinum ampliare, & erroribus, nec non negligentiis quibuſcunque, iuxta eundem cultum committendis, occurrere remedio ſalutari. Eapropter aliarum Eccleſiarum Cathedraliũ & Collegiatarum quondam ſimiliter tolerantes defectus, ſtatutis & conſuetudinibus informari, volentes quantũ in nobis eſt, huiusmodi morbo Deo cooperante medelã inferre, ſanitatis, vnanimi omnium noſtrum conſenſu, voto & aſſenſu, nobis capitulariter congregatis, ſtatuimus deliberati, & ſtatuendo pręcipimus per præſentes, nec non præcipiendo irreuocabiliter ordinamus, quod deinceps perpetuis temporibus omnis dictæ noſtræ Eccleſiæ Canonicus, cuiuſcunque conditionis, ordinis, ſtatus, & ætatis exiſtat, ſiue præſens aut abſens extiterit, hebdomodalis vicis ſuæ. ſecundum obſeruantiam & conſuetudinem prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtram, hactenus obſeruatas per ſe vel per alium, aut alios idoneos presbyteros, executionem ſui officij habentes, inofficiet, peraget cultum diuinum & obſeruet, toties quoties ipſum ordo dictæ vicis attingit. &c. Et vt præſens noſtrum ſtatutum, cunctaque & ſingula ſupra contenta, perpetuis temporibus à quoquam vtinam inconuulſa & illęſa, ſed magis in roboris ſui firmitate permaneant, Idcirco in teſtimonium ipſorum ſigilla noſtra, videlicet Decani & Capituli Eccleſiæ ſæpedictæ, præſentibus duximus appendenda. Acta ſunt hæc & Dat. Anno Domini 1382. In die ſancti *Gregorij* Papæ in Sacriſtia noſtra.

## XII.

*Confirmatio Ducis Friderici.*

VNiuerſis & ſingulis præſens priuilegium inſpecturis, *Fridericus* Dei gratia, Comes Palatinus *Rheni* & *Bauariæ* Dux &c. pacem, gaudium & ſalutem. Cum in officio charitatis primo loco obligamur, pias voluntates noſtrorum progenitorum exequi, ac eaſdem augere, quanto valemus, maximè circa loca DEO deuota, quæ ab eiſdem progenitoribus noſtris, fundationis originem ſuſceperunt. Ideo pro nobis & noſtris ſucceſſorib. publicè profitemur, quod noſtri deuoti, Præpoſitus, Decanus & Canonici, Eccleſiæ beatorum *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum in antiqua *Oetinga* noſtræ fundationis, & cuius jus patronatus ad nos dinoſcitur pertinere, coram noſtra præſentia conſtituti, quaſdam laudabiles conſtitutiones, quarum tenor eſt ſubmiſſus, nobis humiliter exhibuerint, patẽtes quatenus eiſdem conſtitutionibus, noſtrum gratioſum aſſenſum adhibere dignaremur.

Nos igitur *Fridericus* Comes Palatinus *Rheni*, & Dux *Bauariæ* &c. ſupraſcriptus,

ſcriptus, qui gladij poteſtatem, accepimus, vt eius aciem extendamus, quod prauorum impietas reprimatur, bonorum verò iuſtitia ſubleuetur, & profecto illorum, quos in vinea Dei laborare videmus, conſiderantes, quod præmiſſæ conſtitutiones, propter honeſtatem & vtilitatem ſæpedictæ Eccleſiæ, nec non clericalis diſciplinæ obſeruantiam, per prænominatos Præpoſitum, Decanum, & Canonicos, ac eorum ſucceſſores, perpetuò & inuiolabiliter obſeruari. Et qui eas infringere præſumpſerit obtentum noſtræ indignationis incurrat, cui etiam noſtrum ius patronatus vlterius volumus ſuffragari. In cuius rei teſtimonium, præſentes litteras dedimus noſtri ſigilli munimine roboratas. Datum & actum, in oppido noſtro *Burchauſen*, anno Dñi M.CCC. LXXXVI. In die Sancti *Andreæ* Apoſtoli.

SAcroſancta generalis ſynodus *Baſilienſis*, in Spiritu ſancto legitimè congregata vniuerſalē Eccleſiā repræſentans, venerabilib. *Brixinen.* & *Seccouien.* Epiſcopis, ac dilecto Eccleſiæ filio, Præpoſ: Eccleſiæ *Saliſb:* ſalutem & omnipotentis benedict. Ad compeſcendos conatus nefarios peruerſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & iuribus ſuis offendere, ac multiplicibus perturbare moleſtiis, non verentur, tantò magis per ſacrū decet generale concilium, oportuno remedio prouideri, quanto per amplius turbationes huiuſmodi & moleſtiæ, in diuinæ maieſtatis offenſam, nec non Eccleſiæ libertatis redundare diſpendium dinoſcuntur. Dudum ſiquidem, cum diuerſis mundi partibus, conſules ciuitatum & Rectores, nec non alij, qui poteſtatem habere videbantur. tot onera frequenter imponerent Eccleſiis, vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videretur, quam ſub Pharone fuiſſet, qui legis diuinæ notitiam nō habebat, quiq; oībus aliis ſeruituti ſubactis, ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniā miniſtrauit, In concil. *Later.* Eccleſię immunitati prouidendo; ſub anathematis diſtrictione prohibitum extitit, ne conſules, Rectores, aut alij prædicti, Eccleſias & viros Eccleſiaſticos, talliis ſeu collectis, aut exactionibus aliis aggrauare præſumerent transgreſſores & fautores eorum præcipiendo, anathematis ſententiæ ſubiacere, donec ſatisfactionem impenderent competentem, Cum autem ſicut lamentabili querela, dilectorum Eccleſiæ filiorum, Præpoſiti, Decani, & Capituli ſingulorumq; Canonicorum & perſonarum, Eccleſiæ ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* in *Altnöttingen, Saliſburgen.* Dioc. nuper accepimus, nonnulli Principes, Duces, Comites Barones, & alij ſæculares poteſtates, earundem conſtitutionum & ſanctionum Canonicarum & legalium forſan ignari, contra ipſas à Præpoſito, Decano, Capitulo Canonicis & perſonis prædictis, communiter vel diuiſim, forſan tallias & gabellas, ac alias axactiones illicitas hactenus extorſerint, & adhuc extorquere nitantur, ac etiam bona Prępoſiti, Decani & Capituli, ſingulorumq; Canonicorū & perſonarum prædictorum, cōmuniter vel diuiſim inuaſerint, arreſtauerint, occupauerint, detinuerint, & ſuis vſibus applicauerint, nec non occupare, inuadere, arreſtare, detinere, ac eiſdem ſuis vſibus applicare, ſimiliter de facto præſumant, in animarum ſuarum periculum, nec non Præpoſiti Decani, Capituli Canonicorū ac perſonarū prædictorū, non modicū præiudicium atq; damnū.

Bulla Concilij *Baſilienſis* ſuper libertatib. & priuilegiis Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ *Vet. Oeting.* an. 1434.

Nos in præmiſſis Præpoſito, Decano, Capitulo, Canonicis & perſonis prędictis, de oportuno remedio prouidere volentes, diſcretioni veſtræ, tenore pſentiū, in virtute ſanctæ obediētiæ, dictrictè præcipiendo mādamꝰ quatenꝰ vos, vel duo, aut vnus veſtrū per vos vel alium, ſeu alios, Præpoſito, Decano, Capitulo Canonicis, & perſonis prædictis, contra quoſcunq; trāsgreſſores & violatores cōſtitutionū, & ſanctionū earundē, cuiuſcunq; ſtatꝰ, dignitatis, & excellētię fuerint, efficacis defenſionis auxilio aſſiſtētes, nō permittatis eos cōtra canonicas & legales

legales ſanctiones huiuſmodi, indebitè moleſtari, nec non eaſdem conſtitutiones, vbi & quando expedire videritis, ſolenniter publicantes, faciatis transgreſſores huiuſmodi, ſi prout iuſtum fuerit, ac vbi & quoties expedierit, tàm diu excommunicatos & anathematiſatos publicè nunciari, donec ab earundem talliarum collectarum impoſitionum, & quarumlibet extorſionum, nec non bonorum, Præpoſiti, Decani, Capituli, Canonicorum & perſonarum prædictorum, inuaſione, arreſtatione, occupatione, detentione, & applicatione, omnino deſiſtant, nec non etiam efficaciter reſtituãt eiſdem Præpoſito, Decano, Capitulo, Canonicis & perſonis occaſione præmiſſorum, per eos communiter vel diuiſim læſis ſeu grauatis, tallias gabellas, exactiones ipſas, ac etiam bona Præpoſiti, Decani, Capituli, Canonicorũ & perſonarum prędictorũ, arreſtata, occupata detẽta, & applicata ipſis, aut q̃ per ſe vel alios illo p̃textu quomodolibet receperũt.

Dat. *Baſileæ* Id. Nouemb. Anno à Natiuitate Domini M. quadringenteſimo triceſimo quarto.

Pronunciamentum D. *Ioannis* Archiepiſ. *Salisburg.* & ſuorum Conſultũ pro ſedatione litiũ inter Præpoſitum & Capitulum Eccleſiæ *Vet. Oeting.* an. 1437.

NOs *Ioannes* Dei gratia ſanctæ *Salisburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus. Notum facimus in perpetuum vniuerſis præſentes litteras inſpecturis. Quod dudum inter dilectos nobis in Chriſto *Ioannem* de *Preiſingen* Præpoſitum ex vna, nec non Decanum atque Capitulum collegij *Vet. Oeting:* noſtræ dioc: partibus, ex altera, de & ſuper portione præbendali & eius occatione, nec nõ & rebus aliis inferius annotatis, diſſenſionis materia ſuborta: Ipſæ partes in nos, tanquam in arbitrum arbitratorem, ſeu amicabilem compositorem, de alto & baſſo, coram Notario & teſtibus, liberè purè atque ſimpliciter compromiſerunt, & quælibet earundem partium compromiſit, attẽtius deprecans, quatenus onus huiuſmodi in nos aſſumere, & memoratam diſſenſſionem, noſtro arbitramento dirimere vellemus. Nos itaque cupientes, veluti etiam ex debito nobis commiſſi officij tenemur ſubditos noſtros in pacis æquitate dirigere, ac ipſos in iuſtitiæ vigore conſeruare, votis dictarum partium libenter annuimus, & receptis eorum inſtructionibus, allegationibus, & probationibus, hinc inde. præhabitoque Iuriſperitorum conſilio, inter ipſas pronunciauimus, & arbitrati ſumus, & in hunc qui ſequitur modum, arbitramur & pronunciamus.

Primò, quod Præpoſitus *Veteris Oetingæ.* parrochiales Eccleſias *Purkirchen* & *Muthlingen*, Canonicis *Vet. Oeting:* regendas committat.

Secundo, quod memoratus Præpoſitus, ſimiliter vni ex Canonicis Scholaſtriam, cum parrochiali Eccleſia *Nemoris* gubernandam atque regendam, committat.

Tertio, quod Præpoſitus, Canonicis ibidem præſentibus & reſidentibus portionem præbendalem, ſeu corpus prębendę ab antiquo debitam, videlicet quindecim libras in moneta pro tempore currenti, ſingulis annis angariatim, ſine diminutione miniſtret.

Quarto, quod nullam ipſe Præpoſitus in Canonicos iurisdictionem exerceat, niſi à iure, ſiue à conſuetudine ſibi conceſſam.

Quinto, quod Præpoſitus hoſpitalitates, collectas, papales, ſynodales, & Epiſcopales, ac procurationes, aliaque omnia onera, ſolus expedire, vel perſoluere & ſupportare teneatur, attento, quod adminiſtratio tẽporalium ad ipſum ſolum, & in ſolidum pertinet. Exactionem etiam quam ſteuram vocant, in futurum fortè, ſaltem de facto per Principem ſæcularem citra iuris diſpoſitionem imponendam, nequaquam intendimus approbare.

Sexto, Quod Præpoſitus. in bonis ad oblagium Canonicorum ſpectantib.

nec non

necnon etiam ſupradicti Canonici, in bonis ad Præpoſiturã ſpectantibus, nullã poteſtatem habeant, colonos eorum bonorum, inſtituendi aut deſtituendi, aut collectis ſiue exactionib. quibuſcunque eos grauandi, ſed vtraq; partium ſupradictarum, quo ad inſtitutionem ſeu deſtitutionem, ſupradictas, in ſubditis ſeu colonis ſuis, ſuo iure vtatur, &c.

Dat. *Salisburg.* ipſa die S. Matthię Apoſtoli, anno Dñi M quadringenteſimo triceſimo ſeptimo.

INnocentius Eps ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Rom: Pontifex Chriſti vicarius, cui Eccleſiarum omnium cura commiſſa eſt, ad ea libenter intendit, per quæ perſonarum Eccleſiaſticarum in illis diuinis iugiter inſiſtẽtiam ſtatui & cõmoditati, conſuli valeant, perſonæq; ipſæ, Apoſtolicis fauorib. ab onerib. quibuslibet valeant releuari. Cum itaq; ſicut exhibita nobis nuper ꝑ parte dilectorũ filiorum, Prępoſiti, Decani, Canonicorum & Clericorum perpetuum beneficiatorum Eccleſiæ ſanctorũ *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorũ *Veter. Oetting. Salisburg.* dioc. petitio continebat, ipſis & pro tempore exiſtentib. Præpoſito, Decano, Canonicis & Clericis perpetuis beneficiatis dictæ Eccleſiæ, graue admodum ſit & moleſtum, in dicendis horis Canonicis, & aliis diuinis officiis, morem & conſuetudinem *Salisburg.* Eccleſiæ ord. S. *Auguſtini*, quẽ iam diu obſeruarunt, propter horarũ & officiorũ huiuſmodi, iuxta morẽ prędictum prolixitatẽ, & quia ſcholares, chorales qui in eiſdẽ horis dicendis eos iuuent, non habent de cætero obſeruare, deſiderentq; in horis & officiis prædictis dicendis, morem & conſuetudinem Eccleſiæ *Pat.* cum qua libri eiuſdem Eccleſiæ ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* concordant, & ad cuius ac *Ratiſp.* ſæcularium Eccleſiarum inſtar, præfata Eccleſia ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* etiam ſingularis fundata & erecta extitit de cætero obſeruari &c.

*Bulla ſanctiſs: Dni noſtri D. Innocentij Papæ VIII. ſuper horis dicendis ad ritum chori Patau. Eccleſiæ an. 1491.*

Nos qui perſonarum præſertim Eccleſiaſticarum quarumlibet votis rationabilibus & honeſtis libenter intendimus ac pro eis nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, dilecti filij nobilis viri *Georgij*, Comitis Palatini *Rheni* baſſæ altæquè *Bauariæ* Ducis in cuius temporali Dominio, Eccleſia præfata ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* aliisq; presbyteris eorum collegio incorporatis, qui nunc ſunt & erunt in futurum, vt de cætero perpetuis futuris temporibus, horas & officia diuina prædicta, iuxta morẽ & conſuetudinem Eccleſiæ *Pat.* huiuſmodi dicere & recitare valeant, & ad alium morem ſuper his obſeruãdum minimè teneantur, nec ad id, à quoquam quauis authoritate inuiti compelli poſſunt, authoritate apoſtolica tenore præſentium ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis ac apoſtolicis nec non prouincialib. & ſynodalib. conciliis, editis cõſtitutionibus, præfatęq; Eccleſiæ ſanctorum *Philippi* & *Iacobi* iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergò omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum*, an. incarnationis dominicæ, M.CCCC.LXXXXI. Non. Calen. Februar: Pontificatus noſtri anno octauo.

NOs *Hein.* Dei gratia Pal. Com. *Rheni Bauariæ* Dux, per pręſentes profitemur, q; cum Eccleſia *Oeting. Salisburg.* dioc. progenitorũ noſtrorũ ſit plantatio, nos ipſã, vtpote q̃ à nobis, & domo noſtra ſuæ fũdationis accepit originem, deſiderantes

*Litteræ donationis Eccleſiæ* Echnfelln. *an. 1487.*

rantes tâm in augmento diuini cultus, quam in ſuſtentatione Canonicorum ibi Deo ſeruientium, & generaliter in omnibus commodis & honoribus ampliari: Eccleſiam in Eckenfelln apud *Rot. Ratiſpon.* dioc. ad nos ex iuſta ſucceſſione patronatus titulo pertinẽtem, prænominatæ *Oeting.* Eccleſiæ fundationi noſtræ, chariſſimorũ *Ottonis, Ludouici*, & *Stephani*, aliorumque hæredum noſtrorum, ad hoc deſiderio concurrente quantum noſtra intereſſe poteſt, liberaliter offerimus, & offerendo præſentibus aſſignamus, ad id ex nunc plenè noſtrum adhibendo conſenſum quatenus vſibus Capituli, iure perpetuo proficiat, dum tamen auctoritas ordinarij, hãc ipſis duxerint gratiam faciendam, ad quod etiam impetrandum, apud ven. patrem & Dominum *Ratiſponen.* Epiſcopum ſuumque Capitulum, operam adhibebimus diligentem. Ad hanc autem munificentiam faciendam &c.

In cuius rei teſtimonium prædicto Capitulo dedimus præſens inſtrumentum, ſigilli noſtri robore communitum. Dat. in *Lanzhuet*, Anno Domini 1287. proxima ſexta feria ante feſtum B. *Viti* glorioſi martyris.

*Bulla Bonifacij Papæ IX. ſuper vnione & incorporatione parochialium Eccleſiarum,* Hirſchhorn & Eckhnfellen.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Synceræ deuotionis affectus, quem dilecti filij Decanus & Capitulum Eccleſiæ de *Altnötting Salisburg.* Dioc. ad nos, & Romanã gerunt Eccleſiam, promeretur, vt illa ipſis fauorabiliter concedamus, quæ eorum commoditatibus fore conſpicimus, oportunè ſanè ad noſtram nuper peruenit notitiam, quod olim bonæ memoriæ *Vlricus*, Archiepiſcopus *Salisburg.* parochialem Eccleſiam in Hirſchhorn/ ad collationem Archiepiſcopi *Salisburg.* pro tempore exiſtentis, pertinentem, Præpoſito & Capitulo dictæ Eccleſiæ qui tunc fuerunt primò, & deinde bonæ memoriæ *Heinricus*, Epiſcopus *Ratiſpon.* parrochialem Eccleſiam in Eckenfelln dictæ *Ratiſpon.* dioc. cuius quidem Eccleſiæ Eckenfelln ius patronatus, dicti Decanus & Capitulum, dudum pia largitione quondam *Hein.* Comitis Palatini, & Ducis *Bauariæ*, acquiſiuerint; officio oblegij dictæ Eccleſiæ *Altnöting.* autoritate ordinaria concesſerunt & donarunt, tradiderunt & etiam aſſignauerunt &c.

Cum autem à nonnullis aſſeratur, ſicut accepimus, conceſſionem, donationem, traditionem, & aſſignationem prędictas, ex certis cauſis, iuribus non ſubſiſtere: nos conceſſionem, donationem, traditionem, & aſſignationem prędictas, & quęcunque inde ſecuta, rata habentes & grata, motu proprio, non ad ipſorum Capituli, vel alicuius alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam; ſed de noſtra mera liberalitate parochiales Eccleſias prędictas, cum omnibus iuribus & pertinentiis, ſuis oblegiis dictæ Eccleſiæ, cuiuſcunque etiam annuum valoris exiſtant, in releuamen onerum, Canonicis dictæ Eccleſiæ *Oeting.* pro tempore incumbentium, auctoritate apoſtolica tenore præſentium, in perpetuum vnimus, annectim⁹, & incorporamus, ita quod cedentibus vel decedentibus rectoribus dictarum parochialium Eccleſiarum, qui nunc ſunt, vel ipſas parochiales Eccleſias, alias quomodolibet dimittentibus, liceat eidem Capitulo, corporalem earundem parochialium Eccleſiarum poſſeſſionem, auctoritate propria liberè apprehendere, & perpetuo licitè retinere, ipſaſque per idoneos Canonicos dictæ Eccleſiæ *Alttnötting* aut alios presbyteros ſæculares regi, ad nutum Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ ponendos & amouendos. Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorporationis, voluntatis & conſtitutionis, infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem &c. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* X. Cal. April. Pontificatus noſtri anno 12.

*Ioan.*

IOannes Dei & apoſtolicæ ſedis gratia, Eps *Ratisp.* vniuerſis & ſingulis, præſentibus & futuris, præſentes litteras inſpecturis, ad quos peruenerint, ſalutem in Domino ſempiternã. Literas ſanctiſs. in Chriſto patris, & Domini noſtri D. *Bonifacij* diuina prouidentia Papæ IX. gratiam vnionis, annexionis, & incorporationis, duarum Eccleſiarũ parrochialium, videlicet Hirſchhorn *Salisburg.* & Eckhnfelln/ noſtræ *Ratiſp.* dioc. venerabili Capitulo Eccleſiæ B. *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorũ in *Altnötting.* dictæ *Salisburg.* dioc. factæ, continentes, more Romanæ curiæ, bullatas, ſanas, integras, non raſas, nec viciatas, vel ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes, nobis per venerabiles in Chriſto dilectos, Decanum & Capitulum dictæ *Oeting.* Eccleſiæ, humiliter preſentatas, ea qua decuit reuerentia, recepimus. &c. Quib. quidem litteris ſic receptis, viſis & diligenter perlectis, fuimus per dictum Decanum & Capitulum in *Altnoëting*, cum inſtantia debita requiſiti, nobis humiliter ſupplicantes, quatenus vnionem, annexionem & incorporationem Eccleſiæ parrochialis in Eckhnfelln/ noſtræ dioc. prædictam capitulo ſupradicto, & eorum oblegio, à ſede apoſtolica vt præfertur gratioſè factam approbare, ratificare, & noſtra auctoritate ordinaria confirmare dignaremur &c. Nos igitur *Ioannes* Eps ſupradictus ad perpetuam rei memoriam. &c. — *Confirmatio Ioannis Epiſcopi Ratiſpon. ſuper Eccleſiam Eckhnfelln. an. 1402.*

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem, robur, & euidendentiam, præſentes literas, noſtri maioris ſigilli mandauimus appenſione communiri. Datum & actum in oppido *Lanzhut. Friſingen.* dioc. Anno Dñi M, CCCC, II. die verò penult. menſ. Febr.

RVpertus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia, Eps *Ratiſp.* Com. Pal. *Rheni* ac Dux *Bauariæ* &c. vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, lecturis pariter, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum à nobis petitur, quod rationi & honeſtati congruit, præſertim cum id Eccleſiarum & perſonarum Deo ſeruientium ſtatum contingit, animo concedimus ardenti, petentiumque deſideriis & votis primum libenter prebemus aſſenſum. Dudum ſiquidem vt accepimus felicis recordationis *Bonifaci⁹* Papa IX. Eccleſ. Collegiatã B. *Philippi* & *Iacobi* in *Altenötting Salisb.* dioc. illiuſque Decanũ & Capitulum, ſpecialibus gratia & fauore proſequi volens, donationem Eccleſiarum parrochialium in Hirſchhorn *Salisburg.* per Archiepiſcopum *Salisburg.* & S. *Nicolai* in Eckhnfelln/ noſtræ *Ratisp.* dioc. per quondam diuæ memoriæ *Heinr.* Comitem Palatinum *Rheni*, & *Bauariæ* Ducem, dictæ Eccleſiæ in *Altnötting*, ac ipſius Decano & Capitulo reſpectiuè factam. &c. — *Confirmatio D. Ruperti, Epiſcopi Ratiſpon vtriuſque Bauariæ Ducis &c. ſuper Eccleſiam in Eckhnfelln.*

Nos igitur precibus & comtemplatione Illuſtris Principis, Domini & conſanguinei noſtri chariſſimi, Dñi *Georgij*, Com. Pal. *Rheni*, baſſæ altæ *Bauariæ* Ducis &c. ipſorumq; Decani & Capituli ſupplicationib. nobis eatenus factis, fauorabiliter inclinati; Eccleſiæ Eckhnfelln/ ſæpedictæ incorporationẽ annexionem, & vnionem, per prædeceſſores noſtros, *Heinr.* & *Ioannem* Epiſcopos *Ratiſp.* prædeceſſores noſtros ſucceſſiuè confirmatas, de nouo recipimus, admittimus, & authoritate ordinaria pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, conſentien. confirmamus. &c.

In quorum fidem præſentes litteras exinde fieri, ſigillique vicariatus noſtri iuſſimus appenſione communiri. Datum *Ratiſponæ* die viceſima Menſis Aprilis, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo ſexto.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij debitum, quo Eccleſiarum omnium regimini diſponente Do- — *Bulla Vnionis ſiue Incorporatio-*

*nis Innocẽtij Papæ VIII ſuper parrochiali Eccleſiæ in* Hirſchorn *an.1487.*

mino præſidemus, mentem noſtram excitat & inducit, vt ad ea per quæ Eccleſiarum præſertim collegiatarum, ac perſonarum in illis diuinis laudib. inſiſtentium commodo & vtilitati conſulitorum, operioſis ſtudiis & remediis fauorabiliter intendamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum, Decani & Capituli, Eccleſiæ in *Altnötting Salisburg*, dioc. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi parrochialis Eccleſia in Hirſchhorn dictæ dioc. quæ aliâs ordinaria primo & deinde Apoſtolicis auctoritatib. Menſe capitulari dictæ Eccleſiæ, perpetuo vnita fuit. licet vnio prædicta, propter renouationes ſucceſſiuè factas, ſortita non fuerit effectum, de nouo eidem menſe perpetuo vniretur, annectetur, & incorporetur, ex hoc profectò Decanus & Capitulũ præfati, in ſuis neceſſitatib. aliquod ſuſciperent releuamen, &c.

Nos igitur qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, tenerentur exprimere verum valorem ſecundum communem extimationem etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur parrochialem Eccleſiã prædictam, cum omnib. iurib. & pertinentiis ſuis eidem auctoritate apoſtolica præfata tenore præſentium, perpetuo vnimus, annectimus & incorporamus &c. Non obſtantib. voluntate noſtra prædicta, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus, Apoſtolicis ſtatutis quoq; & conſuetudinib. dictæ Eccleſiæ in *Altnötting.* iuramento, confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis contrariis quibuſcunque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat *Romæ* apud S. *Petrum*, an. incaronationis dominicæ M. CCCC. LXXXVII. XI. Cal. ſeptembr. Pontificatus noſtri an. III.

*Bulla Alexandri Papæ VI. ſuper parrochiali Eccleſia in* Hirſchhorn *an.1494.*

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Paſtoralis officij debitum, quo Eccleſiarum omnium regimini diſponente Domino præſidemus, mentem noſtram excitat & inducit, & cætera. per omnia vt ſupra.

Dat. *Romæ* apud S. *Petrum* an. incarnat. Dominicæ M.CCCC.LXXXXIV. Id. May. Pontificatus noſtri an. ſecundo.

Litteræ aliæ *Henr. Bauariæ* Ducis &c. an. 1424.

NOs *Heinr.* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, & *Bauariæ* Dux &c. Notum facimus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis, ad perpetuam rei memoriam. Quia diuina benignitatis clementia, nos inter turmas Principum dignata eſt euocare, decet, vt ob id ſibi mutua viciſſitudine continua obſequia exhibeamus, & præcipuè perſonis ſibi dicatis nos eo fauorabiliores reddamus. Sanè oblata nobis nuper pro parte venerab. ac honorab. deuotorum noſtrorũ Decani & Captuli Eccleſiæ Collegiatę SS. *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum *Vet. Oetting. Salisburg.* dioc. petitio continebat &c.

Nos igitur conſiderantes ſupplicationem huiusmodi fore iuſtam, & ipſis neceſſariam, volenteſque dictis noſtris prædeceſſoribus ob ſalutem animarum noſtrarum fœlicibus inhærere veſtigiis, à quibus primæua fundatio dictæ collegiatæ Eccleſiæ proceſſiſſe videtur, Idcirco ius præſentandi &c. dum tamen ordinarij loci, conſenſus ad hoc accedat. Harum noſtrarum teſtimonio literarum, quas ſigillo noſtro conſueto iuſſimus roborari. Dat. in oppido noſtro *Lanzhuet* 12. die Menſ. April. an. 1424.

Cõfirmat. *Ioan.* Epiſc. *Rat.* ſuper Eccleſ. Oebernaichpach/ ann. 1424.

IOannes DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus *Ratiſp.* vniuerſis & ſingulis præſentibus & futuris, litteras præſentes inſpecturis, cum infra ſcriptorum

notitia

notitia, ſalutem in Domino ſempiternam. Piis petentium deſideriis, benignum nos conuenit adhibere cōſenſum, vt dum illorum pia opera proſequimur, pręmiorũ etiam ſuorum participes fieri mereamur. Cum itaq; magnificus & Illuſtris Princeps & Dns D. *Heinr.* Com. Pal. *Rheni* Duxq; *Bauariæ*, zelo deuotionis accenſus, Eccleſiam collegiatam SS. *Philippi* & *Iacobi* Apoſtolorum in *Altnöting Salisburg.* dioc. quondam à ſuis progenitorib. plantatã & fundatam, tàm in diuini cultus augmento, quàm etiã Decani ibidẽ Deo ſeruientiũ ſuſtentatione, ampliare deſiderans, donauerit & aſſignauerit, eidem Eccleſiæ in *Altnötting*, nec nõ Decano & Canonicis memoratis, ius patronatus Eccleſię parrochialis in Obernaichpach/ noſtræ *Ratiſp.* dioc: quod quidem ius, ad dictum Dominum Principẽ pleno iure dinoſcitur pertinere. Supplicans nobis idẽ D. *Princeps*, vna cum dictis Decano & Canonicis, debita cum inſtantia, quatenus huiuſmodi Iuris patronatus ſiue præſentandi donationem & aſſignationem, authoritate noſtra ordinaria, admittere, ratificare, & approbare dignaremur. Nos itaque precib. ipſorum, tanquã iuſtis & rationabilib. fauorabiliter inclinati volẽteſq; eundem D. Principem in ſuo bono propoſito, quantum in nobis eſt, confouere, meliorib. modo & forma, quib. de iure poſſumus & valemus, prædicti Iuris patronatus ſiue pręſentandi donationẽ, autoritate noſtra ordinaria admittimus, authoriſamus, ratificamus, approbamus, & in Dei nomine confirmamus. &c.

In cuius rei teſtimonium præſentes litteras noſtras ſigilli noſtri iuſſimus appenſione roborari. Datum *Ratiſponæ.* 5. die menſ. Ianuarij. anno Domini 1424.

Confirmatio D. *Conr.* Epiſcopi *Ratiſpon.* ſuper eandem Eccleſiam anno 1431.

C*Onradus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus *Ratiſpon.* vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, litteras præſentes inſpecturis, cũ infra ſcriptorum notitia, ſalutem in filio virginis glorioſæ. &c. per omnia vt in præcedenti.

In cuius rei teſtimonium, præſentes noſtras confirmationis, vnionis & incorporationis litteras, ſigilli noſtri vicariatus, iuſſimus appẽſione communiri. Dat. *Ratiſp.* die ſexta menſ. Auguſti anno Domini M.CCCC.XXXI.

Confirmatio D. *Sigiſmundi* Archiepiſcopi *Salisbur.* ſuper Eccleſiam parochialem Obernaichpach. an. 1459.

S*igiſmundus* Dei gratia ſanctæ *Salisburg.* Eccleſiæ Archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus ad perpetuam rei memoriam. Debitum paſtoralis officij, cui licet immeriti præſidemus, nos admonet & hortatur, vt ea quæ pro diuini cultus augmento animarumq; acta ſunt ſalute quantum poſſumus, affectu pio, menteque ſollicita promoueamꝰ. &c. Poſt quarum litterarum præſentationem pro parte dilectorum Decani & Capituli, ſupplicatum nobis eſt, debita cum inſtantia, quatenus donationem & aſſignationem, Iuris præſentandi, necnon vnionẽ & incorporationem, dictę parochialis Eccleſiæ Decano & Capitulo, ſicut præmittitur factas, authoritate noſtra Iurislegationis, qua fungimur, ex ſpeciali gratia confirmare dignaremur.

Nos memoratum Decani & Capituli petitioni, tanquam rationabili fauorabiliter annuentes, ſæpedictiq; Ducis *Henr.* deuotionem & zelum in Domino commendantes, donationem, & aſſignationem Iuris præſentandi, necnon vnionem & incorporationem Eccleſiæ parrochialis in Obernaichpach memoratas oĩaque & ſingula, circa eas cõtẽta, ordinata & diſpoſita, prout proinde facta ſunt autoritate noſtra Iurislegationis prælibata. qua fungimur, prout de iure melius facere poſſumus, confirmamus, ratificamus, & approbamus, ac ipſas ratas & gratas habentes, de ſpeciali noſtra ſcientia, robur habere volumus perpetuæ fir-

mitatis, harum teſtimonio litterarum. Dat. *Salisburg.* die penultima menſis Nouembr. an. Dñi M.CCCC.LIX.

## Catalogus Præpoſitorum Collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* *Vet: Oettingæ.*

I. FRIDERICVS *Striphius* circ. an. 1231.

II. FRIDERICVS à *Stauffen.* vixit an. 1245.

III. SWICKERIVS, an. 1263.

IV. HENRICVS à *Piburg*, Vtr. Iur. Doct. & Hiſtoricus præfuit ab an. 1296. vſque ad annum 1299.

V. WERNHARDVS, ab an. 1299. vſque 1326.

VI. HARTLIEB à *Puechperg* ab an. 1326. vſque 1332. qui vna cum Capitulo ſtatuit, vt nullus in Canonicum Capitularem ſuſcipiatur, niſi prius ſit Sacerdos.

VII. Dn. M. ANDREAS vixit ab anno 1344. vſque ad an. 1354.

VIII. LVDOVICVS *Grans* vixit an. 1361.

IX. HEINRICVS, Ducum *Bauariæ* Protonotarius. ob. an. 1376.

X. EENOLPHVS *Wartter.* Canonicus Cathedralis *Friſingen.* inter hunc Præpoſitum & Capitulum conuentio facta eſt vt ſi inter Capitulares lis orta fuerit, pars grauata ad Præpoſitum appellare poſſit, præfuit adhuc an. 1393.

XI. IOANNES *Preiſinger*, præf. ab. an. 1423. vſque 1439.

XII. ERHARDVS *Hauuer* ab an. 1446. vſque ad an. 1450.

XIII. MICHAEL *Riederer*, Doctor, & Præpoſitus Cathedral. *Ratiſp.* ac Canonicus FRISINGEN *Ludouici Bauariæ* Ducis Cancellarius ab. anno 1453. vſque 1471.

XIV. FRIDERICVS *Maurkircher*, vtr. Iur. Doctor. poſtmodum Epiſcopus *Patauien.*

XV. IOANNES *Mayer* præfuit ab ann. 1488. vſq; 1508. quo ob. hic poſuit primum lapidem modernæ Eccleſiæ Collegiatæ SS. *Philippi* & *Iacobi* in feſto vinculorum S. *Petri*, impetrauit quoque ex cauſis legitimis diſpenſationem ab *Innocentio* VIII. Pont. Max. vt diuina officia ac horæ Canonicæ, ſecundum ritum *Pat.* peragantur; licet hæc Eccleſia Diœceſi *Salisburg.* ſit ſubiecta.

XVI. IOANNES *Neuhauſer.* Doctor elig. an. 1508. obiit 1516. Hic ad cultum diuinum promouendum & Canonicorum ſuſtentationem de ſuo donauit 2200. floren.

XVII. PAVLVS cognomine *Ziegler*. Epiſcopus *Curienſis* ab Imperatore *Maximiliano* I. declaratus, ſed à rebellibus ſubditis Epiſcopatu pulſus, factus eſt Præpoſitus *Oettingen.* Ann. 1516. * obiit ex mœrore *Furſtenburgi* ad *Atheſim* an. 1541. die 25. Aug. ætatis ſuæ 40.

*Hic reſignauit Præpoſiturum Chriſtophoro Adamo à Nuſtorf. (an. circiter 1540.)*

XVIII. CHRISTOPHORVS ADAMVS à *Nuſtorff.* Canonicus *Salisburg.* ſucceſſit an. 1541. obiit die 3. April. ann. 1552. ſepultus in medio templi, iuxta monumnetum Regis *Carolomanni.*

XIX. IOANNES *Auuer* à *Pulach* in *Codlzhauſen* Canonicus *Salisburg.* & *Patau.* præfuit ab. ann. 1552. vſque 1561. quo anno *Salisburgi* obiit die 7. Octob. ſepultus in ambitu Eccleſiæ Cathedralis.

XX. WOLF-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XX. WOLFGANGVS *Grieſtetter* in *Haſlach* Præpoſitus *Berchtesgaden.* ſucceſſit *Avver* ob. an. 1567. die 14. Iulij, ætatis 77. ſepultus in *Berchtesgadē.*

XXI. MARTINVS *Eiſengrein* S. Theol: Doctor Academiæ *Ingolſtad.* Procancellarius &c. ob an.

XXII. IACOBVS *Puttrich* Præpoſitus *Berchtesgaden.*

XXIII. MINVTIVS de *Minutiis*, Archiepiſcopus *Iaderenſis* qui ſatis piè conceſſit Monachij An. 1604. ſepultus Monachij in ſacello D. Andreæ Apoſtoli, ad D. Michaëlem Archangelum, talique decoratus epitaphio.

D. O. M.

MINVTIO DE MINVTIIS FOROIVLIENSI, ARCHIEPISCOPO IADERENSI, PRÆPOSITO OETINGANO, INNOCENTIO IX. ET CLEMENTI VIII. PONTIFICIBVS MAXIMIS A SECRETIS SERENISSIMO GVILIELMO BAVARIÆ VTRIVSQVE DVCI A CONSIL. VIRO NOBILITATE, DOCTRINA EXIMIO, PRVDENTIA AC RERVM VSV INCOMPARABILI POST MVLTOS PRO REP. CHRISTIANA EXANTLATOS LABORES VI MORBI EXTINCTO, HVNC QVIETIS LOCVM DEDIT IDEM DVX BAVARIÆ BENE MERITO. VIXIT ANNOS LV. O. A. S. M.D.C.IV.

XXIV. Illuſtriſſimus & Reueren: Dns FRANCISCVS GVILIELMVS Com: à Wartenberg. Dns. in Walt, &c.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis *Vladizlaus* Dei gratia S. *Salisburg.* Eccleſiæ Archieps, apoſtolicæ ſedis legatus, & Dux *Sileſiæ.* In perpetuum amen. Prædeceſſoris noſtri Dñi *Eberhardi* quondam Archiepiſco Salzburg. veſtigiis inhærētes, ea quæ per ipſum rite ac rationabiliter acta ſunt, de conſilio & cõſenſu dilectorum in Chriſto fratrũ Præpoſiti ac Decani cæterique Capituli Eccleſiæ noſtræ fauore gratuito proſequentes noſtræ voluntatis arbitrio tanto benignius roboranda decernimus, quanto laudabilius inchoata noſcuntur. Vnde fundationem Præpoſituræ *Otingen.* Ecclæſ. noſtræ dioc. quondam à bonæ memoriæ D. *Ludouico* Illuſtri Com. Pal. *Rheni* Duce *Bavvariæ* autoritate dicti prædeceſſoris noſtri factam cum libertate & emunitate ipſi Eccleſiæ indulta & oĩa gratia ordinationis eiuſdẽ ſicut de verbo ad verbũ inſtrumentum fundationis ab eodem prædeceſſore noſtro elargito expreſſis continetur, de conſilio & conſenſu prædictorum fratrum noſtrorum ratam & gratam habentes, tam auctoritate qua fungimur in nomine Dñi confirmamus. Hanc ſuper donatione ſpeciali duarum Eccleſiarum parochialium videlicet *Purchirchen* & *Muotlingen* eidẽ Eccleſiæ *Otingen.* per ſæpedictum prædeceſſorem noſtrum facta gratiam exhibentes, vt cedentib. vel decedentibus perſonis qui eaſdem in præſentiarum obtinent, ipſa *Otingen.* Eccleſia & Præpoſitus ipſius qui pro tempore fuerit ordinandi de eiſdem duab. Eccleſiis parochialib. vel earum altera, pro ſua & collegij ipſius vtilitate tanquam de parochiali Eccleſia in *Oting* liberam habeat facultatem. Nos igitur eandem Præpoſituram cum omnibus ſuis in noſtram protectionem ſuſcipimus Probibentes auctoritate Dei & B. *Roberti* & noſtra, ne quis circa res mobiles vel immobiles vel perſonas ad eam pertinentes violentiam audeat

 perpetra-

perpetrare, Quod qui præſumpſerit, anathematis ſe nouerit ex tunc mucrone percuſſum. In cuius rei perennę teſtimonium & cautelam noſtro ac ſępedictorum fratrum noſtrorum ſigillis præſentem paginam placuit communiri. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis M. CC. LXVIII. Indict. vndecima, Dat. *Salzburgen.* XVII. Kl. Nouemb.

WIr Heinrich Otto vnnd Heinrich von Gotts Gnaden Pfallentzgrauen ze Reyn/ vnnd Hertzogen in Bayrn/ verichen offenbaran den Brieff vnnd thuen chunt allen den di in ſehent oder hörent leſen/ das wir durch heil vñ ſolde aller vnſer Vorvortern/ vnſer vnd vnſer Nachchommen dem Gotshauß ze alten Oeting newen vnd ſtanten alle die recht vñ hantveſt/ die daſſelb Gotshaus von vnſern Vorvordern hat/ als das wir wellen/ das im di von vns / von allen vnſern Amptleuten ewiglich ſtat vnnd vnbechrenckhet beleiben/ in allen dem rechten/ als vnſern Vordern handueſt ſagent/ vnd daryber zu einem vrchund geben wir den Brieff verſigeltem mit vnſerm Inſigel/ der iſt gegeben ze Regenſpurg/ da von Chriſtes gebur drewzehen hundert Jar/ vnd darnach in dem vier vnd zwainzigiſten Jar an Sand Valteins tag.

B*Echtoldus* Dei gratia Epiſcopus Eccleſiæ *Chiemen.* Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Ad veſtram deducimus notitiam, quod an. Dñi M. CCCCC. XI. ſabbato ante Michaëlis quæ fuit viceſima ſeptima ſeptembr. conſecrauimus cimiterium penes S. *Michaëlem* in *Altenöting*, deinde Dominica & ſecunda feria im̃ediate ſequentib. Eccleſiam Collegiatam B. *Mariæ* virginis ac ſanctorũ Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* patronorum ibidẽ vna cum decem altarib. in eadem, ac quandã Capellam in ambitu eiuſdẽ Eccleſiæ ſuperius ſitam ſimiliter de nouo conſecrauimus. Altare primum & maius dictæ Collegiatæ Eccleſiæ in honore antefatæ B. *Mariæ* virginis ac ſanctorum Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* cæterorumque Apoſtolorum, nec nõ *Rudberti*, *Maximilani* confeſſorum, & S. *Vrſulæ* cum ſuis ſodalib. ſecundum in honore ſanctæ *Annæ* ſanctorum *Dioniſij* & *Rochi* nec non *Achacij* ſociorumque martyrum. Tertium in honore ſanctorum *Nicolai* Epiſcopi, *Iohannis Baptiſtæ*, *Iohannis Apoſtoli & Euangeliſtæ*, *Wolfgangi* & *Antonij*. Quartum in honore ſanctæ *Crucis* ac *Michaëlis* Archangeli ac omnium *Innocentium*. Quintum in honore ſanctorum *Stephani* prothomartyris, *Leonhardi* confeſſoris, *Coſmæ* & *Damiani* martyrum. Sextũ in honore ſanctæ *Elizabeth* ac ſanctorum *Laurentij* martyris & *Martini* Epiſcopi & Confeſſoris, Septimum in honore ſanctorum *Katherinæ* & *Barbaræ* martyrum, cæterarumque ſanctarum virginum. Octauum in honore ſanctarum *Otiliæ* & *Margarethæ*. Nonum in honore *Sancti ſpiritus* & *omnium ſanctorum*. Decimum verò & vltimum in honore ſanctorum martyrum *Chriſtophori*, *Floriani* cæterorumque auxiliatorum. Vndecimum autem altare in Capella ambitus ſitum, ob honorẽ im̃enſæ miſericordiæ Dñi noſtri *Ieſu Chriſti*, nec non com̃emorationẽ dolorum ſimiliter & gaudiorum diuę ſemper virginis *Mariæ* humani generis adiutricis. Statuentes dedicationes præfatæ Collegiatæ Eccleſiæ ac ſummi altaris eiuſdem, Dominica infra octauas *Corporis Chriſti* aliorum vero altariũ præſcriptorũ, videlicet Altaris S. *Annæ* proxima Dominica ante feſtum S. *Iacobi* Altaris S. *Nicolai* quinta feria poſt feſtum *Pentecoſtes*, Altaris S. *Crucis* tertia feria poſt *Pentecoſtes* Altaris ſancti *Stephani* quarta feria poſt *Pentecoſtes*, Altaris ſanctæ *Elizabeth* in die ſancti *Matthæi* Apoſtoli & Euangeliſtæ, Altaris ſanctarum *Katherinæ* & *Barbaræ* Dominica ante *Catherinæ* Altaris S. *Otiliæ* & *Margarethæ* Dominica poſt *Vdalrici* Epiſcopi, Altaris S. *Spiritus* feria ſecunda poſt *Penthecoſtes* Altaris ſancti *Chriſtophori* Dominica poſt *Iacobi*, Capellæ verò *Miſericordiæ* Domini, Do-

minica

minica in *Paſſione* ſingulis annis celebrandas. Cupientes igitur vt eadem Collegiata Eccleſia cum ſuis altaribus ac alia loca per nos ibidem cõſecrata, congruis frequententur honoribus, & à Chriſti fidelibus jugiter venerentur ac dotentur: pręſertim vt illuc Chriſti fideles deuotionis cauſa eo libentius confluant: Omnibus verè pœnitentibus confeſſis & contritis, qui antedictam Eccleſiam Collegiatam cum ſuis altaribus, ac alia loca, per nos vt præmittitur conſecratur, in feſtiuitatibus Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti & ſuę glorioſiſſimæ genitricis Virginis *Mariæ*. Nec non in diebus dedicationum tàm Eccleſię Collegiatæ quàm altarium præfatorum, ſimiliter & in feſtiuitatibus aliorum patronorum ſuper eiſdem altaribus per nos conſecratis requieſcẽtium deuotionis cauſa viſitauerint, ſeu pro fabrica, luminibus, calicibus vel aliis ornamentis manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum eius Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſuffragiis confiſi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, harum teſtimonio literarum ſub ſigillo noſtro datarum *Salzburgæ* die decima menſis Ianuarij, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo Duodecimo.

## PIVS PP. V.

### Dilecto filio *Martino Eyſengrinio* Præpoſito Eccleſiæ Sanctorum *Philippi* & *Iacobi* oppidi *veteris Oettingenſ. Paſſauienſ.* Diœceſis in Theologia Magiſtro.

*Priuilegiũ Mitra &c.*

DIlecte fili, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deuotionis tuæ ſpectata ſinceritas quam ad nos & Romanam gerere comprobaris Eccleſiam nec non eximia tuæ doctrinę & virtutis merita ſimulque indefeſſi labores, curæ, vigilię, ſtudia, quibus non modo in tuenda ac conſeruanda, ſed etiam in reſtituenda & amplianda in iſta nobiliſſima Germaniæ Prouincia fide Catholica te ſemper præſtitiſſe atque claruiſſe re ipſa cognouimus, ſuo quaſi jure exigere videntur, vt & Eccleſiam Sanctorum *Philippi* & *Iacobi* oppidi *veteris Oettingenſ. Patauienſ.* Diœceſis in qua Præpoſitus exiſtis quæque inter alias *Bauariæ* Ducis dominio & ditioni ſubjectas & vetuſtate inſignis & aſſiduè glorioſiſſimæ Virginis *Mariæ* miraculis illuſtratur ac populorum qui præ ingenti quem ad Reginam Cœlorum quæ ſideribus prælata æthereis tanquam Stella matutina prętutilat, gerunt, deuotionis affectu vndique confluunt, maximè in illis partibus valdè celebris eſt, ac perſonam tuam quæ in dies vt præfertur de eadem Catholica religione partim populos prædicatione diuini verbi in officio continẽdo, partim in peſſimos errores lapſos ad ſalutem reuocando, eoſdemque exemplo boni operis informando aſſiduè bene mereri non deſinit, ac tui intuitu tuos in ipſa Præpoſitum ſucceſſores congruis inſigniis decoremus, & condignis ornemus honoribus. Hinc eſt quod nos qui accepimus prędictam Eccleſiam antiquitus Præpoſiti dignitate ornatam ac ejuſdem Eccleſiæ Præpoſitum inter cæteros ſecularium & Collegiatarum Eccleſiarum Præpoſitos quę Metropolitico jure Archiep. *Saliſb.* ſubeſſe dinoſcuntur ratione Præpoſiturę dictę Eccleſiæ primum locum obtinere, eandemq; Eccleſiam inſignibus auri gemmarum & ornamentorum ac Sacerdotalium veſtium muneribus à clariſſimis viris præſertim nuper vt etiam accepimus à dilecto filio nobili viro *Alberto Bauariæ* Duce donatam mirum in modum auctam eſſe, ejuſdẽ Eccleſiæ igitur amplitudine ac celebritatis fama & tuarum præſertim orthodoxæ religionis zelo ac egregiarum virtutum odore commoti cum ad tuæ Eccleſiæ dignitatis ſplendorem & tui ac Præpoſiti

pro tempore in eadem exiſtentis mitræ anuli, baculi paſtoralis aliorumque Pontificalium inſigniorum vſum magnopere te deſiderare intelligamus. Motu proprio vt ex certa ſcientia maturaque deliberatione noſtris ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tibi & tuis in Præpoſitum dictę Eccleſiæ pro tempore futuris ſucceſſoribus, vt mitra, anulo, baculo Paſtorali ac aliis Pontificalibus inſigniis vti, necnon in ipſa Eccleſia in qua tu & ſucceſſores prædicti in Pontificalibus pro tempore celebrabitis benedictionem ſolemnem poſt miſſarum, veſperorum matutinorum & aliorum diuinorum officiorum ſolemnia ſupra populum inibi tunc intereſſentem, dummodo aliquis Antiſtes ſeu ſedis Apoſtolicæ Legatus pręſens non ſit, & ſi præſens fuerit ad id ejus expreſſus accedat aſſenſus, elargiri; necnon cruces, imagines, campanas, vaſa, tabernacula etiam in quibus Euchariſtiæ Sacramentum & reliquiæ Sanctorum, conſeruantur ac corporalia & omnia & ſingula veſtimenta & ornamenta Eccleſiarum etiam Sacerdotalia & paramenta ad diuinum cultum dicata, ac Altaria ipſius Eccleſiæ benedicere, nec non cimiterium & alia loca ſanguinis vel terminis effuſione aut alio quouis modo polluta, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, vt moris eſt benedicta reconciliare liberè & licitè valeas, & ipſi Præpoſiti ſucceſſores tui valeant, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac in Prouincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus minimè obſtantibus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, Die quinta Aprilis M. D. LXXI. Pontificatus noſtri anno ſexto.

*Cæ: Glorierius.*

## POMBVRG ſeu PAMBVRG.

MONASTERIVM Canonicarum regularium S. Auguſtini ad confluentes duorum fluminum Traun & Alz. De cuius fundatione ita ſcribit Ioan. Auent. lib. 5. Annalium Bauariæ, fol. 552.

ADLHAID (filia ſcilicet Cunonis, Comitis de Megling ac Irmogardę) cum marito Berengerio, filiis, Berengerio & Cunrado à Sulzpach (oppidum id Nariſcorum eſt) dynaſtis ad confluentes Trani & Aliſſę, Pamburg, vbi humati perhibentur, Collegium flaminibus Auguſtinianis conſtituunt. Alibi idem Auent. lib. 7. fol. 694. ponit, Pamburgium olim Arcem fuiſſe in Boiaria Noricorum, ad radices Curuancæ montis & confluentes Azali atque Trani ſitam, nunc in Collegium Auguſtinianorum myſtarum commutatam. Inſcriptio lapidis in pariete templi dicti Monaſterij ita habet: Hoc in loco ſepulti ſunt Mariti, Illuſtris Comitiſſæ Adlhaidis, fundatricis huius Eccleſiæ, quæ fuit Illuſtris Principis Bauariæ (id eſt Comitis) Chunonis filia, Marquardus Comes de Hochenſtein & Marquartſtein, Vlricus Comes de Pictauia (id eſt Pitten in Auſtria.) & Berengarius Comes de Sulzpach, cum pueris & progenitoribus eorundem, fundatores huius loci inferiùs aſſcripti.

HIC etiam ſepultus eſt Chuno, Comes de Megling (ſcilicet pater fundatricis.) ibidem Germanicè, Hie ligt der Edel Freyherr/ Conrat von Megling / ein Gutthäter diß Gottshauß ꝛc.

MEGLING, aliàs Medling, latinè Medullum, arx haud procul à Monaſteriis, Gars & Avv. Quorum fundatores hi quoque Comites fuêre: quod hodie pertinet ad Torringenſes Barones.

EST quoque aliud dirutum caſtrum hujus nominis prope Muldorf oppidum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum, domicilia olim iſtorum Comitum, qui etiam dicti ſunt de Frontenhauſen & Teyſpach. De qua re latiùs in libro meo Stemmatum Bauariæ, ac ſuprà in Monaſteriis, Gars & Avv. Lapidi ſepulchrali fundatricis ita inſcriptum eſt: Alhaidis Comitiſſa de Marchnſtein & Sulzpach, fundatrix hujus Eccleſię, hoc in loco ſepulta, obiit Anno 1144. Eccleſia conſecrata eſt Anno 1165.

Advocati hujus Monaſterij fuerunt olim Comites Ortenburgenſes, quorum aliqui ibidem ſepulti ſunt, nempe Rapoto, primus huius nominis, Com. Ortenberg. qui obiit Anno 1190. cum vxore Eliſabetha, filia Berengerii primi, Com. de Sulzbach, & Chaſtl fundatoris Bamburgen. &c. Auent. Autor eſt lib. 7. fol. 694.

Ibidem in ſiniſtro latere Chori lapis cum hac inſcriptione: Anno 1206. obiit Anna Comitiſſa de Ortenburch, benefactrix hujus Eccleſiæ, cum filiis, Rapothone & Heinrico, Comitibus. Hæc vxor fuit Rapothonis primi, quæ aliâs Eliſabetha nominatur, de qua vide Stemmata mea Bauarica.

Hinc in eo bello, quod hi Comites cum Bogenſibus Comitibus, ob limites, ob venationem atque ob Aduocatiam Monaſterij inferioris Althæ geſsêre, Pamburgium Monaſterium, cùm ſub tutela Ortenbergen. eſſet, compilatum eſt, ſecundùm Auent. lib. 7. fol. 657.

Torringenses Barones, qui non procul inde ad Traunam fluuium duas arces tenent, Stein & Perchtenſtein, habent ibi in templi ambitu Capellam propriam ac ſepulturam.

Ibidem in Calendario mortuorum (Nam alia diplomata non vidi) alios quoque reperio Nobiles Eccleſiæ benefactores, & qui ibi ſepulturam, anniuerſaria ac memoriam habent:

De Wart, de Pelching, de Tarching, Stetneri de Klebing, Virgoldi, Mautneri, Traunarij de Truchtling, Hofmanni, Tuſchelij.

Habuit Monaſterium hoc à multis annis Canonicos, præſertim Præpoſitos, qui etiam Archidiaconi ſunt, ex nobilitate; inter quos noſtro tempore Stephanus de Toblhaim bonus Oeconomus, qui ædificia Monaſterij ruinoſa ex fundamentis reſtaurauit, æs alienum ſoluit, prædia multa emit. Ac nihilominus Anno 1579. moriens, magnam vim pecuniæ reliquit in vtilitatem Monaſterij poſteà collocatam.

## ADDITIONES.

## FUNDATIO MONASTERII PAMBURG.

FVIT in *Bauariæ* prouincia Comes Illuſtris proſapiæ *Chuno* vocatus omnibus ejuſdem prouinciæ nobilioribus ſicut genere, ſic & poteſtate ſua diuitiis excellens cujus genuinus & cognationis & poſterorum ejus poſtmodum communis locus vſque hodie *Vranthenhauſen* nuncupatur. Qui Comes egregia liberorum procreatione fœcundatus, habuit dulciſſimæ indolis filiam *Adilheit* vocatam, puellam miræ pulchritudinis, ita vt inter electiſſimas prædictæ terræ mulieres, quantum genere præſtantior, tantum forma decentior appareret, quam Pater tenere diligens, dum quia ſpecie comparem filiam non reperit & virum cui deſponſaretur æque nobilem vel adeò perfectum inuenire deſperaret, & hac hæſitatione quid faceret, quidnam animus eius pro filia deſponſanda multumque diuque vacillans verſaretur in dubio, diuina vt creditur permiſſione factum eſt, vt hæc mentis ipſius non ſatis approbanda elatio in ſeipſam quid eſſet recognoſcendum retraheretur hoc modo. Quidam Comes. *Marcohardus* de caſtro à nomine poſſeſſionis *Marcartſtain* appellato ab hominibus præfati Comitis quam plurimis incurſionibus & violentiis in ſe & in ſuis aſpernanter & contu-

contumelioſe dehoneſtatus, nec tantum hæc à remotis vel eo abſente, verum etiam ad proprium intuitum ignominioſis laceſſitꝰ injuriis, dum vltionem expeteret de ijs, nec cui valens nec metu volens ineſtimabili & vtilitatis & honoris ſubjaceret diſcrimini, ſapienti vſus conſilio, ſanius eſſe deliberauit malum in bono vincere, quam ſe cum ſuis à malo vincendos periculo committere, ſimulque reputans ſtultum eſſe contra ictum fluuij conari, maluit potentiori & fortiori ſe ſub ſpecie familiaritatis obſequi, quam quod fruſtra obnitens, nitendoque nihil obtinens, ſed magis in deterius vrgens ſua ſuorumque damna de cætero ſemper multum vi pateretur. Per induſtrios itaque mediatores firmiſſima inter eos compoſitione facta, obliuione ſepeliuntur, quæcunque retro irrogatæ moleſtię, minorque majori tanquam vnus ſuorum in omnibus obſequendo deferens. quietis & pacis gratia Comes comitem comitatur, cumque & ita ſe gerere nihilominus judicaret inhoneſtum vt vir prudens quiddam aliud animo concepit, de quo jam non ſimulata ſed perfecta, dilectio inter eos tertius haberetur, & forſitan maximum per hoc gloriæ poterat conſequi incrementum, niſi maledicti hoſtis inuidia, vt poſtea narrabimus intercidente in nouiſſimo benedictione caruiſſet diuina tantum clementia huic diabolicæ machinationi ſecus quàm cogitauerat ſecundum immenſam pietatis abundantiam, vt ſequentia declarabunt miſericorditer obuiauit. Prędictus igitur *Marcohardus* Comes vt voti ſui compos efficeretur ipſi Comiti *Chunoni* cui adhæſerat cunctis ſibi attinentibus in omnibus geſtis ſuis gratioſum ſe reddidit & acceptũ, præcipuè tamen in exercitio militari, per quod etiam quia ignita puellarum corda viri affectantia cognitionem maximè accẽduntur, contigit prænominatæ puellæ ipſo procurante ad cõſenſum amoris animum inclinari, ſed nec quia furtiuum amorem diu celari nec patris permiſſione manifeſtum ſeu legitimum inter ſe conjugium fieri poſſe ſciebant ſubſtructa venere coërceri laborioſum æſtimantes, cupitis etiã amplexibus libere frui jocundum reputantes de raptu & fuga inuicem condixerunt. Quo condicto ad effectum deducto Pater ægrè & plurimum indignans generum quidem minimè perſequendum cenſuit, filiam verò non ſolum ſponſali jure non ditauit, ſed & omni patrimonio ſuo penitus exhæredauit: ijs ita geſtis duo juuenes preuigni Comitis *Marcohardi* cum quorum matre muliere quidem nobili ante dormire conſueuerat dolente de matre relicta, quam licet abſolutè amatam, jugiter tamen cum ipſo ſperabant fortè permanſuram. Duobus menſibus poſt peractas nuptias vix decurſis in quo loco erat tranſiturus poſitis ſibi inſidiis ad mortem vſq; vulnerantes ſemiuiuum eum reliquerunt. In extremo igitur vitæ ſuæ articulo nec grauiſſimi doloris acerbitate, nec metu mortis intercipiente recordatus & nouiter & breuiter amatæ conjugis ſuæ qualiter ſui cauſa non modo patris demeruiſſet gratiam, ſed etiam inexorabilem incurriſſet offenſam ſecundum magnanimitatem conſtantiæ ſuæ acerrimi agonis aculeo non effractæ de deſolatione nouę nuptæ non minus quam de mortis amaritudine anxiabatur, metuens ne ſicut eo viuente propria eſt hæreditate deſtituta; ſic eo moriente ſuo quoque patrimonio eam priuari, inſuper etiam parentum ſolatio contingeret, orphanari; ad conſolandum ergò tàm ſubitæ viduitatis deſolationem prædictum caſtrum *Marcartſtain*, tum miniſterialibus prædiis quoque & mancipiis omnibusque ditioni ſuæ attinentibus in manus ſæpius dictæ conjugis ſuæ, quia hærede caruit libera traditione ſub tali commiſſo delegauit: videlicet vt poſt mortem ſuam quò citiùs poſſet ob communem vtriuſque memoriam de ipſo patrimonio Cœnobium in honore beatæ *Margarethæ* conſtrueret, perſonis aliquot inibi Deo ſeruientibus, prædiis quantum neceſſitas exigeret ad tempus collocatis ipſa quoque defuncta,

cta,

cta, idem patrimonium exceptis miniſterialibus huic Cœnobio totaliter attineret. *Marquardo* ſiquidem Comite talem vitæ finem ſortito Comes *Vdalricus* de *Pactauia* & præpotens ac prædiues, ita vt vulgò Vlrich appellaretur, viduam ipſius duxit vxorem, per quam tamen ſolam filiam generans nomine *Vtam*, *Engelberto* Duci de *Crayburg* eam deſponſauit, cui Duci nati ſunt per eam quatuor filij: *Bernhardus* Dux *Carinthiæ*, *Engelbertus* Marchio *Iſtriæ*, *Hartvvicus* poſtea *Ratiſponen.* Epiſcopus & Comes *Rapoto* de *Crayburg* de quib⁹ propter nationis compendium modò tacebimus; defuncto verò Comite *Vlrico* *Alheidis* Comitiſſa denuò vidua, *Berngero* Comiti de *Sulzpach*, tunc etiam viduo tertio nubens, miniſteriales & patrimonia duorum Comitum ſicut erga maritos ſuos erat deuotiſſima ſub tali conditione, ſcilicet vt ex vno illorum Cœnobium ipſis adhuc viuentibus, ſicut prædictum eſt, conſtrueretur, liberè donauit. Milites autem Comitis *Vlrici* in manus alienæ ditionis ſe transferri æquanimiter non ferentes vſque ad retractionem hujus facti repugnare non ceſſabant & tamen conſenſu Comitis hac donatione remiſſa omni tempore quo Domina eorum aduixit marito eius quemadmodum juris ratio exigebat debitis obſequiis deferentes, nihilominus adhæſerunt, dumque jam ſepius iterata monaſterij conſtructio longa dilatione protraheretur ſuperuenit dies pro *Alheidis* Comitiſſa viam vniuerſæ carnis ingreſſura à mortis prænuncia corriperetur infirmitate, jamque in ſuprema laborans ægritudine accerſito ad ſe Comite ſuæ in ipſum fidei deuotionem ad memoriam eum reuocare coegit, replicans ei quod duorum Comitum patrimonia, licet ipſe vnum ſponte remiſerit in ſuam tranſtulerit ditionem, & vt laudamentum de conſtructione monaſterij multotiens ab eo ſibi factum, & vt votum primi conjugis ſuiquo eum adjurauerat ad effectum perduceretur, copioſa precum & lachrimarum effuſione prout poterat expetebat. Qui vt erat ad promittendum paratior incontinenti verbum ex ore eripiens & primam & vltimam petitionem ipſius affectu & effectu ſe proſecuturum veriſſime porrecta dextera pollicetur. At illa objiciens teſtamentum matris ſuę *Irmigardis* ſimili de cauſa per deſidiam ſuam adhuc in irritum remanere, antè non deſtitit, donec ipſo Comite cum duodecim miniſterialibus electiſſimis jurejurando ſe obligantibus certiſſimè confirmatum eſt, non prius eam ſepulturæ commendari, antequam Cœnobium ſub patrocinio beatæ *Margarethæ* ſecundum quod piæ memorię *Marquardus* Comes per eam fieri primitus inſtituerat fundaretur. His ita diſpoſitis *Alheidis* Comitiſſa poſt fœlicem vitam beato exitu defungitur in Domino, quam Comes juxta Capellam ſuam in *Sulzpach* ipſa terra propter jusjurandum, quo ſe cum ſuis obligauerat, ſepulchri cauſa non effoſſa, ſed humo aliunde apportata fecit operiri, vbi per duodecim annos requieſcens legitima caruit ſepultura: vnde miniſteriales grauiter commoti, omnes in commune Dominum ſuum aggreſſi attentiſſimè ſupplicantes quatenus & ſalutis ſuæ cauſa & ne ſimul cum eis ad vltimum periurus inueniatur, teſtamentum matris ſuæ jam diu neglectum ſatageret adimpleri. Illis ergo aſſidua interpellatione frequenter & acriter inſtantibus, Comes omnibus ſuis in locum qui Rordorf dicitur conuocatis tractare cœpit de duarum conjugum ſuarum teſtamentis, proponens eis quod è duobus vnum conſilio inter ſe habito ſalubrius eſſe diſcernerent, aut duo Cœnobia ſicut ipſe laudauerat de prædiis ad hæc deputatis, licet rerum & perſonarum penuriam habentia, aut vnum ſine vtriuſque defectu conſtrui, rebusque & mancipiis coadunatis honorificè dotari, quibus vnam Eccleſiam cum copia quàm duas cum inopia fundari ſanius eſſe judicantibus. Comes Capellanum ſuum *Arnolphum* ſacerdotem cum illis duodecim qui ſe

vnà cum ipſo juramento aſtrinxerunt ad montem qui tunc & nunc *Baumburg* appellatus eſt dirigens, conſiderato hinc inde diligentiſſimè loco, fecit metiri ſpacia, primo vbi fabrica templi decentiſſimè poneretur; deinde clauſtri ambitum & fratrum habitacula; poſtremò diſpoſitionem officinarum congrue ordinari. Ædificatione verò templi ordinata, C. *Salzburgen.* Archiepiſcopus natione *Saxo*, ad dedicandum hoc ipſum Monaſterium adueniens, peracta dedicatione rogatu *Bergeri* Comitis ejuſdem templi fundatoris locum *Berchtolsgad*, in quo *Irmigardis* Comitiſſa quatuor fratribus cellulam fieri, dum adhuc viueret, inſtituit, cum omnibus appendiciis ſuis ſuper altare beatę *Margarethæ* verbo authoritatis ſuæ aſsignauit, & pręterea ſi quid tamen ſuper hujus verbi confirmationem valere potuit, ipſe Comes cuius ditioni vterq; locus prius liberè attinebat traditionali iure delegauit. Beatę igitur memoriæ *Adelheidis* Comitiſſa, eius ſagaci ſollercia Eccleſia *Baumburg* hoc vt diximus ordine eſt fundata, tunc demum legitimè traditur ſepulturæ. Transactis verò aliquot annis prædictus Archiepiſcopus, & totale & traditionale ius per ſecula ſanctum, non metuens infringere locum *Berchtesgaden*, ſi tamen potuit vel debuit præter *Baumburgenſis* Eccleſię aſſenſum, priſtinæ libertati donauit. Inde nouerint omnes fideles, niſi viſis & auditis nulla ſit fides adhibenda, & quodcunque teſtamentum huic ſimile non tamen duorum aut trium nec centum vel mille teſtium, verùm etiam innumeræ gentis conteſtatione publice approbatum, priuatim & clam ſit reprobandum, & vt totam juris regulam comprehendam, omne rationabiliter ſtatutum præter rationem ſit deſtituẽdum locum *Berchtesgadem* Eccleſię *Baumburgenſi* non impari jure quam matri filiam attinere; dignitas enim Romani apicis non minimè in hoc contemptam ſe eſſe doleat, quod authoritate patroni ſui, eo tempore ſibi præſidentis *Paſcalis* videlicet piiſſimi paſtoris ea quæ præfatus Comes de vtroque, vnde ſermo agitur loco ſupramemorato ſuo Capellano *Arnoldo* ad Romanam ſedem ob hoc ipſum directo verbo ſummi Pontificis ſanciri poſtulauerat, eodem Capellano cauſam & ordinem facti ſibi veraciter deponente, in quantum virtute apoſtolica ſtabiliri poterat firmiſſimè ſolidata, contra omnem juſtitiæ normã inferioris dignitatis præſumptione per ſe ipſam & quanquam juſtè confirmata, poſt ad libitum ſuum contra jus infirmante irreuerenter & temerè ſunt ſoluta, maximè cum indicio de omnibus his capiendæ veritatis, Eccleſia Baumburgenſis annuatim aureo denario Romanæ Eccleſię cenſualis eſſe teneatur, ob teſtamentum ſcilicet ſingularis prerogatiuę quod eadem Eccleſia ſibi ad confirmationem eorum, quibus tàm dotata quàm ditata fuerat à matre Eccleſiarum libertatis priuilegio meruit inſigniri.

PASCALIS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilecto filio *Eberbino* Præpoſito Eccleſiæ ſanctæ *Margarethæ* quæ ſita eſt in loco *Baumburg* in *Salzburgenſi* parochia, & eius fratribus Canonicã ibi vitam profeſſis, tàm pręſentibus quàm futuris in perpetuum. Sicut injuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima deſiderantium non eſt differenda petitio: *Perengarius* ſiquidem Comes *Sulzbachenſis* in *Salzburgenſi* pago, allodium ſuum beato *Petro* & ſanctæ eius Romanæ Eccleſiæ obtulit, ſub vnius aurei cenſu annuo, in quo beatæ *Margarethæ* Eccleſiam conſtruens locum ipſum Canonicorum regularium ordini deputauit. Nos igitur juxta fundatoris deuotionem locum ipſum ſub beati *Petri* patrocinium aſſumentes, præſentis decreti auctoritate munimus, ſtatuimus enim vt vniuerſa quæ vel per prædictum Comitem vel per alios fideles de iure proprio loco eidem conceſſa ſunt, quęcunque etiam in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis iuſtis modis illic dari,

dari, offerriuè contigerit, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata perma-
neant. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat eandem Eccleſiam
temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minue-
re, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur co-
rum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione cōceſſa ſunt vſibus omnimo-
dis profutura. Obeunte te nunc eius loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſuc-
ceſſorum; nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, ni-
ſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum
Dei timorem regulariter prouiderint eligendum, ſanè poſt profeſſiones exhi-
bitas nemini veſtrum liceat proprium quid habere, nec ſine Præpoſiti vel Con-
gregationis licentia de clauſtro diſcedere: decimas verò noualium veſtrorum
vobis veſtriſque ſucceſſoribus habendas, remota Epiſcopalium miniſtrorum
contradictione concedimus, vt quietè in eo quod aſſumpſiſtis propoſito largic-
te Deo in perpetuum maneatis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcula-
riſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contrà eam temerè
venire temptauerit, ſecundo tertiouè commonita, ſi non ſatisfactione con-
grua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe di-
uino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo cor-
pore & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque
in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iu-
ſta ſeruantibus, ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bo-
næ accipiant operationis, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis in-
ueniant. Amen.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio *Marſilio* Præpoſito
Eccleſiæ ſanctæ *Margarethæ* de *Baumburg* eiuſque fratribus tàm præſentibus
quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens à nobis
petitur quod honeſtati & religioni conuenire dinoſcitur, animo nos decet li-
benti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impartiri.
Vnde quia *Berengarius* Comes *Sulzbachen.* allodium ſuum in *Salzburgen.* terri-
torio beato *Petro* & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub vnius *Bizantij* annuo cen-
ſu pia deuotione obtulit, in quo in honorem Dei & memoriam beatæ *Marga-
rethæ* virginis eccleſiam veſtram conſtruens eam ordini Canonicorum regula-
rium deputauit. Nos ſequentes veſtigia prædeceſſorum noſtrorum Roma-
norum Pontificum *Paſchalis*, *Honorij*, *Innocentij*, *Lucij*, ſecundi & *Lucij* tertij, lo-
cum ipſum quoniam beati *Petri* iuris exiſtit, ſub beati *Petri* & noſtra prote-
ctione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiqui-
dem ſtatuentes vt ordo Canonicus qui ſecundum Deum & beati *Auguſtini* re-
gulam inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter
obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccle-
ſia in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pon-
tificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis mo-
dis, præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus &
illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.
Archidiaconatum, Parochiam ſancti *Georgij* Eccleſiam ſancti Ioañis in *Fruchtla-
chingen*, *Fraleſtorf* cum pertinentiis ſuis, *Fünigen* cum pertinentiis ſuis, *Var-
naſpacht* cum pertinentiis ſuis, *Meglingen* cum pertinentiis ſuis, *Windbret*
cum pertinentiis ſuis. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decerni-
mus vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaue-
runt, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat. Salua ta-

men iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Liceat etiam Præpoſito qui pro tempore fuerit aduocatum quem eidem loco perutilem & neceſſarium eſſe perſpexerit communi vel ſanioris partis fratrum conſilio ſecundum Deum eligere, & ſi inutilis apparuerit remouere, ſicut à prædeceſſoribus noſtris felicis recordationis, *Paſcali, Honorio, Innocentio, Lucio* ſecundo & *Lucio* tertio ſtatutum eſſe & ſcripto ſuo firmatum. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem canonice prouiderint eligendum. Sane poſt profeſſionem exhibitam, nemini veſtrum liceat proprium quid habere, nec ſine Præpoſiti vel Congregationis licentia de clauſtro diſcedere. Sua etiam tuorumque ſucceſſorum caritati apoſtolicæ ſedis benignitate permittimus & roboramus vt licitum vobis ſit ordinationes clericorum, aliaque eccleſiaſtica ſacramenta à bonis Epiſcopis & religioſis accipere, ſi veſter Epiſcopus Symoniaca vel alia hæretica prauitate infectus fuerit, & gratiam ſedis apoſtolicæ non habuerit. Ad indicium autem huius ab apoſtolica ſede perceptæ tuitionis Bizantium vnum ſingulis annis nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſoluetis. Inſuper etiam vt domino noſtro IESV Chriſto liberiori animo ſeruiatis, veſtræ ſaluti per omnia prouidentes, ſtatuimus vt ſeruientes veſtri qui in curia veſtra vobis ſeruiunt abſque impulſione parochiani in eccleſia veſtra verbum Dei & miſſas audiant, ſacramenta percipiant, cæteriſque diuinis legibus ſubiaceant. Decimas verò noualium veſtrorum, vobis veſtriſque ſucceſſoribus habendas, remota Epiſcopalium miniſtrorum contradictione concedimus, vt quiete in eo quod aſſumpſiſtis propoſito, largiente domino in perpetuum maneatis. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eandem Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura: ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate ac Diocæſani Epiſcopi in ſubiectis vobis prædictis parochiis canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem prēmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.




Ego *Clemens* Katholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego *Petrus* presb. Card. tit. S. *Laurentij* in *Damaſo* ſſ.
✠ Ego Petrus presb. Card. S. *Petri* ad *vincula* tit. *Eudoxiæ* ſſ.
✠ Ego *Iohannes* tit. S. *Clementis* Card. & *Tuſcanen*. Epiſc. ſſ.
✠ Ego *Albinus Albanenſ*. Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Klr Portuenſis* & S. *Rufinæ* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Octauianus Hoſtien*. & *Bellegen*. Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Iac* Diac. Card. S. *Mariæ* in *Coſmydin* ſſ.
✠ Ego *Iohan. Felix* Diac. Card. S. *Euſtachij* juxta templum *Agrippæ* ſſ.
✠ Ego *Gregorius* S. *Mariæ* in *Aquiro* Diac. Card. ſs.

Dat. *Lateran*. per manum *Moyſi*, ſanctę Romanæ Eccleſiæ Subdiac. vicem gerentis Cancellarij, II. Id. Septembr. Indict. VIII. Incarnationis Dominicę Anno M. C. LXXXVIIII. Pontificatus verò Domini *Clementis* PP. III. anno ſecundo.

## Catalogus Monaſterij *Baumburgenſis*.

PRæpoſitorum qui ab illo tempore quo Romanus Pontifex *Paſchalis* II. pontificatum geſſit, ad noſtram vſque ætatem vixiſſe ac Præpoſitos egiſſe inueniuntur.

EBERWINVS vixit circa annum à Chriſto nato 1100. huic Præpoſito *Paſchalis* II. diploma tribuit in quo ſummus Pontifex Eccleſię S. *Margarethæ* erectionem ac donationes per *Berengarium* Comitem *Sultzbachenſem* factas confirmat, monaſteriumque *Baumburgenſe* iuriſdictioni atque patrocinio ſum̃orum Pontificum ſubiicit; hâc annexâ lege, vt Monaſterium ſingulis annis nummum aureum (Bizancium) Romam ſummo Pontifici eiusq; ſucceſſoribus, tanti beneficii teſtem gratiſſimum mittat.

*Eberwinum* ſecutus eſt GODISCALCVS circa annum 1127. Is priuilegiis à *Paſchali* II. Monaſterio ante datis, robur & incrementum à Romanis Pontificibus *Honorio* II. *Innocentio* II. & *Lucio* II. impetrauit.

MEINGOTVS ſucceſſit circa annum 1183. Huius Præpoſiti & Archidiaconi curâ atque vigilantiâ inter cætera jura ac dona, Archidiaconatus quoque confirmatus, libera item ſepultura, facultasque eligendi Aduocatum huic cœnobio per *Lucium* III. collata fuère.

MARSILIVS Præpoſitus & Archidiaconus, hic anno ſecundo Pontificatus *Clementis* III. ſecundo Idus Septembris, Indictione VIII. ab eodem Romano Pontifice omnia & ſingula Monaſterij jura ac poſſeſſiones, nominatim verò Archidiaconatum, Parochiam S. *Georgij* Eccleſiam S. *Ioannis* in *Truchtlaubinger Fralersdorf* cum pertinẽtiis ſuis, *Tuningen* cum pertinentiis ſuis, *Meglingen* cum pertinentiis ſuis, *Windberg* cum pertinentiis ſuis, liberam ſepulturam, libertatem quoque eligendi Aduocatum, exemptionem miniſtrorum & decimarũ. Hæc & alia per *Clementem* III. corroborari fecit. Vixit circa annum 1190.

HENRICVS Præpoſitus & Archidiaconus, legitur præfuiſſe circa 1215. annum.

EBERHARDVS Præpoſitus Archidiaconus ſuccedit *Henrico* anno ſequenti 1216.

VDALRICVS Præpoſitus Archidiaconus, reperitur in viuis fuiſſe anno 1251.

OTTO Præpoſitus Archidiaconus, rexit Cœnobium circa annum 1279.

FRIDERICVS Præpoſitus Archidiaconus, præficitur anno 1284.

MARQVARDVS Præpoſitum & Archidiaconum egit circa annum 1286.

HENRICVS II. Præpoſitus & Archidiaconus anno 1305.

ORTOLFVS Præpoſitus & Archidiaconus anno 1313.

HARTNEIDVS Præpoſitus & Archidiaconus anno 1318.

HENRICVS III. Præpoſitus & Archidiaconus anno 1326.

HARTNEIDVS II. Præpoſitus & Archidiaconus anno 1328. mortuus eſt anno 1330.

RVGERVS Præpoſitus & Archidiaconus quem S. *Gregorio* magno valdè deuotum fuiſſe, & in pauperes beneficum apparet manifeſtè, vixit anno 1334. moritur 1349.

HENRICVS dictus THAN. IV. Præpoſitus & Archidiaconus, confirmatus ab ORTOLFO, Archiepiſcopo *Salzburgenſi*, obijt anno 1365.

IOHANNES Præpoſitus & Archidiaconus præſedit anno 1370. mortuus eſt anno 1380. Sub hoc Præpoſito Monaſterium à *Gregorio* XI. accepit decretum contra omnes cuiuſcunque ſtatus ac conditionis, immunitates, & poſſeſſiones Monaſterij damno aliquo afficientes. Executio Pontificij decreti commiſſa fuit Epiſcopo *Gurcenſi*, Abbati Monaſterij S. *Lamperti*, diœceſis *Salisburgenſis*, & decano Eccleſiæ *Salisburgenſis*.

IOHANNES II. ſequitur Præpoſitus & Archidiaconus, quo is quantouè vixerit tempore non conſtat, diſceſſus è vita certus habetur ex loco ſepulcri, anno videlicet 1414.

VDALRICVS II. dictus ERLINGER Præpoſitus & Archidiaconus ſucceſſit *Ioanni*, viuere deſijt, anno 1423. vt videre eſt in lapide ſepulcri.

VDALRICVS ſequitur, SEEMAN cognomine, Præpoſitus & Archidiaconus natus. Obijt anno 1436.

CASPARVS EBENHAVSER vnanimi Conuentus conſenſu eligitur, Præpoſitus & Archidiaconus natus. Confirmatur per *Ioannem* Archiepiſcopum *Salzburgenſem* &c. Anno 1436. die 17. Septembris. Ante ſuſceptum Prælaturæ munus ablegatur ad Academiam *Viennenſem*, ibique Decretorum Baccalaureus creatur. Mirum quàm hic vir tàm in Præpoſitura quàm ante pro bono & ſalute Monaſterij deſudabat. Decreta, indulta, libertates, prædia, ac poſſeſſiones Monaſterij in codicem pergamenum magna fide atque diligentia referri curauit. Cauſas Monaſterij controuerſas tum *Romæ*, tum *Baſileæ* in Concilio præſens diligenter ac feliciter egit. Tandem tot tantisque perfunctus laboribus atque periculis euocatur ad requiem æternam, anno 1479. Corpus eſt conditum in ſacello S. *Eliſabeth* Reginæ à ſe constructo.

PAVLVS PELCHINGER Præpoſitus & Archidiaconus natus, ſucceſſor *Caſpari*. Huic *Innocentius* VIII. contulit Decretum quo Monaſterij priuilegia & poſſeſſiones fuerunt approbata & confirmata. Deceſſit ex hac luce anno 1488.

GEORGIVS DIETRICHINGER Prępoſitus & Archidiaconus natus; legitur defunctus anno 1515.

GEORGIVS HERBERGER Præpoſitus & Archidiaconus natus, breui vixit tempore nempe vſq; ad annum 1517.

WOLFGANGVS VIERGOLD eligitur & confirmatur in Præpoſitum & Archidiaconum natum anno eodem; moritur anno 1531.

GABRIEL GESSENBERGER Adminiſtratorem & vices Prælati egerat ab anno 1532. ad annum 1536.

WOLF-

WOLFGANGVS GRIESTETTER quondam Præpoſitus in *Högl-vverdt*, hujus loci adminiſtrator ab anno 1537. ad 1538.

STEPHANVS TOBELHAIMER Præpoſitus & Archidiaconus natus, nobilis ſuæ familiæ poſtremus, à *Viguleo Hundio* ob rem familiarem benè auctam & dextrè adminiſtratam laudatur. Sub hoc Prælato totum Monaſterium anno 1533. conflagrauit & in cineres fuit redactum. Electus ſcribitur aňo 1539. migrauit è vita anno 1578.

LAVRENTIVS MAIOR Præpoſitus & Archidiaconus natus; poſtulatur & eligitur anno 1579. bonarum litterarum ac litteratorum amator atque cultor inſignis. Ante religionis ingreſſum *Viennæ, Ingolſtadij*, & *Dilingæ* philoſophię atque Theologiæ diligentem nauauit operam. Habuit è Societate IESV Præceptores R.R. P.P. *Petrum Vngerum, Ioannem Vicaum*, & *Theodorum Peltanum*. Sub huius prȩſidio diſputationem illam Catholicam de jejunio & ciborum delectu, Weiſſenhornianis typis euulgatam publicè tuendam ſuſcepit. Interea de mutādo in melius vitæ ſtatu deliberans, elegit in Monaſterio *Ranshouienſi* latere. Exacto nouitiatus anno Canonicus fit verè Regularis, id eſt, regula ac norma caſtè ac innocenter viuendi tàm exteris quàm domeſticis. Verum Deus lucernam hanc latere diutius noluit: ex Decano *Ranshouienſi* Prepoſitum huius Monaſterij inuitum jubet. in quo munere nihil prorſus de priore animi demiſſione remiſit: victus & habitus erat illi cum cȩteris fratribus communis, ſolicitus ſemperque paratus ad informandos & curandos ſubditos: potens ad virtutes verbo & exemplo impellendos. Illius ſingulari vigilantiâ atque prudentiâ, non tantum diſciplina monaſtica, tunc penè collapſa reſurgere, verum etiam bonarum litterarum ſtudia florere *Baumburgi* incœperant. Hæ etiam virtutes tantum illi amorem & exiſtimationem apud domeſticos & exteros excitarunt, vt magnis etiam viris notus & gratus eſſe cœperit. Charus erat *Ioanni Iacobo* Archiepiſcopo *Salisburgenſi*, & in primis *Feliciano* Epiſcopo *Scalenſi*, notiſſimus *Ioanni Engerto, Laurentio Rotmaro, Edmundo Hollyngo, Roberdo Turnero*, aliisque viris doctrina celeberrimis. Vno verbo egerat noſter *Laurentius* religioſum Prælatum illum, cujus ſimilem (vt verè dixerit, *Turnerus* in quadam epiſtola noſtro *Laurentio* inſcripta) diu jam non tulit reliqua *Bauaria*, doctiſſimorum religioſiſſimum, religioſiſſimorum prudentiſſimum, prudentiſſimorum optimum. Addo: majore præfectura, vitaq; longiore digniſſimum. Sed conſumatus in breui expleuit tempora multa. Nam anno poſt Chriſtum natum M. D.LXXXVII. ſeptimo die Septembris ſupremum vitæ diem clauſit.

VRBANVS STAMLER Præpoſitus & Archidiaconus natus: electus eodem quo LAVRENTIVS eſt mortuus anno, pridie Kal. Octobr. Prælaturæ munus & onus etiam nunc quamuis innocens peruerſorum calumniis impetitus, patienter ſuſtinet, in Domino confiſus, qui vberem cum tentatione dabit prouentum.

## S. PAVLI MONASTERIVM MONIALIVM RATISPONÆ.

CVM Monaſteria duo, inferius & ſuperius, Ratiſponæ à regulari vita multum diſceſſiſſent, nec reformari vellent, S. Wolfgangus Epiſcopus tertium, nempe S. Pauli Monaſterium fœminarum inſtituit, Anno 994. ſub regula & profeſſione S. Benedicti, & congregationi huic primam Abbatiſſam præfecit Brigitham S. Heinrici Imperatoris ſororem à ſe baptizatam, ad quarum regularem obſeruantiam & imitationem alia duo Monaſteria prouocata ſunt, vnde verſiculus, quem ipſemet ſcripſit:

*Struxerat ædiculam Mandrita Lupambulus iſtam.*

*Auent. li. 5. fol. 500.* MANDRITA, id eſt, Paſtor ouium. Lupambulus, id eſt, VVolfgangus. Eum iuuit Heinricus Dux Bauariæ, pater Heinrici S. Imperatoris.

## ADDITIONES.

*ex M. S. Cod.* DEm Münſter deß H. S. Peters/ gib vñ zueigne (ich Wolfgang võ Gottes gnaden/ Biſchoff zu Regenſpurg) Jhm vnd ſeinem mitzwelfpotten/ dem H. S. Pauls/ zu ewiger nieſſung vnd brauchnus der Cloſterfrawen die mein demütigkeit nu zuſamen geſambt hat/ inn daſſelbig jhr Münſter/ das mit meiner hülff jetzund redlich erpawt iſt/ alles das/ das do hat das Biſtumb (zu Regenſpurg) zu Calmüntz/ jenſeit deß Waſſers genant Vils/ biß zu der Nabe/ erbaut vnd vnerbaute Erd/ hofſtett/ wiſen/ vnd weid/ ſtock vnd ſtein. Zeugen der ſach ſein Hertzog Hainrich/ Graue Babe/ Graue Ruprecht/ Graue Erbo/ Gottſchalck/ Jſrahel/ Engliſchalck/ Aſprecht Wurzer/ vñ ſein Sohn Matthias/ dz iſt geſchehẽ in der ehegenanten S. Peters vnd Pauls Münſter/ an dem Tag jrer geburt/ zu denen zeiten als regiert hat Khayſer Otto der ander.

## PÄRING MONASTERIVM CANONICORVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI.

*Vid. ſupr. ſub monaſter. S. Magni pag.* MONASTERIVM hoc fundatur per Conradum, Heinricum & Gebhardum Canonicum maioris Eccleſiæ Ratisbonenſis, Comites de Raning & Rotenburg, germanos fratres, vt teſtatur ſequens diploma fundationis Heinrici, Epiſcopi Ratisponenſis. Obiit autem Heinricus Comes, Anno Domini 1142. In illo Monaſterio ſepultus dicitur fuiſſe Com. Moſpurgen. cui etiam inſignia Moſpurgenſia aſſignantur, fortè vnius familiæ, vt etiam Ioan. Auent. in ſua translatione Annalium coniungit Com. de Raning & Moſpurg, qui, Raningenſibus deficientibus, in iure Aduocatiæ Päringen. Monaſt. ſucceſſerunt, rurſum per electionem Præpoſiti & Conuentus Domini de Lapide, poſteà Domini de Abenſperg, poſtremò Principes Bauariæ ſubrogati ſunt, vide Abenſpergen. Comitum Genealogiam, in libro meo Stemmatum Bauariæ. Sequitur diploma fundationis.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Heinricus per miſericordiam Dei Ratiſponenſis Eccleſiæ Epiſcopus: omne, quod ſcribitur, teſtamentum rerum geſtarum continet notitiam, memoriam, fidem & firmamentum. Nouerint ergò omnes Chriſti fideles, tam futuri quam pręſentes, qualiter quidam nobiles, tres vterini fratres, Conradus primogenitus, nec non Henricus, Laici, & Gebhardus, matricis Eccleſiæ Canonicus, cum bonæ voluntatis matre ſua, nomine Machthilda, venerabili Vidua, diuinum cultum ampliare, & Chriſto in pauperibus ſuis miniſtrare cupientes, Præpoſituram Canonicorum regularium, ſecundùm regulam beati Auguſtini, in parte prædij ſui, in loco, qui Pargen dicitur, in Eccleſia baptiſmali, noſtra autoritate conſtitutam, manibus propriis legitimè contradiderunt, in manu noſtra beato Petro Apoſtolo, ad altare matricis Eccleſiæ, ad pacem & quietem, & libertatem eiuſdem Eccleſiæ, quam conſtituerant, tutiùs muniendam. Poſtulante hoc ipſo dilecto filio noſtro Vdalrico, eiuſdem Eccleſiæ Præpoſito, ea interpoſita firmitate, vt fratres inibi Deo ſeruientes ſecundùm regulam beati Auguſtini lineis vtantur, & ordo Canonicus perpetuus inuiolabiliter conſeruetur: Vnde & nos rationabilibus petitionibus eius annuentes, in primis eandem Pärgenſem Eccleſiam pręſentis ſcripti pagina communiuimus, firmiter & immobiliter ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, liberalitate Regum

Regũ vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma eidem Eccleſiæ & illibata permanere; ita vt nulla Eccleſiaſtica, ſecularisue perſona aliquid exinde minuere vel auferre præſumat. Decernimus præterea, vt Miniſteriales matricis Eccleſiæ, pro remedio & ſalute ſua, ſuorumque, ſi voluerint, prædia ſua libere eidem loco conferant, ſine noſtra & omnium Succeſſorum noſtrorum, Ratisponenſium Epiſcoporum contradictione: De beneficiis verò, pro noſtra ſucceſſorumq; noſtrorũ voluntate & cõceſſione fiat. Vt aũt. Præpoſitus & fratres eiuſdẽ loci omnipotentis Dei ſeruitio vacare liberius valeant, ab omni exactione rerum temporalium liberos eos & & quietos de cætero eſſe decernimus. Obeunte verò Præpoſito eiuſdem loci, nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres eiuſdem loci communi aſſenſu, aut fratrum pars concilij ſanioris, ſecundum Dei honorem & B. Auguſtini regulam, præuiderint eligendum. Etſi idoneus in clauſtro proprio, quod abſit, non inueniatur proprij Epiſcopi & Præſidentium conſilio & auxilio aliunde obtineatur. Baptiſmum quoque & ſepulturam ipſius loci omnino liberam eſſe decernimus, vt eorum, qui illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Adiicimus inſuper, vt de progenie fundatorum eiuſdem loli Aduocatus habeatur, qui forte rerum Eccleſiaſticarum diſſipator, & fratrib. ipſis oneroſus vel importunus extiterit, ab Epiſcopo canonicè commonitus, ſi incorrigibilis eſt, abiiciatur, & alter de progenie fundatorum; conſilio præſidentium idoneus ſubſtituatur. Quod ſi idoneus in ſucceſſione inueniri non poterit, vel ſucceſſio fundatorum defecerit, ad extraneum quemcunque idoneum Aduocatia transferatur. Deniq; ſi qua forte præpotens perſona locum prędictum deſtruxerit, & Canonicos violenter eiecerit, fundatores vel eorum hæredes, bona quæcunque ab eis præfatæ Eccleſiæ contradita ſunt, non in proprios vſus retorqueant, ſed ſine diſtractione cuſtodiant, eiectis fratribus omnimodis profutura. De cæteris autem bonis, quæ eidem Eccleſiæ aliunde peruenerunt, Canonici matricis Eccleſiæ in eundem modum prouideant. Si quis autẽ huic noſtrę conſtitutioni temerè contraire temptauerit, ſecundò tertiòue commonitus, ſi non præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, anathema ſit, atque à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo diſtrictæ vltioni ſubiaceat, cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, gratia & pax à Deo Patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiãt, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Acta ſunt hæc Anno M.C.XLIII. 7. Calend. Nouemb. indictione ſexta.

## BENEFACTORES HVIVS MOnaſterij.

HEINRICVS de Haizkhouen Miniſterialis Eccleſiæ Ratiſponenſis vxor Beatrix filij, Conradus & Heinricus, dederunt aliqua bona Monaſterio, Heinricus Miles de Drupach, Conradus Miles de Pünnenckhouen. Extant ibidem literæ, Anno 1220.

CAPITVLVM Ratisbonenſis maioris Eccleſiæ dedit huic Monaſterio Parochiam in Leurendorff, anno 1291.

CONRAD de Turtenueld inſtituit ibi anniuerſarium, an. 1291. Teſtes. Fridericus de Rorbach, Fridericus Seeman, Vlricus Miles, & Henricus fratres, dicti Zieglhauſer.

## S. PETRI IN SALZBVRG.

CELEBRE Monaſterium ordinis S. Benedicti, ex quo multi egregii viri ad gubernandos varios Germaniæ Epiſcopatus ac Abbatias, prodierunt, conſtruitur ac inſtituitur per ſanctum Rupertum, vnà cum Epiſcopatu Salisburgenſi, auxilio & munificentia inclyti Theodonis Ducis Bauariæ, quem ſanctus Rupertus in fide Chriſtiana Ratisponæ inſtituit, vnà cum ſuis optimatibus, ſacræ regenerationis lauacro abluit, circa Annum 580. In hoc Monaſterio & ipſe ſanctus Rupertus & ſeptem ſui Succeſſores ſedem Epiſcopalem habuerunt, tàm Epiſcopatui quam Abbatiæ laudabiliter profuerunt, ibidemque humati ſunt, vſque ad ſanctum Virgilium, qui creſcente multitudine Chriſtianorum, relinquẽs Abbatiæ gubernationem Bertrico pio ac docto Monacho, aliam ſedem Epiſcopalem erexit, & inſignem Baſilicam nouam, in honorem ſancti Ruperti primi Salisburgenſis Epiſcopi ac Doctoris conſtruxit, quam abſolutam, Anno 774. ipſemet conſecrauit, eoque ſanctũ Rupertum, cũ ſuis duobus Sacellanis viris ſanctis, ex æde ſancti Petri tranſtulit; de qua re ac cæteris Abbatibus huius Monaſterij latiùs videat, qui vult, Bruſchium in ſua centuria Monaſteriorum Germaniæ.

## ADDITIONES.

DE S. *Ruperto Boiorum* Apoſtolo Eccleſiæ *Salisburg.* & Monaſterij S. *Petri* conſtructore cum multa paſſim ſunt obuia, tum imprimis operæ eſt conſulere Dn. *Marcum Velſerum* Rer. *Boicar.* libr. IV. & R. P. *Raderum* Tom. I. de Sanctis *Bauariæ.*

*R. P. Rad. Tom. 1. Bauaria ſancta pag. 40.*

Caſparus *Bruſchius* talem Abbatum Monaſterij S. *Petri Salisburg.* Centur. Monaſteriorum inſeruit.

I. S. RVPERTVS obiit 623. vide ſup. f.
II. B. VITALIS, ob. 646.
III. S. ANSOLOGVS ob. 666.
IV. SAVOLVS ob. 680.
V. EZIVS ob. 703.
VI. FLOBARGISVS obiit 740.
VII. IOANNES ob. 754.
VIII. S. VIRGILIVS.
IX. BERTRICVS ob. 785.
X. AMMILONIVS ſucceſſor Archiepiſcopus *Arnonis* ob. 821.
XI. TITVS S. *Ruperti* Præpoſitus.
XII. MASELINVS
XIII. REINHARDVS ob. 1077.
XIV. IRMBERTVS, reſignauit propter aduerſam valetudinem anno 1079.
XV. THIEMO Monachus Anno 1090. factus Archiepiſcopus, martyr anno 1102.
XVI. ALBERTVS ob. 1104.
XVII. WESELINVS ob. 1104.
XVIII. REIMBERTVS factus Epiſcopus *Brixinenſis* an. 1116.
XIX. WALDERICVS ob. 1147.
XX. HENRICVS anno 1167. ſubſtituitur *Romano Gurcenſi* Epiſcopo.
XXI. HENRICVS II. reſignauit propter infirmitatem an. 1188.

XXII. WID-

XXII. WIDPOTO ob.1193.VI.Id. Octobr.
XXIII. PILGRINVS reſignat an.1195.
XXIV. CONRADVS ceſſit anteceſſori ſeu potius vexatori ſuo.
XXV. SIMON ob.1231.
XXVI. Magr. BERTHOLDVS obiit 1242.
XXVII. RICHERVS obiit.1259.
XXVIII. ALBETVS ob.1262.
XXIX. CHVNO reſignauit an.1267.
XXX. SIMON reſignauit 1270.
XXXI. DIETMARVS ob.1288.
XXXII. ENGELBERTVS.
XXXIII. RVDBERTVS ob.1314.VII.Id.Iul.
XXXIV. CONRADVS ob.1346.
XXXV. OTHO ob.1364.
XXXVI. IOANNES *Roſſius* ob.1375.
XXXVII. OTTO *Kallenbergerus* obiit 1414.
XXXVIII. LEONHARDVS ob.1416.
XXXIX. VDALRICVS *Blankenfelſer* ob. 1420.
XL. IOANNES *Noczenhuſerus*.ob.1427.
XLI. GEORGIVS *Ballerus* ob.1435.
XLII ERHARDVS de *Lamniz* ob.eod.anno.
XLIII. PETRVS *Klugheimerus* ob.1466.
XLIV. RVDOPERTVS *Keutzelius* ob.1495.
XLV. VIRGILIVS ob.1502.
XLVI. WOLFGANGVS de *Roſchingen* ob.1518.
XLVII. SIMON exauctoratur an. 1522.
XLVIII. IOANNES *Staupicius* ob.an.1524.
XLIX. CHILIANVS ob.1535.
L. GEORGIVS *Oeller*, XI. tantum diebus præfuit pleuritide è medio ſublatus.
LI. EGIDIVS.

## S. PETRI CONSECRATI.

VVLGO Weyh S. Peter/ Scotorum extra muros Ratisbonen. & ſancti Iacobi intra muros, Monaſterium hoc dicitur tempore Caroli Magni inceptũ, & in colle victoriæ extra muros poſitum, vbi corpora interfectorum ſepulta, conſecratum miraculosè per ſanctum Petrum cœlitus, iuxta Chronicon illius Monaſterij apocryphum, &c. Sed cùm iſte locus arctior & anguſtior eſſet, quàm vt tot fratres caperet, ædificatum eſt in agro quodam plano & lato D. Alberti, Nobilis viri de Miderſil in montanis qui reſidebat in propriis poſſeſſionibus apud Phrandenhuſen, Monaſterium Scotorum in honorem D. Iacobi, ſub Dominico primo eius loci Abbate, tempore Erckanfridi Epiſcopi Ratisbonen. & Lotharij Imperatoris, circa annum 845. Ita habet Chronica Epiſcoporum Ratiſponenſium.

VERVM Auentinus libro 5. Annalium, fol. mihi 354. ex diplomatibus, quę extant longè aliter, nempe D. Marianum cum ſociis, ſub Heinrico quarto Imperatore, ac Ottone Epiſcopo Ratiſponam veniſſe, ab Hemma, Abbatiſſa ſuperioris Monaſterij hoſpitio exceptum, poſteà à Willa Abbatiſſa, quæ Hemmæ ſucceſſit, Templum diui Petri extra vrbem, quod Weichs vocant, conſentiente

ſentiente Ottone Epiſcopo, impetraſſe, Mathildam inferioris Monaſterij zitum accereuiſiam tribuiſſe, ibidem ope piorum domicilia conſtruxiſſe, in diem vixiſſe docendo & interpretando ſacras litteras, ſcribendo victum, & magnam gloriam conquiſiuiſſe, ob eamque rem ab Imperatore Heinrico quarto in tutelam receptos, & im̃unitati donatos eſſe, iuxta diploma, cuius datum Kalend. Febr. anno 1088. indictione 12. ordinationis Regis XXXVI. Imperij V. Factum in Regina ciuitate. Idem Auent. in Annalibus ſuis, lib. 6. fol. 614. & ſequenti ita ſcribit: *Vbi ſcoti Ratiſponæ propter multitudinem confluentium Scotorum anguſtius habitare cœperunt, Fridericus Comes de Frontenhauſen, Otto Comes Rietenburgen. Burggrauius Ratiſponeñ. frater eius Heinricus cum vxore Bertha, quæ filia fuit Leopoldi, Auſtriaci Ducis, Luitgarda, vxor Friderici Comitis de Pogen, Aduocati Ratiſponenſis Eccleſię, quam alibi Adelhaidam vocat, Gundackerus & Wernherus de Laber grande Monaſterium D. Iacobo & Gertrudæ, intra mœnia vrbis, condunt, Comites de Laber & Rietenburg prædia apud Nariſcos tribuunt, illorum ibi monumenta extant. Berchta ibidem ſepulta, vineas in Auſtria donauit, Hartvvicus Epiſcopus Ratisponen. Templum dedicauit, Anno 1120. primus Abbas fuit Mauritius, confirmatur per Calixtũ Pontificem Maximum, & Imperatorem Heinricum quintum; Mauritio ſucceſſit Chriſtianus.* Fabulæ igitur ſunt, hoc Monaſterium à Carolo Magno conditum eſſe, qui ante trecentos annos obierat, &c. Durauit autem ſancti Petri Eccleſia extra vrbem ſub ſuo Priore. Super cuius electione & inſtitutione aliquando lis fuit inter Abbatiſſam ſuperioris Monaſterij, & Abbatẽ ſancti Iacobi, ſopita & tranſacta per Conradum tertium, Ratiſponenſem Epiſcopum. Extat diploma de anno 1216. vſque ad annum Domini 1552. Quo in bello Sociali, quod Principum vocant, per Philippum Comitem ab Eberſtain, qui Cæſaris nomine præſidio militari Ratiſponæ præierat, prædicta Eccleſia ſancti Petri, quæ hoſtibus propugnaculi vice extra vrbem eſſe poterat, cum omnib. ſuis ædificiis penitus deiecta & exciſa eſt, conſtituto ibi publico cœmiterio, vulgariter ein Gotz-acker/ꝛc.

De fundatoribus Monaſteriorum pro Scotis in Germania, præſertim Ratiſponæ, vide eundem Auentinum, libro ſexto, folio 631. De qua re etiam duo diplomata extant, Heinrici quarti, & filij eius Heinrici quinti, Imperatorum, huius tenoris:

In nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus, tàm futuris quàm pręſentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore Ottonis, Ratiſponenſis ciuitatis Epiſcopi, quidam Scotigenæ pro cruciando corpore, ſaluandaque anima patria ſua exulauerant, ac diu orationum loca viſitantes, Ratiſponam tandem venerant, qui dum licentia prædicti Epiſcopi, aſſenſuque Dominæ Abbatiſſæ VVillæ, quæ tum apud ſanctam Mariam in Monaſterio ſuperiori præerat, Eccleſiam in VVihen ſancti Petri vulgò dictam, ad idem ſuperius Monaſterium attitulatam, Miniſterio orationis prouidendam ſuſciperent; mox officinas clauſtri adiutorio bonorum ædificant, Monachorumque vitam inibi celebrant, & ab eleemoſynis fidelium tantùm ibi victitant, tandem pro Dei miſericordia conceſſum eſt, eis aliquantulum iuſtitiæ & vtilitatis ad eandem Eccleſiam pertinentiis: Deinde ad me Heinricum, Dei gratia tertium Romanorum Imperatorem veniunt, & Mundiburdium defenſionis meæ expetunt. Ego verò petitionibus eorum facilè acquieſcens, in Mundiburdium defenſionis eos ſuſcepi, & talem libertatem á prædicto

dicto

dicto Epiſcopo Ottone & Abbatiſſa Hazoga, quæ tum locum ſanctæ Mariæ in ſuperiori Monaſterio regebat, eis acquiſiui, vt nulla perſona maior vel minor in eos, aut in bona eorum qualiacunq; Dominationem habeant, præter me & ſucceſſores meos, Reges vel Imperatores, ſed ſecuri maneant abſque omni eiectione, vel perturbatione, orantes pro ſe & pro ſalute totius Eccleſiæ.

Locvs tamen ſubiectus ſit ſuperiori Monaſterio, cui atticulatus eſt potius ad defenſionem, quàm ad deſtructionem. Si quis autem huic teſtimonio libertatis cōtradixerit, ſeu eos Monachos peregrinos in aliquo moleſtauerit, 300. libras fiſco noſtro perſoluere conſtituo. Et, vt hæc autoritas libertatis firma permaneat, hanc chartam inde conſcribi, & ſigilli mei impreſſione iuſſi ſigniri. Data eſt Cal. Febr. an. Dominicæ incarnationis M. LXXXIX. indictione XII. anno verò ordinationis Domini Heinrici XXXVI. Imperij quidem anno V. Actum Ratisbonæ in Dei nomine feliciter, Amen. Hermannus Cancellarius recognoui.

Signvm Domini Heinrici tertij, Rom: Imperatoris Auguſti, &c.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia quartus, Rom. Imp. Auguſtus. Nouerit oīum S. Dei Eccleſiæ fidelium, noſtrorumq; vniuerſitas, præſentium ſcilicet aut futurorum, quod pro remedio animæ patris noſtri Heinrici tertij Imperatoris, rogatu Scotigenarum, nec non ob interuentum Principum noſtrorū, Alberti Moguntinenſis, Adelbaldi Magdaburgenſis, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum videlicet, Ottonis Babenbergenſis, Vdalrici Conſtātienſis. Comitū quoq; Herimanni de Saxonia, Gotfridi de Caloen, Herimanni Marchionis & aliorum noſtrorum fidelium, in noſtrum Mundiburdium ſuſcepimus tutelāque Eccleſiam Ratisbonæ, quæ iacet ante portam Occidentalem, quæ Roſelint (aliàs Ruſelin) porta dicitur, quā Otto Rittenburgenſis vrbis Præfectus, Ratisbonæ, & alij quidam ex ciuib. eiuſdē prænominatæ ciuitatis, videlicet Matho, Vdalricus, Luduinus, Adelhardus & fratres eius Anebaſt, Otto, Heinricus, Heſelinus, & filius ſuus, Ruobertus, Balduuinus, Eggehardus, Ludvvinus, Wizeling, Lubelbertus, Diethmarus, Engilſcalcus, emerunt ab Adelhaide, & filiis eius, Vdalrico & Adelbuino, & prædio illo, quod Moneſpach nominatur, dotauimus, aſſenſu quoque Hartvvigi venerabilis Ratisbonenſis Epiſcopi, Friderici Aduocati, Ottonis Comitis, Alberti Comitis, Heinrici Aduocati, Mathonis & aliorum Prælatorum eiuſdē loci, donantes eam S. Mariæ matri noſtri Dñi, & ſanctis Apoſtolis Dei, Petro & Iacobo, ſicut mos eſt Sanctis tradi, ſine omnium contradictione, quatenus in illorum honore Deo ad ſeruiendum, Eccleſiam ibidem conſtruerent, quod & ita factum eſſe ab omnib. cernitur; eo ſiquidem tenore, vt eadem Eccleſia in perpetuum libera permaneat, nec ab aliqua perſona magna, vel parua, ibidem Deo famulantes grauentur, nec quicquā ſeruitij, niſi ſoli Deo & Sanctis eius, alicui inde ſoluere cogantur. Si quis autem hanc libertatem infringere tentauerit, 12. libras auri compoſiturus Baño noſtro ſubiacebit, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ. Quod vt verius credatur, & ab omnib. obſeruetur, impreſſione noſtri ſigilli iuſſimus inſigniri.

Signvm Domini Heinrici quarti, Romanorum Imperatoris inuictiſſimi.

Arnoldvs vice Adalberti Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Data 7. Kalend. Aprilis, indictione IV. an. Dominicæ incarnationis M.C.XI. an. ordinationis Dñi Heinrici Regis Romanorum XI. regni autem eius VI. Imperij verò primo. Actum eſt Goſlariæ in Chriſto feliciter Amen.

Viennæ atque Norinbergæ Scoti exacti, templa indigenis tradita, an. 1413. Auent, lib. 7. fol. 811.

ADDI-

## ADDITIONES.

Vid. D. *Laurent.* Hochvvart de Epiſcopis *Ratisbonen.* in Ep. *Ottone* libr. 2. cap. 19.

Exemplum Diplomatis Imp. M. Imp. Regis IV. à Dn. *Hundio* hic relatum, extat quoque apud Fr. *Andream* in Chron. pag. 192. aliquomodo diuerſum; quod hic inſerere libuit.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia, tertius *Romanorum* Imperator Auguſtus, omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus notificamus, ac manenti memoriæ committimus, qualiter tempore *Ottonis, Ratisbonenſis* ciuitatis Epiſcopi, quidam *Scotigenæ* pro cruciando corpore, ſaluandaque anima patria ſua exularunt, ac diu orationum loca viſitantes, *Ratisbonam* tandem venerunt, qui dum licentia prædicti Epiſcopi, aſſenſuque Dominæ Abbatiſſæ *Willæ*, quæ tunc apud ſanctam *Mariam* in Monaſterio ſuperiori præerat, Eccleſiam in *Witſen* S. *Petri* dictam, ad idem *ſuperius Monaſterium* attitulatam, Miniſterio ordinis ſuſciperent prouidendam; mox officinas claustri adiutorio bonorum hominum ædificant, monachicamque vitam inibi celebrant, & ab eleemoſynis fidelium tantùm victitant. Tandem pro Dei miſericordia conceſſum eſt eis aliquantulum iuſtitiæ & vtilitatis ad eandem Eccleſiam pertinentis. Deinde ad me *Heinricum*, Dei gratia *Romanorum* Imperatorem tertium veniunt, & Mundiburdium defenſionis meæ expetunt. Ego verò petitionibus eorum acquieſcens, in mundum defenſionis eos ſuſcepi, & talem libertatem à prædicto Epiſcopo *Ottone* & Abbatiſſa *Hazega*, quæ tunc locum ſanctæ *Mariæ* in *ſuperiori Monaſterio* regebat, eis acquiſiui, vt nulla perſona maior vel minor in eos, aut in bona eorum qualiacunq; Dominationem habeant, præter me & ſucceſſores meos, Reges vel Imperatores, ſed ſecum maneant abſque omni eiectione, vel perturbatione, orantes pro ſe & pro ſalute totius Eccleſiæ.

Locus tamen ſubiectus ſit *ſuperiori Monaſterio*, cui attitulatus potius ad defenſionem, quàm deſtructionem eſt. Datum Calen. Febr. ann. Dominicæ incarnationis M.LXXXVIII. indictione XII. anno vero ordinationis Dñi *Heinrici* XXXI. Imperij vero anno V. Actum *Ratisbonæ*;

Compoſitionem amicabilem per *Conradum* Epiſcopum, inter duos Conuentus nempe S. *Iacobi* & *ſuperioris Monaſterij*, ſuper electione & inſtitutione Prioris S. *Petri* extra muros *Ratisbon.* vrbis &c. reperies ſupra ſub Monaſt. Obermunſter.

## S. PETRI MATRONAE.

In vertice Matronæ montis, qui in ſuperiori Bauaria D. Petro dicatus, Oeno continuatur, ſupra caſtrum Falckenſtein, ac in illius ditione ſitum Monaſteriũ Berchtoldus Com. ab Andechs & Dieſſen Monachis S. Benedicti ædem condidit circa an. 1100. Auent. fol. 614. ſed alib. fol. 692. ponit, quòd Arnulphi Com. filij, Poppo Berchtoldus primus, Otto Wolfratshuſius, & Gebhardus, hoc Monaſterium fundarint. Defecit hoc Monaſterium poſtea, ac exciſum eſt in eo bello, quod Ruodolphus Dux Bauariæ, iuſſu Soceri ſui Adolphi, Rom. Regis, contra Menardi Ducis Carinthiæ & Com. Tyrolen. filios rebelles Imperij geſſit, Monachi in exilium acti; Conradus ab Hornſtain eiuſdem religionis, ſacras reliquias ac librum Miſſalem perueterẽm, quæ adhuc hodie monſtrantur, ſecum abſtulit anno 1296. ac in ſanctum montem Andex portauit, iuxta Auent. lib. 7. Annalium

nalium, fol. 728. & in vulgari ſua translatione, Deinde Monaſterium hic in Præpoſituram abiit, quam Princeps plerumque alicui ex aulicis Sacerdotibus confert, qui ibi Vicarium habent, abſque vlla animarum cura; quæ ad Parochiam Flinſpach ditionis prædictæ in Falckenſtein pertinet.

## ADDITIONES.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Albertus* Dei gratia *Friſingenſis* Eccleſiæ Epiſcopus. Cum quæcunq; res geſtæ cognitionem ſui ad poſteros & longam memoriam transmitti deſiderant, ſcriptis expediri debere nõ dubium eſt. Inde eſt quod nos quoque eam quæ circa cellam ſancti *Petri* in monte *Maderand* ſitam, à nobili viro *Sigibotone* Comite facta eſt, traditionem & mutuam pactionem, præſenti ſcripto curauimus annotare. Præfatus ſiquidem Comes pro remedio animæ ſuæ omniumque parentum ſuorum, quicquid proprietatis ſeu iuris in eodem monte vel in præfata cella habere videbatur, ſuper altare beatæ *Mariæ* ſanctique *Corbiniani*, cuius vicem nos licet indigni tenemus, delegauit, cum omnibus ad eundem locum ritè pertinentibus, ac prædiis quæ ſua propria familia prænominatæ cellæ iam tradidit. Suum quoq; aſſenſum & conniuentiã ſpopondit, quicquid in poſterum alicui de ſuis ad idem Cœnobium, ſeu de mobilibus, ſeu de imõbilib. ſeſeq; mouentib. contradere libuiſſet. Nos ergo eius deuotioni piæq; voluntati debita beneuolentia reſpondendũ duximus, eundẽ locum vna cum dilectis fratribus noſtris maioris Eccleſiæ Canonicis ſuſcipientes; decreuimus eum ab omni oppreſſione & exactione liberum eſſe, ſolis diuinis obſequiis cum Monachis & fratribus qui inibi Deo in perpetuum famulari debent, mancipatum. Statuimus quoque vt ſi fortè per diuinam opitulationem incrementum acceperit maioris & celebrioris Monachorum Conuentus, liberam eos habere deliberationem in eligendo ſibi Abbate vel Priore. Sanè donec & rebus & numero prouehatur, per nos & fratres noſtros Canonicos adhibito aſſenſu illius congregationis Prælatum in eligendo ... quoque prouideatur, qui diſciplinæ Monaſticæ normam & in ſe cognoſcatur habere, & aliis verbo & exemplo præeſſe valeat & prodeſſe. Porro ..... Comes *Sigiboto* quod vixerit ſeu de manu noſtra ſeu noſtrorum ſucceſſorum ſuſceptam ..... miniſtret idemque in prole ſua quæ per maſculinum ſexum ab illo recta linea deſcenderit, obſeruandum decernimus, videlicet vt iure ſucceſſionis eandem teneant aduocatiam, ita tamen vt iuxta officium ſuum ita bonis prouideant, malos coherceant, ne in extremo examine æterni iudicij pœnas luant. Vt autem huius traditionis atque pactionis contractus, communi totius Eccleſiæ noſtræ aſſenſu roboratus firmus & inconuulſus omni tempore perſeueret, hanc inde chartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari, manuque propria vt infra apparet corroborantes teſtes quoque ſubternotari fecimus. Quorum hæc nomina ſunt: *Rapoto* Abbas S. *Stephani*, *Lotharius* Abbas *Rotenſis*. *Hermannus* Præpoſitus *nouæ cellæ*, *Engilſalcus* Decanus maioris Eccleſiæ, *Herrant* archipresbyter. *Otto* Archidiaconus & Præpoſitus S. *Andreæ*, *Albuno* Præpoſitus ſancti *Caſtuli*. *Arnoldus* Archidiac. *Hartmut* archipresbyter. *Rudolf*, *Vgo*. *Leupolt*, *Berchtolt*, & cæteri. De Laicis *Friderich* de *Paingen*, *Waltman* de *Paſtperc*, & filius eius. *Rudolf* de *VValdeke*, *Meginhart* de *Ainſpach*, *Conrad* de *Heidoluingen* & cognat⁹ eius *Froidiliep*. *Friderich* de *Hegelingen*, *Eberhart* de *VVerde*. *Adelolt*, *Rudolf* & frater eius *Gervvic*, *Fritilo* & fratres eius *Curat* & *Sigihart*, *Alberich* de *Elhpach*, & frater ei⁹ *Sigiboto*, & multi alij. Signum Domini *Alberti* Epiſcopi.



*Ex originali deſumpti: cui impreſ. eſt ſigillum Epiſcopi Alberti in cera. &c.*

Actum *Frinſingæ* an, incarnationis Dñi M. C. LXIII. anno autem Domini ...... *Friderici* Rom: Imp. feliciter amen.

NOS *Rudolfus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ*, notũ facimus præſentium inſpectoribus vniuerſis, quod cum *Ludouicus* de *Haslangen* ſeruitor noſter bona ſua & homines, videlicet vnam hubam in *Fagen*, vnam hubam in *Wellensheim* ſuper monte dicto *Vrſenberch*, duas domos decimales in *Tegerndorf*, & *Heinricum*, & fratrem ſuum de *Mitterchirchen*, quæ à nobis tenuit in feudũ ad manus noſtras libere reſignarit, nos in remedium animæ noſtræ ac progenitorum noſtrorum, & ſupplicem inſtantiã prædicti *Haslangeri* proprietatem prædictorum bonorum & hominũ Dño venerabili Præpoſito & Eccleſiæ montis S. *Petri* dedimus & damus, donauimus & donamus, tradidimus ac tradimus ac dominium pleno iure transtulimus ac transferimus pro nobis ac Illuſtri *Loduuico* fratre noſtro cariſſimo in eoſdem. Renunciantes præſentibus omni iure, ſiue actioni, pro nobis & dicto fratre noſtro, quæ nobis competerẽt, vel poſſent competere in bonis & hominibus ſupradictis. In cuius rei teſtimonium præſentes damus, ſigilli noſtri robore communitas, Datum *Monaci*, an. Dñi M. CC. LXXXXV. XI. Kln. Febr.

## Lapidi Altaris in Monte S. *Petri*, ſequentia verba inciſa leguntur.

HOC Altare fecit Comes *Siboto* peccator, Dedicatum eſt autem Anno ab incarnatione Domini M.C.XXXIX. in honore Domini noſtri IESV *Chriſti*, & S<sup>æ</sup>. Dei genitricis *Mariæ*, à Venerabili *Ottone Friſingen.* Eccleſiæ Epiſcopo, primo Epiſcopatus eius anno. Hæ autem continentur in eo reliquiæ: *Petri* Apoſtoli, *Pangracij* M *Cypriani* M. *Laurentij* M. *Georgij* M. *Leonardi* Confeſſoris, *Egidij* Confeſs. *Margarethæ* Virg. & Martyr. *Felicitatis* M.

Catalogum Præpoſitorum, huius Monaſterij ſeu Eccleſiæ Prælatorum integrum perfectumque exhibere minime licuit; quamuis voluntati induſtria quoq; & laboris aſſiduitas manus porrexerit fideles. Quorum vero memoria erui potuit, perpetua vt ea ſit, eorum nomina ſubſequuntur.

### PRÆPOSITI.

I. CHVNRADVS an. 1273.
II. HAINRICVS an. 1295. 1297.
III. PERCHTHOLDVS an. 1314.
IV. MAVRITIVS.
V. SIMON.
VI. VLRICVS D. Ereſinger. an 1305.
VII. SCHMIDHAVSER.
VIII. GEORGIVS Eiſenreich L. Decanus ad S. Petrum Monachij.
IX. BALTHASAR Hundertpfund D. an. 1493.
X. IACOBVS Rapperzeller de Rapperzell, an. 1523. an. 30. 25. an. 22.
XI. GVILIELMVS Greuter Canon. Cathedral. Friſing. an. 1432. 1433.

XII. AR-

XII. ARSATIVS Prunner Iur. D. Canonicus Friſingen. an. 1547. an. 1543. ann. 1547.

XIII. GEORGIVS Comes ab Ortenburg Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ Friſing. an. 1553. 1552.

XIV. Dn. ANTONIVS. Erſinger, Decanus ad S. Petrum Monachij.

XV. Dn. CONDADVS Houer Capellanus aulicus Monac. an. 54. 55. 63, 67.

XVI. Dn. GEORGIVS Lautherius SS. Theol. Doct. adhuc an. 80. Præpoſitus poſtea ad D. virginem Monachij, Conſilia.

XVII. Dn. SEBASTIANVS Franz S. Theol Licent. Decanus ad D. Virginem Monachij an. 1580. Conſiliar.

XVIII. Dn. WOLFGANGVS Caſtner à Schnaittẽbach SS. Theol. D. Conſiliar. Eccleſiaſticꝰ adeptus eſt Præpoſituram die 5. Auguſti an. 1605.

NE acta hominum labente tempore ſimul labantur cum tempore, ſeu perinuidorum conamina euaneſcant, neceſſario ea literarum ac teſtium memoria ęternantur. Vniuerſis igitur huius paginę inſpectorib. tam modernis quam ſucceſſorib. pateat per hoc ſcriptum, quod ego *Gerdrudis* vidua & relicta Dñi *Heinrici* felicis memoriæ de *Brandenberch* ob animę meæ remedium nec non iam dicti H. pię recordationis de *Brandenberch*, & aliorum progenitorum meorum allodium ſitum in *Griezzenpach*, ad me donationis titulo pertinens, quod Margengab vulgariter nuncupatur, cultum & incultum, quæſitum & inquiſitum cum oĩbus attinentiis, Eccleſię S. *Petri* in monte liberaliter & abſolutè ordinaui, teſtata ſum, tradidi & legaui. In cuius itaq; traditionis teſtimoniũ ęternęq; rei memoriam pręſentẽ ſchedulã mei ſigilli munimine cũ ſubnotatis teſtib. tradidi roboratã. Teſtes ſunt Dñs *Liebardus* Præpoſitus in *Weiern*; *Chunradus* Præpoſ. montis S. *Petri*, *Ortlibus Vicedominus*, *Vlricus* plebanus de *Phaphenhouen*, *Rudgerus* Vicarius de *Ebs*, *Chunradus* de *Aſchavve*, *Ortolfus* liber de *Stering*, *Nicolaus* de *Rordarf*, *Ratholdus Chunr.* de *Wildenvvart*, *Chun. Churnhaimer*, *Ortolf Darſpech*, *Rumoldus*, *Wilhalmus* in *foro Hartelinus Zorno. Chun.* de Eccleſia S. *Iohannis* & alij quam plures. Acta ſunt apud *Roſenhaim* an. Dñi M. CC. LXXIII. III. Idus Septembr. Indictione prima.

NOs *Cunradus* permiſſione diuina Præpoſitus montis S. *Petri*, Notum fieri volumꝰ vniuerſis, tã præſentib. quã futuris præſentia inſpecturis, q. *Wernherus* dictus de *Aiſingen* conſenſu & voluntate hæredũ ſuorum quoddã prædiũ inder Owe dictum apud *Håppingen* ſitum Eccleſ. S. *Petri* in *Maderan*, pro ſalute animæ ſuæ & remedio parentum ſuorum libere & abſolute delegauit, tali videlicet conditione interpoſita, quod prædicto *Wilhelmo* viuente, Eccleſ. præfato de eodem ſingulis annis media libra perſoluatur, tandem vero memorato *Wilhelmo* viam vniuerſę carnis ingrediente, pręfatum prædium Eccleſiæ S. *Petri* cum omnib. ſuis prouentib. integraliter remanebit. Notum vero facimus quod *Nicolaus* filius *Wilhelmi* prælibati defendere habet ſæpe dictũ p̃diũ ſine periculo rerũ aliquarum interuenientium. Poſtquam vero perceperimꝰ *Vilhelmũ* in noſtro confinio mortuum, Eccleſia S. *Petri* prædicta eundem tenetur ſuo labore & expeditione ſepelire, & ſecum ſuperuenientib. ad competentiam miniſtrare. Vt autẽ hæc delegatio perpetua gaudeat firmitate, p̃ſentes cum teſtib. aſcriptis ſibi fecimus ſigilli noſtri munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt Dns *Cunradus* plebanꝰ dictus *Pranch* de *Chirdorf*, D. *Waltherus* Sacerdos dictus *Hohenraner*, *Cunradus* Sacerdos dictꝰ *Knolle*; *Hainricus* Sacerdos dictꝰ *Sueuus*, *Albertus* ſociꝰ Prępoſiti Sacerdos *Wigandus* Sacerdos, *Wernhardus* de *Aiſnigen*, *Otto* de *Hohenrain Marckvvart* de *Vnegen*, *Cunradus Gogelhan*, & alij fide digni. Acta ſunt hæc anno Dñi M. CC. LXXIX. ſexto Idus Februarij.

NOs *Rudolfus* Dei gratia Com. Palatinus *Rheñi* Dux *Bauariæ* notum facimus præſentium inſpectoribus vniuerſis, quod cum *Hertuicus* de *Flinſpach*, ad præſens Iudex noſter in *Chuffſtain*, Eccleſiæ S. *Petri* ſitæ in Monte apud *Valchenſtein* prædium in *Muelbinge*, quod à nobis in feudum tenuit, donauerit & tradiderit, nos proprietatem eiuſdem prædijob diuinæ remunerationis intuitum, eidem Eccleſiæ ſimiliter donauimus & donamus, tradidimus & tradimus, ac pleno iure dominij tranſtulimus in eandem, per ipſam Eccleſiam proprietatis titulo perpetuo poſſidendum. Dantes has litteras noſtro ſigillo munitas in teſtimonium ſuper eo. Dat. *Monaci* anno Dñi M. C C. nonageſimo ſeptimo. III. Non. Auguſti.

Allen den die dieſen Brieff anſehent / den thue ich Otto vnnd Chunrat von Haſolang Richter daz Falchinſtain chunt / daz der Probſt Herr Hainrich ab S. Petersperch die wiſen d' zu Griezzenpach hört vor vns gihabt hat vō den Maiern vñ den andern von Niderflinſpach vnd allen deren die jr ſuch darauff haben gihat mit gantzer folge vnnd vrtail / dez iſt gezevge Otte vnd Chunrat von Haſolang die waltige Richter waren Otte von Aiſing / Jacob von Prandenberch / Chunrat Scherig von Awerdorff / Friderich Pauch / Friderich Oeder / Hainrich Oeder / Otte Oeder / Tietrich Gelib / Gebhart Halpmeir / Hainrich von Chifreesfelt / Tietrich in der Chuchen / Fridrich Chrainer / Heinrich Chrainer / Hainrich Jhſchiler / Hainrich Snider / Hainrich vnnd Chunrat oben in dem Dorff / Gebhart Maier auff dem Pühel / Alber Wagner / Sibot Wagner / Philip Charel von Neunhauſen / Schort Snider / Chonrat Chrantzer / Daniel Pab in den Ainceden / Wernher Chreszlietz Chnecht / Gebhart Zollner vonn Vrfar / Hainrich Spörer / daz iſt geſchehen daz an Sant Gallen tage / Vlrich Schickh / Wehinger / Friderich Schueſter von Aiſing. Hæc acta ſunt anno Dñi M, CC. LXXXXVIII.

NOs *Rudolfus* Dei permiſſione Decanus, Totumque *Schlirſen.* Eccleſiæ Capitulum, profitemur & conſtare volumus præſentium inſpectorib. vniuerſis, quod cum *Fridericus*, pertinens iure proprietatis ad Montem S. *Petri* in *Madran*, cum *Adelhaide* filia villici noſtri *Hainrici* in *Vrſpach*, ſpectante ad noſtram Eccleſiam matrimonium contraxiſſet propter bonum pacis & concordiæ pueros ſiue hæredes quos per ſe progenuerint, vna cum dicta Eccleſia S. *Petri* decreuimꝰ & volumus æqualiter ſecundum ius patriæ diuidendos. In cuius rei teſtimoniũ præſentes ſcribi iuſſimus, & noſtri ſigilli munimine roborari. Datum in *Slyers*, an. Dñi M.CCC.V. in die memoriali omnium animarum.

JCH Haymeran der Haſolinger Burgraff zu Valckenſtein vnnd ich Beatrix ſein Haußfraw / verjehen für vns / für vnſer Erben / vnd für all vnſer Nachkommen offenbar an dem Brieff / vnd thun chunt allen den / die jhn anſehent oder hörent leſen / daz wir haben angeſehen die ſunder Freundtſchafft vnnd lieb / die vnſer ſelig Vorfordern gehabt habent zu dem würdigen Gottshaus auff Sant Petersperg ze Madern / vnnd haben willichklich mit guten fürtrechtigen muet / durch vnſerer ſeligen Vorvordern vnnd auch durch vnſern ſelb Seel vnnd Selicheit willen / dem genanten geiſtichen Gottshaus auffgeben vnſerem beſunder eigene hub die wir heten vnnd die gelegen iſt ze Gekkenhouen / vnd die Vlrich der Pinthofer von vnſern wegen gepawē hat / mit allen den Ehren rechten / vnd nützen die darzu gehörent / vnd in aller der mazz al wir ſie ſelb jnne gehabt haben / beſuchte vnnd vnbeſuchte vnd jnchlich haben die auffgeopffert / dem Allmächtigen GOTT / in den ehren ſeiner lieben Mutter Maria vnſer Frawen vnd dez H. Herrn Sant Andrech / vnd alle Gottes Heiligen / in der name vnnd lobe / der Altar geſchöpfft vnnd geweicht iſt / alſo mit der Selicheit / daz der Probſt / dez obgenanten Chloſters oder die ſeligen Prieſter einer oder mehr die den

Gotts-

Gottesdienſt daſelbſt verweſen / oder außrichter ſint / alle wochen an dem Montag auff dem Altar ein Meß ewiglich haben vnd begen ſullen / oder doch einen andern Tag inn der Wochen / ob ja an dem nicht wol geſein mag / an alle ſeumnuzz / vnnd an allen abganch / vns / vnnd auch vnſern ſeligen Vorvordern zu einer gehengnus / vnnd zu einem Seelgeret / als wir dieſelben ſeligen Mezz auff den eheganten Altar mit der obgenanten huet bewiden vnnd ewichlich beſtattem / als wir daz den die dez volpringen vnd tuen ſullen / enpfelhen / hinz einen gewizzen / als ſie Gott für vns darumben antwurten ſullen / vnnd da verzeihen wir vns der vorgeſchriben huet ze Hekkenhouen / das wir noch vnſer Erben / noch niemandt vonn vnſerm wegen dhein anſprach noch vorderumb darnach nimmermer gehaben ſullen noch enmuegen / weder vil noch wenig / als wir daz hinz Gott geheizzen / bei vnſern trewen an geuerd / wir verſprechen auch den obgenanten Gotzhauz vnd ſeinen pflegern / das wir in die hub verantworten vnd vertretten ſullen / an aller ſtat / wa jn daz not geſchicht / alz dez Landez recht iſt / an allen jhren ſchaden / vnnd darumb ze einem vrchunde / vnnd ze einer beſtaticheit / gib ich offt genanter Haymeran der Haſelinger dem offtgeſchriben Gotzhauz den Brieff verſigelt mit meinem Inſigel / vnd mit dez erbergen Mannez Inſigel Otten dez Ebſer Pfleger ze Prannberch / als der daz ze einer gedächtnuzz durch meiner pet willen daran gehengt hat / jm an ſchaden / vnd darunder verpint ich mich / obgenante Beatrix vnd alle vnſer Erben / mit vnſer trewen allz daz ze volfüren / vnd ſtat zehaben / waz vor an dē Brieff geſchriben ſtat / daz ſint auch zeugē / Herr Vlrich der Pfarrer von Flintzpach / Herr Hans der Hager Chapplan auff Sant Peterzperg / Nicla der Chramer / Heinrich der Chnappe / Heinrich der Oeder / vnnd andere Erberge Leut genug / das iſt geſchehen / da man zelt von Chriſti gepurt dreuzehenhundert Jar / darnach in dem dreu vnd ſechtzigiſten Jar / dez nägſten Sampeztags vor der lieben vnſer Frawen tag alz ſi ze Himmel fuer.

ANtiquus mos obtinuerat olim vt Parochiani quidam cum ſuis plebanis ſtatis temporibus quotannis ad montem S. *Petri* proceſſionem ſollemnem inſtituerent. Et prima quidem in ordine proceſſio talis, ſeu peregrinatio ſolemnis fiebat à plebano in *Praittenbach* cum ſuis parochianis ipſa Dominica feſtum S. *Bartholomæi* proxime ſequente. Secunda proceſſio competebat plebano & parochianis in *Agaecht* & *Langchampen* Dominicâ poſt dictum feſtum ſecunda. Dominica tertia veniebant cum ſuo parocho, parochiani in *Oerl* & *Luzldorf* de *Dieperskürchen*. Quarta proceſſio, fuit parochianorum in Paeng & Holzhauſen Dominica quarta poſt S. *Bartholomæi* feſtum: & hi omnes parochiani ſua dona S. *Petro* offerebant quiſque pro ſua deuotione & ſtatu. Interciderat quidem mos iſte, à multis retrò annis: poſteaquam verò modernus Præpoſitus D. *Wolfgangus Cäſtner* &c. Eccleſiam S. *Petri* montis *Madroni* inſignibus picturis, ad imitationem earum quæ in Eccleſia B. *Petri Romæ* extant, factis aliiſq; exornauit modis; reuixit quoque parochianorum deuotio, eaque ſubinde augetur; ac mos ille vetuſtus, de quo ſupra frequentatur.

## PETTENDORF.

NON longè á Ratisbona inter hoſtia Regni & Nabi Nariſcorum, Ludouicus quartus Imperator, dictus Bauarus, ſanctarum Virginū Monaſterium dedicauit ac conſtruxit. Auent. lib. 7. Annalium fol. 790. De quo plura non habeo.

## PFAFFENMVNSTER.

COLLEGIATA Eccleſia Canonicorū ſupra Straubingam fundatur cum aliis ſeptem Monaſteriis, per Vtilonem Ducem Bauariæ, inſtinctu S. Primi-

nij Meteñ. Epiſcopi, qui eam dedicauit in honorem ſancti Tiburtij. Otto Argentinen. Epiſcopus Monachos ſancti Benedicti dedit, circa annum Domini 742. Heinricus Dux Bauariæ Canonicos in Meten, trãſtulit ad hanc Eccleſiam Monaſterienſem è contra, collocauit in Meten, circa annum 1156. Hæc Eccleſia aliquoties igne conſumpta, deſolata & paulatim rurſus erecta legitur. Teſtantur hoc veſtigia murorum. Wilhelmus piiſſimus ac Catholiciſſimus Princeps pio zelo, cum conſenſu ſumi Pontificis, nec non ordinarij Ratisbonen. Epiſcopi tranſtulit Collegium hoc Straubingam, ac cum parochiali Eccleſia ibi vniuit; iiſdem ferè ſtatutis, regulis, ac priuilegiis, ſicuti Collegiata Monachii eſt Eccleſia, hoc currente 1581. anno, quod Deus bene vertat.

## *ADDITIONES.*

AD habendam aliqualem notitiam fundationis Eccleſiæ Colleg. S. *Tiburtij* in *Pfaffenmunſter* alias *Monaſteriens: Pat:* dioc: quæ inter alias Eccleſias collegiatas eiuſdem dioc: poſt maiorem Eccleſiam *Ratiſp.* prima, tempore *Conſtantini* Imperatoris quinti circa annos Chriſti ſexcentos quadraginta duos originem cepit. Sed qualiter & ſuper quibus bonis pro tunc fundata fuerit non inuenitur. Idem *Conſtantinus* Imperator fuit homo peſſimus & hæreticus; filius *Leonis* tertij, rexit annis triginta quinque, tandem diuino iudicio percuſſus interiit. Huius temporibus *Zacharias* Papa, facta diſtributione Epiſcopatuum *Salzpurgen: Eyſteten. Ratisbonen:* & *Friſing:* Legitur etiam in Chronicis, quod tempore eiuſdem Imperatoris *Conſtantini Vtilo* primus Rex, poſtea *Bauariæ* in prouinciam redacta, Dux, & conſilio *Priminij Metens.* Epiſcopi Monaſterium inferioris *Altach* ex ſuo allodio ſub monaſtica profeſſione fundauit, huius filius *Taſſilo* ex *Hildrude*, quæ fuit ſoror *Pipini* Regis qui fuit pater *Caroli* magni, deuotiſſimus extitit in ſeruitio & diuino cultu; fundator enim fuit multorum Monaſteriorum, ſcilicet *Polling*, *VVezesprun*, ſancti *Nicolai** *Patauiæ*, *VVeltenburg*, *Chrembsmünſter*, *Lorch* & *Pfaffenmünſter*, Idem Monaſterio inferioris *Altach* plura dedit, &c. Idem *Taſſilo Patauiam* ciuitatem *Bauariæ* inſtaurans & renouans, Epiſcopatus ſedem quæ apud *Laureacum* erat, priuſquam transferebatur, inibi conſtituit. Hic *Taſſilo* ſepultus eſt cum progenitoribus & vxore in *Oſterhouen.* Tandem anno Domini Milleſimo Centeſimo viceſimo ſeptimo defuncto *Heinrico* Imperatore quarto per electores & Principes Imperij in vrbe *Moguntinenſi* Dux Saxoniæ *Lotharius* tertius vir ſapiens & induſtrius in Eccleſiaſtico ſeruitio deuotus & præpotens diuitijs & victoriis omnium aſſenſu in Imperatorem eligitur. Et à *Friderico* Archipræſule *Colonien*, benedicitur & inungitur, imperauitque annis vndecim, huius tempore *Heinricus* Dux *Noricorum* proſcribitur. Poſtea Imperator *Fridericus* primus Dux *Sueuiæ* vir largus, ſtrenuus, facundus atque omnibus glorioſus *Romæ* coronatus in Eccleſia ſancti *Petri*, qui imperauit annis triginta octo tempore imperij ſui videlicet anno Domini Milleſimo Centeſimo quinquageſimo quarto. reſtituit *Heinricum* Ducem *Saxoniæ* filium *Heinrici* Ducis *Noricorum* præſcrip. in Ducatum *Bauariæ* & *Auſtriæ* qui fuit primus Dux *Auſtriæ.* Idem Canonicos in *Meten* tranſtulit ad Eccleſiam *Monaſterienſem* ſancti *Tiburtij*, & Monachos in *Meten* locauit. Tunc igitur prædictus *Heinricus* Dux *Saxoniæ* Ducatum *Bauariæ* poſſedit ferè viginti quatuor annis. *Fridericus* Imperator prædictus ipſum proſcripſit, & ab honoribus depoſuit, ſubſtituendo in Ducatum *Noricorum Ottonem* Comitem Palatinum de *Schira* de cuius progenie moderni Duces *Bauariæ* & Palatini *Rheni* proceſſiſſe aſſeruntur, Sæpius prædicta Eccleſia

*de hec aliter conſtat.

*Mona*

*Monaſterienſ.* deſolata & per voraginem ignis conſumpta ac paulatim erecta legitur, prout luculenter circa muros veſtigia edocent. Super quibus igitur bonis fundata modernis temporibus cernitur, pro maiori parte nomine tenus cum anno ſoluendorum cenſuum per partes officiorum celariis & oblaij qui cupidus horum ſtudioſa mente percurritur, reperiet diſtincte & ad manum ſub vno induito.

## Puechberg

HAinricus Dei gratia Comes Palatinus *Reni* dux *Bauariæ.* Vniuerſis præſentium inſpecturis declaramus, quod cum fidelis noſter *Vlricus* Dapifer de *Eckenmül* montem qui de *Puchperg*, quem à nobis tenebat in feodo cum ſuis pertinentiis noſtris manibus libere reſignaſſet nos pio ducti deſiderio montem ipſum cum omnibus attinentiis donauimus & tradidimus iure proprietario in perpetuum Eccleſiæ *Monaſterienſ.* quam ratione iuris patronatus ſpeciali tenemur amplecti gratia & fauore. In huius ergò donationis memoriam & ſtabilem firmitatem, preſentem literam eidem Eccleſiæ dedimus noſtri ſigilli munimine roboratam cum teſtibus ſubnotatis, quorum nomina ſunt hæc: *Frid.* de *Perge. Vlric.* dapifer de *Ekenmul. Sifrid* de *Sigmhorn.* W. de *Frauenberch.* H. de *Puechperg.* O. & *Al* fratres de *Strubing. Hainricus* Notarius & alij. Actum in *Haidavv* anno domini M. CC. L X. pridie Idus Iunij.

## Reiberſdorff.

NOs *Eberhardus* Dei gratia Præpoſitus *Monaſterien. Ratisbon.* dioc. Notum facimus vniuerſis præſens ſcriptum intuentibus, quod cum Capitulum eiuſdem *Monas:* Eccleſię *Conrado* dicto *Prular*, exhibitori preſentium quandam piſcariam *Ribrechtſtorff* ad præbendam eiuſdem Capituli pertinentem in feodo contuliſſet, petiuit à nobis vt ex officio Præpoſituræ noſtræ ratam conceſſionem huiuſmodi haberemus. Nos igitur petitioni ſuę condeſcendentes quidquid per prædictum Capitulum eidem *Conrado* in prænotata piſcaria eſt conceſſum liberaliter in idem conſentimus & iuxta formam comprehenſam in priuilegio ſigillis domini *Leonis* venerabil. Epiſcopi *Ratisbon.* nec nõ eiuſdem Capituli communicato ratum habere volumus in futurum. In cuius rei teſtimonium præſentem ſchedulam ſigilli noſtri robore fecimus communiri. Acta ſunt hęc anõ M. CC. L X V I I I I. In die beatorum *Proceſſi* & *Martiniani.*

## Holtzwachs.

NOs *Heinricus* Dei gratia, Eccleſiæ *Ratisbonen.* Epiſcopus & *Heinricus* Dei gratia Palatinus Comes *Rheni,* dux *Bauariæ* notum facimus omnibus præſentia inſpecturis, quod conſtituto in præſentia noſtra *Brunone* de *Brennenberch* accepta quadam pecuniæ quantitate, probato primum per ſacramentũ ſuum quod quicquid habebat in villa, prope manſionẽ Canonicorum dictã *Monaſterium* apud *Strubing* proprietatis ſeu allodialis titulo obtineret, ipſum totũ cum omnibus ſibi inibi attinentibus redditibus iuribus & aliis quibuſcunque cum quæſitis & inquirendis pratis, paſcuis, ſiluis & agris Canonicis *Monaſterienſibus,* tradidit & donauit perpetuo poſſidenda; renuncians omni iuri & actioni quod ſibi competere poterat aut ſuis poſteris in futurum. Vt igitur talis traditio ſeu donatio ſine calumnia vtpote rationaliter facta procedat

in

in euidens teſtimonium præmiſſorum præſens inſtrumentum rogatu partium confici fecimus, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Datum *Strubingæ* Anno domini Milleſimo Ducenteſimo LXXXII. XIII. Kal. Maij. Teſtes *Vlr.* Præpoſitus *Ratiſponenſ.* dictus de *Dornberch.* C. Decanus Eccleſiæ eiuſdem dictus de *Lipurch.* Mgr. S. Scolaſticus ibidem, & *Albertus* Archidiaconus. Clerici. W. de *Leonberch,* & *Al.* de *Hals.* Comites de *Schluzzelberch.* & Vl. de *Abenſperch.* liberi. *Con.* de *Hohenuels, Conradus* de *Erenuels.* H. de *Alnhouen Al.* de *Vrovvenhouen. Al.* de *Rotauue. Hab.* de *Sunching.* Vl. de *Punchouen.* H. de *Moſdorff. Al.* de *Strubing.* R. de *Eiach. Carolus* de *Strubing. Th Rotter* de *Peutzhouen.* H. de *Ramſperch. Conradus* de *Sattlpogen,* & alij quam plures.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Anno ab eiuſdem natiuitate Milleſimo Quingenteſimo Octuageſimo primo, die verò Sabbathi ante Dominicam Oculi, quæ erat vigeſima quinta menſis Februarij, Indictione Nona, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Dei noſtri, Dn. *Gregorij* diuina prouidentia Papæ XIII. anno nono. Ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ Virginis MARIÆ, ac SS. *Iacobi* maioris Apoſtoli, & *Tiburtij* Martyris, totiusq; Curiæ cæleſtis, R^mus. in Chriſto Pater & Dominus, Dominus *Felicianus* Epiſcopus *Scalen,* Nuncius Apoſtolicus per Germaniam ſuperiorem, & pro Illmo ac Rmo Principe Domino, Dn. *Philippo* Comite Palatino *Rheni,* vtriuſq; *Bauariæ* Duce in Epiſcopum *Ratiſponenſem* confirmato, eiuſdem Epiſcopatus Adminiſtrator a. S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, translationem Eccleſiæ collegiatæ S. *Tiburtij* Martyris in *Pfaffenmünſter* propè *Straubingen Ratiſponenſ.* diœceſis aggreſſus eſt, de ſpeciali mandato Smi. Domini Papæ, qui circa Eccleſiarum ſtatum iuxta paſtoralis officij ſui debitum conſiderationis extendens intuitum, in iis libenter aſſiſtit, per quæ animarum occurritur periculis, ac perſonarum commoditatibus prouidetur, quemadmodum Eccleſiarum ipſarum neceſſitas exigit, cauſæ ſuadent rationabiles, & Catholici populi incrementum expoſcit, quatenus Eccleſiarum earundem ſtatus augeatur, ſeu melius reformetur, pro vt rerum, temporum, & locorum circumſtantiis penſatis id nouerit in Domino ſalubriter expedire; ad expoſitionem ac petitionem Serm. Principis ac Domini, Dn. *Guilhelmi* Comitis Palatini *Rheni,* & vtriuſq; *Bauariæ* Ducis, prædicto Rmo. Domino Nuncio per literas Apoſtolicas commiſit & mandauit, vt prædictum Collegium Eccleſiæ S. *Tiburtij* Martyris ex proprio loco *Pfaffenmünſter,* propter cauſas in cõmiſſione apoſtolica ſufficienter explicatas, amoueret, & ad parochialem Eccleſiam Sancti *Iacobi* maioris Apoſtoli in ciuitate *Straubingenſi,* eiuſdem diœceſis exiſtentem, transferret. Proinde idem Rmus. D. Nuncius, Sacris Pontificalibus indutus mane hora ſeptima, congregato & conuocato Capitulo dicti Collegij, in prædictæ Eccleſiæ S. *Tiburtij* Martyris Choro, in quo ſanè Capitulo (abſentibus iam antea in tempore per eorum Decanum, iuſſu dicti Rmi. D. Nuncij, præmonitis ad comparendum) interfuerunt Venerabiles Domini, *Chriſtophorus Lenger* Decanus, *Iohannes Baptiſta Pibelmair* Senior, *Vuolfgangus Rath* Scholaſticus, *Iacobus Stetter* Cuſtos, *Leopoldus Ziegldrum* Artium Magiſter parochus, & *Ioannes Vueitmair* Officialis, Canonici dicti Capituli, dicentes quod ſunt, & repræſentant, & in eos ad preſens reſidet totum Capitulum prædicti Collegij, ſeu minor pars ipſius Capituli, & quod non eſt alius Canonicus dictæ Eccleſiæ, qui ad infra ſcripta poſſit, vel debeat commodè euocari, in præſentia, audientia, & intelligentia ipſorum Dominorum Decani, Senioris, & Canonicorum prædictorum, inuocato prius Dei auxilio, & decantato per eiuſdem Rmi. Dn. Nuntij Capellanum Sacro Miſſæ officio, de Sma. *Trinitate,* cum ſolenni depulſatione

omnium

omnium campanarum, tam prædictæ Collegiatæ quam etiam propinquæ Parochialis Eccleſiarum, & ſubſequente hymno Veni creator Spiritus, &c. cum ſuis verſu & collecta, aſſiſtentibus Rdis. Nobilibus & Clariſſimis Commiſſariis Ducalibus, *Sebaſtiano Frantz* Decano, *Martino Dammio* Canonico Collegiatæ Eccleſiæ *Monachien.* ad *Diuam virginem*, Sac. Theol. Doctoribus, *Wolfgango Lucio* Cancellario, *Alexandro Eiirle* Conſiliario in Regimine *Straubingenſi*, nec non *Octauiano Schrenckh.* Cancellario Epiſcopatus *Ratiſponenſis* V. I. Doctoribus, & aliis ex populo præſentibus, dixit & expoſuit, quod prælibato Smo. Domino noſtro placuerit, ad requiſitionem & inſtantiam prædicti Ser.mi. *Bauariæ* Ducis Domini *Guilhelmi*, vt commemoratum Collegium S. *Tiburtij* Martyris ex dicto loco *Pfaffenmünſter*, tanquam remoto, ſolitario, & quaſi ignoto, ad quem pauci propter huiuſmodi incommoditatem, diuinorum officiorum gratia confluere ſoleant, in Eccleſiam parochialem *Straubingenſis* ciuitatis Sto. *Iacobo* maiori Apoſtolo conſecratam, loco admodum celebri ſitam, & ædificiis amplam, atque egregie inſtructam & ornatam, pro augendo cultu diuino, excitanda fidelis populi deuotione, tollendiſque periculis & occaſionib. peccandi, quæ Clerici extra conuentum & frequentiam hominum habitantes, Sathanæ arida & ſolitaria loca percurrentis malo inſtinctu, captare aliquando ſolent, & prædictæ ciuitatis ornamento ac ſplendore, transferatur, cauſas in literis apoſtolicis contentas ſingulatim recenſens, eoſque efficaci oratione adhortans, vt huiuſmodi mandatis apoſtolicis libenter morem gerere, & diuinæ diſpoſitioni ſeſe conformare velint; & in fidem præmiſſorum idem Rmus. Dn. Nuntius literas apoſtolicas commiſſionis ſuæ, non corruptas, nec vitiatas, ſed ſanas & integras, prout ego Notarius vidi, omnibus alta voce prælegi iuſſit, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis; foris quidem: Venerabili fratri *Feliciano* Epiſcopo *Scalenſi*, noſtro & Sedis Apoſtolicæ in partibus *Germaniæ* Superioris Nuncio. intus vero: *Gregorius* Papa XIII. Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis deſuper apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea libenter attendimus, per quæ ſeculares & Collegiatæ Eccleſiæ congruis in locis conſtituuntur. Cum itaque, ſicut dilectus filius, Nobilis Vir *Guilhelmus* Dux *Bauariæ*, exponi nobis nuper fecit, in Eccleſia Sti. *Tiburtij* in *Pfaffenmunſter Ratiſponenſ.* diæceſis & dominij temporalis præfati *Guilhelmi*, ac pro tempore exiſtentis Ducis *Bauariæ*, cui cura ab immemorabili tempore citra per Capellanum ad id à Capitulo dictæ Eccleſiæ deputatum exerceri ſolita imminet animarum, Præpoſitum, quæ inibi dignitas principalis exiſtit, ac cuius Quadraginta, nec non octo Canonicatus, & totidem præbendæ, ac Decanatus, Cantoria, & Scholaſtria per Canonicos eiuſdem Eccleſiæ abſque diſpenſatione apoſtolica obtinere ſoliti, ac quorum cuiuslibet ex dictis Canonicalibus & præbendis, fructus, redditus, & prouentus centum ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, adſint, ipſaque Eccleſia in loco ignobili & obſcuro conſtituta, & nonnullæ duntaxat ruſticorum habitationes reperiantur, ac dictæ Eccleſiæ Canonici non ſolum cum modico fructu, ſed etiam quandoque abſque vllo reſpectu & obſeruatione honeſtatis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ac potius cum ſcandalo, & malo conuicinis exemplo viuant. Quod ſi Præpoſitura, Canonicatus, & Præbendæ, ac Decanatus, Cantoria, & Scholaſtria, aliæque forſan dignitates, ſeu officia, ac Capitulum vniuerſum dictæ Eccleſiæ, in parochialem Eccleſiam S. *Iacobi* maioris, magnificæ admodum & ampliſſimæ ſtructuræ in oppido *Strubingæ* diœc. & dominij præfatorum, quod inſigne exiſtit, à dicta Eccleſia S. *Tiburtij* vno-

milliari

milliari germanico diſtantem, cum omnibus redditibus, & prouentibus, atque ornamentis, & paramentis, & aliis in dicta Eccleſia S. *Tiburtij* ad exercendum ibidem cultum diuinum non neceſſariis transferretur, vtque malis prænarratis occurreretur, ac honeſtati & commoditati dictorum Canonicorum & aliarum perſonarum dicti Capituli conſuleretur, necnon ipſa Parochialis Eccleſia, & oppidum præfatum magis cohoneſtarentur, ac diuinus inibi cultus augeretur, & dicti Canonici cum maiori fructu, honore & dignitate Deo famularentur in dicto oppido, vbi ipſe Dux *Bauariæ* ex quatuor Regiminibus totius ſui ſtatus & dominij, tenet vnum Regimen Miniſtrorum, Iudicũ, & Conſiliariorum, ipſumque oppidum habet populum frequentem, ac numeroſum, & presbyterorum penuria laborat, pro parte dicti *Guilhelmi* Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem *Guilhelmum* Ducem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendũ harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Tibi, vt ſi prædicta vera eſſe repereris, Præpoſituram, Canonicatus, & Præbendas, Decanatum, Cantoriam, & Scholaſtriam, aliaſq; forſan dignitates & officia, ac menſam Capitularem, cum redditibus, prouentibus, ornamentis, paramentis & aliis præfatis in parochialem Eccleſiam prædictam, ſine tamen ipſius parochialis iurium, ac pro tempore exiſtentis Rectoris præiudicio, apoſtolica auctoritate, quacunque appellatione, ſeu reclamatione remota, transferas; & ne ex huiuſmodi translatione dicta Eccleſia S. *Tiburtij* ſuo debito ſeruitio defraudetur, quod in ea Vicariam perpetuam cum aſſignatione congrua portionis fructuum erigas, Vicariumque perpetuum ad præſentationem dilectorum filiorum Canonicorum & Capituli præfatorum ibidem inſtituas, auctoritate apoſtolica tenore præſentium committimus, & mandamus. Dantes tibi plenam & liberam facultatem, & auctoritatem cõtradictores quoſlibet & rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. ſe. re. *Bonifacij* P P. VIII. prædeceſſoris noſtri de vna & Conſilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium vltra tres dietas non trahatur, aliiſq; conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Sancti *Tiburtij* iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis; Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. *Romæ* apud Sanctum *Petrum*, ſub annulo piſcatoris, Die XXV. Iunij. M.D.LXXX. Pontificatus noſtri Anno Nono. *Caſ. Glorierius.* Quo perlecto, & per eundem R^mum. D. Nuntium ad maiorem omnium intelligentiam fuſius expoſito, quæſiuit ex Canonicis præſentibus & audientibus, num in dictam translationem conſentiant, & an aliquid in oppoſitum haberent necne, qui deliberandi cauſa digreſſum pauliſper poſtulantes & obtinentes, in Sacrarium, quod inibi prope Altare ſummum exiſtit, receſſerunt,

runt, acpoſt maturam conſultationem & deliberationem inter ſeſe habitam,
redeuntes, Rmo. Dn. Nuntio per Seniorem, ſuam obedientiam cum omni ſub-
miſſione aperuerunt, iterumque interrogati ſinguli in dictam translationem
vnanimiter conſenſerunt, per verbum: *Placet*, ſeſe in omnibus Smi. Dn. noſtri
voluntati, & ſanctæ diſpoſitioni ſubijcientes, ac petentes ſe quam humillime
eius Boi. commendari & excuſari de ſcandalis aliquorum, maxime prædeceſſo-
rum, quæ iam ſublata & emendata ſint, quod ſe facturum Rmus. Dn. Nuntius gra-
tioſe recepit. Poſt hæc ſæpedictus Rmus. D. Nuntius dictum Collegium S. *Tiburtij*
Martyris, ex loco *Pfaffenmünſter*, cum omnibus juribus, priuilegiis, redditibus,
prouentibus, & pertinentiis quibuſcunq;, nec nō ornamentis, & paramentis, &
aliis in dicta Eccleſia S. *Tiburtij* ad exercendum ibidē cultum diuinum nō neceſ-
ſariis, in dictam Eccleſiam S. *Iacobi* maioris Apoſtoli ciuitatis *Straubingenſis*, iuxta
literarum Apoſtolicarū tenorem, jure, via, modo, cauſa & forma, quibus, & pro-
ut melius, & efficacius potuit, & poteſt, ac fieri & eſſe poſſit, ſeruato ritu, qui in
talibus de jure vel conſuetudine requiri ſolet, tranſtulit, atq; huiuſmodi trans-
lationē pronunciauit, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Ne autē dicta
Eccleſia Sancti *Tiburtij* debito cultu & honore priuaretur, Vicariam perpetuam
in ea cum aſſignatione congrua portionis fructuū erexit, Vicariumq; perpetuū
ad præſentationē Capituli prædicti ibidē inſtituit. Quibus ita expeditis ſequutū
eſt canticū: Te Deum laudamus, &c. cum verſiculis & Collectis de Sma *Trinitate*,
Sanctis *Tiburtio* & *Iacobo* apoſtolo, & campanæ depulſatæ. Priuſquā vero ab inui-
cem diſcederent, in huius actus concluſione Rmus. D. Nuncius mandauit prædi-
ctis Dominis Canonicis, vt ſequenti die, quæ erat Dominica *Oculi* omnes ſuper-
pelliceis induti cū proceſſione, præeunte Cruce, *Straubingā* ad fores dictę Eccle-
ſiæ S. *Iacobi* maioris Apoſtoli comparerent, poſſeſſionē accepturi. Super quibus
omnibus & ſingulis dicti tam Rmus. D. Nuntius, quā Dn. Canonici me Notarium
infra ſcriptū requiſiuerunt, quatenus vnū vel plura, publicū, ſeu publica cōfice-
rē Inſtrumentū & Inſtrumenta. Acta ſunt hæc in loco, añο, die, menſe, indictio-
ne, ac Pontificatu ſupradictis. Præſentibus Rdis. Sac. Theol. Doctoribus, Dominis
*Sebaſtiano Franz.* Decano, *Martino Dummio* Canonico Collegiatæ Eccleſiæ *Mona-
chien.* ad Diuā *Virginē*, Commiſſariis Ducalibus, & *Matthæo Cromero* presbytero,
Hoſpitalis S. *Catharinæ* ad pontē *Ratisbon.* Ciuitatis Magiſtro, nec non Clariſ. I. V.
Doctoribus, Dn. *Wolfgango Lucio* Cancellario, *Alexandro Eürle* Cōſiliario in Regi-
mine Ducali *Straubingen* & *Octauiano Schrenckh* Epiſcopatus *Ratisbon.* Cancella-
rio. teſtib. ad hoc ſpecialiter vocatis, rogatis, & requiſitis. Die autē ſequenti, quæ
fuit Dominica *Oculi*, videlicet XXVI. menſis Febr. eorundē Anni, Indictionis, &
Pontificatus, iuxta mandatū ſupra nominati Rmi. Dn. Nuncij Apoſtolici &c. mane
hora ſeptima, ſupradicti Domin iCanonici ſuppellicies induti proceſſionaliter
cū Cruce ad portā Eccleſiæ S. *Iacobi Straubingæ* cōparuerunt, quos Rmus. D. Nun-
tius Sacris Pontificalibus indutus, cum eiuſdē Eccleſię Clericis proceſſionaliter
obuiā procedens ſuſcepit, & præſente vſq; ad finē magna populi multitudine,
in Eccleſiam introduxit, omnes ante ſummū Altare conſtituens, depulſatis in-
terim campanis & organis. Ibi iterū prælectū eſt Breue apoſtolicū, ac decantato
hymno: Veni creator ſpiritus, &c. Cum verſiculo: Emitte Spiritum, &c. & Colle-
cta: Deus qui corda fidelium, &c. omnes Canonici interrogati in huiuſmodi
translationem rurſus conſenſerunt, & priorem obedientiam, ac ſententiam
libenter confirmarunt, atque ita Rmus. D. Nuntius translationis formulam itera-
uit, eam pronuncians, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, aſſignans etiā
ſuiq; pro loco & gradu ſtallum in Choro. His ſtatim ſubſequutum eſt canticū,

Te

Te Deum laudamus,&c. adhibitis organis, cum collectis de Sanctiſſ. Trinitate, & Sanctis Iacobo maiore Apoſtolo ac Tiburtio martyre & circulari proceſſione per Eccleſiam interius inſtituta, R$^{\text{mus.}}$ D. Nuncius ſolenne Miſſæ officium de Sanctiſſima *Trinitate* de SS. *Iacobo* & *Tiburtio* prædictis, dictæ Collegiatæ Eccleſiæ Patronis ſolenniter cantauit, & poſt Symbolum Apoſtolicum habita eſt per ſuperius nominatum Canonicum Seniorem Concio germanica ad populum, in qua iuſſu & mandato R$^{\text{mi.}}$ D. Nuntij huiuſmodi Translationem promulgauit neceſſariis circumſtantiis, rationibus, cauſis, & conditionibus ad longum explicatis, quarum occaſione talis translatio inſtituta, & ad effectum adducta eſſet, & noui, ſiue potius translati Collegij, & Eccleſiæ Patronos Sanctos *Iacobum* maiorem Apoſtolum, ac *Tiburtium* martyrem edixit, ac poſt generalem Confeſſionem, quæ in fine concionis dici ſolet, R$^{\text{mus.}}$ D. Nuntius dedit populo benedictionem cum indulgentiis. Atque ita huic etiam actui impoſitus eſt finis, ſeruato in omnibus ordinario proceſſu, pro vt de jure, vel conſuetudine oportuit. Super quibus omnibus & ſingulis dicti, tam R$^{\text{mus.}}$ D. Nuntius, quam Domini Canonici, me Notarium infra ſcriptum requiſierunt, quatenus vnum vel plura, publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum & Inſtrumenta. Acta ſunt hæc in ſupradicta Eccleſia Sancti *Iacobi* Ciuitatis *Straubingen.* Dominica *Oculi*, Anno, Menſe, & Pontificatu, quibus ſupra, Præſentib. R$^{\text{dis.}}$ Sac. Theologiæ Doctoribus, Dominis *Sebaſtiano Franz.* Decano, *Martino Dummio* Canonico Collegiatæ Eccleſiæ *Monachien.* ad *Diuam virginem*, Commiſſariis Ducalibus, & *Matthæo Cromero* Presbytero Hoſpitalis Sanctę *Catharinæ* ad Pontem Ciuitatis *Ratiſponen.* Magiſtro, nec non Clariſ. V. I. Doctoribus, Dominis *Wolfgango Lucio* Cancellario, *Alexandro Eirle* Conſiliario in Regimine *Strubingen.* & *Octauiano Schrenckh.* Epiſcopatus *Ratiſponen.* Cancellario, teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, rogatis, & requiſitis.

Et ego *Caſpar Kunavv*: Vratislaiuen. diæces. Sac. Apoſt. auctoritate Notarius pub. & prælibati R$^{\text{mi.}}$ D. Nuntij &c. Scriba juratus, quia ſupraſcriptis omnibus & ſingulis, Capitularium conuocationi, Sacri Miſſæ officij decantationi, ſolenni Campanarum depulſationi, Spiritus S. inuocationi, propoſitioni, adhortationi, literarum apoſtolicarum prælectioni, conſenſus Capitularium requiſitioni, ac præbitioni, ſubiectioni, & purgationi, nec non ſupra ſcripti Collegij S. *Tiburtij* Martyris ex loco *Pfaffenmünſter* ad Eccleſiam Parochialem *Straubingenſem.* S. *Iacobi* maioris Apoſtoli, per R$^{\text{mum.}}$ D. Nuntium, hacq; in parte Executorem apoſtolicum factæ translationi, in dicta Eccleſia S. *Tiburtij* Martyris perpetuæ Vicarię erectioni, inſtitutioni, expeditioni, ac denique Te Deum laudamus &c. decantationi. Die etiam ſequenti Proceſſionali Capitularium ad portam Eccleſiæ *Straubingen.* ex R$^{\text{mi.}}$ D. Nuncij prædicti mandato comparitioni; ſuſceptioni, introductioni, & tam Companarum, quam Organorum depulſationi, ſecundariæ Breuis Apoſtolicis prælectioni, ac Veni Creator Spiritus &c. decantationi, nec non repetito in factā translationem conſenſui, tranſlationis pronuntiationi, ſtallorum Canonicis ibidem aſſignationi, Canticique Te Deum laudamus &c. & poſt Sacri Miſſæ officij per eundem R$^{\text{mum.}}$ D. Nuntium ſolenniter in Pontificalibus celebrati decantationi, germanicæ concioni, & dictæ translationis ad populum promulgationi, atque cum Indulgentiis benedictioni, totique huic actui, vna cum prænominatis Dominis Teſtibus, ſpecialiter vocatus, rogatus, & requiſitus præſens interfui, eaq; omnia ſic fieri vidi & audiui, ideo hoc præſens Inſtrumentum manu alterius fideliter deſcriptum ſubſcripſi, Signumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum, in fidem

ac

ac robur omnium præmiſſorum, cum appenſione ſigillorum prædicti R^mi. D. Nuntij Apoſtolici,&c, ac Conſiſtorij Epiſcopalis *Ratisbonenſ.*

Ego idem *Caſpar Kuna* VV. Not. pub. qui ſupra, ſubſcr. manu propria.

FR. *Felicianus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus *Scalen.* ad partes *Germaniæ* ſuperioris S^mi. Dn. noſtri D. *Gregorij* diuina prouidentia Papę XIII. dictæq; ſedis Nuntius, cum poteſtate legati de latere, &c. & Adminiſtrator Epiſcopatus *Ratisbon.* &c. R^dis. nobis in Chriſto dilectis, Præpoſio, Decano, & Vniuerſo Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ *Straubingen* Sanctorũ *Iacobi* Maioris Apoſtoli, ac *Tiburtij* Martyris, *Ratisbon.* Diæceſis, ſalutem in Domino ſempiternã. Quoniam circa translationẽ Collegij S. *Tiburtij* Martyris ex pago *Pfaffenmunſter Ratisbon.* Diæceſis, & Dominij tẽporalis Ser^mi. Principis Dn. *Guilhelmi* Comitis Palatini *Rheni*, & vtriuſq; *Bauariæ* Ducis, quæ à nobis prælibati S^mi. Dn. noſtri iuſſu & mandato ad petitionẽ prædicti Dn. *Guilhelmi* Ducis, vbi cauſas translationis in literis Apoſtolicis explicatas veritate fulciri compereramus, in Parochialem Eccleſiam S. *Iacobi* maioris in propinquo oppido *Straubingæ* Diæceſis ac Dominij prędictorum exiſtentem facta eſt, in publicis Inſtrumentis, quæ plura ad noſtrã & Collegij p̃dicti requiſitionem per Notariũ ac Subſecretarium noſtrum confecta ſunt, ſolummodo rituũ, ac cæremoniarũ quæ duobus ſucceſſiuis diebus in huiuſmodi translatione exequenda interuenerunt, nec nõ ipſius translationis, & datæ poſſeſſionis, ac perpetuæ Vicariæ erigendæ, idq; genus aliorũ facta mentio eſt, prætermiſſis aliquibus, q̃ nõ ſolum ad prædictã translationem melius intelligendã, ſed etiã ad prædictam Eccleſiam S. *Tiburtij* in *Pfaffenmünſter* vna cum parochiali propinqua S. *Martini* debite conſeruandam, neceſſario explicanda videntur, idcirco nos hæc, quaſi per quædã capita breuiter tradenda & exponenda præſentiũ tenore duximus. Primum omnium itaque, cum iuxta mandata Apoſtolica, Præpoſituram, Canonicatus, & Præbendas, ac Decanatum, Cantoriam, & Scholaſtriã, aliaq; officia, ac Capitulũ vniuerſum ex dicta Eccleſia S. *Tiburtij*, cum omnibus redditibus & prouentibus atque ornamentis & paramentis, & aliis ad exercendũ ibi diuinum cultũ non neceſſariis, nec non juribus, priuilegiis, & pertinentiis omnibus in prædictã parochialẽ *Straubingen.* S. *Iacobi* maioris tranſtulerimus, etiã onera tam fundationis & anniuerſariorũ, quam alia omnia ſimul eſſe translata intelligantur, ita vt Collegiũ translatũ ſingulis annis huiuſmodi oneribus omnibus debito tẽpore ſatisfacere teneatur. Secundo, Parochialis Eccleſiæ prędictę S. *Iacobi*, ac pro tẽpore exiſtentis Rectoris jura quo ad Sacramentorum adminiſtrationem, & curã animarũ integra & ſalua maneant: niſi quod cum dicta Parochia fuerit olim ex Templo S. *Petri* extra portas Ciuitatis in ſuburbio poſito, in hoc S. *Iacobi* intra muros translata, non habita ſufficienti ratione animarum extra ciuitatẽ ſub dicta parochia cum magno numero exiſtentiũ, cum ſæpe contingat, maxime noctu, clauſis ciuitatis portis, infantes baptizandos, & animam agentes, qui in ſuburbio & propinquo pago cõmorantur, ſalutis periculo exponi, ſtatuimus & volumus, vt vtrumque templum prædictum habeat poſthac ſuum proprium Rectorem ab eo, ad quem de jure ſpectat, Ordinario Epiſcopo *Ratisbon.* pro confirmatione præſentandum, cum neceſſariis ſacellanis, qui neceſſitate exigente ſibi commiſſis de Sacramentis Eccleſiæ prouideri poſſint omni tempore, tam intra, quam extra ciuitatem. Qua ratione autem prouentus annui ad vtriuſque honeſtam ſuſtentationem diuidendi & aſſignandi ſint, peculiari ordinatione decernemus. Tertio ne ex huiuſmodi Trans-

latione Eccleſia S. *Tiburtij* in *Pfaffenmunſter* ſuo debito ſeruitio defraudetur, in ea Vicariam perpetuam ereximus, cuius Vicarij perpetui præſentatio, ad Canonicos & Capitulum, confirmatio vero, poſt illius, quem nos jam inſtituimus, mortem, deinceps ad Ordinarium Epiſcopum *Ratisbonenſ.* ſemper pertineat. Quarto in Altari maiori S. *Tiburtij* ſex Miſſæ in hebdomada à dicto Vicario per ſe, vel alium celebrentur, ſingulis diebus vna, & dies ſeptimus, qui intermittetur, ſit profeſtus. Quinto Vicario perpetuo prædicto deputetur domus commoda cum annexo horto prope templum, ac centum floreni in moneta communis ęſtimationis, ſexaginta cruciferorum pro annua prouiſione aſſignentur, partim in pecunia, & partim in valore. Sexto, vt Vicarius perpetuus prædictus honeſtius ſe poſſit ſuſtentare, & officio ſuo melius ſatisfacere, incorporetur, & vniatur etiam Vicariæ perpetuæ beneficium ſimplex S. *Andreæ* in dicta Eccleſia S. *Tiburtij* exiſtens, cum omnibus bonis, redditibus, juribus, ac pertinentiis ſuis, ita tamen vt in dicto Altari S. *Andreæ* tres Miſſæ hebdomadatim, videlicet Dominica, & feriis quarta ac ſexta celebrentur, & ob id Vicarius Sacellanum habere teneatur, cui congruam portionem aſſignet, ac domum cum horto annexo, ad dictum beneficium ſpectantem. Septimo, Parochus Eccleſiæ S. *Martini*, quæ in cæmiterio S. *Tiburtij* exiſtit, teneatur in ſua parochiali, quam remoueri nolumus, ſingulis diebus dominicis & feſtis, ac feriis ſextis, iuxta vetuſtam dictæ Eccleſiæ conſuetudinem ſacrum facere, ad cuius maiorem ſuſtentationem, non ſolum bona, domus, agri, redditus, decimæ, jura, & pertinentiæ omnes dictæ parochiæ remaneant, ſed etiam vniatur & incorporetur beneficium ſimplex B. *Mariæ* in prædicta Eccleſia S. *Tiburtij* exiſtens, cum omnibus bonis, redditibus, juribus, ac pertinentiis ſuis, in cuius tamen Altari hebdomatim feriis ſecunda, tertia, & quinta celebretur, ob idque parochus cooperatorem alere teneatur, cui domum propriam dicti beneficij cum horto adiuncto, congruam prouiſionem aſſignet, quod vt commodius fieri poſſit, addatur & beneficium ſimplex B. *Mariæ* in Cæmiterio parochiæ *Stainach*, vel aliud S. *Georgij* in Caſtro *Stainach*, vel aliud ſuper carnario ad animas ibidem, quæ omnia nunc vacant à multis annis; qui locus etiam non vltra quartale milliaris germanici à prædicta Eccleſia in *Pfaffenmunſter* diſtat, ita tamen vt iuxta fundationem huiuſmodi beneficij obligationibus ſatisfiat. Octauo omnes prædicti tam Vicarius cum ſuo Sacellano, quam Parochus cum cooperatore teneantur in Eccleſia S. *Tiburtij* in vigiliis feſtorum, ac diebus Sabbathinis veſperas, & ipſis Dominicis & feſtis diebus, non modo Veſperas, ſed etiam cæteras horas Canonicas, ac ſummum cantare officium. Nono, vt omnia in mutua pace, concordia, ac tranquillitate fiant & agantur, ſuademus vt tam Vicaria quam Parochia prædictę vni perſonæ committantur, ita tamen, vt ſuſtentare tres presbyteros teneatur, Cooperatorem propter parochialem Eccleſiã prædictam, ac duos Sacellanos propter dicta beneficia. Quod ſi contigerit ex impedimento dictorum beneficiorum aliquod non poſſe coniungi, vel coniuncta non ſufficere ad quatuor ſacerdotum, vt præmiſſum eſt, ſuſtentationẽ, maxime quo tẽpore annona carior erit, quod Capitularium judicio committimus, illorum conſcientiam in hoc onerantes, tunc Vicarius prędictus ad minus duos alios Sacerdotes ſecum habere teneatur, & Capitulares interim prouideant, vt dictis beneficiis in *Pfaffenmunſter* pro neceſſitate & exigentia ſatisfiat. Decimo, Prępoſitus prędicti Collegij tranſlati retineat jus, quod prius habebat, pręſentandi Ordinario Epiſcopo *Ratisbonen.* parochos Eccleſiarum dicti S. *Martini* in *Pfaffenmunſter*, & B. *Mariæ* in *Stolvvang*, & S. *Laurentij* in *Veldtkirchen.* Et quia omnes redditus ac prouentus, tam

Prepo-

Præpoſituræ & Decanatus, quam aliorum officiorum Capituli gremio vnita & incorporata ſunt, nec non Præpoſito & Decano cuiq; duplicata præbenda eſt aſſignata ex corpore Capituli, ob id quadraginta floreni, qui ex Vicaria perpetua parochiæ in *Veldtkirchen* annuatim Præpoſito numerabantur, in poſterum Capitulo cedant, & ſoluantur. Vndecimo Præpoſitus ac Decanus, vt etiam antea fieri ſolebat, ſemper ab Ordinario Epiſcopo *Ratisbon.* confirmationem ſuam accipiant, cui etiam taxam ordinariam numerare teneantur. Duodecimo ex Eccleſia S. *Tiburtij* ornamenta ac paramenta non prius ad nouam Collegiatam Eccleſiam *Straubingen.* tranſportentur, quam noſtra acceſſerit diſpoſitio, vt quæ in dicta Eccleſia S. *Tiburtij* neceſſaria videbuntur, ad cultus diuini vſus relinquãtur. Ex parochiali autem S. *Martini* de ornamentis & paramentis nihil plane amoueatur. Tertiodecimo, Statuta omnia, quæ habebatis ante translationem, ſuſpenſa eſſe volumus, donec ea à nobis reuiſa, emendata, & ad Sacrorum Canonum, præſertim Concilij *Tridentini* & Synodi prouincialis normam reuocata, accommodata, ac reformata fuerint, additis aliis neceſſariis, quæ ad nouæ Collegiatæ Eccleſiæ conſeruationem & ſplendorem pertinere videbuntur, quibuſcunq; in contrarium non obſtantibus. In quorum omnium & ſingulorum fidem ac teſtimonium præmiſſorum, has patentes literas confici, & ſigillorum tam noſtri, quam Conſiſtorij *Ratisbonen.* appenſione communiri mandauimus. Datũ *Ratisbonæ* in Aula Epiſcopali, Anno virginei partus M. D. LXXXI. die vero XXIX. menſis Martij. Pontificatus præfati S^mi. Dn. Papæ *Gregorij* XIII. Anno Nono.

Fr. *Felicianus* Epiſcopus *Scalen.* N. A. & Adminiſtrator Epiſcopatus *Ratisbonenſ.* manu propria.

*Ioannes Baptiſta Ning.* ad ad Reg.
*Ioannes Fenzonus* Secr. de m^to. &c.

## Præpoſitorum Eccleſiæ Collegiatæ *Pfaffenmunſtren.* in *Boico* cum vetuſtiſſimis comparandæ nomina, & quibus vixerint annis, vt plurimum interciderunt; quæ tamen ſtudio & induſtria R^di. admodum Dn *Matthiæ Eberſpergeri* SS. Theologiæ D moderni Decani Collegiatæ Eccleſiæ SS. *Iacobi* & *Tiburtij Strubingæ* ex antiquis monumentis erui potuerunt fideliter hic repræſentamus.

BERCHTOLDVS præfuit circ. an. Dn. 1267.

EBERHARDVS vixit circa an. 1269. in literis ſuis titulo vſus: Nos *Eberhardus* Dei gratia Præpoſitus *Monaſterienſis.*

CONRADVS an. 1289.

FRIDERICVS à *Schlözzelberch* Canonicus *Ratisbonen.* Præpoſitus, vix. an. 1302.

IOANNES *Cammeravver* de *Haitſtain*, an. 1335. vſus tit. Nos Ioannes à *Cammeravv.*

MICHAEL an. 1394.

VLRICVS *Käßlin*, an. 1447.

VLRICVS *Arſinger* Doct. *Alberti Boio* Duc. Conſiliarius, An. 1453.

IOANNES *Titzlau* Canonicus *Auguſtan.* & *Eichſtadien.* Parochus *Straubingen*, & Adminiſtrator in *Pfaffenmunſter*. an. 1479.

ALBERTVS im *Hof*, Decretorum Doctor Canonicus *Friſingen.* an. 1500.

AMBROSIVS *Schvvartzhofer*, B. Mariæ Virg. ad *Veterem Capellam*, & *Monaſterien.* Præpoſ. an. 1509.

BERNHARDVS à *Waldkürchen*, Vtr. Iur. Doct. Canonicus & Cuſtos *Auguſtanus*, an. 1515.

WOLFGANGVS à *Seybolſdorf* in *Schenckenavv*, artium & Decretorum Doctor, Collegiatar. Eccleſiarum B. *Mar.* Virg. *Monachij*, & S. *Tiburtij* in *Pfaffenmünſter* Præpoſitus, Canonicus *Auguſt.* & *Ratisbonenſ.* an. 1528.

VITVS *Tuchſenhauſer* D. Conſiliarius *Bauaricus* & plebanus *Strubingen.* an. 1551.

ERNESTVS *Prandt*, qui in literis ſuis ſe ſcripſit: Canonic. *Berchteſgaden*, ac prouiſione Dei Præpoſit. *Monaſterien.* an. 1567.

VRBANVS *Winckelmayr*, parochus Eccleſiæ S. *Sixti* ſuperioris *Parckſtetten.* Ob. 3. Octobr. anno 1575. ibid. ſepultus.

ALBERTVS *Hunger.* SS. Theologiæ D. Procancellarius & Profeſſor almæ Vniuerſitatis *Ingolſtadien.* Canonicus *Paſſauien.* & *Eichſtadien.* vir incomparabilis doctrinæ & vitæ integerrimæ.

## *PLVEMENTAL ORDINIS S. MARIAE FRATRVM TEVTONICORVM.*

DE prima inſtitutione iſtorum ordinum, nempe S. Ioannis, Templariorum, ac S. Mariæ Teutonicorum, vide ſi lubet, Volateranum, lib. Antropologiæ 21. Ioann. Nauclerum in Chronica, lib. 2. Generat. 37. Münſterum & alios.

PLVEMENTAL & Aicha fuerunt olim, nempe Anno 1350, duę diſtinctæ domus ac commendaturæ ordinis Teutonici, quæ ab vno Magiſtro ſunt gubernatæ. Auentin. in ſuamet translatione Annalium ponit: Ducem Ludouicum, primum huius nominis, hanc ædem Pluemental fundaſſe, ſed in Latinis Annalibus nihil de hoc. At in libro traditionum, ſeu in Chronica fundationis Vnderſtorfenſis Monaſterij ſcribitur, Ottonem Comitem de Witlſpach, fundatorem Enſdorf & Vndenſdorf, fundaſſe Monaſterium Kuebach, & ædem illam in Aicha. De Kuebach aliter ſe res habet, quod fundatum eſt à Comitibus ab Eberſperg. De æde in Aicha & Pluemental nihil certi adhuc comperi. Nam diplomatum fundationum videndorum hactenus facultatem non habui.

DESTRVCTO poſt occiſum Philippum, Romanorum Regem, Ottonis Witlſpachij occiſoris caſtro VVitlſpach, Ludouicus Bauariæ Dux, patruelis ſuus, Templum ibidem Deiparæ Virginis condidit, & ſacratis militibus tradidit, ex reliquis lapidibus Aicham deuectis, ciuitas ibi cōdita, ac muro cincta eſt. Auentin. in Annalib. fol. 661.

RETRO altare Chori ibi in Plumental ſcriptus eſt rythmus Germanicus, numeris ſyllabarum non admodum quadrans.

Berchtolt Graf von Schiltperg ward ich genannt/
Der Teutſch Orden war mir in ſolcher Ehrwürdigkeit bekannt/
Daß ich ihnen das Hauß mit etlichen zugehörigen thet geben/
Gott verleyh mir/ vnd vns allen das ewig Leben. Amen.

NVLLVM inuenio Berchtoldum Comitem, ſed bene Berchtoldum Marſchalcum de Schiltperg. Erat enim hic Berchtoldus, Marſchalcus Ducis Bauarię Ludouici, patris Ludouici Imperatoris, Anno 1262. huius filij, Vlricus, Heinricus & Conradus; poſt quorum obitum lis ſuborta inter Ludouicum prædictum & fratrem eius Heinricum, Ducem inferioris Bauariæ, ſuper feudis ipſorum, compromiſſo ſeu laudo deciſa eſt, vt feudalia, ſemotis allodialibus, inter ipſos æqualiter diuiderentur, A. Dom. 1286. Extant diplomata Monachij.

LVDO-

LVDOVICVS quartus Imperator dedit fratribus huius Aicheñ. ædis, propter fidelia ſeruitia & laborem in cingenda ciuitatis foſſa, eam partem foſſæ, quæ aream & domum ſuam circuit, permittens illis ibi portam facere, verſus Alkeſthauſen, eamque meliori modo cuſtodire, Anno 1321. vbi hodie ſunt granaria & Principum & Scholæ Vniuerſitatis Ingolſtadienſis.

EST quoque alia domus fratrum Teutonicorum huius ordinis, intra muros ciuitatis Ratisbonenſis, apud ſanctum Egidium. De cuius inſtitutione nihil vidi, neque inueſtigare potui. Huius prædia atque redditus in Bauaria ſunt ſita. Inter alia Gras arx cum pertinentiis, prope Ratisbonam. Commendatores vocantur præfecti harum domorum, ac cenſentur inter alios Nobiles Bauariæ laicos eiſdem priuilegiis & immunitatibus gaudentes, non inter Eccleſiaſticos. De domo Ganckhouen eiuſdem ordinis ſupra breuiter annotatum eſt.

## POLLING MONAST. CANONICORVM REGVLARIVM ORD. S. AVGVSTINI.

POLLING Monaſterium fundatur pro ſacratis Virginibus, vna cum aliis ſeptem Monaſteriis per Landfridum, Waldramum & Elilandum, fratres, Comites ab Antorf & Loyſa, vt latius de ipſis in Monaſterio Burenſi habetur. Taſſilo Dux, filius Vtilonis, Pollingen & Weſſelprunn ampliauit & inſtaurauit. Nam iuxta monumenta Pollingeñ. Taſſilo Dux ibi venatus, cerua dum fugit canes inſequentes, ſubito ſubſtitit, terram effodere nō ceſſans pauida, terrefactus Dux effodit crucem, tabula affixam, creditur eſſe cornu piſcis, adhuc extat, ſexto Calend. Maij, dedicatum à D. Bonifacio. Taſſilo obiit Idibus Decembris, Anno 788. iuxtra verſiculum: Auent. fol. 29.

*Idibus internis deceſſit ille Decembris.*

DEVASTATVR vna cum aliis Monaſteriis per Vngaros, Anno 973. poſtea per Heinricum ſanctum reficitur & dotatur, cuius diploma tale eſt: Auent. fol. 507.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Heinricus diuina fauente clementia Rex, Si Eccleſiarum Dei loca alicuius doni interuentu meliorare & ditare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium, præſentium atq; futurorum nouerit vniuerſitas, qualiter nos diuini amoris inſtinctu ac remedio animæ noſtræ, ſiue interuentu atq; petitione Engelberti, Epiſcopi Friſingenſis Eccleſiæ, tale prædium, quale in villis, Pollinga, Weilhaim, Vbingen, Rieden, Ainſtetin, Aſchering, Hochenvvanc, Pfaffenhouen nominatis, Monaſterio in honore S. Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, in eadem villa Pollinga conſtructo, prius pertinere videbatur, ſitum in Comitatu Alberonis Comitis; In pago vero Houſi, & poſtea in beneficium datum multis fuit, nunc etiam cum omnibus eius pertinentiis ſeu appendiciis, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, &c. quæſitis & inquirendis, atq; cum familiis vtriuſq; ſexus, ſiue cum omnibus, quæ quolibet modo dici aut nominari poſſunt vtilitatibus atque cum cortalibus, decimationibus, in illis duabus villis, Vbingen & Aſcheringen dictis, per hanc noſtram regalem paginam corroborando & confirmando ei Monaſterio, ad vſum & ſtipendia fratrum inibi Deo famulantium integrè concedimus atq; largimur, ac de noſtro iure ac dominio in eius ius & dominium transfundimus.

SIGNVM D. Heinrici, Regis inuictiſſimi, Guntherius Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani notauit. Datum 16. Calend. Maij, Indictione octaua, Anno 1010. Anno vero Domini ſecundi Heinrici regnantis octauo. Actum Regenſpurch fœliciter. Amen.

Ex QVO apparet tempore huius reſtitutionis ibidem fuiſſe fratres. Scribit Auentinus in Annalibus ſuis, fol. 292. Polling & Schlechdorf ab Vngaris afflicti, amotis illis fratribus, myſtæ D. Aurelij Auguſtini ſunt & nominantur. Fuerunt nihilominus ibidem etiam Moniales, ſicut in pleriſque aliis, quas Giſala Imperatrix, Conradi Salici vxor, quæ obiit, ſexto Calend. Februarij, Anno 1041. 42. vel 43. eiecit ex iſto loco, ſubſtitutis Canonicis.

ADVOCATIA huius Cœnobij à primis fundatoribus data fuit Epiſcopis Brixinenſibus, qui eam adminiſtrarunt, vſq; ad Hartmannum Epiſcopum, qui contulit iure feudali dictam Eccleſiam, quod nimis remota erat Heinrico Duci Bauariæ, & Saxoniæ protegendam. Diploma extat.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS, Heinricus diuina clementia Bauariæ & Saxoniæ Dux, &c. ait, ſe Aduocatiam Monaſt. Pollingen, petitione Præpoſiti & fratrum accepiſſe, feudali iure, ab Hartmanno Epiſcopo eo pacto, ne alicui ipſe, aut Succeſſores alij eandem tradant, ſed immediate Ducibus ſubiectum ſit. Quod ſi nos, aut Succeſſores noſtri aliter egerint, alium eligant Aduocatum, nec grauabit nouis exactionibus: Teſtes, Fridericus Pala. Comes, Marchio Berchtoldus, Adelgoz Auguſtenſis Aduocatus, Eberhardus de Vrichendorf, Heinricus de Wida. Acta ſunt hæc, Anno Domini 1160. Indict. 7. Anno Imperij Domini Friderici, inuictiſſimi Romanorum Imperatoris VI.

*Ex libro Monaſter. in Diethranſzell.*

CIRCA Annum 1300. infra ſpacium 20. annorum, propter nimias exactiones Principum & Aduocatorum, infra ſcripta Cœnobia ſanctimonialium ad tantam paupertatem redacta ſunt, vt intrarent clauſtrum ſancti Laurentij in Peurn, ordinis ſancti Benedicti, nempe clauſtra Polling, Raitenpuech, ordinis ſancti Auguſtini, videlicet regularium Canonicorum, & clauſtrum ordinis Præmonſtratenſium etiam Monialium in Staingaden, &c.

## *BENEFACTORES MONASTERII POLLINGENSIS.*

*Ex rapſodiis Auent.*

Schwaig

ANNO Domini 1163. Hartmannus Brixinenſis Epiſcopus, in die inuentionis ſanctæ Crucis, rediens à curte regali Friderici Imp. quæ habita Moguntiæ, cum & ipſa deſtructa eſt, tradidit Pollingen. prædium ſuum in Obroluing ſitum vnum manſum, accepit prius Arnoldus, miles Lornandi, à fratribus non in beneficium, ſed in ſeruitium more coloni.

WERNHERVS Nobilis tradidit prædium Magnibach, Teſtes Odaſchalcus de Walheshuſen, frater Wito cum 7. filiis.

NOBILIS Wernhardus prædium Rieth tradit, acceptum à Reginberto Epiſcopo Brixinenſi, & eius Aduocato, Arnolpho Comite: Teſtes, Conradus Seifridus de Weilheim.

BECILIVS de Kirchdorf tradit hæc, Wigeſvviler & Lancvvate permiſſione Guelphonis Ducis: Teſtes, Heinricus Decanus de Nazzenburen.

BERNHARDVS Aduocatus Pollingenſis tradidit manſum in villa Heticing pro calice ablato, Hilreberto Præpoſito.

CONRADVS Comes & Dux de Dachau, tradidit Odrating, per manus Conradi Comitis de Vallai: Teſtes, Dux Welpho ſenior, Arnoldus Comes de Dachau, Otto Comes de Vallai, Wolftrigl de Künigſvviſen, Otto de Aſchaim, Degenhart de Sephelt, de familia Com. & Ducis.

IDEM Conradus Dux de Dachau tradidit Rumne (Reüt im Intal bey Hall) Teſtes, Bernhardus de Roteſee, Albertus Comes de Tyrol.

WELPHO Dux tradidit manſum Winchele, qui fuit Vdalrici de Egilingẽ per manum Popponis, Com. de Andechs. Teſtes, Heinricus Herman de Ramingen,

gen, BerchtoldusCom. de Andechs, Heinricus Com. de Wolfrateshuſen, Alber-
tus Comes Tyrolen. Gotfridus Comes & Reinbertus de Rumesberch, Egino
Comes de Niſen.

HEINRICVS Dux Bauariæ & Saxoniæ iudicio adiudicauit Riet, lis erat
inter Polling, & Heinricum de Hochenvvanc, Iudex cum Duce Berchtoldus,
Com. de Andechs: Teſtes, Fridericus & Otto Palat. de Witelinespach, Heinricus
Præfectus de Regenſpurg, Heinricus de Stoufen, Dietricus eo tempore Præpo-
ſitus Ducis, H. de Cohmunoshuſen. Poſt hæc accepit de manu fratrum ad ſerui-
tium trium denariorum vſq; ad obitum Giſalæ Miniſterialis Brixinen. Eccleſiæ.
Geſta ſunt hæc anno Chriſti 1162. quo deſtructum eſt Mediolanum & celebratū
Concilium in decollatione S. Ioannis Baptiſtæ in Epiſcopatu Biſunti ſuper flu-
uium Saona, cui interfuit Fridericus Imperator, Ludouicus Rex Franciæ, Hein-
ricus Dux Saxoniæ & Bauariæ.

FACTVM iudicium in caſtro Landesſpurch, coram Principibus ſupra no-
minatis, cum quibus ipſe Dux Concilio Veſontionenſi ſeu Biſunti interfuit, &c.

FRATER Albertus, Eṗs quondam Ratisboneñ. Apoſtolicæ ſedis aucto-
ritate Crucis prædicator per Alemaniam & Bohemiam, pro ſubſidio terræ ſan- *Auent. lib. 7 fol. 700.*
ctæ, vniuerſis Chriſti fidelib. in Domino ſalutem, 40. dies indulgentiarum do-
nat Pollingenſi Templo, in feſto exaltationis S. Crucis & innocentum, atq; dedi-
catione. Datum Pollingen, anno Chriſti 1263. tertio Non. Maij. Extat ibidem pri-
uilegium: In quo Eliſabetha, Dei gratia, Regina & Comitiſſa Goricen. atq; Ty-
rolenſis, Monaſterium illud Portorij, Paſſeri, Stiracij, Oenobrige, hoc eſt, Paſſier,
Stertzing, Inſpruck, immunes eſſe iubet, Anno 1263. 4. Calen. Octobris. Fuit hęc
Eliſabetha filia Ottonis, Ducis Bauariæ, Soror Ludouici & Heinrici, &c. vxor
quondam Conradi Regis Rom. filij Frider. II. poſteà verò Menardi Comitis Go- *Auent. ibid. fol. 701.*
riceñ. atque Tyroleñ. quæ nihilominus priori Reginæ titulo vſa eſt.

# STATVS
## ET
## Beneficia Fundatoris Monaſterij in *Polling*.

NOuerint certo teſtimonio ſcripturarum Chriſti Fideles vniuerſi *Teſſilonem*
huius Eccleſiæ clementiſſimi *Saluatoris* in *Polling* ordinis ſancti *Auguſtini* fun-
datorem. Hunc *Teſſilonem* primo fuiſſe Ducem *Bauariæ*, poſtea * Regem *Longo-
bardiæ*, poſtremoque Monaſterium in *Lavvriſſa* ordinis ſancti Benedicti videli-
cet conuerſū. Iam verò prælibatum *Teſſilonem* vt diximus, primo fuiſſe Ducem
*Bauariæ* ex nobili proſapia oriundū, videlicet filium ſororis *Caruli Magni* quon-
dam Imperatoris didicimus, qui Domino fideliter deſeruiens in Cœnobiis con-
ſtruendis vtpote primo in *Polling* Eccleſia ſancti *Saluatoris*, ordinis S. *Auguſtini*,
& in aliis pluribus cœnobiis, ſcilicet in *Weſſlesbrunnen*. ordinis S. *Benedicti*, in *Chim-
ſſ* eccleſia ord. S. *Benedicti*, in cuius Eccleſia Dei virginum habitatio, defenſorem-
que viduarum & orphanorū, iudicē ſtrenuū, in elemoſynis largū. Hic verò deui-
ctus precib. iam dicti *Caruli* Imp. auunculi ſui ad debellandum *Longobardū* pro-
ficiſcens cunctiſq; inibi proſperè ſuccedentib. genti iam ſupernominatæ ab Im-
peratore in Regem præficitur. Qui etiā heu poſtmodum conſilio incolarum il-
lius terræ deprauatus auunculo ſuo *Carulo* Imp. ſe oppoſuit, à quo non poſt mul-
tum temporis elapſum in pręlio publicè cum ſuis deuincitur, vinculis māci-
patur, & per duarum peluium ignitarum inſpectionem excęcatur. Qui pœ-
nitentia ductus ad petitionem Principum abſoluitur, & liberè quocunque di-
uertere vellet ire permittitur, Iam vero bonę memoriæ dictus *Teſſilo* ob

 ſpem

ſpem futurorum proſpera cuncta mundi deſpiciens *Lavvriſſam* deuenit, ibiq; ſub ſpecie pauperis habituque religioſo & ab omnibus ignotus vſque ad extremum vitæ ſuæ terminum permanſit. Poſt multorum vero annorum curricula iam ſæpe ſupradictus *Carulus* Imperator auunculus eiuſdē *Teſſilonis* ad Eccleſiā *Lauriſenſem* peruenit, ibique vna noctium more ſolito orationi vacans *Teſſilonem* lumine carentem per manus angeli de ara ad aram cum ſumma reuerentia deduci. Imperator ſummo diluculo ſurgens patrem Eccleſiæ aduocat, diligenterque ſciſcitatur, quiſnam ſit cui tanta beneficia ab angelo impenſa fuiſſent, qui ſe ignorare reſpondit. Sequenti nocte Abbas vna cum Rege beneficia iam prælibato *Teſſiloni* ab Angelo impenſa prouidere promeruit. Cum vero Dominus creator, reformator, & remunerator omnium hunc famulum ſuum poſt longam carnis macerationem, voluntariam paupertatem, nec non laudabilem vitam de hoc ſæculo eripere decreuiſſet, febre corripitur, & à viris religioſis corpore & ſanguine Domini noſtri IESV Chriſti procuratur, ſanctoque oleo inunctus conteſtatus vitæ ſuæ originem illis innoteſcere, qui grauiter ſuſpirans ſingula per ordinem eiſdem enarrauit. Hic verò ſvvetis ordinationibus inſiſtendo feliciter migrauit ad Dominum, ad cuius tumbam Dominus per merita famuli ſui, cunctis eius auxilium implorantibus quam plurima beneficia vſque in præſens impertiri non dedignatur. Horum beneficiorum teſtimonia perhibent in *Lauriſſa* adhuc præuiuentes.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Henricus* diuina clementia *Bauariæ* atque *Saxonum* Dux. Quotieſcunque ſuper eccleſiaſticis negotiis religioſorum petitiones admittimus, à Chriſto cuius miniſtri ſunt deuotionem noſtrā remunerari non dubitamus. Quapropter notum eſſe volumus, tàm præſentis quàm futuri temporis Chriſti fidelibus, quod nos ad petitionem Præpoſiti & fratrum *Pollingenſis* Eccleſiæ aduocatiam eiuſdem loci à Domino noſtro *Hartmanno* venerabili ſanctæ *Brixinenſis* Eccleſiæ Epiſcopo feudali iure recepimus, eo nimirum tenore, vt nunquam à manu noſtra vel hæredum noſtrorum ad ſubaduocatos vel vicarios beneficiali iure deſcendat, ſed perſonaliter ditioni ac protectioni noſtræ pertineat, & ſi forte in aliquo caſu hoc per nos vel per legitimos ſucceſſores noſtros immutari contigerit, prædicti fratres reclamandi & alium ſibi aduocatum eligendi liberam habeant facultatem, factumque exiſtimatione careat. Preterea decernimus nullam exactionem vel paratam à nobis vel à Vicario noſtro ſeu hæredum noſtrorum inibi fieri, niſi juxta antiqua jura & Conſtitutiones Imperatorum vel Regum. Emolumentum enim noſtrum vita æterna. Vt ergò huius deliberationis vel conſtitutionis noſtræ ſolemnitas rata permaneat, chartam hanc conſcribi & ſigillo uoſtro inſigniri iuſſimus. Teſtes verò qui huic actioni intererant hi ſunt. *Fridericus* Palatinus Comes. Marchio *Bertoldus*, *Adelgor Auguſtenſis* aduocatus, *Eberhardus* de *Vrichenthorp*, *Henricus* de *Wida*.

Acta ſunt hæc anno dominicę incarnationis Milleſimo Centeſimo LX. Indictione VII.

Anno Imperij Dñi *Friderici* inuictiſſimi Rom. Imperatoris VI.

FRater *Albertus* Epiſcopus quondam *Ratiſponenſis* Apoſtolicæ ſedis auctoritate crucis prædicator per *Alemanniam* & *Boemiam* pro ſubſidio terræ ſanctæ vniuerſis Chriſti fidelibus in Domino ſalutem. Sanctorum meritis inclita gaudia Chriſti fideles aſſequi minimè dubitamus, qui eorum patrocinia per condignæ deuotionis obſequia promerentur, illumque venerantur in ipſis, quorum ipſe

ipſe gloria eſt & retributio meritorũ. Nos igitur ad conſequenda prædicta gaudia cauſam dare fidelibus cupientes omnibus verè contritis & confeſſis, qui monaſterium in *Pollingen*, in inuentione ac exaltatione ſanctæ Crucis & in dedicatione eiuſdem, cum reuerentia & deuotione acceſſerint, de omnipotentis DEI miſericordia confiſi, quadraginta dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum apud *Pollingen* anno Domini Milleſimo Ducenteſimo LXIII. III. Non. Maij.

NOS *Eliſabetha* Dei gratia Regina & Comitiſſa *Görzenſis*, ac *Tyrolenſis*, notum facimus vniuerſis in *Paſſir*, in *Storzingen*, & in *Inſprug* Thelonearijs, quod nos ob reuerentiam ſancti *Saluatoris*, venerabilem Præpoſitum, & Conuentum in *Pollingen* hac præuenimus gratia & fauore, quod ſingulis annis LXXX. equos vinum eorum portantes, ſub noſtra protectione pertranſire dimittimus ſine thelonei exactione, per terminos noſtræ ditionis, vnde ne aliquis ipſos contra hoc mandatum impedire vel moleſtare præſumpſerit, eis hanc litteram dedimus, noſtri ſigilli munimine roboratam, Datum anno Domini M.CC. LXIII. quartò Kalend. Octobr.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterij *Pollingenſis* qui haberi potuerunt.

*Aribo* Præpoſitus obiit die *Matthæi* Apoſtoli.

*Herrich* Præpoſitus obiit die *Iulianæ* Virg.

*Arnoldus* Præpoſ. præfuit circa an. Dñi 1073.

*Hiltipertus* Præpoſitus & Archipresbyter, qui ſpecialis ordinis reparator fuit, obiit altera *Nicolai*.

*Chuno* Præpoſitus piæ memoriæ obiit circa ann. Dñi 1147. 7. Id. Martij, & præfuit annos 44.

*Chunradus* Præpoſitus huius loci piæ memoriæ, obiit anno Domini 1180. qui hanc Eccleſiam libris & ſacris veſtib. diligentiſſimè decorauit, & iſte *Chunradus* fuit Canonicus noſtri Monaſterij *Pollingenſis*, vir vitæ venerabilis, ſtrenuus, fidelis, prudens, & familiaris, Capellanus Beati *Hartmanni Brixinenſis* Epiſcopi, ſibi adeò fideliter & conſtanter rigido animo aſſiſtendo, vt propter ſeueritatem morum alter Epiſcopus, vel Magiſter Epiſcopi diceretur. Huius quoque conſiliis & piæ voluntatis affectu fabrica in *Nouacella* initium accepit. Mortuo igitur *Chunone*, eiuſdem noſtri loci Præpoſito, *Chunradus* iſte Præpoſituræ illius dignitatem, licet inuitus, ſuſcepit, vbi venerabiliter degens, Deoque deuotè ſeruiens Chriſto, religioſam vitam beato fine concluſit, anno quo ſupra, die verò animarum S. altera Nouembr. & præfuit prælaturæ 32. annos.

## Ex membrana antiqua de ſancto *Hartmanno*.

## Dedicatio altaris ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*.

ANno ab incarnatione Domini M.C LX. indict. VIII. 3. Nonas. Nouemb. dedicatur hoc altare à venerabili ſanctæ Brixinenſis Eccleſię Ep̃o *Hartmanno* in honorem ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* V. SS. apoſtolorũ *Simonis* & *Iudæ*, SS. Mart. *Alexan-*

*Alexandri, Felieiſſimi, Siſinnij,* SS. Confeſſorum *Germani, Felicis*, SS. *Mariæ Magdalenæ* & *Anaſtaſiæ* Virg.

## Dedicatio Altaris ſanctæ *Crucis*.

ANNO ab incarnatione Domini M. C. LX. indictione 7. 3. Nonas Nouembr. dedicatum eſt hoc altare à venerabili S. *Brixinenſis* Eccleſiæ Epiſcopo *Hartmanno* in honorem S. Dei genitricis *Mariæ*, SS. Apoſtolorum *Andreæ* & *Iacobi*. Continetur autem de ligno in quo paſſus eſt S. *Andreas*, & reliquiæ SS. martyrum *Georgij, Vitalis, Caſſiani, Colomanni*, SS. confeſſorum *Ingenuini, Albuini, Giſilarij*, SS. virginum *Euſemiæ, Walburgæ*.

*Perchtoldus* Præpoſitus cum Prælaturam ſuſcepiſſet, rexit annos 32. & moritur altera die *Gertrudis* anno 1212.

*Eglo* Præpoſitus cœnobij huius obiit anno 1224. die S. *Annæ*, ſui regiminis fuerunt 12.

*Mangoldus* Præpoſitus huius loci obiit anno 1226. 14. Kalend. Aprilis. rexit annos duos.

*Heinricus* Præpoſitus præfuit 21. migrauit à ſæculo die *Albani* martyr: anno 1247.

*Dietricus* Præpoſitus cum præfuiſſet an. 7. moritur an. Dñi 1254. die *Seuerini* Epiſcopi.

*Guntherus* Præpoſitus rexit Monaſterium annos 18. & defunctus die *Hypolyti* anno Domini 1272.

*Hermannus* Præpoſitus ſumitur in Abbatem Monaſterij *Fürſtenfeld*, & aquæ ductum ex fluuio *Ameræ* per Monaſterium ſtrui fecit.

*Heinricus* Præpoſitus antedicto ſubrogatur & cum rexiſſet annos 6. defunctus eſt pridie *Kunegundis* an. Dñi 1279.

*Chunradus* Præpoſitus dictus *Amſinger* vita, doctrina & moribus inſignis habitus, ita vt in vna litterarũ B. *Chunradus* vocaretur præfuit annos 34. laudabiliter, obiit circa annum Dñi 1313. die SS. *Fabia.* & *Sebaſt.*

*Heinricus* Præpoſitus rexit Monaſterium an. 21. & moritur. 13. Kalend. Aprilis anno 1334.

*Chunradus* Præpoſitus cum rexiſſet annos duos moritur an. Dñi 1336.

*Vlricus* Præpoſitus præfuit annos 5. & defunctus eſt anno Domini 1341. 7. id. April.

*Heinricus* Præpoſitus ob. an. Domini 1345. die 17. Maij cum rexiſſet annos quatuor.

*Chunradus* Præpoſitus, dictus *Schondorffer* clarus ſanguine, induſtrius & valdè vtilis ditando Monaſterio, præfuit annos 36. moritur die *Margarethæ* Virg: & martyr: anno Domini 1382.

*Vdalricus* Præpoſitus, dictus *Kalckmair*, qui & gradualia & antiphonaria ſcribi fecit, præfuit annos 22. & defunctus eſt die *Felicitatis* & *Perpetuæ* anno Domini 1404.

*Wilhelmus* Præpoſitus, dictus *Daberzhouer*, rexit annos 19. & circa annum Domini Milleſimũ Quadringenteſimũ XIV. incendio periit totum *Pollingenſe* Monaſterium: cedit tandem Prælaturæ & moritur *Teclæ* Virgin: anno Domini 1434.

*Vdalricus* Præpoſitus dictus *Schüz* præfuit annos 27. hic poſt ruinam, prout potuit templum ædificiaque alia reparauit, moritur die *Simonis* & *Iudæ*, anno Domini M. CCCC. L.

*Ioann-*

*Iohannes* Præpoſitus dictus *Mairhouer* rexit annos quatuor, obiit 2. Idus Martij an. Dñi 1454.

*Ioannes Vend* Præpoſitus, vir multum vtilis Monaſterio, extruxit quidem inter alia plurima ædificia Sacellum S. *Wolffgangi* cum piſcina ibidem, præfuit laudabiliter annos 37, & obiit Kln. Ianuar. an. 1491.

*Michael* Præpoſitus, dictus *Spett*, vir integer & bonus, præfuit an. 8. & ſtrui fecit piſcinam in *Stadl*, moritur 23. Kln. Septemb. an. 1499.

*Ioannes Zingieſſer* ob. an. 1523. 8. Feb. vir admodum frugi Monaſterio, illudque religione, ædificiis, libris, & redditibus auxit, piſcinam *Nusperg* ſtruxit, Cappas mutauit, rexit bene annos 23.

*Ioannes Vend* Præpoſitus, vir benignus & bonus, hic ſtrui fecit templum diuæ Virg. *Mariæ* monſtrabile, etiam infirmarium horti, ſuperius reformauit molendinum, rexit bene an. 7. ob. 4. Kln. Iunij an. Dñi 1530.

*Chunradus Hârtl* Præpoſitus huius loci, obiit anno Domini 1531. 18. Calend. Octob. Idem Præpoſitus in Prælatura præf. an. & 9. hebdomadas, & in Decanatu 27. annos.

*Gregorius Pez* Præpoſitus, Prælationis culmen prouida ſollicitudine per triginta & vnum integrum annum tenens, moritur 8. idus Auguſti, anno Chriſtiano 1562.

*Erhardus Eÿrl* Præpoſitus, præf. an. 9. & onus Prælaturæ cauſſa ſenectutis reſignauit, anno Domini 1571. die 25. Iulij. & è vita diſceſſit Nonas Martij 1573.

*Iacobus Schvvartz* Præpoſitus, cum rexiſſet Monaſterium *Pollingenſe* an. 20, moritur anno Chriſti 1591.

*Caſparus Leis* Præpoſitus præf. annos viginti quinque, & moritur Idib. Febr. an. à Chriſto nato 1616.

Cui ſucceſſit R. P. *Chilianus* qui hodie *Pollingenſi* cœnobio cum laude præeſt.

## PRVEL.

MONASTERIVM prope Ratiſp. ordinis Carthuſianorum. Gebhardus Eps Ratiſponenſis, primus huius nominis, non ſecundus, Com. de Hohenvvart familiæ Andecenſium, fundo Pruel prope Ratisbonam, per commutationem á Monaſterio S. Emerani acquiſito, inſtituit ibi Monaſterium S. Benedicti ordinis, an. 997. ſub Ottone tertio Imperatore. *Auent. lib. 5. fol. 507.*

CONRADVS ſecundus Imperator dono dedit huic Monaſterio agrum contiguum, vbi nunc eſt villa & Hoffmarchia, dicta Kumpfmül. an. 1036.

EPISCOPI Ratiſp. prætendebant aliquando ius ad dictam Hoffmarchiam, volentes eam trahere ad ſuum iudicium, quod **Brobſtrecht** vocant, inſtituta querela, de hac re coram Concilio Baſilienſi, per Fridericum Epiſcopum, ann. 1445. Sed relictus eſt Abbas in ſua quieta poſſeſſione vſq; nunc. Hartvvicus Epiſcopus cœptum hoc ruinoſum Monaſterium reſtaurauit, & ſub Abbate eius loci ſeptimo Ruthardo conſecrauit, circa annum 1106.

HEINRICVS Epiſcopus Ratisbonenſis impetrauit à Gebhardo, Comite de Kregling, quatenus Aduocatiam illius Monaſterij, quam idem Comes ab Epiſcopo in beneficium habuerat, deinde commendatam certis modis haberet, vt de agris Monaſterij infra miliare vnum nihil penſionis exigeret, reſignato omni iure placidationis infra ambitum Monaſterij. Prædia vero de nouo acquiſita vel acquirenda idem Epiſcopus, conſentiente Comite prædicto, comendauit Heinri-

Heinrico, Præfecto Ratisboneñ. non iure beneficij, ſed defenſionis gratia; ita vt ſine voluntate Abbatis nullum ibi placitum habeat, & de ſingulis prædiis Monaſt. ſolummodo modium auenæ exigat, &c. Item vt Abbas aliquem ex Miniſterialibus Epiſcopi eligere valeat, qui Monaſterio rebelles ſeruitores & ruſticos compeſcat, &c. Acta ſunt hæc Ratisbonæ, anno 1143. Confirmat hoc Conradus Epiſcopus, referens integrum tenorem præcedentis diplomatis, &, quod Comes Gebhardus omnibus iuribus, quæ vel aduocationis, vel feudi nomine in Eccleſia Pruelenſi & eius redditibus habebat, liberè renunciauit, &c. Extant diplomata ibi, poſtremum ſine dato.

ELECTVS eſt autem Conradus Epiſcopus, anno 1186. Vide Catalogum illorum Epiſcoporum.

ALBERTVS Dux Bauariæ, dictus ſapiens, eiectis Benedictinis, propter vitæ diſſolutionem Carthuſienſibus tradidit, auctoritate nimirum Apoſtolica, Anno 1484. Initium huius ordinis ponit Iohann. Auent. lib. 5. Annalium fol. 581.

## ADDITIONES.

*Vide in Epiſcop. Ratiſponē. ſupra, ſub Embrichone Epiſcopo, in addit. pag.*

WIr Friderich von Gottes gnaden Römiſcher Keyſer/zu allen zeiten/mehrer deß Reichs/zu Hungern/Dalmatien/Croatien/ꝛc. Künig/Hertzog zu Oſterreich/zu Steyr/ zu Kherntẽ/vnd zu Crain/Herre auff der Windiſche Marck vnnd zu Portenau/Graue zu Habſpurg/zu Tyroll/ zu Phyrt/vnd Kyburg/Margraue zu Burgaw vnd Landtgraue in Elſas. Bekennen offentlich mit diſem Brieff/vnd tuen khunt allen denen die jhn ſehen oder hören leſen. Das für vns khommen iſt der Erſam Geiſtlich vnſer lieber Andächtiger N. Äbbt deß Gottshaus zu Prül/vnd hat vns einen Permenten Brieff/ von Weilendt vnſerm Vorfahren am Reiche Keyſer Conraden löblicher Gedächtnuß/ außgegangen/ fürbracht/ der von Wortte zu Wortte hernach geſchriben ſteet/vnd lauttet alſo. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Conradus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Si Eccleſiarum Dei loca, alicuius doni incremento ſublimare ſtuduerimus, nobis noſtrique regni ſtatui id proficere minimè diffidimus. Quapropter omnium Chriſti fidelium præſentium ſcilicet ac futurorum nouerit vniuerſitas, qualiter nos diuini amoris inſtinctu pro remedio animæ noſtræ ob interuentum & petitionem *Heinrici* Regis filij noſtri, nec non venerabilis Epiſcopi *Egilperti*, ſed & *Reinperti Vrulenſis* Abbatis eidem Abbati ſuoque Monaſterio in honore ſancti *Bartholomæi* Apoſtoli conſtructo atq; dedicato omnem illum agellum ſuo Monaſterio contiguum. In villa & erga villam quæ olim Genſtal dicebatur, videlicet infra confinia trium viarum, quarum vna de *Ratiſpona* ducit ad Auſtrum, contra vineas in *Iſinng*: Altera de eadem ciuitate ducit ad Auſtrum & occidentē in ſublimem montem, vſque ad veteres tumulos. Tertia de eiſdem tumulis contra orientem ducit ad præfatas vineas. Omnem illum agellum intra præſcriptas vias poſitum noſtroque Iuri pertinentem in pago *Tunckavv*, in comitatu *Ottonis* exceptis triginta iugeribus cum omnibus pendiciis eius, viis & inuiis, cultis aut incultis, exitibus aut redditibus, quæſitis ſiue inquirendis, ſeu cum omnibus quæ quolibet modo vtilitatibus dici aut ſcribi poſſunt, per hanc noſtram imperialem paginam concedimus atque largimur, & de noſtro iure ac dominio in eius ius & dominium transfundimus ea videlicet ratione, vt ſi quis *Ratiſponen.* Eccleſiæ Epiſcopus quod abſit idem Monaſterium deſtruere, vel Monachorum vitam inibi violare præſumpſerit, præſcriptus agellus ad regales redeat manus, ſin autem firmum & inuiolatum præſcriptum Monaſterium permanſerit,

manſerit, iam dictus Abbas *Reinpertus* ſuique ſucceſſores liberam poteſtatem habeant, exinde quicquid eis placuerit faciendi ad eorum vtilitatē Eccleſiæ omnium hominum videlicet contradictione remota. Et vt hæc noſtræ donationis auctoritas ſtabilis & inconuulſa ita permaneat hoc p̄ceptū inde cōſcriptū manu propria corroborantes, ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus. Signum Dn̄i *Conradi* Romanorū Imperatoris inuictiſſimi, * Cancellarius vice *Burdonis* Archcapellani recognouit. Datum ſecund. idus Februarij, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo triceſimo ſexto, Indictione quarta. Anno vero Domini *Conradi* ſecundi regnantis duodecimo. Imperantis autem Nono. Actum *Auguſtæ* feliciter. Amen.



Vnd vns darauff diemiettigelich angeruffen vnnd gebetten/ das wir jm ſeinen Conuent vnd Gottshauß denſelben Brieff/ mit ſam̄t allen vnd jeglichen Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Brieuen/ Priuilegien altem herkhomen/ vnd gueten gewonheiten ſo ſein Vordern vñ er von vns/ vnd vnſern Vorfaren am Reiche Römiſchen Keyſern vnd Khünigen redlich erworben vnd herbracht hetten/ in allen vnd jeglichen jren ſtuckhen artieckhlen/ Clauſen/ wortten/ meinungen vnnd begrieffungen/ als Römiſcher Kheyſer zu confirmirn vnd beſtetten gnedigelich gerüchten. Deß haben wir angeſehen ſein demütig bette/ auch den löblichen Gottsdienſt/ ſo tägliche/ an vnderlas in dem genanten Gottshaus zu Veül/ mit Andacht volbracht wirdet. Vnd darumb mit wolbedachten mut/ gueten Rathe/ vnd rechter wiſſen/ demſelben Abbt ſeinem Conuent vnd Gottshauß/ den oberürten vnſers Vorfaren Kheyſer Conradus Brieff mit ſambt allen vnnd jegelichen andern jren Gnaden/ Freyheiten/ Brieffen/ Priuilegien/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ altē herkhomen vnd guten gewonheiten/ in allen jren worten/ Clauſeln/ puncten/ meinungen/ inhaltung vnnd begreiffung/ in aller maß als ob die alle vnnd jede beſonder von wort zu wort in diſem vnſerm Kheyſerlichen Brieff geſchriben weren/ als Römiſcher Kheiſer gnedigelich Confirmirt vnd beſtett/ Confirmiren vnd beſtetten in die auch von Römiſcher Kheyſerlicher macht wiſſentlich in crafft diß Brieffs/ was wir in von recht oder auß Gnaden daran zu confirmiren vnd beſtetten haben. Alſo das ſie vnd jhr Nachkhommen ſich der nu hinfir zu ewigen zeiten frewen/ gebrauchen genieſſen vnd gentzlich dabey bleibē ſollen vñ mügen vō allermenigelich am ſeinen Rechten vnergreifflich vñ vnſchedlich. Vnd gebieten darauff allen vnnd jeden Fürſten/ Geiſtlichen vñ Weltlichen Grauen/ Freyen/ Herrn/ Rittern/ Knechten/ Hauptleuthen/ Ambtleuten/ Vögten/ Pflegern/ Verweſern/ Burgermeiſtern/ Schultheiſen/ Richtern/ Räthen/ Burgern/ vnd Gemeinden/ vnd ſunſt allen andern vnſern vnd deß Reichs Vnderthonen vnnd Getrewen Ernſtlich vnd veſtigelich mit diſem Brieff/ das ſi den vorgenanten Abbt ſein Conuent vnd Gottshauß an dem obgeſchribnen vnſern Vorfarn Kheiſer Conrads Brieffe auch allen andern jren Vorberierten Gnaden/ Freyheiten/ Brieffen/ Priuilegien/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ alten herkhommen/ gueten gewonheiten/ vnnd diſer vnſer Confirmation vnnd beſtettung/ nicht hindern noch jrren. Sonder ſi der berüblichen gebrauchen genüſſen vnnd gentzlich dabey bleiben laſſen. Als lieb in allen vnd jeglichen ſey vnſer vnnd deß Reichs ſchwere vngenad/ vnd verlieſung einer pen/ nemblich viertzig Marck löttigs goldes zuuermeiden/ die ein jeglicher ſo hiewider thete verfallen ſein ſoll. Halb in vnſer Kheiſerliche/ Cammer vnd den andern halben theil den vorgenanten Abbt Conuent vnd Gottshaus vnableſſig zubezahlen. Mit vhrkhundt diß Brieffs mit vnſern Kheyſerlichen Maieſtät anhangenden Inſigel beſigelt. Geben zu Wien am Montag nach Michels Tag. Nach Chriſti Geburt viertzehenhundert vnnd im eins vnnd ſiben-

tzigiſten. Vnſer Reich deß Römiſchen in zwei vnnd dreiſſigiſten / deß Keiſerthumbs in zweintzigiſten vnd deß Hungeriſchen in dreyzehenden Jaren.

Ad mandatum proprium
Domini Imperatoris.

INnocentius Eṗs ſeruus ſeruorum DEI, ad futurã rei memoriã. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuũ cuilibet conſeruetur. Hinc eſt q, nos tenorẽ quarundã litterarum felicis recordationis *Sixti* Pape IV. prædeceſſoris noſtri in Regno ipſius ṕdeceſſoris repertũ pro eo q, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij & Nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni* altæ & baſſæ *Bauariæ* Ducis petitio continebat ipſe huiuſmodi tenore ex certis cauſis noſcitur indigere de Regro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & ad ipſius *Alberti* Ducis ſupplicationis inſtantiam præſeotibus annotari fecimus, qui talis eſt. SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, dilectis filiis Præpoſito in *Forcheim Bambergen.* Diocœſis & Decano veteris Capellæ *Balthaſari Hundertpfundt* Canonico *Ratiſponen.* Eccleſiarum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex ſuperna prouidentia maieſtatis Romanæ Pontifex in apoſtolicæ dignitatis ſpecula conſtitutus circa Monaſteriorum & aliorum locorum eccleſiaſticorum ſtatum in melius dante Domino cõmutandum, prout ex debito ſibi paſtoralis incumbit officij diligenter proſpicit & intendit ac illorum ſtatum ad diuini propagationem cultus alterari interdum mandat prout rerum penſatis circumſtantiis in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sane pro parte dilecti filij Nobilis Viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni*, altæ & baſſæ *Bauariæ* Ducis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum dilectus filius *Chriſtophorus* Abbas Monaſterij in *Prül Ratiſponen:* Diocœſis ordinis ſancti *Benedicti* olim exigentibus eius malo regimine & dilapidatione bonorum eiuſdem ab illius regimine & adminiſtratione ordinaria auctoritate dudum amotus & demum aliquot annis effluxis eodem Monaſterio per quendam presbyterum ſæcularem ſimili auctoritate illius curæ præfectum ad bonum ſtatum, quoad fructus, redditus & prouentus, reducto ad regimen & adminiſtrationem prædicta eadem auctoritate reſtitutus fuiſſet, Monaſterium ipſum iterum ad malum ſtatum deduxit, & timens vt creditur viſitari ab eodem Monaſterio recedens & illud pro derelicto habens ab eo aliquandiu abſuit, prout adhuc abeſt de præſenti; eiuſdem verò Monaſterij pauci Monachi, vtpote ad deducendum in dicto Monaſterio regularem & exemplarem vitam, inhabiles & inexperti ad alia Monaſteria ſeu regularia loca ſunt translati & eiusdem Monaſterij curam iterum cuidam presbytero ſæculari dicta auctoritate commiſſa extitit, cuius opera fructus, redditus, & prouentus præfati non modicum ſuſceperunt incrementum, adeo vt ad ſuſtentationem decentis numeri perſonarum ſub regulari obſeruantia viuere violentum ſufficere credantur. Et, quod, ſicut eadem petitio ſubiungebat, cum in partibus illis ſit non paruus defectus monachorum dicti ordinis, ſaltem regularis obſeruantiæ & exemplaris vitæ exiſtentium, ſi Monaſterium ipſum fratribus *Cartuſien.* ordinis concederetur pro eorum domo & perpetua habitatione, exiſtente illius proſpero & fœlici regimine cum diuini cultus & deuotionis populi ad illud augmento animarumque ſalute oportunè conſuleretur. Quare pro parte dicti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum vt in dicto Monaſterio Abbatialem dignitatem ac nomen & titulum Monaſterij, ordinemque prædictum extinguere & illud dicto

*Car-*

*Cartuſien.* ordini & illius fratribus pro eorum domo iuxta eorum ritus & mores perpetuo regendum & gubernandum concedere aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui votis per quæ regularium locorum quorumlibet ſtatui & indemnitatibus animarumq; ſaluti conſulitur libenter annuimus eaque fauoribus proſequimur oportunis dicti monaſterij ſtatui prouidere volentes, vt tenemur huiusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vel duo aut vnus veſtrum in dicto monaſterio, cuius fructus, redditus, & prouentus centum quindecim Marcharum argenti, ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum vt dictus Dux aſſerit, non excedunt Abbatialem dignitatem ac nomen & titulum ordinemque prædicta auctoritate noſtra penitus ſupprimatis & extinguatis, ac illud cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis dicto *Cartuſien.* ordini & illius fratribus pro eorum domo iuxta eorum ritus & mores ac regularia eiuſdem *Cartuſien.* ordinis inſtituta perpetuo regendum & gubernandum dicta auctoritate concedatis, ac fratres dicti *Cartuſien.* ordinis & ſi nobis ac dicto Duci viſum fuerit expedire præſertim in domo *Nürembergen.* dicti ordinis Cartuſien. degentes ad ipſum Monaſterium transferatis & illud de fratribus prædictis *Cartuſien.* ordinis reformetis ac eiſdem fratribus vt ad illud ſic ſe transferre & illud pro eorum domo iuxta eorum ritus mores & regularia inſtituta perpetuis futuris temporibus tenere & inhabitare liberè & licitè valeant præfata auctoritate concedatis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſterij & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunque, ſeu ſi Abbati & Monachis præfatis vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim à ſede apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datæ *Romæ* apud ſanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, vndecimo Kln. Nouembris, Pontificatus noſtri anno tertio decimo. Cæterum vt earundem literarum tenor prædictus ſic inſertus omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat, apoſtolica auctoritate decernimus, vt illud idem robur eamque vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litteræ ſupradictæ, & eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandocunque & vbicunque ſiue in iudicio ſiue alibi vbi fuerit exhibitus vel oſtenſus & eidem tenori firmiter ſtetur in omnibus ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus ſed antiquum tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datæ Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Quadringenteſimo, octuageſimo ſeptimo, decimo ſeptimo Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno tertio.

A. de *Vrbino* P. de *Baſchenis.* P. *Turbas*
*Peruva*

## PRVFENING, ALIAS BRVFLING.

SVPRA Ratiſponam ad confluentes Danubij & Nabi, fundatur per ſanctum Ottonem, Epiſcopum Bambergenſem, Pomeranorum Apoſtolum, an 1109. Cùm verò locus ille Monaſt, ad Canonicos veteris Capellæ pertineret, S. Otto alterius prædij permutatione locum illum obtinuit, eiectis deinde ſecularibus Canonicis, ſubſtituit Præmonſtraten. an. 1122. Hic Otto Epiſcopus dedit caſtrũ ſuum & vicum in Abach, cum pertinentiis, quæ S. Heinricus antea Eccleſię Bambergenſi dederat, Deſtructum eſt caſtrum per Ottonem Epiſcopum, ne rurſus à Principibus Bauariæ occuparetur, qua re parum profecit. Nam Ludouicus Dux alia largitus prædia Cœnobio, arcem reſtaurauit & occupauit. Auent. in Anna. lib. fol. 3. 614. 660.

PRIMVS Abbas illius Monaſterij S. Erchamboldus, ex Hyrſaugienſi Monaſt aſcitus, ob. ann. 1121. ſub Hartvvico Epiſcopo Ratiſponenſi.

## ADDITIONES.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Otto* Dei gratia *Babenbergen*, Eccleſiæ Eps octauus. Quoniam exhortationis propheticæ inſtructi admonition. dicẽte: Eripite paupertam & egenum, de manu diripiente eum liberate, locum cellæ noſtræ in *Pryſeringen* apud ripam *Danubij* à nobis diuina prouidentia, nouiter in honorem S. *Georgij* martyris Chriſti patroni noſtri conſtructum pauperẽ proch dolor & egenum de manu diripẽte eum omni quo poſſumus ſtudio liberare intendentes, ipſum ab omni iugo ſeu iure Aduocatiæ, & ab omni Aduocato perpetua conceſſione inſtituto, perpetuis temporib. liberũ eſſe decernimus & ſancimus. Vnde & præſentib. ſcriptis in ciuitate Dei ſub obteſtatione diſtricti eius iudicij, interdicim⁹, præcipim⁹, inhibem⁹, ne alicui ſucceſſorũ noſtrorum Epiſc. Regum, Principum, aut Abbatũ, dicto loco aduocatũ vel ſubaduocatũ ꝑpetua conceſſione præficere liceat, niſi qui ad voluntatẽ & petitionẽ Abbatis, & fratrũ ibidem Deo militantium, pro tempore neceſſarius, ſimplici comiſſione ab Epiſcopo *Bambergẽ*. prouideatur, ſola contentus irremuneratione diuina & duobus boccis hyemalib. Præcauendum aũt eidem prouiſori decernimus ne infra ſepta cellæ vel extra in aliquo locorum poſſeſſionum eiuſdẽ placitum aut collectum hominum habeat, nec exactionẽ aliquo modo faciat, ſeruicia quoque nulla requirat, niſi quę fratrib, ſibi ex charitate impendere placeat. Nulli grauis extra vel infra petition. aut violentia, ſibi exiſtere liceat, ordine iudiciario conquiſita ad Abbatis diſpenſet voluntatem. Præcaueat etiam ne ipſum Abbatẽ aut officiales Monaſterij in aliquib. iudiciis ſiue diſpenſationib. in bonis Eccleſiæ ſuæ coarctare præſumat, niſi aliquid per eos ad ipſum deuoluatur, aut ſi cauſa vel furtum aut homicidium ſpectare videatur. Tunc enim de reo non de reb. ſe intromittere debet. Sed oĩa illius mobilia & im̃obilia Cœnobio illæſa reſeruentur. Nulli tũ ſibi nec alicui mortalium qualicunq; modo reo aut proſcripto infra cellę ambitum manum iniicere liceat, ſed procuration. fratrum ad locum ſecuram extra ſepta deducatur. Hanc etiam conſtitutionem ab omnibus Eccleſiæ aduocatis, qui ab antiquis temporib. in bonis eiuſdẽ à nobis vel à quocunq; alio collatę aut in futurum Deo prouidẽte conferẽdis cõſtituti eſſe videntur, inuiolabiliter obſeruari, Dei, & noſtra decernimus autoritate, illis firmiter præcipiẽtes, vt deputata ſibi ſum̃a contenti, nullum exactionis grauamẽ, petitionem aut violentiam hominib. ipſius inferre præſumant. Ipſas etiã Aduocatias nulli aduocatorũ infeodare obligare aut vẽdere ex integro aut ꝑ partes, omnino liceat, niſi for-

tè ad meliorem cōmutationem fratrum conſenſu hoc ipſum eueniat. Alioqui
non ſolum ex ipſo facto, ſuo iuri renuntiaſſe videbitur, ſed & nullum effectū ip-
ſa præſumptio habere cognoſcatur. Inhibemus etiā ne alicui Aduocatorum in
bonis dicti Cœnobij, aliquo modo ſubaduocatum, aut aliquā aliam nociuā per-
ſonā conſtituere aut pati liceat, ſed oīa in animā ſuam & fidē ſibi cōmiſſa fideli-
ter procurare ſtudeat. Hæc itaq; non ſolum de principali Monaſterij prouiſore
inſtituendo, ſed de oībus bonorum ſuorum aduocatorum, tàm habit. quàm ha-
bend.: Ideo ſuccinter diſtinximus, vt ſi aliquis hanc noſtræ confirmationis for-
mulā infringere aut elation: vitio aliq: præſumption. violare attētauerit, nec
etiam tertio cōmonitus, à ſua malitia reſipiſcere voluerit, ex ipſa ſui temeritate,
omni prouiſione ſibi cōmiſſa, omni iure ſuo ſe priuatū nouerit, & alium ſibi ad
petitionem & voluntatē fratrum, à noſtris ſucceſſorib. ſurrogandū. Quod & ob-
ſeruandum Dei & fundationis noſtræ autoritate irrefragabiliter ſancimus. Ad
maiorē etiā *Prüfering.* Eccleſiæ vtilitatē firmiter inhibemus & præcipimus, ne a-
liquis ſucceſſorum noſtrorum Epiſc: aut Abbatum, de bonis illiꝰ aliquid aliena-
re aut infeodare præſumat: niſi antiquo iure fieri hoc oporteat. quod & per ma-
num Abbatis fiat, quo expirante in cōmunes vſus fratrū tranſeat, nec aliqua alia
diſpenſatio robur firmitatis habeat. Præterea ſtatuimus & confirmamꝰ ne alicui
præfati Monaſterij prædia hæreditario iure poſſidenti, ipſa liberorum vel nepo-
tum ſuorum occaſione vendere aut in partes diuidere liceat, nec alium hæredē
in ipſis niſi de noſtra aut cœnobij familia procreatum facere præſumat. Quod ſi
quis temere præſumpſerit, omni iure ceſſante ipſius & Monaſterij vtilitatē de-
cernimus transferenda. Neceſſarium etiā Dei & noſtra benedictione indulgen-
dum duximus, vt Eccleſiæ noſtræ hominib. cum Cœnobij familia mutuū habe-
re contractū liceat, hoc tn̄ mediante, vt procreatio ſobolū æque diuidatur, vnicā
tamen Monaſterium habebit. Promittimꝰ etiā & fideliter ab oībus Eccleſiæ no-
ſtræ Cenſualib. in vniuerſis prædiis Monaſterij conſtitutis obſeruari volumus,
vt quamdiu in eiſdem de morātur bonis, tamdiu etiam debitum nobis cenſum
ad continuanda ſanctorum lumina cœnobio perſoluere non obmittant, nullā à
quoquā hominum ſuper hoc pęnam ſubituri. Ordinamus etiā & firmiter ſtatui-
mꝰ, vt de ſingulis Eccleſiis parochialib. ad præfatū cœnobium ſpectantib. ſingu-
lis an̄is procuratiō: ſacerdotū ſeu ab ipſis ſacerdotib. libra ceræ perſoluatur, aut
media ad habenda lumina in obſequiis diuinis neceſſaria. Si quis aūt ſacerdotū
hæc negligere præſumpſerit, nec admonitus reſipuerit, talis officio ſuo & bene-
ficio ſe priuatū nouerit, & ad ſuā cōpeſcendam malitiā, Eccleſiam ſibi collatam
autoritate noſtra per Abbatē alteri cōferendā. Caueat aūt Abbas vt non niſi no-
ſtræ ordinationi obedire volentib. aliquid de Eccleſiis Monaſterij conferre prę-
ſumat. Præterea dilectis fratrib. noſtris in *Prÿſeninge* Deo ſeruientib. & in perpe-
tuum ſeruituris poteſtatē cōceſſimus vt de nemorib. noſtris in *Schambach* vide-
licet & in *Nittenavve* & in *Schlüchtē* ſumant ſibi ligna ad omnē vſum cellæ ſuæ
neceſſaria. Nullius vnquā noſtræ cōfirmationis defenſi protectiō: paſſuri repul-
ſam. Itē ad maiorē in poſterū recognitionē, pręſenti pagina dignum inſerēdum
duximꝰ, ꝙ quatuor clauſtris noſtris, *Aſpach* videlicet, *Alterſpach*, *Oſterhouē* & *Pru-
fening.* vi. tal. & dimidiū vel æquiualētiam ſalis, quantum pro ipſa pecunia con-
gruit à Præpoſito noſtro in *Halle*, in Epiſcopatu *Salzeburg.* ſingulis an̄is perſoluēda
imppetuū delegauimus. De quarū rerū diſtributione *Pruſeningē* Monaſterio xx.
ſolidos vel totidē carratas ſalis maioris ponderis deputauimus, nunquam ipſius
delegationis beneficio fruſtrandum. Indulgemꝰ deniq; Dei benedictione & no-
ſtræ approbationis cōfirmation. vt ſi quis Eccleſiæ noſtræ miniſterialiū ac man-
cipiorum, diuino afflatus inſtinctu, renunciaturus ſæculo, in ſæpedicto Mona-

ſterio conuerſari aut eidem de reb. ſuis mobilib. aut im̃obilib. aliquid conferre voluerit, hoc illi abſq; omni ſui præiudicio liceat & offenſa. Præterea ſi quis de bonis Eccleſiæ noſtræ habens feudum, & hoc ipſum cœnobio pro ſui memoria conferre, aut aliqua ex neceſſitate vendere contigerit, ſi hoc Deo auertente, aliquis ſucceſſorũ noſtrorum Epiſcoporum inhibere attemptauerit, talis ad principale cœnobij altare auctoritate noſtræ confirmationis, nec non Pontificum, Rom. & Regum fundationem noſtram ſuis priuilegiis corroborantium propoſito ſuo qualicunque, præſentib. idoneis teſtib. ſatisfacturus, fiducialiter accedat, nulla omnino ſui iuris perterritus læſione. Hæc de omnib. indifferẽter perſonis, Eccleſiæ noſtræ feodali iure attinẽtib. cuiuſcũq; ſint poteſtatis, cuiuſcũq; ditionis, diſpenſando decernimꝰ. Cũ igitur omnia hæc præmiſſa, nec non & alia pleriſq; ſcriptis confirmata, ad prouiſionẽ *Prüfeningẽ:* Monaſt. non alicuiꝰ motu leuitatis aut arrogantia elationis, ſed ſolo æternę remunerationis reſpectu, pꝛ æterna requie ac ſalute viuorum & mortuorum omnium nobis com̃iſſorum, cõmuni accedente conſilio & conſenſu omnium fratrum noſtrorum canonicorũ ac miniſterialium noſtrorum, ordinauerimus, delegauerimus, confirmauerimus, nos atque perſonam Eccleſiaſticam vel ſæcularem, diuitem & pauperem, ſublimen & humilem, huic noſtræ ordinationi, delegationi, confirmationi contrariam verbo aut opere, occultè aut manifeſtè, niſi citius cognita noſtra conſtitutione reſipuerit in verbo Dñi, autoritate B. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum & eorum ſucceſſorum licentia & poteſtate Dñi PP. nec non autoritate nobis cœlitus commiſſa, & omnium Chriſti Sacerdotum vinculo iñodamus anathematis æternis ſuppliciis pro ſui temeritate puniendam. Ne itaque noſtris ordinationib. ſeu delegationib. præſentib. ſcriptis confirmatis aliquo modo, aliquo caſu à quoquam mortalium reluctetur, omninò hanc inde chartam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione roborari fecimus, teſtib. qui præſentes aderant ſubſcriptis: *Eberhardus* Præpoſ. *Engelbertus* Decanus. *Conradus* Cuſtos, *Titto* Scholaſticus, *Tiemo* Præpoſ. *Anſelmus* Præpoſ. *Vdalricus*, *Volmarus*, *Hermannus*, *Leupoldus*, *Minhardus* Canõ. *Starcher* de *Mürrindorf*. *Rudolfus* de *Oſterhouen*, *Conr Camerarius* & alij.

Actum *Babenbergk* anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXIII. Indictione prima menſe Febr. XVI. Kln. Martij Luna XIV. febr. III. regnante Heinrico Imp. IV. an. Pontificatus III. & XXII.

INnocentius Eps ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio *Herboni* Abbati Monaſterij S. *Georgij* de *Prüfeningen*, quod inter *Ratiſponam* & *Danubium* ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Officij noſtri nos hortatur autoritas religioſas perſonas ac loca eorum regimini commiſſa diligere atq; ipſorum quieti & vtilitati, auxiliante Dño ſalubriter prouidere, dignum namq; & honeſtati conueniẽs eſſe cognoſcitur, vt qui ad Eccleſiarum regimeñ. aſſumpti ſumus, eas à prauorum hominũ nequitia tueamur, & B. *Petri* ac ſanctę *Romanæ* Eccleſię patrocinio muniamus. Ideoq; dilecte in Dño fili *Herbo* Abbas, tuis iuſtis poſtulationib. clementer annuimus, & B. *Georgij* Monaſterium cui auctore Dño pręeſſe dignoſceris, apoſtolicę ſedis priuilegio decoramꝰ. Statuimꝰ enĩ vt quaſcunq; poſſeſſiones, q̃cunq; bona idẽ Monaſteriũ in præſentiarũ iuſtè & legitimè poſſidet, tibi tuiſq; ſucceſſorib. & p vos iam dicto cœnobio huius ſcripti pagina confirmamus. Porro decimam à venerabili fratre noſtro Ottone *Babenbergen.* Epiſcopo vobis conceſſam quam ab *Hertvvico Ratis.* Epiſcopo per gratum concambiũ obtinuiſſe cognoſcitis, vobis præſenti ſcripto firmamꝰ. Cellã etiã *Aſpach* dictã, quam idẽ Eps ſuis laborib. ac ſtudio acquiſitam diuini amoris intuitu eidẽ loco contulit, à nullo vnquã hominũ alienari vel aliquo modo auferri ſancimꝰ. Decernimꝰ etiã vt ordo monaſticꝰ qui in eodem cœnobio à priſcis tẽporib.

noſci-

noſcitur inſtitutus perpetuis temporibus ibi integer conſeruetur. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & beati *Benedicti* regulam elegerint. De laboribus quoq; veſtris tam infra quam extra ſepta monaſterij quos propriis ſumptibus excolitis decimas à vobis nemo exigere præſumat. Interdicimus etiam, vt nullus Epiſcopus qui in *Babenbergen.* Eccleſia pro tẽpore fuerit, vel aliquis alius occaſione alicuius rei vel aduocatiæ idem cœnobium aliquibus exactionibus grauare, vel eius poſſeſſiones à prædicto Epiſcopo vobis collatas, vel vndecunq; acquiſitas ſeu oblatas, alicui in beneficium dare, vel fratrũ vſibus ſubtrahere præſumat. Quæcunq; præterea bona idem monaſterium conceſſione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Deo in futurum poterit adipiſci, firma vobis & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum fas ſit, idem cœnobium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur, tam veſtris quam fratrum veſtrorum ac pauperum vſibus profutura. Si qua igitur impoſterum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens cõtra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Collation. Io.






Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego *Gvvilelmus Preneſtinus* Epiſcopus ſſ.
Ego *Theodevvinus* S. *Rufinæ* Epiſcopus ſſ.
Ego *Gregorius* Dyac. Card. ſancti *Georgij* & *Bathi* ſſ.
Ego *Gvvido* Dyac. Card. S. *Adriani* ſſ.
Ego *Boecius* Dyac. Card. Sanctorum *Viti* & *Modeſti* ſſ.
Ego *Anſelmus* presbyter Card. ſſ.
Ego *Latifredus* presbyter Card. tit. *Veſcinæ* ſſ.
Ego *Lucas* presbyter Card. tit. ſanctorum *Iohannis* & *Pauli* ſſ.
Ego *Griſogonus* Dyac. Card. Sanctæ *Mariæ* in porticu.
Data *Piſis* per manus *Aymerici* Sanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Diacon. Card. & Cancell. XI. Kal. Nouemb. Indict. XIV. Incarnation. Dominicæ Anno M. C. XXXVI. Pontificatus vero Domini *Innocentij* PP. II. An. VII.

IN

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS. *Otto* Babenbergenſis Dei gratia octauus Epiſcopus. Quoties in ſpem retributionis diuinę animum intendemus in omne opus bonum paratas & promptas deuotę intentionis manus extendimus, vt quia Dei operarij ſumus à vinea domini foris otioſi non ſtemus, vt autem ex ea perfecti laboris denarium reportemus ſi qua forte quę ad decorem domus Dei vel ad vtilitatem Deo famulantium conducant, egerimus, vt quieta imposterum & rata permaneant procurare debemus. Quapropter notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus qualiter nos domino cooperante inidipſum inter *Ratiſponã* & *Danubium* locum, cui *Prüfening* nomen eſt inditum, in ſaluationem animarum prouidimus eligendum. In quo loco quidam nomine *Raoco*, olim prædium poſſedit ad Eccleſiam quæ vetus Capella dicitur, pertinens, quod hoc modo communicauimus. Sex manſos, iuxta *Ambergk* per nos acquiſitos, per manum *Meribotonis* liberi hominis prædictæ Eccleſiæ donauimus & à manu *Adelberti* de *Windeberge* eiuſdem Eccleſiæ Aduocati ſupradictum allodium accepimus. Sed cum in eadem poſſeſſione magnam contradictionem à *Friderico Heinrici* filio de *Burgetore* haberemus, datis ei octoginta libris argenti, omnem contentionem eius diſſoluimus. Conſtruximus igitur ibidem in honorem Dei omnipotentis & S. *Georgij* martyris Monaſterium Monachorum ſecundum regulam S. *Benedicti* degentium in perpetuum propter vitam æternam fauente miſericordia Dei inibi futurorum. Vt autem id firmius & ſtabilius eſſe poſſet, placuit nobis eandem cellam beato *Petro* & *Babenbergenſi* Eccleſiæ mancipare, ea intention. & patron. vt ſub tantæ Eccleſiæ Mundiburdio & defenſione, ab omni aduerſariorum iniuſta læſione protegi poſſit ac defendi, & reuera prudenti conſilio id fecimus. Primum propter vitæ æternæ ſpem, ob remiſſionem peccatorum, ob ſalutem corporum & ſempiternam requiem animarum, ob quotidianam memoriam noſtri, & noſtrorum omnium parentum & propinquorum, ſimulque vniuerſorum ad curam noſtram pertinentium, ob memoriam quoque Regum, Epiſcoporum ac Principum omnium prædictæ cellæ ſtatum & honorem diligentium & defendentium, atque omnium Chriſti fidelium, ac præterea vt cunctis Chriſti pauperibus, prout poſſe ſuberit, beneficium illuc pateſiat receptaculum. Notificamus igitur cunctis Chriſti fidelibus, quod eidem monaſterio delegauimus *Bebenbach, Münnebach, Sitenloch, Maliſtorff*: quę *Otto* miniſterialis noſter in beneficium habuit, donec ea ſponte cum ipſo ſæculo dereliquit, quibuſque per concambium datis, cellam noſtram *Aſpach*, à præfato Cœnobio nobis mutuare complacuit. Cætera etiam loca, quæ per manus aduocatorum eidem loco contulimus, & ſeruis Chriſti ibidem degentibus in victum & veſtitum conceſſimus, *Hemenſigile*, *Wittenreüt*, *Sigisfridereüt*, *Vnderloch*, *Erlebach*, *Bruneshoue*, *Charlmansfelde*, *Schiffloch Pernreüt*, *Rindhardeſreut*, *Diezenreutt*, *Kdermeſreut*, *Chelierreut*, *Dürrenſaze*, *Rechart*, *Iderne*, *Diepirgereütt* cum ſuis appẽdiciis, *Irmenreut*, *Gumprechtſreut* *Mingoliſreut*, *Hildepranderreut*, *Pagmeſreut*, *Pfaffenreut*, *Oberhatzreut*, *Dedalichreut*, *Gottepoldeſreut*, *Nevvenkircken*, *Wirndeſreut*, *Pernreut*, *Fridricheſreut*, *Vronavve*, *Crodental*, *Teuſmreut*, *Iezenreut*, *Conradſreut*, *Ioueranſdorf*, *Gotepolelſreut*, de *Mogenſpach*, *Coevvineſreutt*, de *Rode*, *Raumeſreutt*, *Stoke*, *Graſolſinge*, *Oberdorff*, cum totali monte & valle, & omnia illic culta & inculta ad nos pertinentia. *Lengelfelt* cum ſylua. Ne igitur de hys prænominatis prædiis *Oberdorf* videlicet & *Achebach* & *Lengefelt*, & de ſuis pertinentiis, aliqua imposterum fraudis ſurrepat peſtilentia, propterea quia de hiis *Fridericus* de *Betendorff* inbeneficatus à nobis fuerat, expreſſius de ipſis cunctis innoteſcere decreuimus, quia ea quæ ad Eccleſiam noſtram prædicto *Friderico*, abſque filiis hæredibus mortuo, iure & libere tranſi-

bant,

bant, vel ea quæ ab ipſo de eodem beneficio aliis in beneficium hæreditarie ceſ-
ſerunt, hæc omnia Eccleſiæ S. *Georgij* in *Prüfening* in dotem & vtilitatẽ ibi Deo fa-
mulantiũ, cum cõſilio & aſſenſu Canonicorũ & miniſterialium noſtrorũ libera
manu in perpetuũ inibi cõdonauimus permanenda. Hanc tamẽ diſcretionis in-
terponentes obſeruationẽ, ſcilicet q, ea q̃ mors de propria manu *Friderici* rapi-
endo, Eccleſiæ noſtræ reddidit, *Prüfenningẽ.* fratribꝰ in prouentũ victus & veſtitꝰ
incunctanter Deo auctore ſuccedant. Similiter & de his q̃ aliis in beneficiũ per
manũ *Friderici* ceſſerunt, Pontificali noſtra decernimꝰ fieri cõfirmatione, ſi tamẽ
nulla heredum ipſis morientibus ſupereſt poſteritas. Si autem aliquis de præ-
memoratis redditibus inbeneficiatus, habens filiũ, & ipſum eo viuente benefi-
ciũ ſuum hereditari voluerit, per manũ *Prüfeningen.* Abbatis illud fieri habeat,
nec vlli ſucceſſorum noſtrorum hoc facere aut ſibi vendicare, Deo prohibente
liceat. Simili modo defunctis patrib. omnes heredes ſua beneficia à *Prufeningen-
ſi* Abbate accipiant. Si autem quandoq; omnis hæredum expirauerit ſucceſſio
mortalium, quod miſericordi Dei prouidentia fieri nõ ambigimus, prætitulata
prædia vlli cuiq; nec *Babenbergen.* Epiſcoporum nec *Prüfeningen.* Abbatũ ab Ec-
cleſia Chriſti in *Prüfeninge* aliqua obligatione liceat alienare. Præterea ſæpe iam
dictæ Eccleſiæ contulimus apud *Schambach* manſſ. I. In *Chochenthal* quatuor
manſſ. *Buckeliten* apud *Stadilia* II. & dimidium. *Hembure* apud *Clingen* II. manſſ. &
dimidium in *Windenvvinckel* III. manſſ. Apud *Schachn.* III. manſſ. & dimidium
apud *Schönberg* III. manſſ. & dimidium apud *Arnſt.* III. manſſ. iuxta fontem XII.
manſſ. In *Neunkirchen* manſſ. I. In *Moſeheim.* II. manſſ. apud *Süſſenbergk* manſſ. I. In
*Sneitbübel* & in *Stocke* quatuor manſſ. In *Grula* manſſ. I. In *Wolmuteſtorff* quatuor
manſſ. In *Wagenſazze* II. manſos. In *Waltenhouen* I. manſſ. In *Otteretshoue* necnon
in *Dietfurt* I. manſſ. In *Armensfelde* vnum manſſ. Eccleſiã in *Choſſ. Rochreut* cum
tribus manſſ. Item ibidem manſſ. I. prædium quoq; *Lobeſingen*, quod à quadam
matrona datũ, ꝑ concambiũ in *Wiſſennacha* decimatione accepimus. Aliud etiã
prædiũ in augia *Rathardi* q, itẽ à fratribus S. *Michaelis* per concambiũ ſumpſimus
datis eis duobus regalib. manſſ. in *Waznngaue* iuxta *Schmidhouen.* Præterea quo-
que p̃fatæ Eccleſię mancipiorũ vtriuſq; ſexus donationem in diuerſis locis deſi-
gnauimus, quib. & aliis q̃ ipsũ Cœnobiũ Deo donante à quoquã mortaliũ iuſte
in futurũ adipiſci poterit jure & liberaliter *Babenbergen.* miniſterialiũ in virtute
Dei perfrui cõferimus, nihilominꝰ hoc inter ipſa mancipia, & noſtros homines
fieri decernentes, vt quibꝰ vtrinq; & in vtroq; ſexu legitime contrahere placeat,
hoc illis omni jure ſub ſaluo Dei & noſtra noſtrumq; ſucceſſorũ indulgentia li-
ceat ſane & hoc perheñiter fieri ſtatuimꝰ, vt procreatio ſobolũ vtriuſq; Eccleſiæ
hominũ tali modo inter ſe diuidi habeat, vt videl. *Babenbergen.* Eccleſia fęminas
teneat, *Prüfeningen.* vero Eccleſia mares poſſideat, hæc inq̃ cũ omnib. aliis q̃ eidẽ
Eccleſiæ vel monaſterio fideliũ noſtrorum omnium Canonicorum & miniſte-
rialium, q̃ *Babenbergen.* Eccleſię cõſilio & collaudatione contulimꝰ p̃ſenti noſtrę
auctoritatis pag. confirmamus, atq; omnib. ibidẽ in nomine Domini cõgrega-
tis perpetuis tẽporibus quieta & integra permanere decernimꝰ. Igitur inuocata
omnipotentiſſima diuinæ maieſtatis præſentia & illius tremendi examinis ter-
ribili ſententia, obteſtata omnium bonorum fide, omnium prophanorum in-
genioſa machinatione improbata, dictante quoq; noſtro Pontificali decreto, ſit
locꝰ ipſe cum ſuis inſtitutis diuinæ legis & religionis ſuæ propoſito ſeu omnibus
eodẽ ꝑtinentib. q buſcunq; collatis ſeu cõferendis ꝑpetua ſtabilitate munitꝰ in-
uiolata pace quietꝰ Deo liber & in ſua ſemp̃ tranquillitate ſecurus, ne qua pote-
ſtas ſiue ꝑuerſa cuiuſdã voluntas domum ſeruoſq; Dei quolibet modo iniuria-
re p̃ſumat, ſicut ab initio noſtro interuẽtu apoſtol. & regia auctoritate ſãcitũ eſt.

Si quis igitur in craſtinum eccleſiæ ipſius inuaſor extiterit, ſiue huius teſtamenti decreta traditioneſque infringere vel annullare temptauerit; ſi non reſipuerit deleatur de libro viuentium & cum iuſtis non ſcribatur. Sed cum iis portionem accipiat quorum vermis non moritur nec ignis extinguitur. Qui vero pius adiutor eſſe elegerit, in ſorte electorum hæres Dei & cohæres Chriſti in die domini inter benedictos veniat coronandus. Amen. Huius rei teſtes ſunt. *Hermannus* Abbas ſancti *Michaelis*, *Eberhard* Præpoſitus, *Engelbertus* Decanus, *Conradus* Cuſtos, *Tito* Scholaſticus, *Tiemo* Præpoſitus, *Rudzelinus* Præpoſitus, *Dedalricus*, *Volmarus*, *Hermannus*, *Leupoldus*, *Meinhardus* & cęteri fratres cum aliis plurimis teſtibus. Et ego *Eberhardus* Notar. recognoui & ſſ. feliciter Amen.

Actum *Bamberck* Anno Domini M. C. XXXVIII. Indiction. prima, tertia Idus Decem. Anno *Conradi* Regis tertij primo, Anno vero ordinis Domini *Ottonis Babenbergen.* Epiſcopi octaui XXXII.

INNOCENTIVS SERVVS SERVORVM DEI. Dilecto filio *Erboni Bruſeningen.* Monaſterij Abbati eiuſq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Sicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus; ita legitima deſiderantium non eſt differenda petitio. Proinde dilecte in Domino fili *Erbo* Abbas, tuis petitionibus clementer an̄uimus & *Bruſeningen.* Monaſterium cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, ſub apoſtolicæ ſedis tutela ſuſcepimus & præſentis ſcripti pagina communimus, ſtatuen. vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem locus in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet villas ſeu poſſeſſiones, quas venerabilis frater noſter *Otto Bambergen.* Epiſcopus eidem monaſterio contulit. *Gebernbach*, *Munnebach*, *Maliſtorff*, *Stainloch*, *Ahebach*, *Oberdorff*. *Graſſolfing*, *Hemburc*, *Neunkirchen*, *Dietpurgerreut*, *Wittenreut* cum ſuis pertinentiis. Prohibemus inſuper ne pręfatas res eidem monaſterio iam collatas, vel in antea conferendas prædicto Epiſcopo vel alicui ſucceſſorum ſuorum diſtrahere vel minuere liceat. Decernimus autem vt quia communem vitam ducentes de aliorum elemoſinis & beneficentia debent viuere, de laboribus quos propriis ſumptibus colligitis à vobis decimas exigere vel recipere nemo præſumat. Sancimus etiam vt ordo monaſticus qui ſecundum beati *Benedicti* regulam & ſtudium veſtrum in eo monaſterio noſcitur inſtitutus futuris temporibus ibidem perpetuo conſeruetur. Statuimus inſuper vt nemini fratrum veſtrorum poſt factam in eodem monaſterio profeſſionem abſque licentia Prælati ſui ad alium locum liceat tranſmigrare. Nulli ergo hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, minuere, vel aliquibus moleſtiis fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, atque à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat. Conſeruantes autem hæc omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius gratiam conſequantur Amen.

Collationat.

Ego






Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego *Georgius* Diac, Card. Sancti *Georgij* & *Bachij* ſſ.
Ego *Petrus* Card. presbyter Sanctæ *Suſannæ* ſſ.
Ego *Gerardus* presbyter Card. tit. S. *Crucis* in *Hieruſalem* ſſ.
Ego *Lucas* presbyter Card. tit. Sanctorum *Ioh.* & *Pauli* ſſ.
Ego *Vaſt.* Diac. Card. S. *Euſtachij* juxta templum *Agrippæ* ſſ.

Datum *Laterani* per manum Aimerici Diac. & Cancellarij, III. Idus Aprilis Indict. II. Dominicæ incarnationis Anno M. C. XXXIX. Pontificatus vero Domini *Innocentij* PP. Anno Decimo.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio *Erboni* Abbati Monaſterij beati *Georgij*, *Prüfeningen.* eiuſque ſucceſſoribus regulariter promouendis in perpetuum. Sicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ita legitime deſiderantium non eſt differenda petitio. Quapropter dilecte in Domino fili Erbo Abbas, tuis juſtis petitionibus clementer annuimus & *Prüfeningen.* beati *Georgij* monaſterium cui auctore Domino præeſſe dignoſceris ſub Apoſtolicæ ſedis tutelam protectionemque ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuen. vt quæcunq; bona, quæcunq; poſſeſſiones à fratre noſtro bonæ memoriæ *Ottone Babenbergen.* Epiſcopo & *Engelberto* ſucceſſore eius aſſenſu fratrum ſuorum juſtè & canonicè veſtro monaſterio ſunt oblata aut impoſterum ab eorum ſucceſſoribus ſiue ab aliis Dei fidelibus ſimili modo ſeu conceſſione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, aut aliis etiam rationalibus modis; Deó propitio eidē loco conferri contigerit, firma tibi tuiſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc viſa ſunt propriis annotanda vocabulis. Eccleſiā *Schambach*, *Hemaur* cum ſuis appēdiciis. *Gebenpach* cum ſuis appendiciis, *Oberdorff* Eccleſiā, *Neunkirchen*, *Irenreut*, *Abach*, *Dietpirgerreut* cū appendiciis ſuis, Adijcimus etiam, vt in eccleſiis q̄ in fundo veſtri monaſterij ſunt, vobis liceat honeſtos eligere ſacerdotes, qui nimirum per vos Epicopó præſententur, atq; ſi idonei fuerint, ab eodem Epiſcopo curam animarum accipiant, eique de ſpiritualibus, vobis vero de temporalibus reſpondeant. Prohibemus inſuper vt excepto Romano Pontifice eiuſue legato nulla licentia pateat in veſtro monaſterio interdicti vel excommunicationis ſententiam promulgare. Quod ſi cōmune in terra illa fuerit interdictum excluſis ab Eccleſia veſtra excommunicatis & interdictis clauſis januis liceat vobis voce ſubmiſſa officia celebrare. Veruntamen ſi Epiſcopus veſter cōſilio & ſententia religioſorum virorum aliquid horum eſſe decreuerit idipſum exercendi nihilominus facultatem obtineat. Præterea de laboribus quos propriis manibus aut ſumptibus colitis à vobis exigi decimas auctoritate apoſtolica interdicimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum fas ſit præfatum monaſterium veſtrum temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, ſeu quibuslibet

mole-

moleſtiis fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt omnimodis vſibus profutura. Si qua igitur impoſterum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona contra hanc paginam noſtrę conſtitutionis ſciens venire tentauerit, ſi ſecundò tertiòue commonita reatum ſuum non congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem, præmia æternæ pacis inueniant. Amen.






Ego *Innocentius* Catholicæ Ecaleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego *Conr. Sabinen.* Epiſcopus ſſ.
Ego *Anſelmus* presbyter Card. tt. S. *Laurentij* in *Lucina* ſſ.
Ego *Lucas* presbyter Card. Sanctorum *Ioh.* & *Pauli* ſſ.
Ego *Petrus Caſtellanus* Epiſcopus ſſ.
Ego *Vaſt.* Dyac. Card. Sancti *Euſtachij* iuxta templum *Agrippæ.*

Datum *Laterani* per manum *Aimerici* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Dyaconi Card. & Cancellarij XIII. Kal. Nouemb. In Dominica tertia. Anno Dominicæ Incarnationis M.C.XXXIX. Pontificatus vero Domini *Innocentij* PP. Secundi Anno Decimo.

EVGENIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis *Erboni* Abbati Monaſterij S. *Georgij Brüſenningen.* eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Ad hoc vniuerſalis Eccleſiæ cura nobis à prouiſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, vt religioſas diligamus perſonas & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim ideo gratus aliquando famulatus impenditur niſi ex charitatis radice procedens à prauitate fuerit conſeruatus. Oportet ergo omnes Chriſtianę fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipſis perſonis diuino officio mancipatos attentius confouere, vt nullis prauorum hominum agitentur moleſtiis vel importunis anargiis fatigentur. Huius rei gratia dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuim⁹ præfatum beati *Georgij Brüſenningen.* monaſterium in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quæcunque loca, quaſcunque poſſeſſiones ab *Ottone* bonæ memoriæ *Babenbergen.* Epiſcopo & *Engilberto* ſucceſſore eius, & Canonice veſtro monaſterio ſunt oblata, aut impoſterum ab eorum ſucceſſoribus ſiue ab aliis Dei fidelibus ſimili modo ſeu conceſſione Pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam rationalibus aliis modis

præ-

præſtante Domino eidem loco conferri contigerit, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hęc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam *Schambach, Hemburch* cum appendiciis, *Gebenpach* cum appendiciis, *Oberdorf* cum vineis adiacentibus, Eccleſiam *Neunkirchen, Itenreut, Dietpürgreut* cum appendiciis ſuis, *Avve, Achebach, Buche, Bruckedorf.* Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus & ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino à vobis decimas exigere præſumat. Adiicimus etiam vt in eccleſiis quæ in fundo monaſterij veſtri ſunt, liceat vobis honeſtos eligere ſacerdotes qui nimirum per vos Epiſcopo præſententur atque ſi idonei fuerint ab eodem Epiſcopo curam animarum ſuſcipiant, eique de ſpiritualibus, vobis vero de temporalibus reſpondeant. Quod ſi commune in terra illa fuerit interdictum, excluſis ab Eccleſia veſtra excommunicatis & interdictis, clauſis januis liceat vobis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare. Sepulturam quoq; eiuſdem monaſterij liberam eſſe concedimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati niſi forte excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalua juſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, imminuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura: ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate & diocœſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundò tertioùe commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.






Ego *Eugenius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego *Theodevvicus* S. *Ruffinæ* Epiſcopus ſſ.
Ego *Gregorius* presbyter Card. tit. S. *Caliſti* ſſ.
Ego *Wido* presbyter Card. tit. S. *Griſogoni* ſſ.
Ego *Vribaldus* presbyter Card. Sanctorum *Ioh.* & *Pauli* ſſ.
Ego *Aribuntus* presbyter Card. S. *Anaſtaſiæ* ſſ.
Ego *Iulius* presbyter Card. tit. S. *Marcelli* ſſ.
Ego *Ymarus Tuſculanus* Epiſcopus ſſ.

Ego *Odolo* Diacon. Card. tit. S. *Georgij* ad velum aureum ſſ.
Ego *Gvvido* in Romana Eccleſia altaris miniſter ſſ.
Ego *Iohann.* Diac. Card. B. *Mariæ nouæ* ſſ.
Ego *Gvvido* Diac. Card. S. *Maria* in porticu ſſ.

Datum *Viterbi* per manum *Gvvidonis* S. Romanæ Eccleſiæ Diac. Card. Cancellarij X. Kal. Ian. Indict. X. Incarnationis Dominicæ A. M. C. XLVI. Pontificatus verò domini *Eugenij* III. PP. anno ſecundo.

ADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis filiis *Erboni* Abbati Monaſterij S. *Georgij Prüfening.* eiuſque fratribus tam pſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Ad hoc vniuerſalis Eccleſiæ cura nobis à prouiſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt vt religioſas diligamus perſonas & beneplacentē Deo religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur niſi ex charitatis radice procedens à puritate religionis fuerit conſeruatus. Oportet igitur omnes Chriſtianæ fidei amatores religionem diligere & loca venerabilia cum ipſis perſonis diuino ſeruitio mancipatis attentius confouere, vt nullis prauorum hominum agitentur moleſtiis vel importunis angariis fatigentur. Huius rei gratia dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum beati *Georgij Prufeningen.* Monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar prædeceſſoris noſtri ſanctæ recordationis Papæ ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus ſtatuentes, vt quæcunque bona quæcunque poſſeſſiones ab *Ottone* bonæ memoriæ *Babenbergen.* Epiſcopo *Egilberto* & *Eberhardo* eius ſucceſſoribus juſtè & canonice veſtro monaſterio ſunt oblata, & imposterum ab eorum ſucceſſoribus ſiue ab aliis Dei fidelibus ſimili modo ſeu conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium, aut etiam aliis rationabilibus modis præſtante Domino eidē loco conferre contigerit, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Sane noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus à vobis decimas præſumat exigere. Adiicimus etiam vt in eccleſiis vel Capellis quæ in fundo monaſterij veſtri ſunt liceat vobis honeſtos eligere ſacerdotes, qui nimirum per vos Epiſcopo præſententur atque ſi idonei fuerint ab eodem Epiſcopo curam animarum ſuſcipiant, eique de ſpiritualibus, vobis vero de temporalibus reſpondeant. Quod ſi commune in terra illa fuerit interdictum, excluſis ab Eccleſia veſtra excommunicatis & interdictis clauſis janu is liceat vobis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint niſi forè excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat. Salua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum de quibus corpora mortuorum aſſumuntur. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat ſupradictum monaſterium, temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel oblatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare: ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolicæ auctoritate & Dyoceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis hono-

honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.






Ego *Adrianus* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

Datum *Laterani* per manum *Rolandi* S. Eccleſiæ Romanæ presbyteri Card. & Cancellarij, Kal. April. Indict. VII. Incarnation. Dominicæ An. M.C.LVIX. Pontificatus vero Domini. *Adriani* Papæ quarti, anno quinto.

NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis Abbati Monaſterij S. *Georgij* in *Pruſeningen*, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet aut robur, quod abſit ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium S. *Georgij* in *Pruſening Ratisb.* Dyoceſ. in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio cõmunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes vt ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati *Benedicti* regulam in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quęcunque bona idem Monaſterium in in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, villam quæ *Pruſening* vulgariter appellatur cum terris, poſſeſſionibus & omnibus pertinentiis ſuis, nec non & juriſdictionem temporalem quam habet ibidem de *Hembavvr*, de *Schambach*, de *Teurling*, de *Gebenbach*, de *Sintzing*, de *Lenguеld*, de *Nevvnkirchen*, de *Winckling*, eccleſias cum decimis, terris, poſſeſſionib. & pertinentiis earundem, domos & areas quas habetis in ciuitate *Ratisbon.* & in oppido *Amberk* de *Oberndorf*, de *Graſſolfing*, de *Mâtring*, de *Schvvanfels*, de *Gebenpach*, de *Poppenreut*, de *Munnebach*, de *Seitenloch*, de *Malliſtorf* de *Gottreut*, de *Schöfloch*, de *Sigel* de *Seufritreut*, de *Wilhenreut*, de *Vnderloch*, de *Chunreut*, de *Pranshoue*, de *Karmansfelden*, de *Altenreut*, de *Waltenhoue*, de *Claidorff*, de *Hembavv*, de *Neunkirchen*, de *Prucke*, de *Pirgereut*, villas cum terris cultis & incultis, poſſeſſionibus vineis & molendinis, pratis, nemorib⁹, paſcuis & omnibus pertinentiis earundem, de *Kunigſvviſen*, de *Teyging*, de *Muſſe*, de *Pruckdorff*, de *Avv* de *Puch*, de *Erling*, de *Gemund*, de *Hellenghouen*, de *Hagenpuch*, de *Aholſing*, de *Teuffenprunn*,

*prunn*, de *Weling*, de *Pürring*, de *Andorff*, de *Guſſenpach*, de *Manichouen*, de *Timpring*, de *Otting*. Cutes cum terris, poſſeſſionibus, & omnibus pertinentiis eaſundem, terras quoque & poſſeſſiones quas habętis in locis quæ, *Tunikei*, *Graſchafft*, *Rechart*, & *Tangrintele* vulgariter nuncupatur, etiam alias terras, poſſeſſiones, redditus & quidquid Iuris Monaſterium veſtrum in *Ratisbon.* & *Eyſteten.* Dyoceſ. noſcitur obtinere, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuagiis & paſcuis, in boſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane noualium veſtrorum quæ propriis manibus & ſumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de animalium veſtrorum nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum poſt præfatam in monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine. Abbatis ſui licentia de eodem loco, niſi arctioris religionis obtentu diſcedere, diſcedentẽ vero abſq; communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto. Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ſeu ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctę Romanę ſedis habuerit & vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper vt infra fines parochiæ veſtræ ſi eam habetis nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat, ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis, aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſæcularibuſue perſonis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius locii liberam eſſe decernimus vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint aut etiam publicè vſurarij, nullus obſiſtat, ſalua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones, ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes quæ à laicis detinentur redimendi vel legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent reuocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte verè te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum maior pars conſilij ſanioris, ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ praua impoſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu futurum facere, ignem apponere, ſanguinẽ fundere, hominẽ temere capere vel interficere ſeu violentiã audeat exercere, Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificib. monaſterio veſtro cõceſſas, nec non libertates & exẽptiones ſęculariũ exactionũ à Regib. & Principib. vel aliis fidelib. rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica cõfirmamus & p̃ſentis ſcripti priuilegio cõmunimꝰ. Decernimꝰ ergò, vt nulli omninò hominũ liceat p̃ſatũ monaſteriũ temerè p̃turbare, aut eiꝰ poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationib. fatigare. Sed omnia integra cõſeruẽtur eorũ pro quorũ gubernatione

ac ſuſten-

ac ſuſtentatione conceſſa, ſunt vſibus omnimodis profutura. Salue ſedis apoſtolicæ auctoritate & Dioceſanorum Epiſcoporum canonica iuſticia, & in prædictis decimis moderatione concilij generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptauerit, ſecundò tertioue cōmonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant.






Ego *Nicolaus* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
Ego frater *Latinus Oſtien* & *Velletren.* Epiſcopus ſſ.
Ego *Gerardus Sabien.* Epiſcopus ſſ.
Ego *Bernhardus Portuen.* & ſanctæ *Ruffinæ* Epiſcopus.
Ego *Bernhardus Peyelgrinus* Epiſcopus.
Ego frater *Hugo* tit. Sanctæ *Sabinæ* presbyter Card. ſſ.
Ego *Matthæus* S. *Mariæ* in porticu Diac. Card. ſſ.
Ego *Benedictus* S. *Nicolai* in carcere *Tullian.* Diac. Card. ſſ.
Ego *Neapoleo* S. *Adriani* Diac. Card. ſſ.
Ego *Petrus* S. *Euſtachij.* Diac. Card. ſſ.

Datum *Reate* per manum Magiſtri *Iohannis* Decani *Baiocen.* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarij. Kal. Iulij. Indictione ſecunda. Incarnation. Dominicæ Anno M. CC. LXXXIX. Pontificatus vero Domini *Nicolai* Papæ quinti Anno ſecundo.

BONIFACIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei. Dilectis filiis Abbati & Conuentui Monaſterij in *Pruſeningen.* Ordinis S. *Benedicti Ratisbonen.* Dioceſis. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis ſub qua deuotum & ſedulum exhibetis altiſſimo famulatum promeretur honeſtas vt votis veſtris illis præſertim per quæ dicti Monaſterij vtilitas procuratur fauorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod olim in *Hembavvr* & in *Gebenpach* ac in *Neunkirchen*, & in *Theurling*, nec non in *Schambach* dictæ dioceſis proles eccleſiæ, ex certis rationabilibus cauſis & potiſſimè ex reuelatione onerum vobis & dicto monaſterio incumbentium eidem monaſterio auctoritate apoſtolica imperpetuum vnitæ annexæ & incorporatæ, ac in eis ſingulæ perpetuæ vicariæ inſtitutæ canonicè extiterunt pro perpetuis vicariis pro tempore

 pore

pore inibi Deo ſeruitutis, de fructibus, redditibus & prouentibus ſingularum prædictarum ſingulis congruis portionibus, de quibus iidem Vicarij congrue ſuſtentari, epiſcopalia jura & alia ſibi incumbentia onera valerent ſupportare nihilominus reſeruatis. Voſque Eccleſias præfatas vnionis, annexionis & incorporationis prædictarum vigore fuiſtis pacifice aſſecuti. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat Monaſterium præfatum in quo magnæ hoſpitalitates obſeruari conſuerunt, propter guerrarum turbines quæ partes ipſas diutius afflixerunt, & varia alia inconuenientia in ſuis facultatibus plurimum diminutum exiſtat, voſque multa ſubire habeatis onera expenſarum, pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt veſtris & eiuſdem monaſterij neceſſitatibus in præmiſſis conſulentes, pro huiuſmodi oneribus facilius ſupportantis vobis quidē cedentibus vel decedentib. dictarum Eccleſiarum perpetuis vicariis vel vicarias ipſas aliâs quomodolibet dimittentibus eaſdem vicarias. Quarum quadraginta per idoneos Monachus dicti monaſterij, cuius ducentarum & quinquaginta marcharum argenti fructus redditus & prouentus ſecundum communem extimationem & valorem annuum vt aſſertis non excedunt, aut presbyteros ſæculares facere gubernari poſſitis concedere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos vobis pro huiuſmodi oneribus ſupportandis de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis vt cedentibus vel decedentibus dictarum Eccleſiarum perpetuis vicariis quæ nunc ſunt vel vicarias ipſas alias quomodolibet dimittentibus. Vos eaſdem vicarias per idoneos dicti monaſterij aut presbyteros ſæculares ad nutum Abbatis eiuſdem monaſterij pro tempore exiſtentis ponendos & amouendos ac monachos huiuſmodi ad clauſtrum ipſius monaſterij reuocandos qui parochiarum dictarum Eccleſiarum animarum curá gerant, & domino inibi deſeruiant laudabiliter in diuinis regi facere omneſque huiuſmodi fructus redditus & prouentus dictarum vicariarum in vſus veſtros ac ſupportationem onerum prædictorum conuertere & etiam deputare diocæſani loci vel cuiuſcunque alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita, liberè ac licitè valeatis quibuſcunque conſtitutionibus apoſtolicis contrariis nequaquam obſtantibus auctoritate apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Volumus autem quod Eccleſiæ prædictæ debitis propterea non fraudentur obſequiis & animarum cura in eis nullatenus negligatur quodque vos Epiſcopalia jura ſolide & alia eiſdem Eccleſiis incumbentia onera conſueta teneamini ſupportare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere vel ei vſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum* XVIII. Kal. Iul. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Gratis de mandato Domini noſtri Papæ
Gerlatus.

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. Dilectis filiis ſuis Abbati & Conuentui Monaſterij ſancti *Georgij* in *Prüfening*. ordinis S. *Benedicti Ratisbon.* Dioceſ. Salutem & apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis ſub qua deuotum & ſedulum exhibetis altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtas, vt veſtris humilibus & honeſtis votis, quantum cum Deo poſſumus fauo-
rabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio cõ-
tinebat, quod olim in *Gebenpach*, ac in *Nevvnkirchen* & in *Taurling* nec non in
*Schambach* & in *Hembaur Ratiſponen.* dioc. parochiales Eccleſiæ ex certis rationa-
bilibus cauſis prædicto veſtro Monaſterio & potiſſimè in releuamen onerum
Abbati dicti Monaſt. & eidem Monaſterio incumbentium auctoritate apoſtoli-
ca in perpetuum vnitæ, annexę, & incorporatæ, ac in eis ſingulæ perpetuæ vica-
riæ inſtitutæ canonice fuerunt. Et pro perpetuis vicariis pro tempore Dño inibi
ſeruituris de fructibus redditib, & prouentib. ſingularum Eccleſiarum prædi-
ctarum ſingulis congruis portionibus, de quib. iidem vicarij congrue ſuſtenta-
tari & Epiſcopalia iura perſoluere, & alia ſibi incumbentia onera valerent ſup-
portare, nihilominus reſeruatis. Et deinde poſtquam Abbas vnionis & incor-
porationis earundem vigore tunc & Conuentus dicti Monaſterij poſſeſſionem
pacificam ipſarum Eccleſiarum fueratis aſſecuti pro parte veſtra quondam
*Bonifacio* IX. in ſua obedientia de qua partes illæ tunc erant nuncupato expo-
ſito quod Monaſterium præfatum in quo magnæ hoſpitalitates obſeruari con-
ſueuerant propter guerrarum turbines quæ partes ipſas diuitius afflixerunt
& varia alia incumbentia onera in ſuis facultatibus diminutum extiterat, ipſi-
que multa ſubire haberent onera ac pro parte noſtra dicto *Bonifacio* IX. nuncu-
pato humiliter ſupplicato vt eiuſdem Monaſterij incumbentibus neceſſitatib.
in præmiſſis conſulentes pro huiusmodi oneribus facilius ſupportandis quid
cedentib. vel decedẽtibus dictarũ Eccleleſiarum perpetuis vicariis vel vicarias
ipſas alias’ quomodolibet dimittentibus vicarias per idoneos Monachos di-
cti Monaſterij aut presbyteros ſæculares facere gubernari poſſitis concedere di-
gnaretur. Ipſe *Bonifacius* XI. nuncupatus veſtris in ea parte ſupplicationibus
inclinatus, vobis quid cedentib. vel decedentib. dictarum Eccleſiarũ perpetuis
vicariis qui tunc erant, vel vicariis qui tunc erant, vel vicarias ipſas aliâs quomo-
dolibet dimittentibus’ ipſi eaſdem vicarias per idoneos Monachos dicti
Monaſterij aut presbyteros ſæculares’ ad nutum Abbatis eiuſdem Mo-
naſterij pro tempore exiſtentis ponendos & amouendos, ac monachos dicti
Monaſterij ad clauſtrum huiuſmodi reuocandos qui parochianorum dictarum
Eccleſiarum animarum curam gererent & domino inibi deſeruirent laudabili-
ter in diuinis regi facere, omneſque fructus redditus & prouentus dictarum
vicariarum in ſuos vſus & ſupportationem onerum prædictorum conuerte-
re poſſetis per ſuas litteras indulſit, prout illis quarum tenores’ haberi vo-
lumus pro expreſſis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem peti-
tio ſubiungebat licet vos vigore vnionis huiusmodi Eccleſias ipſas pacificè
poſſideritis, nihilominus quia cauſantibus variis ſiniſtris euentibus’ vicariæ
ipſæ, vel reliquæ ipſarum non per vicarios amouibiles ſed perpetuos’
etiam aliquando per Abbatem pro tempore & conuentum Monaſterij
huiusmodi non inſtitutos vel præſentatos gubernatæ fuerunt & occur-
rente illarum vacatione tàm expectantibus quam aliis diuerſimodè proui-
ſum fuit. Propter quod in Romana curia & alibi materia quæſtionis orta eſt vos
dubitantes litteras præfatas quo ad ponendum & amouendum vicarios eoſdẽ
à præfatis vicariis quarum ſexaginta ac Monaſterij prædictorum ducentarum
quinquaginta Marcharũ argenti fructꝰ redditꝰ & prouentus ſecundũ comũnem
extimationẽ valorẽ añuũ excedunt in futurũ vobis minimè ſuffragari. Quare ꝓ
parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt vos & Monaſterium veſtrum nec
non litteras huiuſmodi in priſtinum ac in eum ſtatum in quo antequam vi-
cariæ ipſæ vt profertis collatæ & poſſeſſæ forent quomodolibet eratis licet &

ipſæ litteræ exiſtebant reſtituere & reponere, quodque cedentibus vel decedentib. modernis vicariis dictarum Eccleſiarum ſeu illas quomodolibet dimittentibus vicarias prędictas per monachos dicti Monaſterij aut presbyteros ſæculares ad nutum Abbatis remouibiles iuxta formam dictarum litterarum gubernari facere poſſitis concedere nec non vnioni annexioni & incorporationi prædictum *Bonifacium* factis & litteris prædictis robur apoſtolicæ confirmationis adiicere aliasque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vos & Monaſterium veſtrum ac litteras prædictas in priſtinum ſtatum & in eum in quo antequam vicariæ ipſæ vt prætertur collatæ & poſſeſſæ forent quomodolibet eratis & exiſtebant auctoritate apoſtolica tenore præſentium reſtituimus, reintegramus & reponimus. Et nihilomnus vobis quod cedentib. & decedentib. modernis vicariis dictarũ Eccleſ. ſeu illas quomodolibet dimittimus vicarias p̄dictas per monachos dicti Monaſterij aut presbyteros ſæculares ad nutum Abbatis remouibiles iuxta formam dictarum litterarum, regi & gubernari facere poſſitis eadem auctoritate indulgemus. Præterea ad habundantiorem cautelam, vnionem annexionem & incorporationem nec non conceſſionem, prædictum, Bonifacium, factas & litteras prædictas ac omnia & ſingula in eis contenta & conceſſa, eadem, auctoritate confirmamus & approbamus ac præſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes defectus ſi forſan qui interuenerint in eiſdem. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis atque noſtris, illa præſertim per quam voluimus quod ſemper in vnionibus commiſſio fuit ad partes vocatis quorum inter eſt, alioquin vnio non valeret. Et idem voluimus obſeruari in confirmationib. vnionum iam factarum nec non ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterij & ordinis prædictorum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis alia, fimitate roboratis ac omnibus illis quæ dictus *Bonifacius* IX. in præfatis ſuis litteris voluit non obſtare cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtitutionis, reintegrationis, repoſitionis, conceſſionis, confirmationis, approbationis, cõmunicationis & ſuppletionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignatio nẽ omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Mantuæ*, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo LIX. Decimo octauo Kln. Iulij Pontificatus noſtri anno primo.

## ABBATES PRVFENINGENSES.

I. ERMINOLDVS eligitur menſe Auguſto, an. M. C. XIV. ordinatur in Abbatem ſolemniter conſenſu & rogatu *Hertvvici* Epiſcopus *Ratiſp.* ab *Vdalrico* Epiſcopo *Patauien*, anno M. C. XVII. obiit anno 1121. VIII. Id. Ianuar.

II. ERBO à S. *Ottone* ex Monaſterio ſancti *Georgij* in nigra ſylua, vocatus *Erminoldo* ſucceſſit præfuitque annis 42. obiit in feſto ſancti *Vdalrici* anno 1162.

III. GOTTFRIDVS, ob. an. 1163. in Quadrageſima.

IV. EBERHARDVS, ob. an. 1168.

V. ERBO II. elect, in Quadrageſima ann, 1168: reſignauit Abbatiam ann, 1187.

VI. PALD-

VI. PALDWINVS à monte S. *Georgij*, vbi iam erat Abbas, reuocatur ad regimen, & moritur an. 1193. in feſto S. Ceciliæ.

VII. RVDGERVS finiente anno 1207. defunctus.

VIII. HARTMANNVS reſignauit abbatiam an. 1233.

IX. HEINRICVS Prior de S. *Petro* in *Salzburg* reſign. an. 1235. eique Cellerarius S. *Emmerammi* ſucceſſit.

X. RVDGERVS II. abbatiam reſignauit an. 1241. in exaltatione Sanctæ *Crucis*.

XI. ERNESTVS de *Mallerſtorff*. Hactenus ex membrana peruetuſta.

XII. WERNERVS I.

XIII. FRIDERICVS ob. 4. Non. Decemb. an. 1280.

XIV. WERNERVS II.

XV. BRVNO.

XVI. VDALRICVS I. ob. an. 1314.

XVII. CVNRADVS ob. an. 1333. pater centum & ſeptem annorum.

XVIII. ALBERTVS I. ob. an. 1336.

XIX. VDALRICVS II. ob. an. 1349.

XX. WERNHERVS III. ob. an. 1356.

XXI. ALBERTVS II. ob. an. 1365.

XXII. VDALRICVS III. ob. an. 1391.

XXIII. RVDGERVS III. ob. an. 1401.

XXIV IOANNES I. ob. an. 1414.

XXV. ALBERTVS III. ob. an. 1432.

XXVI HEINRICVS ob. an. 1433.

XXVII. Not. ſuſpicamur fuiſſe *Brunonem*, eius nominis II. ſeorſim in charta vetuſta.

XXVIII. VDALRICVS IV.

XXIX. IOANNES II.

XXX. GEORGIVS I. ob. Non. May. an. 1458.

XXXI. FRIDERICVS II. ob. an. 1463.

XXXII. IOANNES III. ob. an. 1468.

XXXIII. IOANNES IV. depoſitus an. 1490. ob. an. 1522.

XXXIV. GEORGIVS II. obiit ann. 1525.

XXXV. MICHAEL ob. an. 1529.

XXXVI. VDALRICVS V. ob. an. 1559.

XXXVII. GEORGIVS III. ob. an. 1565.

XXXVIII. HIERONYMVS ob. an. 1575.

XXXIX. DAVID, ob. an. 1582. 14. Kal. Auguſti.

XL. GEORGIVS IV. ob. an. 1606.

XLI. IOANNES V. ob. an. 1619. die 28. Iunij.

XLII. LVCAS.

NOS ſoror *Eliſabeth* permiſſione diuina Abbatiſſa, totuſq; Conuentus ſanctimonialiũ *in Pulenhouẽ*, Ord. *Ciſter. Ratiſp.* Dioc. notũ facimus præſentium inſpectorib. vniuerſis, quod cũ cauſaremur nobis per Magnificũ Principẽ D. *Ludouicũ* Illrem Comitem Palatinum *Reni* Ducem *Bauariæ* quiddam deberi in bonis viri nobilis quondam *Alberti Linzmanni* in recompenſam eius ſi quid exinde fuit nobis debitum, accedente conſenſu Illuſtrium filiorum ſuorũ *Ludouici* & *Rudolfi*, duas piſcarias ſuas in *Tierfurtrn* cum pertinentijs ſuis, cultis & incultis, quęſitis & inquirendis, exceptis hominibus, donauit & tradidit à nobis

iure

jure proprietatis perpetuo poſſidenda, & nos Abbatiſſa & Conuentus renunciauimus, ceſſimus & cedimus pro nobis & eis qui nobis ſucceſſerint verſa vice, omni iuri & actioni, ſi qua nobis de iure vel facto contra ipſum vel hæredes ſuos in bona *Linzmanni* competierunt vel competunt memorati, & petioni eius quod nobis in receptione *Alhardis* de *Diezzen* fuerat promiſſum. In cuius rei teſtimonium præſentes damus noſtri ſigilli robore communitas. Datum in *Pulenhouen*, Anno Dñi M. CC. LXXXVI. IV. Idus Iunij.

## Der Abbtiſſin von Pulnhofen beſtättung jhrer Brieff vnnd Freyheit.

VOn Gottes Gnaden wir Albrecht Pfallenzgraue bey Reyn Herzog in Bayrn vnd Graue zu Vohburg/ ꝛc. Bekennen vnnd thun kunt offentlich mit dem Brieff das für vns kom̃en iſt die würdige vnſer liebe andächtige vñ getrewe Abbtiſſin deß würdigen vnſers Gottshaus zu Pulenhouen vnd hat vns als jren natürlichen Erbherrn vnnd Landsfürſten von jren vnnd jres Conuents wegen diemuticlichen angeruffen vnnd gebetten das wir geruchen jhn vnnd jhrem Gottshaus jr Handueſt/ Gnad/ Freyheit/ gut gewonheit vnd altes herkommen die jrem benent Gottshaus von vnſern Vorvodern König Ludwigen/ vnd Marggraf Ludwigen von Brandenburg vnd zu Luſitz ſäliger vnd löblicher Gedächtnuß gegeben ſein gnediglichen zu Confirmiren vnd zubeſtäten/ vnnd vns des alſo drey Brieff fürbracht vnnd hören laſſen/ vnnd hebt ſich der erſt alſo an. Ludwid von Gottes Gnaden/ zu allen zeiten mehrer deß Reichs allen getrewen deß heiligen Römiſchen Reichs ewigelichen ꝛc. vnd iſt geben zu Regenſpurg an der zehden kalend in dem Augſten do man zalt nach Chriſti Gepurt tauſent dreyhunder jar/ vnd vnd in dem achzehenden jar/ vñ in dem fünfften jar ſeines Reichs/ So hebt ſich der ander alſo an. Wir Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher König zu allen zeiten merer des Reichs/ vnd iſt geben zu Regenſpurg des Freytags vor Sant Jorgen tag da man zalt von Chriſts geburt dreuzehenhundert Jar darnach in dem fünff vnd zwainzigiſten in in Ainlften Jar ſeines Reichs/ So hebt ſich der dritt alſo an. Wir Ludwig von Gottes gnaden Marggraff zu Brandenburg vnd zu Luſitz ꝛc vnd iſt geben zu Regenſpurg den Mitwochen in den Pfingſten nach Chriſts geburt dreuzehenhundert Jahr darnach in zwey vnd fünffzigiſten Jare/ vnd nach dem wir benanten Abbtiſſin diemitigs anruffen für zimblich vnd petlich erkenen/ vnd auch all vnſer tag darzu genaigt geweſen vnd noch ſein den fustriten vnſerer voruoren ſäligen in allen guten vnd loblichen dingen nachzufolgen/ hierumb auß wolbedachten mut vnd rechter wiſſen/ ſo haben wir der vorgenantẽ Abbtiſſin jrẽ Conuent vñ Gottshaus zu Pulenhouen die vorgenanten jr brieff vñ hautueſt/ vnd alle jr alt gut gewonheit vnd recht gnedielichẽ Confirmirt vnd beſtät confirmirẽ vñ beſtätten jn auch die wiſſentlich in krafft deß Brieffs/ alſo das ſi vnd jr Gottshaus võ vns vñ allen den vnſern darã vñ darwider nit fürgenom̃en noch beſwert werdẽ ſollẽ/ vnd wir gebieteen darauff allen vnd jeglichen vnſern Vitzdumben/ Haubtleuten/ Pflegern/ Richtern/ vnd andern vnſern Ambtleuten/ wie die genand ſeyn/ das jr das obgenant vnſer Gottshaus zu Pulnhouen bei ſolcher vnſer Gnad vmb beſtetungen gutlichen hallett vnd beleiben laſſet/ auch ſouer jr mügt nyegemant beſtattet der ſi dawider laidig oder beſwäre in dhein weiſe bei vnſern hulden zubehalden/ des zu vrkunt haben wir vnſer Inſigel an den Brieff tun hangen vnd geben zu Munchen an Suntag nach aller heiligen Tag/ do man zehlet nach Chriſti vnſers lieben Herrn Gepurt vierzehenhundert vnnd im neun vnd fünfzigiſten Jare.

## RAITENBVECH.

MONASTERIVM Canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini. Fundatum eſt hoc Monaſterium, an. 1185. a Guelphone quarto huius nominis, & primo Duce Bauariæ, cuius pater eiuſdem nominis Guelpho tertius Monaſterio in Altorf, quod nunc Weingarten dicitur in Sueuia, ac S. Martino omne ſuũ patrimonium in perpetuum donauit, ipſe quoque diem extremum claudens, ibidem ſepultus eſt. Filius huius, Guelpho prædictus, fuit vir ſtrenuus, armorum peritiſſimus, & ſapiẽtia tam forenſi quàm ciuili præditus, multasque tempeſtates bellorum, contra ſe & alios, in finibus ſuis excitatas. magna ſeueritate & moderatione ſedauit, vxorem duxit Reginam Angliæ Iuditham, nomine, viduam, filiam nobiliſſimi Comitis Flandriæ. Hic, cum ad ſenilem ætatem perueniſſet, & Raitenpuech Monaſterium conſtruere cœpiſſet, ſatiſque copioſè dotaſſet, ſimiliter & Cœnobium Altorphenſe prædiis, mancipiis, aliiſque plurimis ornamentis Eccleſiaſticis ditaſſet, ad terram ſanctam profectus, in reditu in Inſula Cypro obiit, hinc oſſa eius ad Monaſterium Altorfenſe allata ſunt.

SOCII huius ſacræ peregrinationis aut interfecti aut viui Saracenis ſunt traditi, perfidia Alexij Imperatoris Græcorum: Inter quos eſt Thiemo Archiepiſcopus Salisburgenſis in Carozaim martyrio affectus. vide Metropolim Salisburgenſem.

NEMO ex nobilitate in Raitenpuech ſepultus eſt, ſed requieſcunt ibi corpora ſanctorum Martyrum Primi & Fœliciani, & caput virginis, cui nomen Panoſa, de Collegio vndecim millium virginum Martyrum, cum magna parte corporis ſui.

FVISSE etiam ibi Monaſterium Monialium, cum hoſpitali pauperum, ſtructuræ ibidem ſatis indicant.

## ADDITIONES.

VRbanus Eps ſeruus ſeruorum DEI Chariſſimo filio *Vdalrico* Præpoſito Canonicæ vitæ quæ in loco *Raitenpuech* ad honorem S. Dei genitricis & Virginis *Mariæ* ſita eſt, eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Poteſtatem ligandi atque ſoluendi in cœlis & in terra B. *Petro* eiuſque ſucceſſoribus auctore Deo principaliter traditam illis Eccleſia verbis agnoſcit quib. *Petrum* eſt Dominus allocutus. Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueris ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlis. Ipſi quoque & propriæ firmitas & alienæ fidei confirmatio eodem Deo auctore præſtatur cum ad eum ait. Rogaui pro te *Petre* vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma Fratres tuos. Oportet ergo nos qui licet indigni Petri reſidemus in loco praua corrigere, recta firmare, & in omni eccleſia ad interni arbitrium Iudiciis ſic diſponenda diſponere, vt de vultu eius Iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem: Quia igitur fideliſſimi Romanæ Eccleſiæ filij *Welfo* Dux *Bauariorum* & coniunx eius *Iudita*, pro animarum ſuarum ſalute Canonicam fratrum ſecundum regulam beati *Auguſtini* viuentium in loco qui *Rettenbach* dicitur, conſtituente eandem domum beato *Petro* deuotione debita obtulere. Nos tum pro reuerentia & deuotione B. Dei genitricis ſemperque Virginis *Mariæ*, cuius nomine loc⁹ ipſe dedicatus eſt, tũ pro dilectione prædictorũ filiorũ noſtrorũ, tum etiã pro fraternitatis veſtræ religione p̃fatum canonicã, cui

Deo

Deo diſponēte præſidere cognoſceris in jus perpetuum ac tutelam apoſtolicæ
ſedis ſpecialiter ſuſcipimus. Tibi itaque tuiſque legitimis ſucceſſorib. eandem regendam ac diſponendam præſenti decreti noſtri pagina confirmamus
cum omnibus quæ ei iam ex prædictorum Ducum facultatibus ſeu aliorum
conceſſa ſunt oblatione fidelium. Quam ob rem per præſentem noſtri priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, vt quæcunque hodie
idem Cœnobium iure poſſidet, ſiue in poſterum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium iure atque Canonicè poterit adipiſci
firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo vt
nulli omnino hominum liceat eandem Canonicam temerè perturbare, aut ei
ſubditas poſſeſſiones violenter auferre, minuere & temerariis vexationibus
fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac
gubernatione conceſſa ſunt, vſibus profutura, Obeunte te nunc eiuſdem loci
Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis
aſtutia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris elegerint, Conſecrationes altarium ſiue baſilicarum, ordinationes
Clericorũ, Chriſma, oleum ſanctum & cætera ad Epiſcopale officium pertinentia ab Epiſcopo Friſingen. in cuius Diœceſi eſtis accipietis ſi tamen Catholicus
eſt, & gratiam ac communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & gratis & ſine prauitate impendere voluerit: Alias verò liceat vobis Catholicum, quem volueritis
adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum Sacramenta ſuſcipere vel ad ſedem
Apoſtolicam recurrere qui fultus Apoſtolica auctoritate ſine ambiguitate poſtulata concedat: Præterea aduocatũ vobis ſiue protectorem conſtituimus *Guelfonem* egregiæ ſtrenuitatis Ducem, eiuſque poſt eum filios, ſi eiuſmodi, Deo præſtante fuerint, vt Eccleſiæ veſtræ vtiles & paternæ inſtitutionis exiſtant executores. Sin autem, veſtri erit arbitrij quem placuerit eligere veſtræ Eccleſiæ idoneũ
protectorem, qui ſine lucri ſæcularis exactione id diuinæ ſeruitutis obſequium
ſtrenuè ac reuerenter exhibeat. Omnipotenti autem Domino cuius melior eſt
miſericordia ſuper victimas gratias agimus, quia vos eſtis, qui SS. patrum vitam
probabilem renouatis & Apoſtolicæ inſtituta diſciplinæ in primordiis Eccleſiæ
ſanctæ exorta, ſed creſcente Eccleſia iam pene deleta inſtinctu ſancti Spiritus ſuſcitatis. Duæ eñ ab Eccleſiæ ſanctæ primordiis vitæ eius filiis ſunt inſtitutæ, vna
qua infirmorũ debilitas retinetur, altera qua fortiorũ inter beata perficitur, vna
remanẽs in ſegor paruula, altera ad montis altiora cõſcendens, vna lachrimis & eleemoſynis quotidiana peccata redimẽs, altera quotidiana inſtãtia merita ęterna conquirens alterã tenentes inferiorem terrenis bonis vtuntur, alterã ſequẽtes ſuperiorẽ bona terrena deſpiciunt ac relinquunt. Hæc aũt q̃ à terrenis diuino fauore deuertitur in duas vnius pene eiuſdẽq; propoſiti diuiditur portionẽ
Canonicorum ſcilicet atque Monachorum, harum ſecundam per diuinam miſericordiam frequentia facta etiam in ſæculo vniuerſo elucet. Prima verò
decaleſcente feruore fidelium iam penè omnino defluxit, hanc Martyr & Pontifex *Vrbanus* inſtituit, hanc *Auguſtinus* ſuis Regulis ordinauit, hanc *Ieronimus* ſuis
Epiſtolis informauit, hanc *Gregorius Auguſtino* Anglorum Archiepiſcopo inſtituendam præcepit. Itaque non minoris æſtimandum eſt meriti, hanc vitam Eccleſiæ primitiuam aſpirante & proſequente Domini ſpiritu ſuſtentare, quam
florentem Monachorum religionem eiuſdẽ ſpiritus ꝑſeuerantia cuſtodire: Veſtrum ergo propoſitũ noſtri auctoritate officij confirmamus, & firmos vos in eo
perſiſtere adhortamur, & tanquam Deo per nos exhortante obſecramus. Quã
ob rem omnib. in vero Cœnobio vitam Canonicam ſecundum huius tenorem

ordinis

ordinis profitentibus,& in ea adiuuante Domino permanentibus. Nos licet indigni Apoſtolorum Vicarij eorum ac noſtram benedictionem, peccatorumque abſolutionem poteſtate illis à Domino indulta concedimus. Conſtituẽtes ne cuiquam liceat omnino hunc veſtri ſtatum Ordinis commutare, de quo in Domino confidimus multum fructum excreſcere. Statuimus etiam, ne profeſſionis veſtræ quiſpiam,poſtquam Dei vice ſuper caput ſibi hominem impoſuerit alicuius leuitatis inſtinctu vel diſtrictioris religionis obtentu ex eodem clauſtro audeat ſine Præpoſ. totiuſq; congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentẽ verò nullꝰ Abbatũ vel Epiſcoporũ & nullꝰ Monachorũ ſine communiũ literarũ cautione ſuſcipiat. Decimas quoq; noualiũ eiuſdẽ Canonicè ad eandem pertinere decernimus, ſaluo vicinarum jure Eccleſiarum. Vos igitur Filij in Chriſto chariſſimi oportet regularis diſciplinæ inſtitutioni ſollicitius ac deuotius inſudare, vt quanto eſtis à ſæcularibus tumultibus liberi tantò ſtudioſius placere Deo totius mentis & corporis viribus anheletis, præcipuè ſtudentes Romanæ Eccleſiæ decreta veneranda ſeruare. Cuius patrocinio ab omni iugo viuentium eſtis donante Domino præmuniti. Ad indicium autem huius à Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos ad noſtrum noſtrorumque ſucceſſorum vſum quotidianum *Albam* lineam & *Stolam Lateranenſi* Palatio perſoluetis. Sane ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Princeps, aut Dux, Comes aut Vicecomes, Iudex, perſona quælibet, potens aut impotens huius noſtri priuilegij paginam ſciens contra eam temere venire & eorum quæ conceſſa vel ſtatuta ſunt, quicquam irritum facere tentauerit, ſecundò tertiòue commonitus ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, cum honoris & officij ſui periculo ſubiacere decernimus, & à corpore Chriſti & Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolicæ poteſtatis ſegregamus, conſeruantibus autem pax & miſericordia à Deo præſentib. & futuris ſæculis conſeruetur, Amen.




Datum *Anagine* Cal. Febr. Anno Dominicæ incarnationis 1090. indictione 15. Pontificatus Domini *Vrbani* ſecundi Papę, ſcriptum per manum *Lanfranci* Viceagenti Cancellarij ſacri Palatij, cum ſigno eiuſdem.

E*Vgenius* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio *Ottoni* Præpoſito Canonicæ B. *Mariæ* quæ in loco *Raitenbuch* ſita eſt, eiuſque fratribus tam præſentibus quam futuris Canonicam vitam profeſſis in perpetuum, Amen. Commiſſæ nobis Apoſtolicæ ſedis hortatur auctoritas, vt locis & perſonis ipſius auxilium deuotione debita implorantibus tuitionis præſidium impendere debeamus: Quia ſicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ita legitima & iuſta poſtulantium non eſt differenda petitio, præſertim eorum qui cum honeſtate vitæ & laudabili morũ cõpoſitione gaudent Omnipotenti Domino

deſeruire. Eapropter dilecte in Domino fili *Otto* Prępoſite tuis iuſtis poſtulationibus debita benignitate gratum impertientes aſſenſum præfatam B. *Mariæ* Eccleſiam, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Papæ *Vrbani* veſtigiis inhærentes ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Imprimis ſiquidem, ſtatuentes vt ordo Canonicus, qui in eadem Eccleſia ſecundum Deum, & Beati *Auguſtini* Regulam noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſorib. & illibata permaneant. Obeunte vero te nũc eiuſdẽ loci Præpoſito, vel tuorũ quolibet ſucceſſorũ, null⁹ ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quẽ fratres cõmuni conſenſu vel fratrũ pars conſilij ſanioris elegerint. Cõſecrationes altariũ ſiue baſilicarũ, ordinationes Clericorũ, Chriſma, oleũ ſanctũ & cætera ad Epiſcopale officium pertinentia ab Epiſc: *Friſingenſi* in cuius Diœceſi eſtis, accipietis. Si tamen Catholicus eſt, & gratiam atque communionẽ Apoſtolicæ ſedis habuerit & ea gratis ac ſine prauitate impendere voluerit, alioquin liceat vobis Catholicum quem volueritis adire Antiſtitem & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, vel ad ſedem Apoſtolicam recurrere. Qui fultus apoſtolica auctoritate ſine ambiguitate poſtulata concedat: Prohibemus quoque, vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem abſque Præpoſiti ſui licentia fas ſit, è Clauſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque communi litterarum cautione nullus audeat retinere. Porro decimas Noualium eiuſdem Canonicæ ad eandem pertinere ſanximus, ſaluo vicinarum iure Eccleſiarum. Aduocatum præterea ſiue Protectorem Illuſtrem veſtrum *Welſonem* vobis concedimus & eius poſt eum filios ſi eiuſmodi Deo præſtante fuerint, vt Eccleſiæ veſtræ vtiles & paternæ inſtitutionis exiſtant executores. Si autem erit veſtri arbitrij, quem placuerit eligere veſtræ Eccleſiæ idoneum Protectorem, qui ſine lucri ſæcularis exactione id diuinę ſeruitutis ſtrenuè ac reuerenter exhibeat. Decernimus ergo vt nulli onnino hominum liceat præfatam Canonicam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruẽtur, eorum pro quorum gubernatione conceſſa ſunt vſib. omnimodis profutura. Ad inditium autem perceptę huius à Romana Eccleſia libertatis per annos ſingulos ad noſtrum, noſtrorumque ſucceſſorum vſum quotidianum Albam Lineam & Stolam nobis, noſtriſque ſucceſſoribus perſoluetis. Si quis igitur in futurum, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, aut Vicecomes, Iudex aut quælibet perſona, potẽs aut impotẽs noſtri priuilegij paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſuæ dignitatis careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcate & ſe à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis aũt eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructũ bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Ferentini* per manum *Boſonis* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcriptoris, ſexto Calen: Decembris, Indictione decima quarta, Incarnationis Dominicæ Anno M.C.L. Pontificatus vero Dñi *Eugenij* Papæ tertij, Anno ſexto.

*Lucius*




Ego *Eugenius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.



Ego *Hubaldus* presb. Card. tit. ....
Ego *Albanus* Epiſcopus ſſ.
Ego *Octauianus* Diac. Card. S. *Nicolai.*
Ego *Iulius* presb. Card. tit. S. *Marcelli* ſſ.
Ego *Rolandus* Diac. Card. SS. *Coſme* & *Damiani* ſſ.
Ego *Iordanus* presb. Card. tit. S *Suſannæ.*

L*Vcius* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Præpoſito & fratrib. de *Raitenbuch*, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis facilem nos conuenit præbere conſenſum. Et vota quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu ius patronatus Parochialis Eccleſiæ de *Mülhuſen*, quam cum Aduocato veſtro Nobili viro Duce *Welfone* coram venerabili fratre noſtro *Auguſten:* Epiſcopo ordine Iudiciario rationabiliter euiciſtis iuxta tenorem ſententiæ, quæ inde legitime lata eſt vobis, Et per nos iam dictæ Eccleſiæ veſtræ auctoritate Apoſtolica confirmamus. & præſentis ſcripti patrocinio communimus, Statuentes, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationē Omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Anagine* quarto Calendas Nouembris.

H*Onorius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis filiis Præpoſito & Conuentui de *Raitenbuch* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt per ſollicitudinem officij noſtri id ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo Domino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus: Specialiter autem Eccleſias in *Gröſſolingen* & in *Vrbach*, & in *Mülhuſen*, & in *Vnfrezhuſen*, & S. *Laurentij* in *Schongau* ac alia bona veſtra ſicut ea omnia iuſtè & pacificè poſſidetis vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario cnotraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud *Vrbem veterem* octauo Idus Iulij Pontificatus noſtri anno quarto.

I*Nnocentius* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Eccleſiæ de *Raitenbuch*, ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen:* Diœces: ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum auctoritate vobis præſentium indulgemus, vt cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis ianuis clauſis excommunicatis & interdictis excluſis non pulſatis campanis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare, dumodo cauſſam non dederitis interdicto, & quando non contigat vobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę cōceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autē hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū *Lugduni* octauo Idus Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

A*Lexander* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio *Ottoni* Præpoſito Eccleſiæ S. *Mariæ Raitenbuchen*, Salutem & Apoſtolicē benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis facilem nos conuenit inpartire conſenſum, & vota quæ à rationis ttamite non diſcordant, effectu ſunt proſequente complenda: Eapropter dilecte in Domino fili Otto Præpoſite deuotionem tuam, quam erga B. *Petrum* & nos ipſos habere dinoſceris attendentes, te in ſpiritualem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ filium, & præfatam *Raitenbuchen:* Eccleſiam, cui præes, cum omnibus ad eam pertinentibus ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus ſtatuentes, vt ſi aliqui clerici de Regno Teutonico ſchiſmati abrenunciare voluerint, liceat tibi hac diſſeſſione durante eos iuxta tuæ diſcretionis arbitrium exhibita condigna ſatisfactione vitæ noſtra recipere, atque ad vnitatem matris Eccleſiæ, & ad noſtram obedientiam reuocare. Nos verò tam te quam præfatam Eccleſiam tuam, & Clericos aliarū Eccleſiarū tuarum ab omni Epiſcoporū, qui in parte ſchiſmatis ſucceſſerunt, obedientia & fidelitate, donec ad obedientiam noſtram & reuerentiam, & ad Catholicæ Eccleſiæ redeant vnitatem, duximus abſoluendos, Sacerdotib. quoq; & Clericis villarū tuarum, qui in ſchiſmate duxerint permanere, decimas, ſeu quoslibet Eccleſiaſticos reddit⁹ ſubtrahēdi, quouſque reſipiſcerint, liberam tibi concedimus facultatem; Decernimus ergo vt nulli omnino Eccleſiaſticæ vel ſæculari perſonæ fas ſit, perſonam tuam vel Eccleſiam tuam temerè perturbare, ſeu quibuslibet fatigare moleſtiis, Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum eius *Petri* & *Pauli* incurrat. Datum *Ferent.* Idus Maij.

E*Vgenius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij in *Raitenbuch* per Præpoſitum ſoliti gubernari ordinis S. *Auguſtini Friſingen.* Dioc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu oēs libertates & immunitates à prędeceſſorib. veſtris Rom: Pōtificibus, ſiue p priuilegia vel alias Indulgētias vobis & Monaſt. veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Re-

gibus & Principibus ac alijs Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas, omniaque mobilia & immobilia bona ad dictum Monaſterium ſpectantia ſicut ea iuſte & pacifice poſſidetis vobis & per vos præfato Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Bononiæ* Anno incarnationis Dominicæ M. CCCC.XXXVII. Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. 1437.

IOannes miſeratione diuina &c. ſancti *Martini* in *Montib.* presbyter Cardinalis de *Bauaria* vulgariter nuncupatus ſacroſanctæ generalis *Baſilien.* ſynodi in ſpiritu ſancto legitimè congregatæ vniuerſam Eccleſiam repræſentantis ac ſedis Apoſtolicæ per *Germaniæ* partes de latere Legatus, Venerabili nobis in Chriſto *Georgio* Præpoſito Monaſterij in *Raitenbuch* ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum Regularium *Friſingenſis* Diœceſ. ſalutem in Domino. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad vniuerſalem geritis Eccleſiam non indigne meretur, vt petitionibus veſtris illis præſertim quas ex deuotionis feruore prodire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Hinc eſt quod nos deuotis ſupplicationibus veſtris in hac parte inclinati, vt liceat vobis habere Altare portatile, cum debita reuerentia & honore, ſuper quo in locis ad hoc congruentibus & honeſtis, poſſitis miſſas & alia diuina officia, ſine alieni iuris præiudicio celebrare, aut per quemcunque ſacerdotem diſcretum in veſtra, & familiarium veſtrorum domeſticorum, aliorumque Chriſti fidelium caſualiter ſuperuenientium, quibus aliàs de iure prohibitum non eſt, præſentia, facere celebrari, deuotioni veſtræ tenore præſentium legationis qua fungimur auctoritate, quoad vixeritis concedimus facultatem. Quodque aliquem idoneum & diſcretum presbyterum in veſtrum valeatis eligere Confeſſorem, qui quotiens vobis fuerit oportunum confeſſione veſtra diligenter audita, pro commiſſis vobis debitam abſolutionem impendat, & iniungant inde pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem, dicta auctoritate indulgemus. Datum in domo *Rubea* prope *Baſileam Conſtantien*: Diœceſ. die decimo quarto Aprilis, Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quadringentesimo quadrageſimo primo. Pontificatus ſanctiſſimi Domini *Felicis* diuina prouidentia Papæ quinti anno primo. 1441.

SAcroſancta Generalis Synodus *Baſilien*: in Spiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. Magnæ & ſinceræ deuotionis affectus, quem dilecti Eccleſiæ filij *Georgius* Præpoſitus & Conuentus Monaſterij in *Raitenbuch* Ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum regularium *Friſingens.* Diœceſ. ad nos & vniuerſalem gerunt Eccleſiam non indigne promeretur, vt votis ipſorum illis, præſertim quæ ad ipſius Monaſterij & perſonarum inibi ſub regulari habitu virtutum altiſſimo aſſiduè famulantium venuſtatem & decorem cedere valeant fauorabiliter annuamus. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte eorundem Præpoſiti & Conuentus petitio continebat præfatum Monaſterium inter alia illarum partium Monaſteria vnum ex notabilioribus 1442.

ribus exiſtat, ac illius Præpoſitus pro tempore exiſtens in dicta Diœceſ. *Friſin-*
*gen:* vnicus Archidiaconus per illam ordinariam habere & exercere noſcatur
juriſdictionem. Quare pro parte eorundem Præpoſiti & Conuentus fuit no-
bis humiliter ſupplicatum, vt ipſis pro ipſius Monaſterij illiuſque Præpoſiti &
Canonicorum inibi degentium pro tempore, maiori decentia & ornatu, quod
Præpoſitus ad inſtar Prælatorum aliarum Collegiatarum Eccleſiarum de variis
griſeis, ac ſinguli Canonici ipſius Monaſterij pro tempore exiſtentes de Aſpe-
riolis Almutia in ipſo Monaſterio & alibi vbi eos in proceſſionibus & diuino-
rum obſeruatione intereſſe contingeret, deferre, eiſque liberè vti valerent de
vniuerſalis Eccleſiæ clementia concedere dignaremur. Nos itaque di-
gnum cenſentes & congruum, vt ſicuti Monaſterium ipſum inter alia
Monaſteria & religioſa illarum partium loca præinſigne & notabile exi-
ſtit, ita etiam inſigniori attolli & præfulgere non immerito debeat præro-
gatiua honoris, ipſorum quoque Præpoſiti & Conuentus in hac parte ſuppli-
cationibus inclinati ipſis quod Gregorius prædictus, ac ſui ſucceſſores Præ-
poſiti de variis griſeis ad inſtar Prælatorum, nec non ſinguli impræſentia-
rum & pro tempore exiſtentes Canonici dicti Monaſterij de Aſperiolis Almu-
cia vbilibet deferre illiſque vti perpetuis futuris temporibus liberè & licitè
poſſint & valeant, vt præfertur conſtitutionibus & ordinationibus Apoſto-
licis nec non ſtatutis & conſuetudinib. Monaſterij & ordinis predictorum jura-
mento, confirmatione Apoſtolica ſeu quauis firmitate alia vallatis cæteriſque
contrariis nequaquam obſtantibus auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ tenore
præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergò omnino hominum
liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario con-
traire: Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omni-
potentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum, Datum *Baſileæ*
1442. ſexto Nonas Octobris Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quadringen-
teſimo quadrageſimo ſecundo.

SAcroſancta Generalis Synodus *Baſilien:* in Spiritu ſancto legitime congre-
1442. gata vniuerſalem Eccleſiam, repræſentans, dilectis Eccleſiæ filiis Præ-
poſito & Conuentui Monaſterij in *Raitenbuch* Ordinis ſancti *Auguſtini* Ca-
nonicorum regularium per Præpoſitum ſoliti gubernari *Friſingenſis* Diœ-
ceſis Salutem & omnipotentis DEI Benedictionem. Cum à nobis peti-
tur, quod iuſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis quam ordo exigit ra-
tionis, vt illud per miniſterium noſtrum ad debitum perducatur ef-
fectum: Hinc eſt quod nos veſtris in hanc parte iuſtis ſupplicationibus
grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras, & locum in quo diuino eſtis
obſequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabi-
liter poſſidetis aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipi-
ſci ſub vniuerſalis Eccleſiæ & Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus, ſpeciali-
ter autem decimas, terras, domos, vineas, hortos & alia bona veſtra, nec
non omnes libertates & immunitates à Romanis Pontificibus ſiue per
priuilegia vel alias Indulgentias vobis & Monaſterio veſtro in *Raitenbuch* Or-
dinis S. *Auguſtini* Canonicorũ regularium *Friſing.* Dioc. conceſſas, nec non li-
bertates & exemptiones ſæcularium exactionũ à Rom: Imp. Regib. & Princi-
pibus aliiſque Chriſti fidelib. rationabiliter vobis & memorato Monaſterio in-
dultas, ſicut iuſtè & pacificè poſſidetis vobis & per vos eidem Monaſterio
aucto-

auctoritate Vniuerſalis Eccleſiæ tenore præſentium confirmamus,& præſen-
tis ſcripti patrocinio cõmunimus,ſalua in prędictis moderatione Concilij gene-
ralis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis,
confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei
& Vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum *Baſileæ* ſexto Nonas octo-
bris, Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo
ſecundo.

SAcroſancta generalis Synodus *Baſilien.* in ſcriptu ſancto legitime congregata 1442.
vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, dilecto Eccleſiæ filio *Georgio* Præpoſi-
to Monaſterij in *Raitenbuch* per præpoſitum ſoliti gubernari ordinis ſancti *Au-
guſtini* Canonicorum Regularium *Friſingenſis* Diœceſis, Salutem & Omnipo-
tentis Dei Benedictionem. Ad Eccleſiaſtici decoris augmenta reperta ſunt di-
gnitatum inſignia, quæ circumſpecta vniuerſalis Eccleſiæ prouidentia ſuæ
liberalitatis gratia illis potiſſimè diſtribuit ad ornatum, quos eidem Eccleſiæ
fideles cognoſcit pariter & deuotos. Hinc eſt quod nos dilecti Eccleſiæ filij
nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni* & Ducis *Bauariæ* aſſerentis ſe ad
Monaſterium in *Raitenbuch* per Præpoſitum gubernari ſolitum ordinis ſancti
*Auguſtini* Canonicorum Regularium *Friſingenſis* Diœceſ.cui tu præeſſe dinoſce-
ris, quodque vnum ex notabilioribus in Dominiis dicti Ducis conſiſtentibus
Monaſteriis exiſtit ſingularem gerere deuotionis affectum deuotis ſupplica-
tionibus inclinati. Vt tu *Georgi* Præpoſite & Succeſſores tui, qui pro tempore
fuerint, Præpoſiti dicti Monaſterij, quod etiam vt accepimus à Chriſti fideli-
bus illarum partium deuotius & frequentius viſitari ſolet, ac in quo regula-
ris dicti ordinis impræſentiarum viget obſeruantia: *Mitra* & *Anulo* Pontifi-
calibus vti liberè & licite valeatis Benedicti duodecimi, quæ incipit, Abba-
tes & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, nec non ſtatutis & conſuetudini-
bus Monaſterij & ordinis prædictorum etiam Iuramento, confirmatione
Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis cæteriſque contrariis nequa-
quam obſtantibus tibi & eiſdem ſucceſſoribus auctoritate vniuerſalis Eccle-
ſiæ tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu te-
merario contraire: Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Da-
tum *Baſileæ* decimo ſexto Calendas Decembris, Anno à Natiuitate Domini 1442.
Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo.

SACROSANCTA generalis Synodus *Baſilienſis* in Spiritu ſancto legitime 1446.
congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans dilectis Eccleſiæ filiis,
Præpoſito & Conuentui Monaſterij in *Raitenbuch* per Præpoſitum ſoliti
gubernari Ordinis Sancti *Auguſtini Friſingenſis* Diœceſis Salutem & Om-
nipotentis Dei Benedictionem. Ad Eccleſiaſtici decoris augmenta re-
perta ſunt dignitatum Inſignia, quæ circumſpecta vniuerſalis Eccleſiæ
prouidentia, liberalitatis gratia illis potiſſimè diſtribuit ad ornatum,
quos eidem Eccleſiæ fideles cognoſcit & deuotos: Cum itaque ſicut
accepimus Monaſterium veſtrum in *Raitenbuch* ordinis ſancti *Auguſtini Friſin-
genſis* Diœceſ. inter alia illarum partium Monaſteria plurimum Inſigne, ac il-
lius Præpoſitus pro tempore exiſtens *Archidiaconus* natus in Diœceſ. *Friſingenſis*

exiſtat, & dilectus Eccleſiæ filius nobilis vir *Albertus* Comes Palatinus *Rheni* & Dux *Bauariæ* ſingularem ad ipſum Monaſterium gerat deuotionis affectum, Nos volentes tam vos quos ſpeciali dilectione proſequimur, quam Monaſterium veſtrum huiuſmodi amplioribus honoribus attollere, dignum cenſentes & congruum, vt ſicuti Monaſterium ipſum vt præfertur inſigne exiſtit, ita etiam inſigniori illud attolli & præfulgere deceat prærogatiua honoris, veſtriſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt tu fili Præpoſite & Succeſſores tui, qui pro tempore fuerint Præpoſiti dicti Monaſterij, quibus etiam aliis. Vt *Mitra* & *Annulo* pontificalibus libere vti poſſetis, præmiſſorum intuitu, nec non contemplatione dicti Comitis Palatini & Ducis, tunc nobis ſuper hac humiliter ſupplicātis gratioſè concedendum duximus, vt etiam *Baculo* paſtorali pariter poſſitis vti conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus, tibi & eiſdem Succeſſoribus, auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ, tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum *Baſileæ* vndecimo Calendas Martij Anno à Natiuitate Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto.
1446.

1453. NIcolaus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio Scolaſtico Eccleſiæ *Auguſten.* Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum, nec non Religioſarum perſonarum in illis diuinis laudibus dedicatarum omnium Statum ſalubriter & proſpere dirigendum, paterna ſolicitudine vigilantes earum profectibus libenter intendimus, illiſque quantum cum Deo poſſumus fauorem beneuolum impartimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum, Præpoſiti & Conuentus Monaſterij Beatæ *Mariæ* in *Raitenbuch* Ordinis ſancti *Auguſtini* per Præpoſitum ſoliti gubernari *Friſingen.* Diœceſ. petitio continebat. Quod dudum bonæ memoriæ *Anshelmus* Epiſcopus *Auguſten.* prouide attendens, quod in dicto Monaſterio diuinæ laudis organa frequentabantur, hoſpitalitatis benignitas tranſeuntibus exhibebatur, ac miſericordiæ opera fideliter exercebantur, quodque niſi ad præmiſſa onera ſupportanda ipſi Monaſterio ſuccurreretur, potuiſſet Monaſterium ipſum in exhibitione dictorum piorum operum ad nimiam perduci paupertatem, ex præmiſſis cauſis de conſenſu filiorum dilectorum, Prępoſiti, Decani & Capituli Eccleſiæ *Auguſten.* in *Iglingen* prope Caſtrum *Iglingen*, ac in *Staindorff* prope Caſtrum *Haginberg* Auguſten. Dioc. Parochiales Eccleſias ad præſentationem dictorum, Præpoſiti & Conuentus ex donatione quondam Ducis *Bauariæ* pertinentes quam primum per ceſſum vel deceſſum Rectorum earundem vacare contingeret prędicto Monaſterio ordinaria auctoritate perpetuo incorporauit, annexuit & vniuit, reſeruata ſuper fructibus vtriuſque Parochialium Eccleſiarum pro perpetuis inibi vicariis congrua portione prout in literis Autenticis dicti Epiſcopi eius, nec non dictorum Decani & Capituli Sigillis munitis dicitur plenius contineri: Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, Præpoſitus & Conuentus Monaſterij huiuſmodi dubitent annexionem, incorporationem & vnionem prædictas ex certis cauſis viribus non ſubſiſtere, pro parte ipſorum Præpoſiti & Conuentus aſſerentium, quod Parochialium Eccleſiarum, Quatuordecim, Monaſterij vero prædictorum centum Marcharum argenti fructus redditus, & prouentus ſecundum communem extimationem valorem annuū non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vnioni, annexioni & incorpo-

corporationi prædictis pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ con-
firmationis adiicere, ac illas de nouo fieri mandare, aliaſq; in præmiſſis oportu-
ne prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; de pręmiſſis cer-
tam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni
tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis Præpoſito Eccleſiæ
*Auguſten:* Decano & Capitulo prædictis nec non aliis qui fuerint euocandi de
præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorũ circumſtantiis vniuerſis auctoritate no-
ſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris,
tibiq; videatur, quod vnio, annexio, & incorporatio prædictæ confirmentur, &
de nouo fiant, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, vnionem, annexionẽ
& incorporationem prædictas, & inde ſequuta quæcunque eadem auctoritate
noſtra approbes & confirmes, ſuppleaſq; omnes defectus ſi qui forſan interue-
nerint in eiſdem: Et nihilominus ſi Confirmationem & approbationẽ ac ſupple-
tionẽ huiuſmodi per te vigore pręſentium fieri contingat, vt præfertur, pro po-
tioris cautelę ſuffragio ipſas Parochiales Eccleſias reſeruata prius ſuper ſingula-
rum Eccleſiarum parochialium fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmo-
di pro ſingulo vicario inibi per Præpoſitum & Conuentum p̃dictos præſentan-
do, & per ordinarium inſtituendo congrua portione, & ex qua Vicarij ipſi com-
mode ſuſtentari, Epiſcopalia veſtra ſoluere, aliaq; eius ratione dictarum Paro-
chialium Eccleſiarum incumbentia onera perferre poſſint, eidem Monaſterio
p̃fata auctoritate noſtra perpetuo incorpores, vnias & annectas ita quod ſimul
vel ſucceſſiuè cedentibus, vel decedentibus ipſarũ Parochialium Eccleſiarum
Rectoribus ſeu illas alias quomodolibet dimittentibus, liceat Prępoſito & Con-
uentui Monaſterij huiuſmodi pro tempore exiſtentibus per ſe vel alium, ſeu
alios corporalem Parochialium Eccleſiarum, iuriumq; & pertinentiarum præ-
dictorum poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, illarumque
fructus, redditus & prouentus prædictos in ſuos & earum, nec non Monaſterij
huiuſmodi vſus vtilitatemq; conuertere & perpetuò retinere Diœceſani loci &
cuiuſcunq; alterius ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus con-
ſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & conſuetudinibus Ec-
cleſiæ *Auguſten.* Monaſterij & ordinis prædictorum Iuramento, confirmatione
Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis contrariis quibuſcunq;, aut ſi ali-
qui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſia-
ſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dictæ ſedis vel legatorum eius lite-
ras, etiã ſi per eas, ad inhibitionẽ, reſeruationem & decretum, vel alias quomo-
dolibet ſit proceſſum, quas quidẽ literas ac proceſſus habitos per eaſdẽ, & inde
ſecuta quæcunq; ad prædictas parochiales Eccleſias volumus non extendi, ſed
nullũ per hoc eis, quo ad aſſequutionẽ beneficiorum aliorum pręiudicium ge-
nerari, & quibuslibet aliis priuilegiis, Indulgentiis & literis Apoſtolicis generali-
bus vel ſpecialibus, quorumcunq; tenorum exiſtant, per quæ præſentib. nõ ex-
preſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet
vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum haben-
da ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, prouiſo quod propter vnionem, anne-
xionẽ & incorporationẽ prædictas ſi fiant, vel confirmentur, vt p̃fertur, dictę pa-
rochiales Eccleſię debitis nõ fraudentur obſequiis, & animarũ cura in eis nulla-
ten⁹ negligatur, ſed illarũ congrue ſupportentur onera conſueta: Nos enim ex
nunc irritũ decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis Auctorita-
te ſcienter vel ignoranter cõtigerit attẽptari. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, Anno
Incarnationis Dominicę Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo Tertio,
Duodecimo Calendas Decembris Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

*Nicolaus*

*Confirmatio Priuilegiorũ Nicolai Papæ.*

NIcolaus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei dilectis Filiis Preposito & Conuentui Monaſterij beatæ *Mariæ* in *Raitenbuch* per Præpoſitum ſoliti gubernari ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Dyocœſis, Salutem & Apoſtolicam Benedi-
1450. ctionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum: Eapropter Dilecti in Domino Filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & locum, in quo diuinis eſtis obſequiis mancipati cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri protectione ſuſcipimus atq; noſtra, omneſq; libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, vel per alias Indulgentias, vobis & Monaſterio veſtro indultas, Necnon libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus aut aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio conceſſas, ſicut eas juſtè & pacificè poſſidetis, Vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis, & cõmunitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum: Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo. Non: Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto, &c.

P. de Legendorff.

1459. PIus Epiſcopus Seruum Seruorum Dei dilectis Filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij in *Raitenbuch*, per Præpoſitum ſoliti gubernari ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Dioceſ. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub beati *Petri* protectione ſuſcipimus atque noſtra, omneſque libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & dicto Monaſterio veſtro rationabiliter indultas, ſicut eas juſte poſſidetis & quiete vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo. Pridie Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.

1458. BEſſarion miſeratione diuina Epiſcopus Tuſculanus, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis *Nicenus* vulgariter nuncupatus per *Alamaniam* & totam

*Germa-*

*Germaniam*,aliaſq; terras adiacentes Imperio ſubiectas Apoſtolicæ ſedis de late-
re Legatus. Ad futuram rei memoriam, magnæ & ſinceræ deuotionis affectus,
quem dilecti noſtri in Chriſto *Georgius* Præpoſitus & Conuentus Monaſterij in
*Raitenbuch* Ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum regularium *Friſing.* Dioc. ad
vniuerſalem gerunt Eccleſiam,nõ indigne promeretur, vt votis ipſorum illis p̄-
ſertim quæ ad ipſius Monaſterij euidentem vtilitatem,ornatum, decorem, Dei
honorem, diuini cultus augmentum, ac perſonarum inibi ſub regulari habitu
altiſſimo aſſiduè famulantium venuſtatem & decorem cedere valeant, fauora-
biliter annuamus:Cum itaq; ſicut exhibita nobis nuper pro parte eorundẽ Prę-
poſiti & Conuentus petitio continebat p̄ſatum monaſteriũ inter alia illarũ par-
tium Monaſteria vnum ex notabilioribus exiſtat, ac illius Præpoſitus pro tem-
pore exiſtens in dicta Dyoceſi *Friſingen.* vnicus Archidiaconus per illam quæ
ordinariam habere & exercere noſcatur Iuriſdictionem, Quare pro parte
eorundem Prępoſiti & Conuentus fuit nobis humiliter ſupplicatum vt ipſis pro
ipſius Monaſterij illiuſq; Præpoſiti & Canonicorum inibi degentium pro tem-
pore maiori libertate,immunitate,euidenti vtilitate,decentia & ornatu gratiæ
& indulto. Quod ipſe Præpoſitus & Succeſſores ſui, qui pro tempore fuerint
Præpoſiti dicti Monaſterij *Mitra* & *Annulo*, *Baculo* paſtorali pontificatus *Almucia*
de variis griſeis, & Canonici pro tempore, de *Aſperiolis* in Monaſterio proceſ-
ſionibus ac alibi vbi eos in diuinorum obſeruatione intereſſe cõtigerit, deferre
ad inſtar Prælatorum & Canonicorum, Collegiatarum Eccleſiarum ſæculariũ,
nec nõ priuilegia ipſis ſuper decimis, terris,domibus,vineis,hortis & aliis bonis
prædicti Monaſterij,immunitatibus, libertatibus ac vnionibus Parochialium
in *Iglingen* ſuperiori,*Staindorff*, *Greſſelſingen*, *Aurbach*, *Amergo*, *Milhauſen*, *Vn-
frizhauſen*, Sancti *Laurentij* prope *Schongau*, *Schvviſtingen*, cum Capellis Filia-
bus eiuſdem Monaſterij *Friſingenſis* & *Auguſten.* Dioceſ. Eccleſiarum: Quæ ali-
quæ per Canonicos dicti Monaſterij ad nutum Præpoſiti eiuſdem remouibiles
in animarum cura reguntur, ac quæuis alia Iura & munimenta vt præmitti-
tur Auctoritate ordinaria, Synodo *Baſili.* in ſuo exiſtente vigore, ac alias quo-
uis modo à nobis inferiore in forma gratiæ vel iuſtitiæ dicto Monaſterio gratio-
ſe conceſſa,robur legationis noſtræ & confirmationem impertire dignaremur.
Nos itaque dignum cenſentes & congruum, vt ſicuti Monaſterium ipſum inter
alia Monaſteria & religioſa illarum partium loca perinſigne & notabile exiſtit,
ita etiam inſigniori attolli & præfulgere nõ immerito debeat prærogatiua ipſo-
rumque Præpoſiti & Conuentus in hac parte ſupplicationibus inclinati, q̃ *Geor-
gius* prædictus ac ſui Succeſſores Præpoſiti, *Infula*, *Annulo*, *Baculo* paſtorali, pon-
tificalibus Almutiis de vario griſeo, nec non ipſi Canonici dicti Monaſterij de
Aſperiolis ac libertates & immunitates domuum,decimarum, terrarum, hor-
torum, vinearum,vnionum,Eccleſiarum curatarum,quarumcunq; ipſis incor-
poratarum & etiam filiarum vti deferre & poſſidere, nec non vt in Eccleſiis
Parochialibus *Mülhauſen*,*Schvviſtingen*, *Greſelſingen*, *Amergau* & ſancti *Laurentij*
prope oppidum *Schongau*, quam primum vacare per ceſſum vel deceſſum con-
tigerit, vos Domine Præpoſite & veſtri Succeſſores huiuſmodi Canonicos di-
cti Monaſterij ad nutum Præpoſiti amouibilis in eiſdem Eccleſiis inſtituere
& prouidere, ac poſſeſſionem huiuſmodi Eccleſiarum auctoritate propria ap-
prehendere liberè & licitè poſſitis deuotionibus veſtris auctoritate legationis
noſtræ,qua fungimur in hac parte tenore præſentium concedimus facultatem,
præmiſſaque confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, con-
ſtitutionibus & ordinationibus quibuſcunque in oppoſitum faciendum non
obſtant: Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam
quouis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quouis inferiori auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum in Monaſterio *Raitenbuch Friſingen.* Dioceſ. ſub noſtri ſigilli maioris appenſione, die viceſima menſis Februarij, Anno à Natiuitate Domini Milleſimo
1460. Quadringenteſimo Sexageſimo. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Pij* diuina prouidentia Papæ Secundi, Anno ſecundo.

1460. B*Eſſarion* miſeratione diuina Epiſcopus *Tuſculanus* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis *Nicenus* vulgariter nuncupatus, nec non in partibus *Alemaniæ* & *Germaniæ* lociſque omnibus in eiſdem partibus Sacro *Romanô* Imperio ſubiectis Apoſtolicæ Sedis Legatus. Ad futuram rei memoriam magnæ & ſinceræ deuotionis affectus, quem dilecti nobis in Chriſto *Georgius* Præpoſitus & Conuentus Monaſterij in *Raitenbuch* ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum regularium *Friſingen.* Dioceſ. ad vniuerſalem gerunt Eccleſiam, non indigne promeretur, vt votis ipſorum, illis præſertim, quæ ad ipſius Monaſterij euidentem vtilitatẽ, ornatum ac decorem, Dei honorem, diuini cultus augmentum & perſonarum inibi ſub regulari habitu viuentium altiſſimo aſſiduè famulantium venuſtatẽ & decorem cedere valeant fauorabiliter annuamus. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte eorundem Præpoſiti & Conuentus petitio continebat, præfatum Monaſterium inter alia illarum partium Monaſteria vnum ex notabilioribus exiſtat, ac illius Præpoſitus pro tempore exiſtens in dicta Dioceſ. *Friſingen.* vnicus Archidiaconus per illam Dioceſ. ordinariam habeat & exerceat Iuriſdictionem; idcirco pro parte eorundem Præpoſiti & Conuentus fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ipſis pro ipſius Monaſterij, illiuſque Præpoſiti & Canonicorum inibi degentium pro tempore maiori libertate, immunitate, vtilitate, decentia, ornatu, gratia & indulto concedere dignaremur, quod ipſe Præpoſitus & Succeſſores ſui, qui pro tempore fuerint Præpoſiti dicti Monaſterij *Mitra*, *Annulô*, *Baculo* paſtorali vti poſſint ſolemnem Benedictionem populo dando, nec non calices, & ornamenta alia ad diuinum cultum pertinentia cõſecrare, & Pontificalia huiuſmodi exercere *Almutia* de variis griſeis & Canonici pro tempore de *Aſperiolis* in Monaſterio proceſſionibus, ac alibi vbi eos in diuinorum obſeruatione intereſſe contigerit deferre, & vti ad inſtar Præpoſitorum & Canonicorum, Collegiatarum Eccleſiarum ſæcularium, nec non priuilegia ipſis ſuper Decimis terræ, domibus, vineis, ortis & aliis bonis prædicti Monaſterij immunitatibus, libertatibus & vnionibus parochialium in *Iglingen* ſuperiori *Staindorff*, *Greffelfingen*, *Aurbach*, *Amergau*, *Milhauſen*, *Vnfrizhauſen*, S. *Laurentij* prope *Schongau*, *Schvviſtingen* cum Capellis filiabus eiuſdem Monaſterij *Friſing.* & *Auguſten.* Dioceſ. Eccleſiarum quæ aliquæ per Canonicos dicti Monaſterij ad nutum Præpoſiti eiuſdem remouibiles in animarum cura reguntur, ac quæuis alia jura, priuilegia & munimenta, vt præmittitur auctoritate ordinaria, aut quocunque alio nobis inferiore in forma gratiæ, indulti & juſtitiæ dicto Monaſterio gratioſe conceſſa Legationis noſtræ robore confirmare vellemus. Nos igitur dignum cenſentes & congruum, vt ſicuti Monaſterium ipſum inter alia Monaſteria & religioſa illarum partium loca inſigne & notabile exiſtit, ita etiam inſigniori attolli & præfulgere non immerito debeat prærogatiua honoris & excellentia decorari, ipſorumque Præpoſiti & Conuentus in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod Georgius Præpoſitus prænominatus, ac Succeſſores ſui pro tempore Præpoſiti *Infula*, *Annulo*, *Baculo* paſtorali ſollemnem Benedictionem populo dando vti, nec non calices ſuos & ornamenta alia ad diuinum cultum pertinentia conſecrare, & huiuſmodi Pontificalia in Monaſterio & Eccleſiis ſibi ſubiectis exercere *Almuciis* de vario griſeo, nec non ipſi Canonici

dicti

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicti Monaſterij de aſperiolis ac libertates & immunitates domuum, Decimarum, terrarum, ortorum, vinearum, vnionum Eccleſiarum curatarum quarumcunque ipſi Monaſterio prædicto incorporatarum & etiam filialium vti deferre & poſſidere, nec non vt in Eccleſiis Parochialibus *Iglingen* ſuperiori, *Schvviſtingen, Greſſelſingen, Staindorff* & ſancti *Laurentij* prope oppidum *Schongau*, quæ p Clericos ſæculares de præſenti reguntur, quam primum per ceſſum vel deceſſum eas vel ipſarum alteram vacare contigerit, Vos Domine Præpoſite & veſtri Succeſſores huiuſmodi pro tempore canonicè intrantes fratres & Canonicos in dicto Monaſterio expreſſe profeſſos ad nutum Præpoſiti eiuſdem pro tempore amouibiles in eiſdem Eccleſiis inſtituere & prouidere, ac poſſeſſionẽ huiuſmodi Eccleſiarum auctoritate propria apprehendere, liberè & licite licentia cuiuſcunque alterius ſuper hoc minime requiſita poſſitis deuotionibus veſtris auctoritate legationis noſtræ, qua fungimur in hac parte tenore præſentium concedimus facultatem & indulgemus, præmiſſaque omnia & ſingula à nobis inferiore emanata confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, conſtitutionibus & ordinationibus ac ſtatutis quibuſcunque in oppoſitum faciendi, non obſtandi, decernendi ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam nobis inferiore quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit 1460.
attemptari. Datum *Norimbergæ Bambergen.* Dioceſ. Anno Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, Indictione octaua, die quinta decima Martij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Pij* diuina prouidentia Papæ ſecundi, Anno ſecundo.

P*Ius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filijs Præpoſito & Conuentui 1462.
Monaſterij in *Raitenbuech* per Præpoſitum ſoliti gubernari ordinis ſancti *Auguſtini Friſingenſis* Dioc. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Apoſtolicæ Sedis prouidentia circumſpecta ad ea libenter, vt tenetur intendit, perq; ſuborta ſuper Eccleſiis & Monaſteriis aut ipſorum membris litigia cura ſine ſolicitudinis ſopiantur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod licet olim parochialis Eccleſia ſancti *Laurentij* extra muros opidi *Schongavv Auguſten.* Dioceſ. eidem Monaſterio Canonicè vnita extiterit, & tam vos quam alij qui pro tempore fuerunt eiuſdem Monaſterij Præpoſiti vnionis eiuſdem vigore in pacifica poſſeſſione, vel quaſi eiuſdem Eccleſiæ ac etiam illi per vnum ex Canonicis dicti Monaſterij in miſſis & aliis diuinis officiis deſeruiendi fuiſſetis à tanto tempore citra quod in contrarium memoria non exiſtit, tamen dilecto filio *Ioanne Summerman* Clerico dictæ Auguſten. Dioc. ſuggerente nobis dictam Eccleſiam tunc vacare & tanto tẽpore vacauiſſe, quod eius collatio juxta *Lateranen.* ſtatuta Concilij ad Sedem Apoſtolicã fuerat tunc legitime deuoluta, Nos hac ſuggeſtione huiuſmodi circumuenti certo Iudici per alias noſtras literas dedimus in mandatis, vt eandem Eccleſiam ſicut præmittitur, vacabat, & tunc non erat in ea alicui ſpecialiter jus queſitum, cum omnibus Iuribus & pertinentiis ſuis eidem *Iohanni* auctoritate noſtra conferret, & de illa etiam prouideret ortaque propterea inter vos ac dilectum filium *Petrum Stephani* Canonicum dicti Monaſterij ad ſeruitium ipſius Eccleſiæ per vos deputatum ex vna ac *Iohannem* præfatum ſuper dicta Eccleſia, quam vos & *Petrus* ad dictum Monaſterium *Iohannes* verò præfati ad ſe de jure ſpectare aſſerebatis materia quæſtionis, Nos cauſam huiuſmodi non obſtante, quod de ſui natura ad dictam Curiam legitime deuoluta, ac apud eam de juris neceſſitate tractanda & finienda non eſſet, dilecto filio Magiſtro *Gaſpari* de *Theramo* Cappelano noſtro & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditori ad ipſius *Iohannis* inſtantiam au-

diendam commiſimus, & fine debito terminandam, ipſeque Auditor in ea ad
nonnullos actus citra tamē concluſionem inter partes ipſas dicitur proceſſiſſe:
Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat lite huiuſmodi coram dicto *Ga-
ſpare*, ſicut præfertur indeciſa pendente, *Iohannes* præfatus attendens, vt credi-
tur ſibi in dicta Eccleſia vel ad eam nullum jus competere pro bono pacis &
concordiæ liti & cauſæ huiuſmodi ac omni juri ſi quod ſibi in illa vel ad eam,
quomodolibet competebat per dilectum filium *Vlricum Enerberger* Canonicū
*Ratisbonen.* Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum in mani-
bus noſtris hodie ſponte ceſſerit, noſque ceſſionem huiuſmodi duxerimus ad-
mittendam pro parte veſtra ac *Petri* prædictorum nobis fuit humiliter ſuppli-
catum, vt cauſam huiuſmodi ad nos aduocare, eamque & litem prædictam,
extinguere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſtatum cauſæ
huiuſmodi præſentibus pro expreſſo habentes, eamque ad nos harum ſerie ad-
uocantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati litem ipſam penitus & omnino
extinguimus per præſentes non obſtantibus præmiſſis, cæteriſque contrariis
quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ad-
uocationis & extinctionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis au-
tem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei & Bea-
torum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Petreoli*
*Senen.* Dioceſis, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo
1462. ſexageſimo ſecundo, ſeptimo Calendas Nouembris, Pontificatus noſtri
quinto.

1463. PIus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filijs Præpoſito Monaſterij in
Raitenbuch per Præpoſitum ſoliti gubernari *Friſingen.* Dioceſ. Salutem & A-
poſtolicam Benedictionem. Quærelam dilectorum filiorum *Georgij Parzel* Præ-
poſiti & Cōuentus Monaſterij ſancti *Martini* in *Dietramſeel* per Præpoſitum ſoli-
ti gubernari, ordinis ſancti *Auguſtini Friſingenſis* Dioceſis accepimus continen-
tem, quod *Ambroſius* de *Vnderſtorf*, *Vlricus Schirm*, *Petrus* & *Conradus* Canonici
Monaſterij de *Vnderſtorf*, ordinis & Dioceſis prædictorum, eundem *Georgium*
& quoſdam eiuſdem Monaſterij ſancti *Martini* Monachos non abſq; manuum
iniectione in eos, Dei timore poſtpoſito, auſu ſacrilego temere violenta à dicto
Monaſterio ſancti *Martini* eiicere præſumpſerunt, ac quaſdam alias graues in-
iurias eis irrogarunt pariter & jacturas propter quas expenſas feciſſe, & dam-
na grauia ſe aſſerunt incurriſſe, in animarum ſuarum periculum dictorum Prę-
poſiti & Conuentus Monaſterij ſancti *Martini* præiudicium non modicum &
grauamen: Quare pro parte Præpoſiti & Conuentus Monaſterij ſancti *Martini*
prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his ſibi oportune pro-
uidere juſtitiæ miniſterio curaremus, Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica
ſcripta mandamus, quatenus ſi & poſtquam de iniectione manuum huiuſmo-
di vobis conſtiterit legitime, dictos ſacrilegos tamdiu appellatione remota ex-
communicatos publice nuncies, & facias ab aliis arctius euitari, donec ſuper
his ſatisfecerint competenter & à te ſuper hoc abſolutionis beneficium merue-
rint obtinere, ſuper aliis vero vocatis qui fuerint euocandi, & auditis hinc in-
de propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione remota decernas, faciens quod
decreueris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Datum *Romæ* apud
1463. ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo
ſexageſimo tertio, quinto Calend. Iulij Pontificatus noſtri Anno quinto.

Hand vñ dz ſi das vnendgoldē ſein gen vns vnd jren Ayden vnd Trewen an jren Leub vñ an jren Gut. Wür verbundē vns auch des ſtät zuhalten vñ für gut habē/ vnd nit verſprechē mit keiner ſchlacht gedings oder mit ander jrrung alle die beſtattigkeit vnd veſtigkeit die ſie darüber habent oder mügen getriben von dem Papſt mit dem Pann oder mit der gantze hintz vns ſelber oder hintz vnſer Land vnd Leuten/ wir bitten auch vnſer liebē Herrn Herrn Ludwigen den Römiſchen König das er die ſach beſtättig mit ſeinen offen Brieffen vnd er vnd all ſein Nachkomen König vnd Khayſer all die ſach volfürē vnd vollenden als oben iſt verſchriben vnnd daran die Pfaffenheit ſchirmen vnnd der Pfaffenheit zulegen an all fürzug vnd an alle widerred vmb die ſach allein wo wir oder vnſer Nachkhomen dawider icht theten oder chain wellen ſo ſoll der König vnd ſein Nachkomen das darumb nit laſſen ob wür mit in keinerley ſchlacht Pundnuß oder Gelübt haben oder fürbas gewinnen das wür gen allen Leuten ſollen anainander geholffen ſein vnd nit wider ainā der thon/ iſt aber vns der König oder ſein Nachkhomen icht gebunden oder wür jhm ander ſach/ darā ſoll vns das nit ſchaden/ die ſachen als ſie hie oben ſind geſchriben haben wür gelobt vnd geſchworen zhalten ainvaltigklichs vnd drivaltigklichs an alles geverd vnd geben darüber die handveſten verſigleten mit vnſern anhangenden Inſigelen der geben iſt zu Regenſpurg da man zalt nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jar/ vnd darnach in dem drey vnd zwaintzigiſten Jahre deß nechſten Sontags nach dem Pfingſtag. Herauff ſo gereden vnd verſprechen wir den obgenanten Brobſt ſeinem Gottshaus vnd Nachkomen bey vnſern Fürſtlichen Worten in Crafft des Brieffs/ das wür jhn ſolchen obgenāt Brieff/ Freyheit/ Recht/ Gnad/ vnd gut gewonheit ſtät halten ſollen vnd wöllen die nicht vberfahren noch geſtatten zu vberfahren vnd darauff all vnſer Erben vnd Nachkohmmen Fürſten in Bayrn ꝛc. vleiſſiglich bitten auch allen vnſern Grauen/ Freyherrn/ Rittern/ Knechtē/ Vitztūbē/ Haubtleutē/ Pflegern/ Richtern/ ſonſt allē andern vnſern Ambtleutten/ Landtſäſſern/ vnnd getrewen in welcherley weſen die ſint veſtiglich gebieten bey vnſern hulden vnd gnaden vnd auch darzu trewlich rathen daß jr wider vnſer Vordern Gnadbrieff vnd Freyheit auch wider die vnſer beſtättigung nit thuet noch laſſet thuen/ dhain weis/ wer es aber dariber thet der ſoll deß ein verantwortter ſein am den jüngſten Gericht gen Gott dem Allmächtigen des Barmhertzigkeit dann alle verborgen vnnd das Gericht an alle Gnad nach eines jeden Menſchen verdienen geurtelt wirdet. Er ſoll auch in vnſer ſchwere Vngnad veruallen ſein. Deß alles zu wahren vhrkund vnnd ewiger Gedächtnuß ſo haben wür vnſere Inſigel an den Brieff heiſſen hangen vnnd geben zu München an S. Lucien Tag/ da man zahlt nach Chriſti vnſers lieben Herrn Geburt vierzehenhundert Jahr/ vnd darnach in dem ains vnd dreyſigiſten Jahr.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterij *Raittenbuch.*

VDALRICVS primus Præpoſitus, cuius mentio fit in litteris *Vrbani* PP. II ſupra relatis, bene præfuit annis 46, conſtitutus Archidiaconus ab *Ottone* I. Epiſcopo *Friſingen.* circa hæc tempora *Schvvickerus* de *Mindelberg* dedit Monaſterio *Aurbach*.

RVDOLPHVS vir bonæ vitæ plures nobiles traxit ad amorem Monaſterij ita vt multi prædia ſua, aliaque bona eidem traderent, præfuit ann. 18. ob. an. 1144.

OTTO confirmationem ſecundam ab *Eugenio* PP. III. obtinuit, vtilis Monaſterio & pius amator fratrum fuit, viuere deſiit an. 1179. poſtquam 35. annos præfuiſſet.

FRI-

FRIDERICVS cum fratribus' onera curæ familiaris diſtribuit, munere ſuo functus per 29. annos, moritur an. 1208.

ARNO Canonicè electus præf. an. 9. diem ob. an. 1217.

LVDOVICVS & ipſe Canon. electus, cũ 3. an. præfuiſſet vita exceſſit an. 1220.

WITTICHO optimus pater, *Ilchberg* & *Bebingen* Monaſterio vendicauit, obiitque feliciter. an. 1246. anno regiminis ſui 26.

CONRADVS tenuit Præpoſituram an. 14. huiuſq; temporib. *Conradus* Rex & *Dux Sueuiæ* ſuſcepit Monaſterium cum omnib. bonis eius in ſuam protectionem, an. 1260.

HENRICVS I. diligentiſſimus rei domeſticæ adminiſtrator., nihilominus' permittente Deo Monaſterium igni conſumtum fuit in die ſancti Virgilij, quod pro virili reædificari curauit; deceſſit an. 1263. cum gubernaſſet an. 3.

LVDOVICVS II. *Bebingen* defendit & *Ilchberg*, vt manerẽt Monaſterio, fratrũ fuit amantiſſimus, cui vina legauit, præſedit annis vndecim, è medio ſublatus an. 1274.

WINHERVS nobilis ſanguine, rei familiaris negligẽs, diſſipatis plurib. Monaſterij bonis, cum in Præpoſitura ſediſſet ann. 11. ob. nan. 1285. multa debita relinquens.

ALBERTVS ædificia aliqua Monaſterij reſtituit, an. Dñi 1289. debitum naturæ ſoluens dum curam paſtoralem quatuor annis geſſiſſet.

VDALRICVS II. cui Capitulum aduerſabatur, innocens ab Epiſcopo repertus, rebelles abegit, & in Prælatura 18. annis permanſit, migrauit ad Dñ. an. 1307. ſub eo parochia *Amergauu* ad Monaſt. peruenit cum pluribus' aliis à Monaſterio *Campidonenſi*.

CONRADVS II. afflictus moleſto incendio, igne ex cella fratris totum Monaſterium abſumente an. 1321. quare *Ludouicus* Imp. ipſum ab onerib. cõmunib. liberum fecit, & aliis rebus iuuit. plenus laborum moritur an. 1325. præfuit an. 18.

HENRICVS II. aliqua neceſſaria ædificia Monaſterij perfecit poſt incendiũ præf. an. 9. fato conceſſit an. 1334.

VDALRICVS III. *Sturmler* dictus, re & nomine pater, plurima ædificauit, & in heis Capellam S. *Catharinæ*, capellam. Hoſpitalis cum cœmiterio: & in Monaſterij negociis vrbem adiens exceſſit è viuis anno 1348. cum optimè rexiſſet annis 14.

LVDOVICVS III. poſt quinquennale regimen ob. an. 1353.

VDALRICVS IV. cognõ. *Daygsher*, præf. an. 6. mortuus an. 1359.

VDALRICVS huius nom. V. *Sturm* dictus gubernauit Monaſt. an. 15. fatis cõceſſit an. Dn. 1374.

CONRADVS *Deycher*, diem ob. an. 1377.

HENRICVS III. ex nobili *Meutingerorum* familia, in ſubditos ſeuerus, rigidus' erga fratres, diſſipauit bona Monaſterij partim per negligentiam & pompam, partim in conſangineos diſtribuendo vſus libertate ſua: tandem. poſt an. 28 viuere deſiit an. 1405.

VDALRICVS VI. cognomine *Weichinger*, bene præf. reb. Monaſterij, cuius' ſubditos milites *Friderici Auſtriæ* Ducis incendiis & rapinis læſerunt, ob. an. 1414. cum præf. an. 9.

IOANNES I. dictus *Greulich* prælatura functus an. ſeptem, moritur an. 1421. vtilis Monaſterio: fecit piſcinam in Wiltsteig. ſub hoc piſtinum & molendinum, edaci flammã conſumpta fuere, anno quoq; 1417. turris cum ſex cãpanis ruina ſua equos & domum proſtrauit,

IOANNES II. cognom. *Segenſchmid* diligens fuit paterfamilias: regimen tenens an. Refectorium & dormitorium cũ habitationib. fratrum conſtruxit: vitaque exceſſit an. 1430.

GEORGIVS ex Præpoſitis primus baculo & infula inſignis, præfuit vtiliſſime Monaſterio annis 40. conſtruxit chorum, turrim, prælati habitationem, cum aliis ædificiis pluribus. omnium mærore viuere deſiit an. 1472.

PETRVS *Teuſcher*, de nouo ædificauit Eccleſiam, erga fratres pius, & in ſubditos mitis per annos 8. quib. tranſactis obiit anno Chriſti 1478.

IOHANNES III. dictus *Meſſerſchmid* Hoſpitale ſtruxit & multa alia: plenuſque dierum ac deuotus pater reſignauit an. 1498, ac an. 1506. obiit.

HIERONYMVS *Hueber*, annuentibus fratribus ab *Alberto* Duce ex Monaſterio *Ror* euocatus, regulæ diligens obſeruator, præpoſituram tenuit an. 17. & ad meliorem vitam migrauit an. ſalutis 1515.

VRBANVS *Koberle* procurator Monaſterij fuit ann. 13. dein Canonicè de gremio Conuentus electus: vir pius & ſingulari modeſtia præditus, cum prælaturam geſſiſſet per annos 23. è viuis exceſſit an. 1538.

WILHELMVS *Vend* per annos 22. procuratorem agens in Præpoſitum eligitur: vir Monaſterio vtilis per annos 20. diem ſupremum obiit ann. 1558. die 6. Nouemb.

VRBANVS II. dictus *Schvvaiger* elect. die X. Decemb. ann. 1558. ædes parochiales in *Niderhouen* & *Staindorff*, cum nouo piſcinarum tecto; Bibliothecam quoque de nouo extruxit, & librorum copia ornauit.

WOLFGANGVS *Pergkhouer*, ob vitæ innocentiam, pietatem erga Deum, morum integritatem, prædeceſſori ſuo ſubrogatus, cum præfuiſſet annis 30. optimus pater, & laudabilis inſtituti ſui obſeruantiſſimus moritur ſexagenario maior.

GEORGIVS II. *Siesmayr* cognomine, die ſeptima Nouemb. anno 1611. ſufficitur nunquam ſatis laudato anteceſſori ſuo, cuius veſtigiis haud inſiſtens præpoſitura abiit an. 1619.

IOANNES Chryſoſtomus tempore & rebus Monaſterij ſic poſtulantibus accedente tàm ordinarii quam Sereniſſ. Principis *Boiorum* auctoritate & cõſenſu, ex Monaſterio Polling aſſumitur in Præpoſitum.

## Vniones & alia pertinentia ad parochiales Eccleſias Monaſterij, &c.

BEatiſſime Pater, dudum fe: re: *Paulo* Papæ ſecundo prædeceſſori veſtræ ſanctitatis pro parte tum Præpoſiti & Conuentus Monaſterij B. *Mariæ* in *Raittenbuch* per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis Sancti *Auguſtini Friſingen:* Diœceſis expoſito, quod ante Centum & quinquaginta annos tunc elapſos, *Greſſingen, Aurpach, Svviſtingen,* & *Mulhauſen, Auguſten.* & prædictæ Diœceſis parochiales Eccleſiæ, dicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica vnitæ & incorporatæ extiterant, & inter alia Præpoſito & Conuentui Monaſterij huiuſmodi conceſſũ fuerat, quod pro eorum & ipſius Monaſterij ac pauperum Chriſti ad illud quod in via publica ſitũ erat cõfluentiũ ſuſtentatione & diuinorũ cõtinuatione dictæ Eccleſ. quotiẽs illas vacare contigeret p Canonicos duntaxat eiuſdẽ Monaſterij per ipſum Præpoſitum deputandos, & ad illius nutum ad clauſtrũ reuocandos regi deberent; quodq; licet ipſi Præpoſitus & Conuentus ab eo tempore citra fuiſſent, prout erant in pacifica poſſeſſione Eccleſiarũ vnitarum earundem vigore vnionis & incorporationis huiuſmodi, q̃ ſuum plenarium effectũ ſortitæ

fuerant, quia tamen propter Canonicorũ ipſius Monaſterij ad curã animarum parochianorũ huiuſmodi exercendã habilium carentiam ipſius Monaſterij Prę-poſitus qui pro tempore fuerat dictas vnitas Eccleſias presbyteris ſęcularibus, vel vicariis aliquando ad nutum remouendis, quandoq; vero pro perpetuis Vicariis cõmiſerat, ſiue in eis vicarios deputauerat p̃fati Præpoſitus & Conuentus dubitabant per non vſum continuũ literarum Apoſtolicarũ eis ſuperdicto indulto cõceſſarum indultum ipſum interruptum ſiue illi derogatũ fuiſſe, p̃fatus *Paulus* p̃deceſſor Abbati Monaſterij in *Staingaden Præmonſtratenſis* ordinis *Auguſt.* Diocœſ. eius proprio nomine nõ expreſſo per ſuas literas dedit in mandatũ, vt ſi & poſtquã ſibi de p̃miſſis legitime conſtaret Auctoritate Apoſtol. decerneret propter gubernationẽ dictarũ Eccleſiarum per presbyteros ſæculares cauſa neceſſitatis vt præmittitur factam literis & indulto huiuſmodi nequaquam fuiſſe & eſſe p̃iudicatum, & ſi decretum huiuſmodi per eum fieri contingeret Præpoſito & Conuentui p̃dictis: q̃ ſicut eatenus Eccleſias p̃dictas etiã per presbyteros ſeculares vel alios religioſos perpetuos vel tẽporales regi & gubernari fecerant, ita & in futurum tẽpore neceſſitatis abſq; alicuius præiudicio regi & gubernari facere libere & licite poſſent, eadem Auctoritate concederent. Et deinde *Caſpar* Abbas dicti Monaſterij in *Staingaden* ad dictarum literarum executionem rite procedens, q̃ ſibi de p̃miſſis eidem *Paulo* p̃deceſſori expoſitis legitimè conſtitit, dicta Auctoritate decreuit propter gubernationem dictarum Eccleſiarum per presbyteros ſeculares cauſa neceſſitatis vt p̃mittitur factã literis & indulto huiuſmodi nequaquã fuiſſe & eſſe p̃iudicatum, ac Præpoſito & Cõuentui præfatis quod ſicut eatenus Eccleſias prædictas etiam per presbyteros ſęculares vel alios Religioſos perpetuos vel temporales regi & gubernari fecerant, ita & in futurũ tempore neceſſitatis abſq; alicuius præiudicio regi & gubernari facere libere & licite poſſent eadem Auctoritate conceſſit, prout in literis prædictis plenius cõtinetur ac proceſſibus illarum vigore habitis: dicitur contineri, Vt igitur Pater ſancte decretum & conceſsio prædicta maioris roboris firmitatẽ obtineant, ſupplicant humiliter S.V. Præpoſitus & Conuentus præfati quibus & conceſſionem prædictam, ac prout illa concernunt omnia & ſingula in eiſdẽ proceſsibus contenta dicta Auctoritate approbare & confirmare ac ipſius firmitatis robur obtinere, decernere, omneſq; & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplere dignemini, de gratia ſpeciali non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ſtatutis, &c. cæteriſq; contrariis quibuſcunque cum clauſulis oportunis.

Conceſſum vt petitum in præſentia Domini Papæ à Card. S. *Anaſtaſiæ.*

Et cum decreto & ſuppletione predictis & in forma gratioſa ad perpetuam rei memoriam attento quod Apoſtolica Auctoritate eſt proceſſum & cum abſolutione ad effectum, &c. Et quod maior & verior petitio præmiſſorum & aliorum maiorum fieri poſsit in confectione literarum, & cum deputatione executorũ qui præmiſſa faciant obſeruari. Contradictores, &c.

Conceſſ. à Car. S. *Anaſtaſiæ.*

Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* pridie Calendas Septembris Anno primo:

B. B. Maſſ. pro Reuerendiſsimo d' verum M. Cal. Libro primo fol. CC.XXVII.

1467. P*Aulus* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterij in
*Staingaden Auguſten.* dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ro-
manum decet Pontificem votis illis gratum prꝑſtare aſſenſum, per quæ ſublatis
dubietatibus atque diſpendiis religioſarum perſonarum cōmoditati, & anima-
rum Chriſti fidelium ſaluti valeat ſalubriter prouideri. Sanè pro parte dilecto-
rum filiorum *Georgij* Præpoſiti & Conuentus Monaſterij beatæ *Mariæ* in *Raiten-
buech* per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Dioce-
ſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ante centum & quinquagin-
ta annos proxime elapſos *Greſſelſingen, Aurbach, Schvviſtingen* & *Mülhauſen Augu-
ſten.* & prædictæ Dioceſis Parochiales Eccleſiæ dicto Monaſterio auctoritate
Apoſtolica vnitę & incorporatę extiterunt ac inter alia Præpoſito & Conuen-
tui Monaſterij huiuſmodi conceſſum fuit, quod pro eorum, & ipſius Monaſte-
rij ac pauperum Chriſti ad illud quod in via publica ſitum eſt confluentium ſu-
ſtentatione, & diuinorum continuatione dictæ Eccleſiæ, quotiens illas vacare
contingeret, per Canonicos duntaxat eiuſdem Monaſterij per ipſum Præpoſi-
tum deputandos & ad illius nutum ad Clauſtrum reuocandos regi deberent
prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis dicitur plenius contineri: Et licet
ipſi Præpoſitus & Conuentus ab eo tempore citra fuerint prout ſunt in pacifica
poſſeſſione Eccleſiarum vnitarum earundem vigore vnionis & incorporatio-
nis huiuſmodi quæ ſuum plenarium effectum ſortitę fuerunt, quia tamen pro-
pter Canonicorum ipſius Monaſterij ad curam animarum parochianarum Ec-
cleſiarum huiuſmodi exercēdum munus habilium carentiam ipſius Monaſte-
rij Præpoſitus, qui pro tempore fuit dictas vnitas Eccleſias presbyteris ſæculari-
bus, vt Vicariis aliquando ad nutum remouendis, quandoque verò pro perpe-
tuis Vicariis commiſit, ſiue in eis Vicarios deputauit præfati Præpoſitus & Con-
uentus dubitant per non vſum continuum ipſarum literarum Apoſtolicarum
indultum huiuſmodi interruptum, ſiue ipſi priuilegio derogatum fore. Quare
pro parte Præpoſiti & Conuentus prædictorum aſſerentium, quod fructus, red-
ditus & prouentus omnium Eccleſiarum prædictarum, ſexaginta florenorum
auri de Camera ſecundum communem extimationem, valorem annuum non
excedunt, & quod presbyterorum ſæcularium deputationem neceſſitatis cau-
ſa factam fuiſſe exiſtimatur nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt propter inter-
ruptionem prædictam literis & indulto huiuſmodi nullatenus præiudicatum
fuiſſe declarari, mandare ac eis quod etiam in futurum Eccleſias ipſas per ſæcu-
lares presbyteros perpetuos vel temporales, prout hactenus fecerunt, regi &
gubernari facere poſſint concedere aliaſque ſuper his oportune prouidere de
benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certam notitiam
nō habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuæ per Apoſto-
lica ſcripta mandamus, quatenus ſi & poſtquam tibi de præmiſſis legitime con-
ſtiterit auctoritate noſtra decernas propter gubernationem dictarum Eccle-
ſiarum per presbyteros ſæculares cauſa neceſſitatis, vt præmittitur factam lite-
ris & indulto huiuſmodi nequaquam fuiſſe, vel eſſe præiudicatum, & nihilomi-
nus, ſi declarationem huiuſmodi per te vigore præſentium fieri contingat vt
præfertur Præpoſito & Conuentui prædictis, quod ſicut hactenus Eccleſias
prædictas etiam per presbyteros ſeculares vel alios religioſos perpetuos vel tē-
porales regi & gubernari fecerunt, ita & in futurum tempore neceſſitatis, abſq;
tamen alicuius prꝑiudicio regi & gubernari facere liberè & licitè poſſint eadem
auctoritate noſtra concedas. Non obſtantibus prꝑmiſſis ac conſtitutionibus &
1477. ordinationibus Apoſtolicis cꝑteriſque contrariis quibuſcunque. Datum *Romæ*
apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicꝑ Milleſimo Quadrin-
gente-

genteſimo Sexageſimo Septimo, Calendas Iulij Pontificatus noſtri Anno Tertio.

PAulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterij in 1467.
*Staingaden Auguſten.* Dioceſ. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Pia conſideratione Romanum decet Pontificem votis illis gratum præſtare aſſenſum, per quæ religioſarum perſonarum cõmoditatibus valeat ſalubriter prouideri. Dudum ſiquidem felicis recordationis *Nicolao* Papę quinto prædeceſſori noſtro pro parte dilectorum filiorum Prępoſiti & Conuentus Monaſterij Beatę *Mariæ* in *Raitenbuch* ordinis ſancti *Auguſtini* per Præpoſitum ſoliti gubernari *Friſingen.* Dioceſ. expoſito, quod olim bonæ memoriæ *Anshelmus* Epiſcopus *Auguſten.* prouide attendens quod in dicto Monaſterio diuinæ laudis organa frequẽtabantur hoſpitalitatis benignitas tranſeuntibus exhibebatur ac miſericordiæ opera fideliter exercebantur, quodq; niſi ad præmiſſa onera ſupportanda eidẽ Monaſterio ſuccurreretur potuiſſet Monaſterium ipſum in exhibitione dictorũ piorum operum ad nimiam deduci paupertatem ex præmiſſis cauſis de cõſenſu dilectorum filiorum Præpoſiti Decani & Capituli Eccleſiæ *Auguſten.* in *Iglingen* prope Caſtrum *Iglingen*, ac in *Staindorff* prope Caſtrum *Haginberg. Auguſten.* Dioceſis parochiales Eccleſias ad præſentationem dictorum Præpoſiti & Conuentus ex donatione quondam Ducum *Bauariæ* pertinentes, quã primum illas per ceſſum vel deceſſum Rectorum earundem vacare contingeret p̄fato Monaſterio ordinaria auctoritate perpetuò incorporauerat, añexerat & vniuerat, reſeruata ſuper fructibus vtriuſque parochialium Eccleſiarum earundem pro perpetuis inibi vicariis congrua portione, prout in literis authenticis dicti Epiſcopi nec non dictorum Decani & Capituli Sigillis munitis dicebatur plenius contineri, ac in eadem expoſitione ſubiuncto, q̄ ipſi præpoſitus & conuentus Monaſterij huiuſmodi dubitabant annexionẽ, incorporationem & vnionẽ p̄dictas ex certis cauſis juribus nõ ſubſiſtere, Præfatus *Nicolaus* p̄deceſſor Præpoſiti Monaſterij & Conuentus p̄dictorum in ea parte ſupplicationibus inclinatus dilecto filio Scholaſtico dictæ Eccleſiæ *Auguſten.* eius proprio nomine nõ expreſſo per ſuas literas dedit in mandatis, vt vocatis Præpoſito Eccleſię *Auguſten.* ac Decano & Capitulo prædictis nec non aliis qui forent euocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis vniuerſis auctoritate Apoſtolica ſe diligenter informaret, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe reperiret ſibiq; videretur, q̄ vnio, annexio & incorporatio p̄dictæ confirmarentur & de nouo fierent. ſuper quo ſuam cõſcientiã onerabat, vnionẽ, annexionẽ, & incorporationẽ p̄dictas & inde ſecuta quęcunq; eadẽ auctoritate approbaret & confirmaret, ſuppleretq; omnes defect⁹ ſi q̄ forſan interueniſſent in eiſdẽ, Et nihilominus ſi confirmationẽ & approbationem ac ſuppletionẽ huiuſmodi per eum vigore dictarum literarum fieri cõtingeret, vt præfertur pro potioris cautelæ ſuffragio ipſas parochiales Eccleſias reſeruata prius ſuper ſingularum earundem fructibus, redditibus & prouentibus pro ſingulo vicario inibi per Præpoſitum Monaſterij & Conuentum prædictos pręſentando, & per ordinarium inſtituendo cõgrua portione ex qua Vicarij ipſi commodè ſuſtentari, Epiſcopalia jura ſoluere aliaq; eis ratione dictarũ parochialium Eccleſiarũ incumbentia onera perferre poſſent eidem Monaſterio pręfata auctoritate perpetuo incorporaret, vniret & annecteret, ita q̄ ſimul vel ſucceſſiue cedentibus vel decedentibus ipſarũ parochialiũ Eccleſiarũ Rectoribus ſeu illas alias quomodolibet dimittentib. liceret Præpoſito Monaſterij & Conuentui huiuſmodi pro tẽpore exiſtentib. p ſe vel aliũ ſeu alios corporalem parochialium Eccleſiarum, iuriumq; & pertinentiarũ p̄dictorũ poſſeſſionẽ auctoritate propria libere apprehendere, illarumq; fruct⁹,

redditus

redditus & prouentus prædictos in ſuos ac parochialium Eccleſiarum necnon Monaſterij huiuſmodi vſus vtilitatemq; conuertere & perpetuo retinere Diocœſani loci & cuiuſcunque alterius ſuper hoc licentia minimè requiſita, prout in eiſdem literis pleniùs continetur. Et deinde ſicut exhibita nobis nuper pro parte dictorum Præpoſiti & Conuentus petitio continebat dilectus filius *Leonardus Gaſſel* Scolaſticus dictæ Eccleſiæ *Auguſt.* ad ipſarum literarum executionem procedens illarum forma ſeruata, vnionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi cõfirmauit & approbauit & ex habundanti dictas parochiales Eccleſias ſeruata ſuper illarum fructibus, redditibus, & prouentibus portione huiuſmodi pro ſingulo vicario earundem parochialium Eccleſiarum Monaſterio prædicto de nouo incorporauit, annexuit, & vniuit, poſtmodum verò prædictis parochialibus Eccleſiis tunc certis modis ſucceſſiuè vacantibus præfati Præpoſitus Monaſterij & Conuentus huiuſmodi illarum poſſeſſionem fuerunt aſſequuti, & eas ex tunc tenuerunt & poſſiderunt, prout tenent & poſſident pacificè de præſenti. Cum autem ſicut eadẽ petitio ſubiungebat propter quærras, quas in partibus illis, proch dolor, ſæpenumero vigere contingit, bona ipſius Monaſterij quam plurimum diminuuntur & ſolita hoſpitalitas in eodem Monaſterio nihilominus continuetur & propterea dubitent, Præpoſitus Monaſterij & Conuentus prędicti tempore procedente hoſpitalitatem ipſam continuare non poſſe, verum ſi Præpoſitus eiuſdem Monaſterij pro tempore exiſtens Eccleſias ipſas per Canonicos dicti Monaſterij vel tempore neceſſitatis per alios Religioſos ſeu presbyteros ſeculares regeret, & animarum curam exerceret tunc omnes fructus, redditus & prouentus huiuſmodi ſaluo jure ordinarij ipſi Monaſterio, & ad peregrinorum vtilitatem & neceſſitatem peruenirent in Præpoſiti Monaſterij & Conuentus ac peregrinorum huiuſmodi maximum releuamen. Quare pro parte Præpoſiti Monaſterij & Conuentus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædicto & pro tempore exiſtenti Præpoſito eiuſdem Monaſterij quod prædictas parrochiales Eccleſias per ipſius Monaſterij Canonicos, & in caſu neceſſitatis per alios religioſos ſeu ſæculares presbyteros ad nutum reuocabiles regere & animarum curam exercere poſſit concedi, aliaſque in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque de præmiſſis certam notitiam non habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi & poſtquam vocatis Præpoſito Eccleſiæ *Auguſten.* ac Decano & Capitulo præfatis & aliis, qui fuerint euocandi tibi de præmiſſis nobis expoſitis & ſubiunctis legitimè conſtiterit prædicto & pro tempore exiſtenti Præpoſito Monaſterij huiuſmodi, quod eaſdem parrochiales Eccleſias quamprimum illarum Vicarias huiuſmodi per ceſſus vel deceſſus Vicariorum illas ad præſens obtinentium vacare contigerit, per Canonicos dicti Monaſterij & in caſu neceſſitatis per alios religioſos ſeu ſæculares presbyteros ad nutum reuocabiles regere, & animarum curam ſaluo jure ordinarij exercere liberè & licitè valeant auctoritate noſtra concedas, Non obſtantibus præmiſsis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterij & ordinis prædictorum Iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis alia firmitate, roboratis cæteriſque contrariis quibuſcunq;. Datum *Romæ* apud ſanctũ Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo. Octauo Calendas Septembris. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

S*Ixtus* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij Beatæ *Mariæ* in *Raitenbuch* Ordinis ſancti *Auguſtini Friſingenſis* Diocœſis per Præpoſitum ſoliti gubernari, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter Dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu in *Schvviſtingen*, in *Mülhauſen*, in *Iglingen*, in *Aurpach*, in *Agelhofen*, ſancti *Laurentij* prope *Schongau*, in *Staindorff*, in *Vnfridſhauſen*, in *Amergau* ac in *Greffelfingen Auguſtenſis* & *Friſingenſis* Diocœſis parochiales Eccleſias, quas cum annexis ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis Monaſterio veſtro canonicè vnitas & incorporatas fore aſſeritis, ſicut eas juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica cõfirmam⁹, & pręſentis Scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Idibus Martij, 1477.
Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

I*Nnocentius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Con- 1404.
uentui Monaſterij Beatæ *Mariæ* in *Raitenbuch* ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Diocœſ. per Præpoſitum ſoliti gubernari, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, in *Schvviſtingen*, in *Mülhauſen*, in *Iglingen*, in *Aurpach*, in *Agelhofen*, ſancti *Laurentij* prope *Schongau*, in *Staindorff*, in *Vnfridshauſen*, in *Amergau*, ac in *Greffelfingen*, *Auguſten. Maguntin.* prouinciæ, & *Friſingen.* Diocœſis parochiales Eccleſias quas cum annexis, ac omnibus Iuribus & pertinentiis ſuis Monaſterio veſtro canonice vnitas & incorporatas eſſe aſſeritis, ſicut eas juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio Auctoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo quarto, Tertio Non. Nouembris, Pontificatus noſtri Anno 1404.
primo.

A*Lexander* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. 1499.
Circa ſtatum Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium feliciter & proſperè dirigendum noſtræ conſiderationis indaginem ſolerter intendimus, & quæ pro perſonarum in illis altiſſimo famulantium commoditatibus prouidè facta fuiſſe, comperimus: vt firma perpetuo & illibata perſiſtant, libenter cum à nobis petitur Apoſtolico munimine roboramus. Sane pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti & Conuentus Monaſterij per Præpoſitum ſoliti gubernari Beatæ *Mariæ* in *Raitenbuch*, ordinis ſancti *Auguſtini Friſingenſis* Diocœſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum felicis recor-

recordationis *Paulo* Papa ſecundo prædeceſſori noſtro expoſito, quod iam Centum & quinquaginta anni tunc elapſi erant, quod in *Gröſſolſingen, Aurpach, Schvviſting.* & *Mülhauſen Auguſt.* & p̄dictæ Diocœſis parrochiales Eccleſiæ dicto Monaſterio Auctoritate apoſtolica, vnitæ, annexæ, & incorporatę extiterant, & inter alia Præpoſito & Conuentui Monaſterij huiuſmodi conceſſæ fuerant, tam pro ipſius Monaſterij quam pauperum Ieſu Chriſti ibidem confluentium ſuſtẽtatione & diuinorum continuatione dictæque parochiales Eccleſiæ quotiens illas vacare contingeret per Canonicos duntaxat eiuſdẽ Monaſterij per ipſum Præpoſitum pro tempore exiſtentem deputandos, & ad illius nutum ad clauſtrum reuocandos regi deberent, quodque licet ipſi Præpoſitus & Conuentus ab eo tempore citra fuiſſent pro vt erant in pacifica poſſeſſione Eccleſiarum vnitarũ earundem, vigore vnionis annexionis & incorporationis huiuſmodi q̃ ſuum plenarium effectum ſortitæ fuerant, quia tamen propter Canonicorum ipſius Monaſterij ad curam animarũ parochianorum huiuſmodi exercendam habilium carentiam ipſius Monaſterij Prępoſitus qui pro tempore fuerat dictas vnitas Eccleſias presbyteris ſæcularibus & vicariis aliquando ad nutum remouendis, quandoque vero perpetuò vicariis huiuſmodi commiſerat, ſiue in illis vicariis deputauerat, præfati Præpoſitus & Conuentus dubitabant per non vſum continuum literarum Apoſtolicarum eis ſuper dicto indulto conceſſarũ indultum ipſum interruptum ſiue illi derogatum fuiſſe. Idem *Paulus* prædeceſſor tunc Abbati Monaſterij in *Staingadn Præmonſtraten.* ordinis dictæ *Auguſten.* Diocœſ. eius proprio nomine non expreſſo per ſuas literas dedit in mandatis, vt ſi & poſtquam ſibi de præmiſſis legitime conſtaret, Auctoritate apoſtolica decerneret, propter gubernationem dictarum Eccleſiarum per presbyteros ſeculares cauſa neceſſitatis vt præmittitur factam literis & indulto huiuſmodi nequaquam fuiſſe & eſſe præiudicatum, & ſi decretum huiuſmodi per eum fieri contingeret Præpoſito & Conuentui prædictis, quod ſicut eatenus Eccleſias p̄dictas etiam per presbyteros ſæculares vel alios Religioſos perpetuos vel temporales regi & gubernari facerent, ita vt in futurum tempore neceſsitatis abſq; alicuius præiudicio regi & gubernari facere liberè & licitè poſſent eadem Auctoritate concederent, & deinde dilectus filius Gaſpar Abbas dicti Monaſterij in Staingaden ad dictarum literarum executionem rite procedens, quia ſibi de præmiſsis eidem *Paulo* prædeceſſori expoſitis legitimè conſtitit dicta Auctoritate, decreuit propter gubernationem dictarum Eccleſiarum per presbyteros ſæculares cauſa neceſsitatis, vt præmittitur, factam, literis & indulto huiuſmodi nequaquam fuiſſe & eſſe præiudicatum, ac præpoſito & Conuentui præfatis, quod ſicut eatenus Eccleſias prædictas etiam per presbyteros ſæculares vel alios Religioſos perpetuos vel temporales regi & gubernari fecerant, ita & in futurum tempore neceſsitatis, abſque eorum ſeu alicuius alterius præiudicio regi & gubernari facere poſſent, eadem Auctoritate conceſsit, prout in literis Apoſtolicis, ac ipſius Gaſparis Abbatis proceſsibus plenius dicitur contineri. Quare pro parte Prępoſiti & Conuentus prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſsioni & decreto prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliaſq; in præmiſsis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati conceſsionem & decretum prædicta ac prout illa cõcernunt omnia & ſingula in proceſsibus Abbatis præfati contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apo-

ſtolicis

ſtolicis ac ſtatutis & conſuetudinibus dicti Monaſterij Beatæ *Mariæ* Iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis cæteris contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, communitionis & ſuppreſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo ſecundo, pri- 1499.
die Calend. Septembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

BErnardinus Miſeratione diuina Epiſcopus *Tuſculanus* Sacroſanctæ Romanæ 1507.
Eccleſiæ Cardinalis, Sanctæ *Crucis* patriarcha *Ieroſolymitarum*, per vniuerſam *Germaniam* & quæcunque alia loca ad quæ nos declinare contigerit Domini noſtri Papæ & Apoſtolicæ Sedis Legatus ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ cuius Legationis fungimur officio prouidentia circumſpecta, votis illis per quæ in Eccleſiis & Monaſteriis quibuslibet decor & venuſtas cum Dei laude, & diuini cultus augmento ac perſonarum Eccleſiaſticarum præſertim Religionis voto aſtrictarum honore, decentia, quiete & commoditate accreſcit libenter annuit ac his quæ propterea facta comperiuntur, vt firmiora perſiſtant Apoſtolici muniminis adiicit firmitatem. Sane pro parte dilectorum Nobis in Chriſto *Hieronymi* Præpoſiti & Conuentus Monaſterij per Præpoſitũ gubernari ſoliti Beatæ *Mariæ* Virginis & Sanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, ac *Primi* & *Feliciani* Martyrum in *Raitenbuch*, ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum Regularium *Friſingenſis* Diocœſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ *Beſſarioni* Epiſcopo *Tuſculan.* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali tunc in partibus *Germaniæ* Apoſtolicæ Sedis Legato pro parte quondam *Georgij* Præpoſiti & præfatorũ conuentus expoſito ad præfatũ monaſteriũ, inter alia partium illarum Monaſteria vnum ex notabilioribus exiſtebat, ac illius Præpoſitus pro tempore exiſtens in dicta Diocœſi *Friſingen.* vnicus Archidiaconus per eandem Diocœſ. ordinariam habebat & exercebat Iuriſdictionẽ dictus *Beſſarion* Epiſcopus, Cardinalis & Legatus dignum cenſens & congruum, vt ſicuti Monaſteriũ ipſum inter alia Monaſteria & Religioſa illarum partiũ loca inſigne & notabile exiſtebat, ita etiam inſigniori attolli & præfulgere nõ immerito debebat prærogatiua honoris & excellentia decoris, ac pro ipſius Monaſterij illiuſq; Præpoſiti & Canonicorum inibi degentium pro tẽpore maiori libertate, immunitate, vtilitate, ornatu, gratia & indulto Georgij Prępoſiti & Conuẽtus prædictorum Supplicationibus inclinatus eiſdẽ Georgio Præpoſito & Conuentui, quod ipſe *Georgius* & Succeſſores ſui Prępoſiti dicti Monaſterij pro tẽpore exiſtentes, Infula, Annulo, Baculo paſtorali ſolemnem Benedictionem populo dando vti nec non Calices ſuos & ornamenta alia ad diuinũ cultũ pertinẽtia conſecrare & huiuſmodi Pontificialia in Monaſterio & Eccleſiis ſibi ſubiectis exercere Almuciis de vario griſeo, nec nõ Canonici dicti Monaſterij etiã pro tẽpore exiſtentes de Aſperiolis in Monaſterio proceſſionib⁹, ac alibi vbi eos in diuinorũ obſeruatione intereſſe contingeret ad inſtar Præpoſitorũ & Canonicorũ Collegiatarum Eccleſiarũ ſæculariũ deferre, ac libertatib. & immunitatibus Domuum, decimarum, terrarũ, ortorum, vinearum, vnionum, Eccleſiarum curatarum quarumcunq; ipſi Monaſterio incorporatarum & etiã filialium gaudere: Nec non vt ipſi in Eccleſiis parochialibus *Iglingen* ſuperiori, *Schvviſtingen*, *Greſſelfingen*, *Staindorff* & ſancti *Laurentij* prope oppidum *Schongavv* ꝑdictę & *Auguſtenſis* Diocœſis, quę per Clericos ſæculares tunc regebantur, quã primum per

 ceſſum

ceſſum vel deceſſum eas vel ipſarum alteram vacare contingeret, Canonicos
in dicto Monaſterio expreſſe profeſſos, ad nutum Præpoſiti eiuſdem pro tem-
pore amouibiles inſtituere & prouidere, ac poſſeſſionem huiuſmodi Eccleſiarũ
Auctoritate propria apprehendere liberè & licitè poſſit cuiuſcunq; alterius li-
centia ſuper hoc minimè requiſita Auctoritate ſuæ Legationis facultatem con-
ceſſit & indulſit, ac quæuis alia jura, priuilegia & munimenta à quoquam alio
ab eodem *Beſſarione* Epiſcopo, Cardinali & Legato dicto Monaſterio gratioſè
conceſſa confirmauit, & ſui ſcripti patrocinio communiuit, pro vt in literis ip-
ſius *Beſſarionis* Epiſcopi, Cardinalis & Legati deſuper confectis plenius contine-
tur. Quare pro parte dictorum *Hieronymi* Præpoſiti & Conuentus nobis fuit hu-
militer ſupplicatum, vt conceſſioni indulto & aliis præmiſſis pro illorum ſubſi-
ſtentia firmiori robur Apoſtolicę confirmationis adiicere, ac alias in præmiſſis
oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui eoſ-
dem *Hieronymum* Præpoſitum & Conuentum propter eorum deuotionis ſince-
ritatem & Religionis honeſtatem non minori qua præfatus *Beſſarion* Epiſcopus,
Cardinalis & Legatus dilectione proſequimur, & tam eos quam dictum eo-
rum Monaſterium dignis attolli honoribus intenſis deſideramus affectibus
*Hieronymum* Præpoſitum & Conuentum præfatos, ac ipſorum Conuentus ſin-
gulares perſonas à quibuſuis excõmunicationis ſuſpenſionis & interdicti, aliiſq;
Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occaſio-
ne vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innotati exiſtunt ad effectũ præſen-
tium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cen-
ſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati cõceſſionem & indultum, ac om-
nia & ſingula alia præmiſſa, nec nõ deſuper confectas literas prædictas Apoſto-
lica auctoritate, qua per literas dictę Sedis ſufficienti facultate muniti fungimur
in hac parte tenore præſentium approbamus & confirmamus, ac perpetuæ fir-
mitatis robur obtinere decernimus ſupplentes omnes & ſingulos defectus, tam
juris quam facti, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabili in
Chriſto Patri Epiſcopo *Auguſten.* & Dilectis Nobis in Chriſto Abbati Monaſterij
in *Etal* dictæ *Friſingen.* Diocœſis, ac officiali *Friſingen.* per præſentes mandamus,
quatenus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios præſentes lite-
ras & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit ac quotiens pro
parte Præpoſiti pro tempore & Conuentus prædictorum fuerint requiſiti, ſo-
lemniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten-
tes faciant dicta Auctoritate Apoſtolica Præpoſitum & Conuentum præfa-
tos conceſſione, indulto & aliis præmiſſis pacificè frui & gaudere. Non permit-
tentes eos deſuper per quoſcunque, quacunque auctoritate fungentes contra
præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores ea-
dem auctoritate Apoſtolica appellatione poſtpoſita compeſcendo: Non ob-
ſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterij in *Rai-
tenbuch* & ordinis prædictorum Iuramento, confirmatione Apoſtolica & qua-
uis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuſcunq;
Aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim à dicta ſit Sede indultum, quod inter-
dici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non fa-
cientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi
1507. mentionem. Datum *Inſprugg Brixinenſis* Diocœſis, Anno Incarnationis Domi-
nicæ Milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Nonis Ianuarij, Pontificatus Domini
noſtri Iulij *Papæ* Secundi Anno quinto.

IN

IN nomine Domini Amen. Vniuerſis & ſingulis præſentium inſpectoribus, præſentibus, futuris, *Conradus* Dei gratia Abbas, *Berchtoldus* Decanus, *Hainricus* Cellerarius, totuſque Conuentus Monaſterij *Campidonenſis*, ordinis ſancti *Benedicti Conſtantienſis* Diocœſis ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Cum labilis ſit humanæ conditionis memoria, expedit vt diuerſi contractus ſcripturarũ recipiantur munimenta. Eapropter ad notitiam omnium & ſingulorum præſentibus cupimus peruenire, quod ob vrgentem neceſſitatem & multiplicem debitorum ſarcinam noſtro monaſterio incumbentem communi conſenſu & ſolemni tractatu præhabito, qui circa rerum Eccleſiaſticarum alienationem conſueuit haberi, honorandis in Chriſto Dominis Præpoſito & Archidiacono nec non Conuentui Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* in *Raitenbuch*, ordinis S. *Auguſtini Friſing.* Diocœſ. juſto venditionis titulo vendidimus, dedimus ac tradidimꝰ jus patronatꝰ Eccleſiæ in *Amergau*, q̃ noſtro monaſterio pertinebat curiã dictam *Nicolai*, & curiam dictã *Stainhovvels* ſitas in *Sevven*, nec non Curiam dictã *Pflugelis* in *Sulgarn*, cum omnib. ſuis pertinentiis corporalib. & incorporalibꝰ, cultis & incultis, q̃ſitis & inquirendis, de quib. Curiis cum quatuor ſolidi cũ dimidio monetæ Auguſt. nobis aſſignarentur pro jure aduocatio perſoluendo, eoſdẽ dictis Dominis de *Raitenbuch* remiſimus, & de aliis noſtris poſſeſſionib. in *Amergau* aduocato perſolui deputauimus, relaxatis ob hoc noſtris colonis & hominib. ibidem quibuſdã ſeruitiis nobis debitis, videlicet tonſuræ pratorũ. & collectionis fœni pro ſeptuaginta libris nouorum denariorũ monetæ Auguſten. quas à jam dictis Dominis de *Raitenbuch* receptas in neceſſarios vſus videlicet exonerationẽ debitorũ noſtri monaſterij dinoſcimur cõuertiſſe dictumq́; jus patronatus & curias iam dictas in poſſeſſionẽ, vſufructũ ac dominiũ p̃dictorũ Dominorũ de *Raitenbuch* transferimꝰ, & ꝑ p̃ſentes & eos gaudere volumus poſſeſſione pacifica & quieta, renunciantes pro nobis omnib. & ſingulis, noſtriſq́; ſucceſſorib. omni actioni, exceptioni & maximè nõ numeratæ & ſolutæ pecuniæ exceptioni deceptionis vltra dimidiã juſti pretij beneficio in integrũ reſtitutionis conſtitutioni cuilibet ſeu cõſuetudini literis quibuſcunq; à ſede Apoſtolica vel aliunde impetratis ſeu impetrandis, omniq́; juris beneficio canonici ac ciuilis quib. dictũ venditionis contractũ poſſemꝰ in irritũ reuocare, aut dictos Dominos in aliquo moleſtare obligantes nos nihilominꝰ p̃libatis Dominis & Eccleſiæ in *Raitenbuch* per ſolemnẽ ſtipulationẽ in veros *Gvvarandos*, q̃ vulgò dicitur *Gevver*, ſi q̃ abſit, aliqua extranea perſona coram Eccleſiaſtico judicio vel ciuili p̃nominatos Dominos in præfato jure patronatꝰ aut curiis prælibatis aut ſuꝑ jure aduocatio per nos remiſſo impetere, moleſtare, aut grauare, quomodolibet moliretur, q̃ prænominatis Dominis in *Raitenbuech* ſuꝑ hoc requiſiti omnia & ſingula damna ac intereſſe q̃ ex hoc inciderint ac ſuſtinuerint, tenemur integraliter reſarcire: Cuius rei ac omnium p̃miſſorum teſtes ſunt, Dominus *Conradus* de *Hohentanne*, Dominus *Vlricus* Decanus in *Pirgoue*, *Petrus* aduocatus in *Schongau*, *Otto* miniſter in *Büren*, *Conradus* de *Hauſen*, *Rudolph.* Monetarius, *Iohannes* in foro. Ciues *Campidon.* *Berchtoldus*, *Rapato*, *Rüdegerus Han* dicti *Linchirchar*. Ciues in *Beurn*, *Richolph.* Faber, & Magiſter *Cunradus* Notarius noſter, qui hæc juſſus à nobis conſcripſit, pluresq́; alij fide digni. Vt autem omnia & ſingula ſupradicta debitæ firmitatis ſortiantur effectum & inconuulſa penitus perſeuerent, ſupradictis Dominis de *Raitenbuch* præſens inſtrumentum tradimus Sigillorum noſtrorum, noſtri Abbatis videlicet & Conuentus prænominati munimine roboratum. Datum & actum in *Beurin*, Anno Domini Milleſimo, ducenteſimo, nonageſimo quinto, ſecundo Nonas Iunij Indictione octaua.

1295. HAinricus Dei gratia *Conſtantienſis* Epiſcopus, dilectis in Chriſto vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes peruenerint ſalutem & ſinceram in Domino charitatem. Cum honorabiles viri *Chunradus* Abbas, *Berchtoldus* Decanus *Hainricus* Cellerarius, totuſq; Conuentus Monaſterij *Campidonenſis* noſtræ Diocæſis ad mitigandum ſuam vrgentem neceſſitatem, & releuandum ſuorum ſarcinam debitorũ, conſiderata ſui Monaſterij vtilitate, communi omnium eorum conſenſu & ſolemni tractatu præhabito, poſſeſſiones ſuas videlicet curiam dictam *Nicolai*, curiam dictam *Stainhöuels* ſitas in *Sevven*, & curiam dictam *Phlugelis* ſitam in *Sülgran*, cum jurepatronatus Eccleſiæ in *Amergovve Friſingen.* Diocœſis eiſdẽ curiis annexo, & omnibus & pertinentiis earundem tam corporalibus, q̃ incorporalibus quocunq; nomine cenſeantur, vendiderint viris honorãdis Præpoſito & Archidiacono necnõ Conuentui Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* in *Raitenbuch*, Ordinis ſancti *Auguſtini* prædictæ *Friſing.* Diocœſis pro ſeptuaginta lib. Denar. *Auguſten.* monetæ in vtilitatẽ prædicti Monaſterij *Campidon.* conuerſis, prout in inſtrumento ſuper hoc confecto plenius eſt expreſſum. Nos iam dictã venditionẽ prout eſt, ritè & rationabiliter celebrata ratam & gratam habentes ipſam auctoritate ordinaria confirmauimus, noſtro eidẽ adhibito conſenſu & tenore præſentiũ confirmamus, & in præmiſſorum teſtimonij noſtro ſigillo p̃ſentẽ literam fecimus ſigillari. Datum *Conſtantiæ*, anno Domini Milleſimo ducenteſimo, nonageſimo quinto, Idibus Septembris.

1296. IN nomine Domini Amen. Ego *Petrus* Aduocatus in *Schongau* notum facio præſentium inſpectoribus vniuerſis, quod cum honorandus in Chriſto Dominus *Chun.* Dei gratia Abbas & Conuentus Monaſterij *Campidonenſis* mihi dederint pro tempore vitæ meæ curiam dictã *Raſche* **vff dem Stigram** cum vxore & pueris ſuis, curiam dictã *Lindarin* in *Kolgrube* cum *Hainrico* filio ſuo, vxore & pueris eiuſdem h: curiam h: fabri in *Ober Amergau* dictam *Kyſel*, vxorem & pueros ſuos pro ſedecim lib. nouorum *Auguſten.* quas in remedium animæ meæ tradidi monaſterio memorato, ego præſentibus confiteor, ac recognoſco, quod prædictæ poſſeſſiones ac homines prædicti poſt meum obitum ſine quolibet obſtaculo ad Monaſterium prædictum debent liberè remanere. Cuius rei teſtes ſunt *Georgius* de *Schvvangau*, h: magiſter monetæ ibidem, *Rud.* Monetarius *Campidon.* Magiſter *Chun.* Notarius, Magiſter *Richoldus* & plures alij fide digni. In cuius rei teſtimonium præſentes ſcribi feci, & ſigilli mei munimine roborari. Datum in *Schongau*, anno Domini Milleſimo ducenteſimo, nonageſimo ſexto, octauo Idus Iunij, Indictione nona &c.

REuerendo in Chriſto patri & Domino ſuo Domino *Emicho* venerabili Epiſcopo *Friſingenſi* H. Dei miſeratione Decanus totumq; capitulum Eccleſiæ *Friſingen.* deuotionem orationum cum obedientia reuerentiaq; tam debita quã deuota, Accedens præſentiam noſtram honorabilis vir Dominus *Vlricus* Præpoſitus in *Raitenbuch*, deuotas nobis obtulit ſuas preces rogans, vt quia ipſe tres curias & jus patronatus à *Campidonen.* Eccleſia comparauit veſtræ Dominationi pro eo ſcilicet, vt in prænominatam Eccleſiam ſuam *Raitenbuch* redditus & prouentus prædictarum Curiarum & Eccleſiæ transfundi facientis perpetuò miniſtrandos, preces noſtras quas ei coram veſtra clementia proficuas reputauit fundere dignaremur. Nos igitur deuotis eius precibus inclinati & ſuæ rationabili petitioni conſenſum & aſſenſum voluntarium adhibentes vna cum ipſo & pro ipſo tamquam in noſtris precaminibus apud veſtram Clementiam valituris fiduciam ſpiritualem habente deprecamur intimo

cum

cum affectu, quatenus ad eandem ſuam rationabilem petitionem interuentu
noſtrorum precaminum admittere dignemini ſuas preces, ſalua nihilomi-
nus lege ſeu Iuriſdictione ad veſtram Diocœſin pertinente. Datum *Friſingæ* Idi-
bus Septembris, &c.

NOs *Enicho* Dei gratia Eccleſiæ *Friſingenſis* Epiſcopus, notum facimus pręſen- 1298.
tium inſpectoribus vniuerſis. Quod cum viri honorabiles Domini Abbas
& Conuentus *Campidonenſis* Monaſterij Conſtantienſis Diocœſis, dilecto nobis
in Chriſto fratri *Vlrico* Præpoſito & Archidiacono, ac Conuentui in *Raitenbuch*
nomine ipſius *Raitenbuchen.* Eccleſiæ duas curias ſitas in *Sevvn*, & vnam curiam
ſitam in *Saulgram* cum ſuis pertinentiis, quarum curiarum vni Iuſpatronatus
Eccleſiæ in *Amergau* eſſe dinoſcitur, & fundus cum vniuerſitate tranſeat, vendi-
derint, tradiderint pro certa ſum̃a pecuniæ ac pleno jure Dominij tranſtulerint
in eoſdẽ; nos ad ſupplicem ac deuotam inſtantiam iam dicti Prępoſiti & Cõuen-
tus *Raitenbuch*, cuius prouidentiam in reformatione ſtatus eiuſdẽ ſui Monaſte-
rij in hac parte plenè collegimus p̃dicto Præpoſito *Raitenbuchen.* ſuiſq; ſucceſ-
ſoribus, vt per eos cultus diuinus inibi continuari valeat, per amplius in reme-
diũ noſtrum perpetuum de conſenſu & petitione virorum honorabilium dile-
ctorũ nobis in Chriſto fratrum *Gerhardi* Præpoſiti, *Hainrici* Decani, totiuſq; Ca-
pituli Eccleſiæ noſtrę *Friſingen.* indulſimus, & p̃ſentibus indulgemus, vt prouen-
tus ſeu vſufructus ſæpe dictæ Eccleſiæ in *Amergavve* ad vſus cõmunes ipſius ſuæ
Eccleſiæ *Raitenbuchen.* & pro releuatione præbendarum fratrum ibidem Deo
ſeruientium percipere valeant & colligere, ſaluis nobis per omnia noſtriſque
ſucceſſoribus, juribus Epiſcopalibus quæ de ipſa Eccleſia Amergau nobis cede-
re poterunt & debebunt, nihilominus quod nobis vel noſtris ſucceſſoribus ad
eandem Eccleſiam cum vacauerit, perpetuus Vicarius præſentetur. In cuius
rei teſtimonium præſentes damus noſtri & præfati Capituli noſtri ſigillorum
munimine roboratas. Datum in *Vlmaruelde*, Anno Domini Milleſimo Ducen-
teſimo Nonageſimo Octauo, Idibus Aprilis, &c.

NOs *Enicho* Dei gratia Eccleſiæ *Friſingenſis* Epiſcopus, notum facimus præ- 1298.
ſentium inſpectoribus vniuerſis. Quod cum viri honorabiles Domini Ab-
bas & Conuentus *Campidon.* Monaſterij *Conſtantienſis* Diocœſis, dilecto nobis in
Chriſto fratri *Vlrico* Præpoſito & Archidiacono ac Conuentui in *Raitenbuch* no-
mine ipſius Eccleſiæ *Raitenbuchen.* tres curias ſuas ſitas in villa *Amergau* cum ſuis
pertinentiis, quarum curiarum vni Iuſpatronatus Eccleſiæ in *Amergau* annexũ
eſſe dinoſcitur & fundus cum vniuerſitate tranſeat, vendiderint, tradiderint
pro certa ſum̃a pecuniæ ac pleno jure Dominij tranſtulerint in eoſdem: nos ad
ſupplicem ac deuotam inſtantiam iam dicti Præpoſiti & Conuentus *Raitenbu-
chen.* cuius prouidentiam in reformatione ſtatus eiuſdem ſui Monaſterij in hac
parte plenè collegimus, prædicto Præpoſito *Raitenbuchenſi*, ſuiſq; ſucceſſoribus
vt per eos cultus diuinus inibi continuari valeat, per amplius in noſtrum reme-
dium perpetuum de conſenſu & petitione virorum honorabilium dilectorum
nobis in Chriſto fratrum *Gerhardi* Præpoſiti, *Hainrici* Decani, totiuſq; Capituli
Eccleſiæ noſtræ *Friſingen.* indulſimus & præſentibus indulgemus, vt prouentus
ſeu vſufructus ſæpe dictæ Eccleſiæ in *Amergau* ad vſus communes ipſius ſuæ Ec-
cleſiæ *Raitenbuchen.* & pro releuatione p̃bendarum fratrum ibidem Deo ſeruiẽ-
tium percipere valeant & colligere. Saluis nobis per omnia noſtriſq; ſucceſſori-
bus Iuribus Epiſcopalibus, quæ de ipſa Eccleſia Amergau nobis cedere pote-
runt & debebunt, & nihilominus quod nobis & noſtris ſucceſſoribus ad eandẽ

Eccleſiam, cum vacauerit, perpetuus Vicarius præſentetur. In cuius rei teſtimonium præſentes damus noſtri & præfati noſtri Capituli ſigillorum munimine roboratas. Datum in *Vlmaruelde* Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo nonageſimo octauo, Idibus Aprilis, &c

NOs *Enicho* Dei gratia Eccleſiæ *Friſingen.* Epiſcopus, notum facimus præſentium inſpectoribus vniuerſis. Quod cum viri honorabiles Domini Abbas & Conuentus *Campidonenſis* Monaſterij *Conſtantienſis* Diocœſis dilecto nobis in Chriſto fratri *Vlrico* Præpoſito & Archidiacono ac Conuentui in *Raitenbuch*, nomine ipſius Eccleſiæ *Raitenbuchen.* tres curias ſuas ſitas in villa *Amergau* cum ſuis pertinentiis, quarum curiarum vni jus patronatus Eccleſiæ in *Amergau* annexum eſſe dinoſcitur, & fundus cum vniuerſitate tranſeat, vendiderint, tradiderint pro certa ſumma pecuniæ ac pleno jure Dominij tranſtulerint in eoſdem: Nos ad ſupplicem ac deuotam inſtantiam iam dicti Præpoſiti & Conuentus *Raitenbuchenſis* cuius prouidentia in reformatione ſtatus eiuſdem ſui Monaſterij in hac parte plenè collegimus prædicto Præpoſito *Raitenbuchenſi* ſuiſque ſucceſſoribus, vt per eos cultus diuinus inibi continuari valeat per amplius in noſtrum remedium perpetuum de conſenſu & petitione virorum honorabilium dilectorum nobis in Chriſto fratrum *Gerhardi* Præpoſiti, *Hainrici* Decani, totiuſque Capituli Eccleſiæ noſtræ *Friſingenſis* indulſimus, & præſentibus indulgemus, vt prouentus ſeu vſufructus ſæpedictæ Eccleſiæ in *Amergau* ad vſus communes ipſius ſuæ Eccleſiæ *Raitenbuchenſis* & pro releuatione præbendarum fratrum ibidem Deo ſeruientium percipere valeant & colligere. Saluis nobis per omnia noſtriſque ſucceſſoribus, juribus Epiſcopalibus, quæ de ipſa Eccleſia Amergau nobis cedere poterunt & debebunt, & nihilominus quod nobis, vel noſtris ſucceſſoribus ad eandem Eccleſiam cum vacauerit, perpetuus Vicarius præſentetur. In cuius rei teſtimonium præſentes damus noſtri & præfati noſtri Capituli ſigillorum munimine roboratas. Datum in *Vlmaruelde* Anno Domini Milleſimo, Ducenteſimo, Nonageſimo octauo, Idibus Aprilis, &c.

## De SS. *Primi* & *Feliciani* Martyrum Reliquiis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno ab eiuſdem natiuitate M. DC. VII. die verò Sabbati ante Dominicam tertiam poſt feſtum ſanctiſſimæ & indiuiduæ Trinitatis, quę erat vltima menſis Iunij, hora octaua vel quaſi ante meridiem, Indict. V. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini, Dn. *Pauli* diuina prouidentia PP. V. anno eius tertio ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ virginis *Mariæ*, SS. *Primi* & *Feliciani* martyrum, totiuſque curiæ cæleſtis, Admodum Reuerendus Pater, Dn. *Wolfgangus* Præpoſitus & Archidiaconus natus, P. *Ioannes Gaſtel* Decanus, P. *Matthæus Schlaich*, P. *Zacharias Spitzer*, P. *Gregorius Diller*. P. *Matthias Wagner*, totuſque Conuentus Monaſterij in *Rotenbuch* Canon. Regular. *Friſingen.* Diœceſis in ſuperiori *Bauaria* ſiti, dum erant in capitulo & ordinario congregati dixerunt, & in mei S. ſedis Apoſtolicæ Cęſareæq; Maieſtatis autoritate Notarij, teſtiumq; infraſcriptorum & ad hoc ſpecialiter rogatorum præſentia perſonaliter conſtituti, palam aſſeruerunt: ſe à ſuis piæ memoriæ anteceſſoribus, aliiſque fide dignis hominibus ſemper indubitanter audiuiſſe, & ab hominum memoria ſemper ab omnibus fuiſſe creditum, ſupradictorum SS. martyrum *Primi* & *Feliciani* reliquias & ſancta corpora in dicto cænobio recondita, & religiosè culta fuiſſe; in cuius rei fid

mai

maiorem librum ac litteras exhibeant authenticè ſigillatas, ſua ſuorumq; priuilegia & immunitates continentes in quib. eiuſmodi verba legebãtur ſcripta: "Fr: *Maurus Amelienſis*, *Landulfus Brixinenſis*, *Leo Fundanus*, *Emicho* Epiſcopus *Friſingenſis*, Loci Diœceſanus, Fr: *Nicolaus Thurribilenſis*, Fr: *Iacobus Calcedonenſis*, Fr: *Nicolaus Karintanen*: *Stephanus Oppicenſis* Eccleſiarum Epiſcopi (dant indulgentias) in feſtiuitaib. glorioſæ Dei genitricis ſemper virginis *Mariæ*, ſcil. *Natiuitatis*, *Annunciationis*, *Purificationis* & *Aſſumptionis*; S. *Ioan Baptiſtæ*, BB. *Petri* ac *Pauli* & aliorum oĩum Apoſtolorum: in feſto *Primi* & *Feliciani* dictæ Eccleſiæ patronorũ &c. an. 1299. Cal. Octobr. Ex literis teſtimonialib. *Thomæ* Epiſcopi *Ceruicenſis*, Suffraganei *Auguſten* & *Friſingen.* de an. 1345. ſexto Non. Octobr. Conſecrauimus in honorem S. *Spiritus*, & S. indiuiduæ *Trinitatis*, & SS. Martyrum *Viti* Patroni *Primi* & *Feliciani* &c. Item Fr. *Gerhardus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Eps *Holens.* dat indulgentias an. 1408. 11. Cal. Iunij his verbis: In feſtiuitate *Primi* & *Feliciani* dictæ Eccleſiæ patronorum, centum dierum Indulgentias. Ex literis Fr. *Alberti* Epi *Zalonen*: Suffraganej *Friſingen*: de an. 1448. in craſtino S. *Vdalrici* Epi, Conſecrauimus duo altaria, vnũ in Monaſt. in honorẽ B. *Eraſmi*, & SS. *Primi* & *Feliciani* &c. Bernardinus miſeratione diuina Eps *Tuſculanen.* SS. Rom. Eccleſ. Cardinalis S. *Crucis* patriarcha *Ieroſolimitanus*, per vniuerſam *Germaniam*, & quæcunque alia loca ad quæ nos declinare contigerit, Dñi noſtri Papæ & Apoſtolicæ ſedis legatus &c. Sanè pro parte dilectorum nobis in Chriſto *Ieronymi* Præpoſiti & Conuentus Monaſterij per Præpoſitum gubernari ſoliti B. Mariæ virginis, & SS. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, *Primi* & *Feliciani* martyrum in *Raittenpuch* ordinis S. *Auguſtini* Can: Regularium *Friſingen.* Dioc. &c. Datum *Insprugg*, an. 1507. Non. Ianuarij. Et quod certiſſima fide credant, ſacellum infrà nominatum primo Eremitarum (vt ex certis quibuſdam indiciis apparebat) ſanctis his martyrib. tempore dicti Monaſterij fundationis & erectionis fuiſſe dedicatum & conſecratum: ſed eorum originem, translationem; cæteraq; monimenta per infelicium temporum iniurias, incendia, bella, aliaſq; hæreticorũ deuaſtationes periiſſe: nec non inde mortaliũ pietate ergà Deũ & ſanctos ſuos frigeſcente, cultũ quoq; & veneratione eorũ, in omniũ ferè deueniſſe obliuionẽ: atq; adeò licet dictus Dn. Præpoſitus aliiq; PP. religioſi ab hinc annis quadringentis, quinimo ab ipſius Monaſterij primordio ſingulis annis nona die menſis Iunij nominatorum Martyrum feſtiuitatẽ & dedicationẽ ſoleñiter celebrarint, & adhuc celebrant, omnibuſq; diebus, quibus pro more habebantur de ſanctis illis commemorationes, deq; illis particularis adiuncta fuit commemoratio; ſibi tamen ipſis Præpoſito, Patribus & Fratribus & regularibus qua in parte ſancta oſſa recumberent, certò non conſtitiſſe: prætérquam quod quaſdam reliquias, vtpote partes anteriores brachiorum, quas ab hominum memoria in ſacris quibuſdam benè longis & inauratis vaſculis ſecum retineant, quas ſolennioribus feſtiuitatibus plebi religioſè colendas exhibeant, & ſemper exhibuerunt, in quibus ſcriptum legitur: hæc ſunt oſſa beatorũ Martyrum *Primi & Feliciani*. Hæc itaque ſacra duo oſſa quorum talia, vt videre eſt, in ſacris nuper inuentis reliqijs deſiderantur, ſunt ex colore, figura, apparentia & proportione prænominatis SS. oſſib. (vt apparet) conſimillima. Quapropter dicti Patres & Fratres tanquã veræ pietatis amatores, inceſſanter Deum precibus, vigilijs & jeiunijs (vtinam Deo gratis) deprecabantur: vt hæc ſanctiſſima oſſa, ad laudẽ & gloriã nominis ſui, ad maiorẽ ſanctorũ illorum cultũ ac venerationẽ, ad fidelium oĩm ſuñam conſolationẽ & vtilitatẽ, dignaretur reuelare, locũque quo reumberent, oſtendere, quatenus ea, quæ ſe poſſidere certò credebant debita cum veneratione ſuſcipere, & plebi Chriſtianę deuotè reuerenterq; colẽda proponere poſſint. quod quidẽ prædictus Rdus D. Præpoſ. à die profeſſionis, & poſt ſuã in Pręlatũ electionẽ quotidie ſedulo cogitabat, ſimulq; alij religioſi, hoc

vnum à Domino Deopoſtulabant deuotè: nec irrita fuere eorum vota: quippe cum ſacellum quoddam ſua vetuſtate ruinoſum, eaque cura vetus Monaſterium, vulgo **Altenmünſter** nuncupatum reparare eſſet animus: Ecce tibi dum operi huic grauiter inſtant, certò certius ſperantes, ſe illas vel alias inuenturos reliquias, in lapide à tergo altaris S. *Annæ* (quod altare conſtructũ erat in medio eiuſdem Eccleſiæ, & à tergo dicti lapidis, qui nunc ad rei memoriam dictæ Eccleſiæ **Altenmünſter** in ſummo altari decenter aſſeruatur) duæ lapideæ ſtabant columnæ iã antiquitus erectæ, in quas deuoti fideles immemorabili conſuetudine lampades & lumina, vtique in honorem Diuæ virginis, & SS. martyrum *Primi* & *Feliciani* accenſa deponebant Sacra pignora, nimirum SS. martyrum oſſa diu votis omnibus expetita, in arca lignea ordine diſpoſita, velo ſerico rubei coloris inuoluta deprehendunt vbi præ gaudio ſummaque in *IESV* lætitia multas etiam lachrymas effuderunt. Reperto ſancto & nobiliſſimo theſauro, Dn. Præpoſitus, Decanus cæterique è religioſis cathedralis Eccleſiæ ſuæ chorum ineunt, vnde dictus Dominus Præpoſitus mitra, cæteroque habitu Pontificali conſpicuus, vnà cum clero ſuo, illo qui crucem geſtabat præcedente, ad veterem illam ædiculam, in qua repertę opes etiamnum ſeruabantur, more cultuque Chriſtiano ſe contulit, quo cum ventum eſt, venęrabundi ſe coram ſacris oſſibus proſternunt vniuerſi ac letaniis de omnibus ſanctis decantantas, nec non omnium campanarum pulſu & organorum ſuaui ſono applaudentibus, dicto verſiculo illo: *Orate pro nobis ſancti Martyres Prime & Feliciane.* Reſp. *vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti*, cum collecta: *Fac nos quæſumus Domine SS. Martyrum Primi & Feliciani ſemper feſta ſectari, quorum ſuffragiis protectionis tuæ dona ſentiamus. Per Dominum &c.* Præpoſitus cum Decano arcam ligneam ſacro theſauro opimam, ea qua decebat reuerentia ſuſtulit, ac presbyteris P. *Gregorio Dilles*, & *Chriſtophoro Hermanno* in cœnobij templum rectà ante ſe proceſſionaliter deferenda dedit, cantato interim: *Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia, nomina autem eorum viuent in ſæculum ſæculi* &c. cum Verſ. *Exultate iuſti in Domino, Alleluia.* Reſp. *Rectos decet collaudatio, Alleluia*, cum collecta: *Quæſumus omnipotens Deus, vt ſanctorum martyrum tuorum Primi & Feliciani cæleſtibus myſteriis celebrata ſolennitas indulgentiam nobis tuæ protectionis acquirat, per Dominum* &c. Eò cum ſanctis reliquis poſtquàm peruenerunt, loco Prępoſiti dictus Dñ. P. *Gregorius Dilles* Cuſtos, ſolemne Miſſæ officium de S.S. *Trinitatę* cum collectis de S.S. *Primo* & *Feliciano* prædictis ſolemniter cantauit: quo piè & religioſè decantato, canticum *Te Deum Laudamus* adhibitis organis, & pulſatis iterum companis eſt inchoatum. Interea temporis reliquiæ eo in loco decentiſſimè fuerunt aſſeruatæ, & vſq; donec ſacellum **Altenmünſter**/quod iam apparet, fuit conſtructum, & per R[dum]. Dn. *Bartholomæum Schellium* I.V.D. Epiſcopum *Darien.* & Suffraganeum *Friſingen.* 4. Id. Octob. An. 1608. conſecratum. Qui cum altero die ſummo mane altaria eiuſdem ſacelli vellet conſecrare, iuſſit vt ſacra oſſa proceſſionaliter, toto Conuentu comitante apportarentur, & in Eccleſia **Altenmünſter** nouiter conſtructa collocarentur; quod & factum eſt per RR. PP. *Ioannem Gaſtl*, & *Chriſtophorum Hermannum* in altari extructo & conſecrato decenter appoſita, ibique in hodiernum diem religioſè quieſcunt. Atque ita Deo bene iuuante actui huic finis eſt impoſitus. Super quibus omnibus & ſingulis, vt ſuprà dictum eſt à dmodum Reuerendus Dominus Præpoſitus, Decanus, totuſque Conuentus me Notarium infraſcriptum requiſiuerunt, quatenus vnum vel plura publica conficerem inſtrumenta. Quorum ego petitioni, quæ veluti pietati maximè congrueret, attendens, iis omnibus, quæ ibidem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ibidem gerebantur & fiebant, interfui, vidi & legi, hoc inſtrumentum itaque manu alterius ſcriptum, manu verò mea & ſigno ſolito roboratum confeci ad hæc omnia ſpecialiter requiſitus & rogatus. Acta ſunt in ſupradictis Eccleſiis in *Rattenpuch*, diebus, annis, menſibus & præſentia, quibus ſupra, præſentibus M. honeſtis & diſcretis viris *Matthia Svvaiger* iudice, *Thoma Kratz* ſcriba, *Simone Hagl* organiſta, & *Ioanne Karl* Ludirectore ibidem; nec non in dedicatione Eccleſiæ *Chriſtophoro Pergkhouer*, Sermi Principis ac Domini Dñ. *Maximiliani* Com. Pal. *Rheni*, vtriuſque *Bauariæ* Ducis Cancellariæ ſecretæ Regiſtratore, & *Marco Haldenbergero* Granatario in *Schongauu*, Laicis, teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, rogatis & requiſitis; & *Vdalrico Puchſieger* ac *Martino Lentz* opificibus mechanicis & aliis compluribus non requiſitis.

*Matthæus Raokher,*
Notarius manu propria.

VNiuerſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes litteræ perueniunt, Nos miſeratione diuina Fr: *Maurus Ammelienſis, Handulphus Brixinen. Leo Fundanus, Emicho Friſingen.* Loci Diocœſ. Fr: *Nicolaus Turribulen.* Fr. *Iacobus Calcedonen.* Fr. *Nicolaus Karintenen. Stephanus Oppycenſis* Eccleſiarũ Epi, ſalutem & ſinceram in Dño Charitatem. Alma mater Eccleſia de animarum ſalute ſollicita, deuotionẽ fidelium per quædam ſpiritualia munera, Indulgentias videlicet & remiſſiones incitare conſueuit ad debiti famulatus honorem Deo & ſacris ædibus impendendum: Vt quanto crebrius & deuotius illuc confluit populus Chriſtianus, tantò celerius delictorum ſuorum veniam, & cæleſtis regni gloriam conſequi mereatur æternam, Cupientes itaque vt Monaſterium in *Raitenbuch Friſingen.* Diocœſis vbi regularis ordo Canonicorũ S. *Auguſtini* viget & obſeruatur, quod ad laudem Dei, nec non ad honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis Virginis *Mariæ* eſt constructum, à Chriſti fidelibus frequentius honoretur, vt Canonicorum ibidẽ degentium deuotio per diuinum cultum aucta, iugiter pullulet in Domino atque creſcat, quo accedentes ibidem ſe gaudeant beneficiorum ſpiritualium muneribus conſolatos: Omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictum Monaſterium in ſingulis feſtiuitatib. ſeu diebus ſubſcriptis, videlicet. *Natiuitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis* Domini noſtri *Ieſu Chriſti* atque *Pentecoſtes*: in feſtiuitatibus glorioſę Dei genitricis ſemperque virginis *Mariæ*, ſcilicet *Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis* & *Aſſumptionis*; S. *Ioannis Baptiſtæ*, BB. *Petri* & *Pauli*, ac aliorum oĩum Apoſtolorũ, in feſtis *Primi* & *Feliciani* dictæ Eccleſiæ Patronorum: S. *Michaëlis* Archangeli, SS. martyrum *Laurentij* & *Georgij* Confeſſorum *Nicolai, Corbiniani Martini* ac *Zenonis*: B. *Agnetis, Catharinæ, Margaritæ* virginum atq; *Mariæ Magdalenæ* ac *Annæ*. In añiuerſariis Dedicationũ dicti Monaſt. ac altariũ eius: in feſto *omnium ſanctorum*, & per octo dies memorata feſta ſequentes, cauſſa deuotionis, orationis, ſeu peregrinationis & in ſpiritu humilitatis accesserint: aut qui ad fabricam, ſeu reparationem, ornamenta, luminaria, aut quæcunque neceſſaria ipſius Eccleſiæ manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam ſuarum legauerint, miſerint, ſeu donauerint, aut nutu procurauerint facultatum: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorũ eius auctoritate cõfiſi, ſingulis ſingulas quadraginta dierũ indulgẽtias de iniunctis ſibi pœnitentiis, dummodo loci Diocœſani ad id conſenſus acceſſerit, in Dño miſericorditer relaxamꝰ. In cuius rei teſtimoniũ ſigilla ñra pſentib. literis duxi-

duximus apponenda. Datum *Anagniæ*, An. Dñi M.CC.XCIX, Kl. Octob. Pontificatus Dñi *Bonifacij* PP. VIII. anno quinto.

VNiuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes litteræ perueniunt. Nos frater *Gebhardus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus *Holenſis*, Salutem in Domino ſempiternam. Alma mater Eccleſia de animarum ſalute ſollicita, deuotionem fidelium per quædam ſpiritualia munera, Indulgentias videlicet, & remiſſiones inuitare conſueuit ad debiti famulatus honorem Deo ac ſacris ædibus impendendum: vt quantò crebrius & deuotius illuc confluit populus Chriſtianus, tantò clerius delictorum ſuorum veniam, & cæleſtis regni gloriā conſequi mereatur æternam. Cupientes itaque vt Monaſterium in *Raittenbuch Friſingen*: Diœceſis, vbi regularis ordo Canonicorum S. *Auguſtini* viget & obſeruatur, quod ad laudem Dei, nec non ad honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis virginis *Mariæ* eſt conſtructum, à Chriſti fidelibus frequentius honoretur: vt Canonicorum ibidem degentium deuotio per diuinum cultum aucta iugiter pullulet in Domino atque creſcat, quo accedentes ibidem ſe gaudeant beneficiorum ſpiritualium muneribus conſolatos. Omnibus verè pœnitentibus & cōfeſſis, qui ad dictum Monaſterium in ſingulis feſtiuitatib. ſeu diebus ſubſcriptis, videlicet, *Natiuitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis* Domini noſtri *IeſuChriſti* atque *Pentecoſtes*: in feſtiuitatibusglorioſæ Dei genitricis ſemperque virginis *Mariæ*, ſcilicet *Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis* & *Aſſumptionis*; S. *Ioannis Baptiſtæ*, Beatorum *Petri* & *Pauli* ac aliorum omnium Apoſtolorum: in feſtiuitate *Primi* & *Feliciani* dictæ Eccleſiæ patronorum; ſancti *Michaëlis* Archangeli, Sanctorum martyrum *Laurentij* & *Georgij*: Confeſſorum, *Nicolai, Corbiniani, Martini* ac *Zenonis*, Beatarum *Agnetis, Catharinæ, Margarethæ* virginum, atq;. *Mariæ Magdalenæ* ac *Annæ*: In anniuerſariis *Dedicationis* dicti Monaſterij ac Altarium eius: In feſto *omnium Sanctorum*, & per octo dies memorata feſta ſequentes, cauſa deuotionis, orationis ſeu peregrinationis, & in ſpiritu humilitatis acceſſerint, aut qui ad fabricam ſeu reparationem, ornamenta, luminaria, aut quæcunq; neceſſaria ipſius Eccleſiæ manus porrexerint adiutrices, aut in extremis laborantes quicquam ſuarum legauerint, miſerint ſeu donauerint, aut mitti procurauerint facultatum: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius auctoritate confiſus, ſingulis centum dierum Indulgentias, & Karenam vnam de iniunctis ſibi pænitentiis, dummodo loci Diœceſani ad id conſenſus acceſſerit, in Domino miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum præſentibus literis duximus appendendum. Datum in *Raitenbuch*, Annò Domini M. C. D. VIII. Vndecimo Kalend. Iulij.

BErnardinus miſeratione diuina Epiſcopus Tuſculanus, SS. Rom. Eccleſiæ Cardinalis S. *Crucis*, Patriarcha *Hieroſolymitanus*, per vniuerſam *Germaniam*, & quæcunque alia loca, ad quæ nos declinare contigerit, Domini noſtri Papæ & ſedis apoſtolicæ legatus: Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem in Domino ſempiternam. Obſequium gratum & pium altiſſimo totiens impendere credimus, quotiens Chriſti fidelium mentes ad pietatis & deuotionis opera allectas Indulgentiarū munerib. propenſius excitam⁹. Cupientes igitur vt Eccleſia S. *Mariæ* Virginis, & SS. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, ac *Primi* & *Feliciani* martyrum in *Raitenbuch*, Ordinis S. *Auguſtini* Canonicorum regularium *Friſingen*. Diœceſis à Chriſti fidelibus congruis frequentetur honoribus, ac in debita veneratione habeatur, nec non in ſuis ſtructuris & ædificiis debitè

debitè reparetur, conſeruetur & manu teneatur, libriſq;, calicibus, luminaribus & ornamentis Eccleſiaſticis, rebuſq; aliis ad diuinum cultũ ipſius Eccleſiæ neceſſariis decenter fulciatur, ac Chriſti fideles ipſi eò libentius deuotionis cauſſa ad eandem Eccleſiam confluant, & inibi pro præmiſſis manus promptius adiutrices porrigant, quo ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ vberius conſpexerint ſe refectos, dilectorum nobis in Chriſto *Ieronymi* Præpoſiti & Conuentus dicti Monaſterij nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantium, ſupplicationibus inclinati, autoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte oĩbus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelib. præfatis, verè pænitentib. & confeſſis, qui in Eccleſiam prædictam in *Natiuitatis* eiuſdem B. *Mariæ* virginis, & eorundem SS. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum: nec non ipſius S. *Auguſtini*, ac S. *Martini* Epiſcopi, & *Dedicationis* eiuſdem Eccleſię feſtiuitatum dieb., à primis veſperis vſq; ad ſecundas veſperas feſtiuitatum earundem incluſiuè annuatim deuotè viſitarint, & ad reparationẽ, conſeruationem, manutentionem & fulcimentum prædicta, manus adiutrices porrexerint, centum dies pro ſingulis feſtiuitatib. prædictis, quibus id fecerint de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus, perpetuis temporibus valituris. Datum *Inſpruck, Brixinenſis* Diocœſis, anno incarnationis Dominicæ M.D.VII. Non. Ianuar. Pontificatus Domini noſtri *Iulij* PP. ſecundi anno quinto.

VNiuerſis præſentes litteras inſpecturis *Merandus* Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia *Amelinenſis* Epiſcopus. *Nicolaus* eâdem gratia *Ortanus* Epiſcopus. *Sergius* eâdem gratiâ *Tarraconen.* Epiſcopus. *Ioannes* eâdem gratiâ *Anagnien.* Epiſcopus. Fr. *Franciſcus* eâdem gratiâ ciuitatis *Caſtellan.* Epiſcopus, Fr. *Iohannes Sutrinus* Epiſcopus: Fr: *Philippus* eâdem gratia *Flantin.* Epiſcopus. *Thomas* eâdem gratiâ *Intanen.* Epiſcopus Salutem in Domino ſempiternam. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, prout in corpore geſſimus, ſiue bonum ſiue malum fuerit, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino eum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem habemus fiduciamque tenemus. Quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Cum igitur ex parte Marignali nobis fuerit humiliter ſupplicatum, vt omnibus venientibus ad Hoſpitale S. *Spiritus*, & S. *Viti*, & ad Monaſterium S. *Mariæ* in *Raitenpuch* ordinis Canonicorum Regulariũ *Friſingen.* Diocœſis publicè, & ad Altaria dictæ Eccleſiæ. &c. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum eius miſercordia confiſi, omnibus verè pęnitentibus & confeſſis, qui vel quæ prædictas viſitauerint Eccleſias in eorum feſtiuitatibus, ſeu etiam ſolennitatibus B. *Mariæ* virginis, *Natiuitatis* Domini, *Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, Dedicationis* Eccleſiæ S. *Crucis*, SS. *Angelorum*, *Iohannis Baptiſtæ*, Beatorum *Petri* & *Pauli*, & omniũ Apoſtolorum, Euangeliſtarum, ac ſanctorom martyrum *Stephani* & *Laurentii*, Sanctorum Doctorum *Ieronymi, Gregorij, Ambroſij*, & aliorum Doctorum Sanctorumque Confeſſorum *Nicolai, Franciſci* & *Martini*, & aliorum Confeſſorum: nec non Beatoram, *Mariæ Magdalenæ, Agnetis, Luciæ, Catharinæ, Margarethæ*, & in feſto *omnium Sanctorum*, & per eorum octauas, in die *Animarum*, & ſingulis diebus Dominicis: ac etiam qui *Corpus Chriſti*, cum portatur infirmis, ſecuti fuerint, aut in ſerotina pulſione campanę ter Aue Maria deuotè dixerint: vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, & ad alia dictæ Eccleſiæ neceſſaria manus porrexe-

*Hoſpital. in Raitẽpuch.*

*ſ. deeſt recepturi.*

porrexerint adiutrices: Quilibet noſtrum quadraginta dies de iniunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus , dummodo ad ea Diœceſani acceſſerit voluntas. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras noſtrorum ſigillorum fecimus appenſione communiri. Datum *Romæ* ſub anno Domini Milleſimo Treceteſimo XLVI. menſ. Aprilis die prima.

NOS *Otto* Dei gratia Decanus Eccleſiæ *Friſingen.* Iudex ordinarius, & in ſpiritualibus per *Friſingen.* Diocœſin Vicarius generalis, tenore præſentium publicè profitemur. Quod gratiam & indulgentiam factam & conceſſam omnib. benefactoribus Eccleſiæ S. *Mariæ* in *Raitenpuch*, & Hoſpitali S. *Viti* eidem Eccleſiæ annexo, per Venerandos in Chriſto patres & Dominos, Dn. *Merandum Amelinen.* Epiſcopum, & ſuos in hac parte cōſortes Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopos, quorum nomina in inſtrumento, cum ipſorum ſigillis ſunt appenſa, plenius cōtinetur, auctoritate nobis tradita ratificamus, approbamus, & quantum in nobis eſt, in his ſcriptis confirmamus. Et nihilominus omnibus præfatæ Eccleſiæ & Hoſpitalis benefactoribus etiam quadraginta dies de iniunctis ſibi pænitentiis in Domino relaxamus. Harum teſtimonio litterarum. Datum & actum an. Dñi M.CCC.XLVI. in craſtino S. *Laurentij* Martyris.

NOS Frater *Petrus* Dei gratia Epiſcopus Eccleſiæ *Balneoregien.* nec non Suffraganeus Eccleſiæ *Friſingen.* Vniuerſis præſentem litteram inſpecturis volumus eſſe notum, Quod nos anno Domini M.CCC.XLVII. in die B. *Iohannis Baptiſtæ* ex commiſſione Reuerendi Patris & Domini, Dn. *Leutoldi* electi, & Capituli Eccleſiæ memoratæ ſecundum ritum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſanctiones SS. Patrum conſecrauimus altare in porticu veteris Monaſterij in *Raitenpuch*, primo in honorem ſanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*, & ſanctæ *Crucis*, & ſpecialiter in honorem S. *Andreæ* Apoſtoli, & B. *Georgij* martyris, eiuſdem altaris Patronorum: & in craſtino B. *Ioannis* conſecrauimus altare in Capella hoſpitalis in *Raitenpuch* primo in honore ſanctæ & indiuiduæ *Trinitatis*, & S. *Crucis* & Beatarum *vndecim millium* virginum, & ſpecialiter in honore B. *Iohannis Baptiſtæ*, & B. *Galli*, & B. *Gregorij* Papæ, eiuſdem altaris Patronorum, & per octauas. Et in feſto *Paſchæ*, *Pentecoſtes*, & *Natiuitatis* Domini & per octauas. Et in quatuor feſtis B. *Mariæ* virginis, & per octauas, & in omnib. feſtis Apoſtolorum, & per octauas, & ſingulis diebus Domincis & feſtiuis viſitauerint, auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum eius *Petri & Pauli* confiſi: quadraginta dies Indulgentiarum de pœnitentiis ſibi iniunctis miſericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum pręſentibus eſt appenſum. Datum anno, die & loco quo & ſupra.

## *RAITENHASLACH MONASTERIVM ORDINIS CISTERCIENSIVM S. BERNHARDI.*

RAITENHASLACH, in Norico & agro Burckhuſiano iuxta Salzam fluuiū, à VVolframo & Hemma, coniugibus, filiis eorum, Wolframo & Henrico de Tegernvvanck, D. Bernhardi Monachis conditur, Gerion Auer Magiſter deſignatur, Auent. fol. 631. Ortolphus de Tegernbanc teſtis, in Comitis Sybothonis de Falckenſtein & coniugis ſuæ Hiltigardæ alienatione arcis Hermanſtein, ex lib. veteri redditũum & actorum illorum Comitum de Falckenſtein.

IN libro ſepulturarum ibi ſcribitur, iſtos fundatores fuiſſe Comites, ac Wolframum

ramum patrem, fratrem fuiſſe Conradi Archiepiſcopi Salisburgenſis de familia Dominorum de Abenſperg, Nepotis Babonis primi, cuius cōſilio & auxilio hæc fundatio ſic facta. Obiit autem Conradus Archiepiſcopus, anno Domini 1147. Quod ſi ita eſſet, ſequeretur iſtos fundatores eſſe ex familia de Abenſperg, & nomen ſuum ſecundum caſtrum, quod poſſederunt, mutaſſe, quod olim valdè vſitatum erat. Ego de hac re nihil aliud reperi, vnde nihil certi aſſero. Caſtrum hoc, hodie Tegernbach nominatur iuxta Iſm fluuiū. & à nobili familia de Layming poſſidetur, qui inſignia quoque illorum de Tegernbach vſurpant, nempe albi coronati Leonis in campo flauo & rubris cancellis incluſi. Familia Dominæ Hemmæ fundatricis pro antiquo more non exprimitur, cuius inſignia, flos flauus ſiue frutex, cum tribus foliis in campo lazuro. Sunt ibi in templo, ac in ambitu multorum Principum, Comitum, Baronum, ac Nobilium ſepulturæ, quos longum eſſet referre, inueniet, qui vult in libris meis Genealogiarum Bauaricarum.

De fundatione & progreſſu huius Monaſterij ſequuntur copiæ quatuor diplomatum, de quo etiam vide, ſi placet, Chronicam ſcriptam Viti Arenpeckij, fol. 185.

Anno Domini 1143. 6. Calendas Nouembris, à conſtitutione domus & ordinis Ciſtercienſis, an. 46. vir nobilis Wolfherus, aliàs Wolffram̄us de Tegernbanck, & vxor eius Hemma, in prædio ſuo Schuzing fundare cœperunt hanc Abbatiam, primo Abbate eiuſdem loci Domino Gerone, viro venerabili exiſtente; poſteà verò anno Domini 1146. præſidente in ſede Romana ſanctiſſimo Papa, Eugenio tertio, Pontificatus ſui anno ſecundo, in ipſo verò Rom. Imp. fœliciter regnante Cunrado ſecundo, Imperij ſui nono fœliciſſimè, omni reuerentia honoris digniſſimæ memoriæ Dominus Cunradus primus, ſanctæ Salisburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, conſiderans ſitum loci non eſſe aptum illi ordini; conſilio habito, ex conſenſu petitionis prædicti Wolfheri ad habitationem fratrum & ſitum Cœnobij, ad præfatum ordinem obſeruandum, antiquam Eccleſiam ſuam Raitenhaslach in hoc loco ſitam & conſtructam, quondam ſub patrocinio S. Pangratij martyris (vt tradidit antiquitas) cum decimis, dote & familia, omnibus neceſſariis, remota Parochia, tradidit, vt in ipſius priuilegiis plenius continetur.

EVGENIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Geroni Abbati, eiuſque fratribus de Raitenhaslach, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt, facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecti in Dño filij, veſtris iuſtis poſtulationibus, clementer an̄uimus, & præfatum locum, in quo diuino mancipati eſtis officio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, ſtatuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium Raitenhaslach iuſtè, canonicè poſſidet, aut in futurū conceſſione Pontificum, largitione Regum ac Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, Domino propitio, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; Succeſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum quemadmodum à venerabili fratre noſtro Cunrado, Salisburgenſi Archiepiſcopo, vobis pia deuotione collatus eſt, Windeberge cum omnibus appendiciis ſuis. Tierolfingen manſum vnum, cum paſcuis, cultis & incultis, quæſitis legitimè & acquirendis, in ſylua, quę vulgo dicitur AmphingerForſt, paſcua Portene, areamque Seulingen, infra Schuzinga nominatur, in Ratiſponenſi Epiſcopatu, prædium in loco, qui Moſuogl vocatur; ſic à nobili viro Wolphero, vxore quoque & filiis ſuis rationabiliter vobis con-

ceſſum eſt, ſane laborum, forte agrorum veſtrorũ, quos propriis manib. ac ſumptib. colitis ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus à vobis decimas exigere præſumat. Decernimus ergò, vt nulli omnino liceat præfatum Monaſt. temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquib. vexationib. fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſib. omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate & Diocœſanorum Epiſcoporum Canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſuè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq. ſe diuino iudicio exiſtere de ppetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Dñi noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus vt hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicẽ præmia pacis inueniant. Amen. Datum apud vicum Pronianum, Gbido ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus, Cardinalis & Cancellarius, 5. Calend. Februarij, Indictione X. Incarnationis Dominicę ann. 1146. Pontificatus verò Domini Eugenij Papæ tertij anno ſecundo.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Ego Conradus, per gratiam Dei Salisburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus. Licet teſtante Apoſtolo, omne, quod antiquatur & ſeneſcit prope ad interitum, ſic præſentem Eccleſiam effuſione ſacroſancti ſanguinis Chriſti in plenitudine temporum redemptam & conſecratam elabi & vacillare videamus, tamen in hoc noſtro tempore, in quod fines ſeculorum deuenere, abundante iniquitate, multorumque charitate refrigeſcente, Deus omnipotens, qui nunquam ſecundum diuitias bonitatis ſuæ humano generi defuit, multipliciter nos conſolatur, dum nobis in his diebus hominum, non Deum, ſed ſemetipſos amantium, multis modis auxiliatur. Deniq; cum propter perſeuerantiam malorum iuxta verba lib. dicentis Iob: Terra tradita eſt in manus impij, Diaboli videlicet, magnum Eccleſiæ ſuæ lumen accendit, dum ordinem Ciſtercienſium, qui præſentem mundum Maieſtatis virtute calcantis actu & habitu, vt paſſim in domo ſua, quæ eſt Eccleſia, luceant, exaltauit & dilatauit. Quia verò mediante diuina cooperatione, ad honorem Dei, pro qualitate collatæ nobis induſtriæ, Eccleſiam noſtrã adminiſtrauimus & diſpoſuimus, plures nos adierunt, doctrinamque noſtram proſecuti ſunt, ſua Deo conferre potiſſimum iudicauerunt, factumque eſt diuina pręeunte inſpiratione; Quod Wolfherus de Tegernvvanck, vxorque eius *Hemma*, filij quoq; eorum, Wolfherus & Heinricus, prædium ſuum Seuozingen iuxta fluuiũ, qui dicitur Rote Moſeuogln, Deo & Beato Rudperto contradiderunt, nobisq; & ſucceſſoribus noſtris, poſſeſſioni, prouiſioni & defenſioni ad ordinem Ciſtercienſium Monachorum deſignauerunt; eo tenore, vt Epiſcopali traditioni omne ius Cœnobiorum noſtrorum, in collationibus liberorum hominum, vel Miniſterialium noſtrorum irrefragabiliter poſſideant.

Nos igitur fratres toto cordis affectu ſuſcipientes, Abbatem illius, Geronem nomine, conſecrauimus & ſtabiliuimus. Conſiderantes autem ſitum loci non eſſe aptum illi ordini, conſilio habito, traditionem ſuam fundatori reddidimus, vt concambium faciendum firmius faceremus, altaque conſideratione conſilij ad habitationem fratrum & ſitum Cœnobij ad præfatum ordinẽ obſeruandum, antiquam noſtram Eccleſiam Raitenhaslach, quæ tunc vacabat,

bat, tradidimus cum decimis, dote & familia, omnibus & neceſſariis, remota Parochia, inſuper & Tirolfingen manſum vnum cum paſcuis, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, in ſylua, quæ vulgo dicitur Amphinger Vorſt, areamque Schuzingen, ſupra Seulingen, quam à Monachis S. Petri cambuimus, & paſcua portene ex noſtra traditione illis in perpetuum aſſignauimus, & receptum locum Schuzingen atque Moſuogln ad ſuſtentationem præfato Abbati & fratribus reddidimus, vt pro temporalibus noſtris ſempiterna cum ipſo metamus. Confirmamus etiam Pontificali auctoritate & banno, eiſdem filiis noſtris, cum traditione iſta omnia, quæ præfatus Wolfherus illuc contulit, ſiue alij vel ad hucab eo, ſiue ab aliis fidelibus conferenda ſunt, atque exinde præſens priuilegium conſcriptum, noſtròq; ſigillo inſignitum, volumus vt tam poſteris quàm præſentibus hæc fundatio & plantatio notificetur. Primæ igitur traditionis teſtes hi ſunt, Henricus Epiſcopus Ratiſponenſis, Otto Friſingenſis, Romanus Gurcenſis, Guido Diaconus Cardinalis. Baldaricus Abbas Salisburgenſis, Gebeno Præpoſitus Salisburgenſis, Berchtoldus Abbas Sancti Emerani, Gotfridus Abbas Admuntenſis, & alij Abbates quam plurimi, Hugo Præpoſitus Berchtersgadenſis, Herbordus Sevvenſis, Gotſcalcus Bamburgenſis, aliique Præpoſiti, Clerici & Monachi multi, Comes Leutoldus de Bleigen, Heinricus de Hegeleu, Albertus de Werfen, Leutoldus de Haberlant, Menigoz Pincerna, Duringus de Diethramingen, maximaque multitudo tam Nobilium quàm Miniſterialium, eiuſdemque traditionis vel concambij ſunt teſtes, Otto Eps Friſingenſis, Romanus Epiſcopus Gurcenſis, Heinricus Præpoſitus Gurcenſis, Hermannus Præpoſitus Friſingenſis, Engelramus Archidiaconus, Leutoldus Capellanus. Engelbertus Marchio de Yſtria, Engelbertus Comes de Halle, Hartmannus & filius eius de Nuſtorff, Volckmarus de Lichtenſtein, Heinricus de Hegele, Engelſcalcus de Frieſach, Gotfridus de Wiettingen, Ruodolphus de Tyſenberch, Meingoz Pincerna, aliique quam plurimi. Actum Salisburgæ, Anno incarnationis Dominicæ. 1146. Indict. 9. Nonis Iunij, primo anno Eugenij Papæ, regnante Conrado Romano Rege, ſuſcepit autem hanc traditionem & confirmauit Reuerendus Archiepiſcopus, Conradus Salisburgenſis, Ann. XLI. ſui Pontificatus.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS, Ego Eberhardus per Dei gratiam Salisburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, exigente officij noſtri debito, omnium pauperum Chriſti vtilitati debemus prouidere, & ſub obtentu diuinæ miſericordiæ bonæ voluntatis affectum exhibere, vnde Chriſti pauperibus in Monaſterio Raitenhaslach Deo ſeruientibus, beneficij munus exhibentes, tradidimus eis duos manſus in Harde ſitos, cum omnibus paſcuis, in omnimodam proprietatem, inſuper etiam vnum manſum in Raine ſitum, quem Miniſterialis noſter Sybotho, videlicet de Surberch, in beneficium habuit petitione ipſius Sybothonis eidem Monaſterio, item in omnimodam propietatem delegauimus. Quia verò præfati fratres in eadem Parochia redditus aliquos habent, vt de eiſdem redditibus nullæ decimæ ab eis exigantur, cum eſſemus Muldorph, talem confirmationem in manus noſtras ſuſcepimus, vt fratres Plebano ſingulis annis 80. denarios Loſenſes perſoluant, nec ab aliquo Plebano per decimarum exactionem inquietentur. vt autem hæc, quæ ad tradendum memoriæ futuris temporibus conſcripſimus, inconuulſa eiſdem fratribus permaneant, præſentis paginæ chartam, per ſigilli noſtri impreſſionem confirmamus ſubponentes teſtium nomina, quæ interfuiſſe & primæ traditioni duorum manſuum, & ſecundæ traditioni vnius manſus cognoſcuntur. Primæ igitur traditionis

ditionis Teſtes hi ſunt, Hartmannus Brixinenſis Epiſcopus, Hartvvicus Ratisb. Eps, Hugo Salisburgenſis Præpoſitus, Gotſchalcus Baumburgen. Præpoſ. Heinr. Salisburgenſis Abbas, & alii abbates quàm plurimi. Engelbertus Marchio de Yſtria, Heinr. Comes de Wolfrateshuſen, Heinricus Comes de Vrantenhauſen, Wolff, amus de Dornberch, Walchun de Steine, Vlricus de Arbingen, Hartnit Caſtellanus, cæterique quam plures, tam nobilium quam Miniſterialium, ſecundæ traditionis hi teſtes ſunt, Hugo Salisburgenſis Præpoſ. Gotſcalcus Baumburgenſis Præpoſ. Gerhoch Richerſpurgenſis Præpoſitus, Vlricus Kiemenſis Præpoſitus, Haymo Abbas de Sevvm, Heinr. Abbas de Peûrn, Rudpertus Præpoſitus de Werdt, Engelbertus Marchio de Yſtria, Seifridus Comes de Leubenaue, Hartmannus de Nuſdorff, Leutoldus de Sieſdorff, Hartnit Caſtellanus, Lutvvinus de Sebelingen, Wiſnit de Bongeñ, Wagingerberga.

## ADDITIONES.

### Apographum Tabulæ pendentis in Eccleſia *Raittenhaslach.*

ANno Dñi M. C. XLIII. VI. Cal: Nouembr. hoc eſt in Vigilia Apoſtolorũ *Simonis* & *Iudæ*, à conſtitutione domus, & ordinis Ciſtercienſis anno quadrageſimo ſexto, ſuperſtite adhuc in hac vita beatiſſimo patre noſtro *Bernhardo* annis ferè decem, vir nobilis *Wolfherus* de *Tegernbach*, & vxor eius *Hemma* in prædio ſuo dicto *Schyzing* fundare ceperunt hanc Abbatiam, primo Abbate eiuſdẽ loci Domino *Gerone* viro venerabili exiſtente, poſtea verò anno Domini Milleſimo, Centeſimo, quadrageſimo ſexto, præſidente in ſede Romana ſanctiſſimo Papa *Eugenio* tertio, ex filiis ſpiritualibus ſanctiſſimi *Bernhardi* ad apoſtolicam dignitatem aſſumpto, pontificatus ſui anno ſecundo: in ipſo vero *Romanorum* Jmperio feliciter regnante *Conrado* ſecundo anno ſui Imperij nono, feliciſſimæ & omni reuerentia honoris digniſſimæ memoriæ Dominus *Conradus* eiuſdem nominis primus ſanctæ *Salisburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus. conſiderans ſitum loci non eſſe aptum illi ordini, conſilio habito ex conſenſu petitionis prædicti *Wolfheri* ad habitationem fratrum & ſitum Cœnobij ad præfatum ordinem obſeruandum, antiquam Eccleſiam ſuam *Raittenhaslach* in hoc loco ſitã & conſtructam quondam ſub patricinio S. *Pangracij*, martyris, vt tradit antiquitas, quæ tunc vacabat, cum decimis, dote & familia, omnibuſque neceſſariis remota parrochia tradidit vt in ipſius priuilegio continetur. Demũ ſuccedentibus temporibus à feliciſſimæ recordationis Dño *Eberhardo* ſecundo venerabili iam dictæ *Salisburgen.* Dioc. Archiepo, Apoſtolicę Sedis Legato, cum adhuc pauper & tenuis eſſet ipſa Abbatia, ſalubriter Deo donante incrementum, eſt rigata & fructuosè ſublimata, adeo vt tam per collationẽ triũ Eccleſiarũ videlicet *Halſpach, Niedernperkirchen*, & montem S. *Mariæ*, quam Eccleſiã per donationem decimarum & prædiorum, nec non & librorum & aliorum ornamentorũ Eccleſiaſticorum tàm, vel etiam plus contulerit Eccleſiæ noſtræ, quam vſque ad ſua tempora viſa fuerit poſſediſſe. Hic & intus innumera beneficia huic Eccleſiæ impenſa, ſedilia Monachorum ædificauit, luminaria deputauit, & partem ſalinæ quam vſque poſſidemus tradidit & donauit. Hæc autem oĩa ſupra memorata & alia iñumera beneficia de voluntate & conſenſu Capituli Eccleſię ſuæ nobis impẽdere nõ omiſit. Inſup oĩa priuilegia Eccleſię noſtræ p ſe in ꝓpria pſona à ſede Apoſtol. cõfirmauit, nobis petiit, & efficaci⁹ impetrauit

trauit

trauit. Nec hoc etiam latere volumus quod omnes Illuſtriſſimi Duces *Bauariæ*, quorum confinio & diſtrictui Eccleſia noſtra ſita dignoſcitur, ipſam Eccleſiam noſtram à ſui origine ſemper ſpeciali fauore & beneuolentia tàm in progatiua multarum libertatum per aquam & aridam, quàm in libera ſucciſſione lignorũ de nemoribus ſuis ad nutrimenta ignis & gratioſa munificentia decimarum de duobus granariis ſuis *Oetingæ* & *Burckhauſen*, nec non in multiplici & quotidiana protectione & defenſione præ cæteris ſuis Eccleſiis ſui Principatus ſunt eatenus proſecuti. Specialiter tamen inclytus Dux *Bauariæ Henricus* nonus hanc noſtrã Eccleſiam in tantum dilexit & fouit, vt quicunque ipſam in aliquo offendiſſet, pupillam oculi eius tangere crederetur.

E*Vgenius* Epiſcopus ſeruorum Dei ſeruus. Dilectis filiis Geroni abbati eiuſq; fratribus de *Rottenhaslach* tàm præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum locum in quo diuino mancipati eſtis officio ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Statuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificũ, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo ꝓpitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quib. hæc ꝓpriis duxim⁹ exprimẽda vocabulis. Locũ ipſum quẽadmodũ à venerabili fratre noſtro *Chunr.* Archiepo *Salisburgenſi* vobis pia deuotione collatus eſt. *Windeberge* cum omnib. appendiciis ſuis. *Tierolſingen* manſum vnum cum paſcuis, cultis & incultis, quæſitis legitime & acquirendis, in ſylua q̃ vulgò dicitur *Ampſingerforſt*, paſcua portenæ aream que *Sulingen*. In *Ratiſponenſi* Epiſcopatu prædium in loco qui *Moſuolgen* vocatur, ſicut à nobili viro *Wolſhero* vxore quoq; & filiis ſuis rationabiliter vobis conceſſum eſt. Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præſumat. Decernimus ergò vt nulli omnino liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſib. omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolicæ auctoritate & diocœſanorum Epiſcoporum canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſuè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Dñi noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo iudicio diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic bonum fructum actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant amen. Datum apud vicum *Bouianum*. *Guido* S. *Romanæ* Eccleſiæ Diaconus Cardinalis & Cancellarius, 5. Cal. Februarij, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ an. 1146. Pontificatus verò Dñi Eugenij Papæ tertij, anno ſecundo.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Chunradus* per gratiam Dei *Saliſburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus. Licet teſtante Apoſtolo quod omne quod antiquatur & ſeneſcit, prope ad interitum ſit, præſentẽ Eccleſiam effuſione ſa-

croſancti ſanguinis Chriſti in plenitudine temporum redemptam & conſecratam elabi & vacillare videamus, tamen in hoc noſtro tempore in quo finis ſæculorum deuenit, habundante iniquitate multorumq; charitate refrigeſcente, Deus omnipotens qui nunquam ſecundum diuitias bonitatis ſuæ humano generi defuit multipliciter nos conſolatur, dum nobis in his diebus hominum nõ Deũ ſed ſemetipſos amantiũ multimodis auxiliatur. Deniq; cum propter perſeuerantiam malorum, iuxta verba libri dicentis, *Iob* terra tradita eſt in manus impij Diaboli videlicet magnum Eccleſiæ ſuæ lumen accendit, dum ordinẽ Ciſtercienſium qui præſentem mundũ multis virtute calcantes actu & habitu vt paſſim in domo ſuaq; etiã eccleſia luceãt exaltauit & dilatauit, Quia verò mediãte diuina cooperatione ad honorẽ Dei pro qualitate collatæ nobis induſtriæ eccleſiã noſtram adminiſtrauimus & diſpoſuimus plures nos adierunt doctrinamque proſecuti, ſua dona conferre potiſſimũ iudicauerunt. Factũ eſt diuina præeunte inſpiratione q, *Wolfherus* de *Tegernbach*, vxorq; eius *Hẽma*, filij quoq; eorum *Wolffherus* & *Heinricus* prædiũ ſuum *Sculingen*, iuxta fluuiũ qui dicitur *Rote Moſeuolgen* Deo & B. *Ruperto* contradiderunt, nobis & ſucceſſorib. noſtris poſſeſſioni prouiſioni & defenſioni ad ordinẽ *Ciſtercienſiũ* Monachorũ deſignauerũt, eo tenore vt epiſcopali traditione omne ius cœnobiorũ noſtrorum, in collationib. liberorum hominũ vel miniſterialiũ noſtrorum irrefragabiliter poſſideant. Nos igitur fratres toto cordis affectu ſuſcipientes, abbatẽ illius *Geronẽ* nomine conſecrauimus & ſtabiliuimus. Conſiderantes aũt ſitum loci non eſſe aptũ illi ordini conſilio habito traditionẽ ſuam fundatori reddidimus, vt concambiũ faciendũ firmius faceremus. Alta itaq; conſideratione conſilij ad habitationẽ fratrũ & ſitum cœnobij ad præfatum ordinẽ ſeruandum antiquã Eccleſiã noſtram *Raitenhaslach*, quæ tunc vacabat, tradidimus, cum decimis dote & familia, oĩbuſq; neceſſariis, remota parochia, inſup & *Tirolſingen*, manſum vnum, cum paſcuis cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, in ſylua quæ dicitur *Ampſingeruorſt*, areamq; *Scullingen*. quàm à Monachis S. *Petri* cambuim⁹, & paſcua porcenæ ex noſtra traditione illius in perpetuum aſſignauimus, & receptũ locum *Scullingen* atq; *Moſeuolgen* ad ſuſtentationẽ præfato Abbati & fratrib. reddidim⁹, vt p tẽporalia noſtra ſempiterna cum ipſis metemus. Confirmamus etiã pontificali auctoritate & baño eiſdẽ filiis noſtris cum traditione iſta oĩa, quæ præfatus *Wolffherus* illuc contulit, ſiue alij, vel adhuc ab illo ſiue ab aliis fidelib. conferenda ſunt, atq; exinde pſens priuilegium conſcriptum noſtroq; ſigillo inſigniri volumus, vt tam poſteris quàm præſentib. hæc fundatio & plantatio notificetur. Primæ igitur traditionis teſtes hi ſunt; *Hainr.* Eps *Ratiſp. Otto Friſingenſis Rom: Gurcenſis Guuido* Diaconus Cardinalis *Baldevvinus* Abbas *Salisburgen: Bertholdus* abbas S. *Emmerami Gotfridus* abbas *Admunttenſis* & alij abbates quã plurimi. *Hugo* Præpoſ. *Berttengadenſis*, *Herbotus Devvenſis*, *Gotſchalchus Bambergen*. alij Præpoſ. clerici & Monachi multi, Com. *Luttold⁹* de *Bleigẽ*, *Heinr.* de *Hegelẽ*, *Albo* de *Werfen*, *Luttoldus* de *Haberlãd*, *Meingoldus Pincerna*, *Duringus* de *Dietramingen*, maxima multitudo tàm nobilium quã miniſterialiũ. Secundæ quoq; traditionis vel concambij ſunt teſtes *Otto* Eps *Friſ. Engelramus* Archidiaconus, *Romanus* Eps *Gurcenſis*, *Hainr.* Præpoſ. *Gurcenſis. Hermanus* Præpoſ. *Friſingenſis*, *Luttoldus* Capellanus, *Engelbertus* Marchio de *Iſtria*. *Engelbertus* Com. de *Halle*, *Hartmannus* & filij eius de *Müldorff*: *Volckmarius* de *Lichtenſtain*, *Hainr.* de *Begelen*, *Engefridus* de *Frieſach*, *Gottfridus* de *Weittingen*. *Rudolphus* de *Tuſenberg aliiq́ quam plurimi.*

## Catalogus Abbatum Monaſterii *Raittenhaslach*, ex variis monumentis collectus.

I. GERO *Auuer* ex *Salmersvveil*, an. 1146. præficitur primus Abbas, vixit ad huc an. 1177. ob. Cal. Iun.

II. ADAL-

II. ADALBERTVS vixit anno 1179. ob. dies ignoratur.
III. CONRADVS præfuit anno 1183. & 1184.
IV. RICHERVS huius mentionem facit Bulla *Cæleſtini* PP. III. an. 1195.
V. CONRADVS II. de hoc liber ſepulturarum teſtatur.
VI. BERTOLDVS ſuperfuit an. 1207. & 1212. ob. XVII. Cal. Septemb.
VII. CONRADVS III. circ. annum Chriſti 1225.
VIII. DIETHMARVS præfuit anno 1241.
IX. WALTHERVS rexit anno 1246. & 1257. ob. V. Id. Apr.
X. HENRICVS de *Gunthering* præf. anno 1259. & 1261.
XI. CONRADVS IV. præfuit annis 32. ob. VII. Cal. April. an. 1290.
XII. RVDOLPHVS habetur in libr. Sepultur.
XIII. EBERHARDVS *Vitulus* rexit circa annum 1288.
XIV. CONRADVS V. cognom. *Hollenprucker*. præfuit magna cum laude anno 1290. & 1304.
XV. FRIDERICVS dicitur electus anno 1397. XVI. Iun. literæ teſtantur eum præfuiſſe anno 1308.
XVI. VLRICVS vti teſtantur literæ præſedit anno 1301. & 1306.
XVII. EBERHARDVS anno 1307. electus, rexit adhuc an. 1311.
XVIII. ILSINGVS præf. anno 1312. & 1329.
XIX. HENRICVS *Olar*, præf. an. 1327. ob. XVI. Cal. Maij. an. 1338.
XX. VDALRICVS *Stempfer* Abbas fuit anno 1338. & 1350.
XXI. FRIDERICVS *Viſchbeck* elig. an. 1350. ob. XVI. Cal. Sep. an. 1356.
XXII. IACOBVS gubernauit circa annum 1357. & 1363.
XXIII. WILHELMVS *Schraick* ſedit anno 1373. in *Salem* euocatus, ibi primus Pontificalia impetrauit.
XXIV. ANDREAS *Pfarrkircher Oettingen*. circa annum 1366. & 68.
XXV. SEIFRIDVS de *Nürnberg*, rex. anno 1371. & 1375.
XXVI. IOANNES, anno 1370. vſque 1379. ex lit. tradition.
XXVII. IOANNES *Stempfer*, primus Abbas infulatus multa præſtitit ab an. 1382. vſque 1407.
XXVIII. WILHELMVS an. 1385. abbatiam gubernaſſe dicitur.
XXIX. IOANNES *Zipfler Burgkhuſianus* præf. anno 1407. mortuus anno 1417. die 14. Aug.
XXX. IOANNES *Pflueg* ob. anno 1438. XV. Cal. Ianuar.
XXXI. LEONHARDVS *Schellenſtain* el. an. 1438. deceſſit anno 1445. Prid. Non. Iun.
XXXII. GEORGIVS *Schnappinger Leonhardi* ſucceſſor, moritur anno 1464. V. Non. Maij.
XXXIII. EGIDIVS *Steiner* præficitur an. 1465. ob. an. 1481. prid. Id. Aug.
XXXIV. IOANNES *Holzner*, anno 1477. ex *Furſtenfeld* aſſumptus, mortuus eſt anno 1483.
XXXV. GEORGIVS *Lindmair*, fidelis monaſterij adminiſtrator, deceſſit an. 1498. VI. Cal. Ian.
XXXVI. IOANNES *Gutgelt*, moritur anno 1502. XVI. Aug.
XXXVII. VDALRICVS *Molſer*, pſ. an. circiter 8. ob. III. Id. Nouemb. an. 1506.
XXXVIII. GEORGIVS *Wanckhauſer*, conſtituitur abbas an. 1506. reſign. an. 1526. VIII. Cal. Febr. moritur an. 1542. V. Id. Maij.
XXXIX. CHRISTOPHORVS *Fürlauff*, el. anno 1526. VII. Cal. Febr. ob. an. 1553. die 18. April.

XL. SEBASTIANVS *Harbeck Landiſhutanus* fit Abbas an. 1553. morte ſubitanea raptus an. 1569.

XLI. WOLFGANGVS *Manhauſer* elig. VII. Non. Maij, An. 1569. ætat. ſuæ 39. reſignat anno ſeq. abbati *Cellæ Dei*, 22. Maij. ob. 26. Aug. an. 1594.

XLII. MATTHIAS *Stoſperger* cum optimè præfuiſſet, ob. an. 1601. die 18. Nouembr.

XLIII. PHILIPPVS *Percelius*, modernus Abbas elig. an. 1602.

## *RANSHOVEN MONAST. ORDINIS CANONICORVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI.*

IMPERATOR Arnolphus Cæſar Auguſtus, filius Carolomanni Regis Bauariæ & Italiæ, ædiculam ſacram, quã ad preces Wichingi Epiſcopi Patauienſis, Cancellarij ſui, Chriſto Domino Deoque noſtro, & D. Pancratio à fundamentis in Rantenisdorf ſeu Rantersdorf extruxit, Ellenbrechto Sacerdoti committit ea lege, vt ipſe quidem pareret Parocho Oetingenſi, at poſt mortem eiuſdem, Sacellum in Rantersdorph, poſthac foret ſub ditione Templi Oetingenſium, vbi brachium ſancti Philippi Apoſtoli reconditum reſeruabatur, & pater Imperatoris Arnolphi Carolomannus Rex Boiorum & Italiæ ſepultus eſt. Extat ibi diploma Arnolphi, cuius datum Anno 898. anno II. regni, Imperij autem III. Actum ad Reginam ciuitatem, &c. Sequenti quoque anno, hoc eſt, Anno 899. idem Imperator Arnolphus duo agri iugera orientem verſus, viginti carrucas fœni, molam aquariam in ripa fontis, qui ex cliuo, cognomine Prylo, erumpit, tantum lignorum, quantum opus eſt & foco & ædificiis perpetuò donat Sacerdotibus, ibidem rem diuinam facientibus. Wichingus ſuperior Epiſcopus Patauienſis, Cancellarius Imperatoris Arnolphi, Iſengrinius Illuſtris Comes, miniſterialis Imper. hæc impetrârunt Sacerdotibus. Extat ibi diploma.

ELLENPRECHTVS præfuit huic Sacello annis 22. Obiit Anno 920. poſt cuius obitum venit in poteſtatem Oetingenſium, ſub quorum procuratione & Parochia fuit ampliùs centum annis.

ANNO 1002. Rantenisdorf, vel Rantensdorf, fuit inter cætera, data dos D. Chunigundæ Auguſtæ, à D. Heinrico II. Imperatore Romanorum, Duce Boiorum, qui obiit Anno 1024. vxor verò Anno 1039. ambo ſepulti Bambergæ in Templo maiori, ab ipſis magnificè conſtructo & dotato. Hunc S. Heinricum primum huius Cœnobij autorem fuiſſe quædam diplomata teſtantur.

ANNO Chriſti 1040. Heinricus tertius, Dux Boiorum, quintus huius nominis, fuit in Boiaria, profecturus in Vngariam, tradit Ducatum Boiariæ Henrico ſexto, Nepoti, ex fratre D. Chunigundæ Auguſtæ: & præſentibus ſedecim Epiſcopis (inter quos præcipui fuerunt Theodomarus Archiepiſcopus Salisburgenſis, Beringerus Epiſcopus Patauienſis, Nizo qui & Nicerius Leodienſis Pontifex) Templum D. Pangratij refecit, ampliauit, Parochiam inſtituit, certiſque limitibus vltra & citra Oenum diſtinxit, decimaſque omnium rerum, piſcationum quoque & venationum donauit, quemadmodum in priuilegio ſcriptum legitur. Præfuit ea tempeſtate Parochiæ Sacerdos quidam, nomine Hantus, primus Parochus, Is adminiſtrauit Eccleſiam S. Pangratij annis 20. Obiit circa Annum Chriſti 1060.

HANTO, quem quidam cum primo eundem eſſe putant, ſecundus Parochus fuit, tempore Ottonis, Ducis Bauariæ. Is Otto è Bauaria pulſus eſt ab Hainrico IV. Imperatore, Duce Boiorum, eius nominis ſeptimo, Anno 1070 ſucceſſitq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceſſitq; in Principatu Boiarico Ottonis gener, Welpho primus Dux Boiariç qui profectus Hieroſolyma, Obiit An. 1101. relinquens duos filios, Welphonem ſecundum Ducem Boiariæ, & Henricum VIII. qui ambo potiti ſunt Boiaria.

Circa Annum 1085. Segiburga fœmina quædam, cum fratre Erenberto, quædam prædia in Haſelpach (cuius Templum anno præcedenti, ab Altmano Archiepiſcopo Salisburgenſi conſecratum fuit) tradidit D. Pancratio.

Tertivs Parochus Herenbertus de Phaphing extitit tempore ſuperiorum Ducum Bauariæ Welphonum, poſteà inuitati ſunt Canonici Auguſtiniani, fuitq; extructum Monaſterium decem penè annis, & Parochia in Cœnobium commutata, quæ adminiſtrata fuit à Sacerdotibus popularibus annis fermè octoginta.

Erant hoc tempore in toto Romano Imperio maximæ autoritatis Cunradus de Abenſperg, Archiepiſcopus Salisburgenſis, & pleriq; Sacerdotes populares, eius nomine, religione, & iuſtitia moti, diſciplinam Auguſtinianam profiteri cœperunt, eiuſq; hortatu & ſuaſu, Heinricus octauus huius nominis, Dux Boiorum, Canonicis & myſtis Auguſtinianis Parochiam & Templum D. Pangratij tradidit, contuberniumq; ſacris D. Auguſtini initiauit, eiuſque religionis ſacratis viris & fœminis illud dicauit. Nam ibi ſacratarum fœminarum Cœnobium fuiſſe, teſtantur pleraq; veſtigia & monumēta, quæ adhuc extant in libris, inſtrumentis, Templo & Monaſterio maximè occidentem verſus. Non plus tamen, quàm ſex receptæ ſunt quarum vna fuit Præpoſita, ita ſcribit Cunradus primus, D. Pancratij Præpoſitus.

## PRAEPOSITI S. PANGRATII, USQUE AD NOSTRA TEMPORA FUERUNT HI SEQUENTES.

Rapholdvs primus Præpoſitus, cuius mentionem facit diploma ſuperioris Heinrici octaui, Ducis Boiorum, in quo, conſenſu Wulfhildæ vxoris, dat decimas in pago Raneshouen, de nemore Wilchart ad aram D. Pangratij, cum aliis quoq; prædiis, &c. cuius datum eſt in palatio Ranshouen, Anno 1128. præſente Ottone Palatino, Friderico de Regeneſpurg Aduocato, Helperto de Geren, &c. Auentin. lib. 6. fol. 618. Decimo ab hinc anno, nempe 1135. primò conſecratum eſt Monaſterium à Reginoberto Epiſcopo Patauienſi, ſexto Idus Nouembris, Heinrico Duce IX. Boiorum, filio Heinrici Magni, genero Imperatoris Lotharij, qui dictus fuit ſuperbus. Ita annotauit Conradus primus Præpoſitus 14. à Burghuſio oriundus, vir diligentiſſimus, his verbis: Extabat adhuc, dum hæc ſcripta ſunt, imago Reginoberti, etiam inſcripto nomine depicta in pariete veteris Templi. Sub idem tempus Anno Chriſti 1138. in valle & ripa Oeni (vbi nunc Brundunum vrbs ſita eſt, quę tum adhuc ſedes nobilium erat, qui inde cognominabantur, & in Ranshouen, vt liber donationum indicat, ſepulti ſunt) Sacellum D. Stephano dedicauit ſuperior Chunradus, Archiepiſcopus Salisburgeñ. & Romanus Gurcenſis.

*Nobiles de Braunæ.*

Proximo deinceps anno, Fridericus de Ror, & vxor eius Bertha, pdium in Ror donant, & Richonum filium diſciplinę D. Auguſtini addicunt, autores fuēre Chunradus Salisburgenſis & Romanus Gurcenſis, Epiſcopi. Atq; hi Nobiles à Ror, vt liber donationum demonſtrat, ſepulti ſunt in Monaſterio Ranshouen.

*Nobiles de Ror.*

Anno 1142. Imperator Conradus tertius Templum ſancti Pangratij in tutelam Imperij accipit, quod ait ab Heinrico Auguſto, Proauo ſuo, extructum, decimiſq; donatum eſſe.

RAPHOLDVS primus Præpoſitus obiit Anno 1146. I.

II. EGOMANLDVS, vir doctus, & artium Magiſter, impetrauit ab Eberhardo Archiepiſcopo Salisburgenſi Parochiam Hochenvverch, & confirmationē priuilegiorum ab Eugenio III. Pont. Max. ſuffragante Heinrico X. Archiduce totius Boiariæ Orientalis & Occidentalis, filio D. Leopoldi. Sedit annos 11. Obiit Anno 1157.

III. MEINHARDVS, qui & Megenhardus, impetrauit ab Hadriano quarto Pontifice Summo priuilegiorum comprobationem, efflagitante Heinrico XI. qui Leo cognominatur, Duce Boiorum & Saxonum potentiſſimo, qui dedit Megenhardo Præpoſito donaria & priuilegia; vbi fatetur à ſuo parente Heinrico Magno, Duce Boiariæ & Saxoniæ, primùm inuitatos eſſe Sacerdotes D. Auguſtini religionem profitentes. Præfuit Meinhardus annis 5. Obiit Anno 1162.

IV. ALTMANNVS confirmationem Eccleſiæ Hochenvverch de integro impetrauit ab Eberhardo Epiſcopo Salisburgenſi; ſub eo Anno 1169. Baſilica D. Michaëlis conſecrata eſt. Præfuit annis 16. Obiit Anno 1178. 12. Calend. Maij.

V. ALHARDVS, qui integrè Adelhardus, Euangeliorum vetuſtum codicem faciundum curauit. Præfuit annis 3. Obiit Anno 1180.

VI. LIVTHOLDVS præfuit annis 6. Obiit Anno 1186. Is perhibetur fuiſſe theſaurarius Ottonis Witlſpachij, primi Ducis Boiariæ.

VII. ETICHO præfuit annis 9. Sub eo Anno 1189. primo anno expeditionis Aſiaticæ Imper. Friderici primi Diepoldus Epiſcopus Patauienſis, ipſe quoque cruce ſignatus, duo altaria conſecrauit. Nondum enim fuiſſe videntur in his locis illi titulo tenus Epiſcopi, quos Suffraganeos vocant: ipſi locorum Pontifices omnia Eccleſiaſtica officia obibant. Eticho Præpoſitus impetrauit à Pontifice Cœleſtino III. confirmationem priuilegiorum. Obiit Anno 1196.

VIII. BERTHOLDVS præfuit circa Annum Chriſti 1200. tempore Ludouici primi, Comitis Palatini Rheni, & Ducis Boiariæ, filij ſuperioris Ottonis. Obiit Anno 1209. Sedit annis 13.

IX. WICHARDVS publica ſententia euicit, obtinuitq́; vt Ranshouen perpetuò abſolutum ſit à jure Archidiaconi Patauienſis. Rexit annos 15. Obiit Anno 1224. 4. Calend. Aprilis.

X. MARQVARDVS fuit Monaſterij Præpoſitus annis 6. Obiit Anno 1230.

XI. HENRICVS primus, vir prudens ac peritus, Archidiaconusq́; ob ſapientiam, relatus eſt in numerum domeſticorum Sacerdotum ab Imperatore Friderico ſecundo. Sub eo (ſicut annotauit Chunradus primus Præpoſitus) ab hoſtibus ex Obernperg Monaſterium combuſtum eſt, iuxta verſum in pauimento Baſilicæ, ac laterculis coctilibus hæc clades in Annum Chriſti milleſimum, ducenteſimum duodequadrageſimum refertur, quam Cunradus quarto demum anno, hoc eſt, Anno Chriſti 1243. factam fuiſſe annotauit. Incendium hoc factū in magno illo ſchiſmate inter Pontificem & Imperium, ſcilicet Fridericum ſecundum, de quo latè Auent. in Annalib. ſuis, fol. 687. cum præcedentibus lib. 7. Heinricus Præpoſitus cùm ſumma induſtria rem Cœnobij annos 15. rexiſſet, obiit Anno 1245. 7. Calend. Auguſti. Emit domum Patauiæ.

XII. ORTLIEBIVS præfuit annis 10. Sub eo rurſus inſtauratur Cœnobium, cōſecratumq́; tēplum ab Ottone, Epiſcopo Patauienſi, oriundo de Lonſtorph, Anno 1255. Obiit eodem anno, &c. Superiorum antiſtitum ſepulturæ cognitę quidem non extant. Ideo plura de eis ſcribere non licuit. Subſequentium extant monumenta.

XIII. SEIFRIDVS ſedit annis 23. ceſſit adminiſtrationi, & ad priuatam vitam rediit, ſextoq́; pòſt menſe defunctus eſt, Anno 1277. ſexto Idus Iunij. Impetrauit decimas templi S. Ioannis ad Mætickam à Petro Epiſcopo Patauienſi, item à Cle-

à Clemente IV. Pont. Max. vt Parochias per ſuos Symmyſtas atq; Canonicos adminiſtraret. Sub eo conſecrauit duas aras, vnam viuificę cruci ſigno immortali, alteram ad meridiem indiuiduę Trinitati, ſuperior Petrus, Epiſcopus Patauienſis. Iiſdem temporibus, quemadmodũ ipſe Sifridus ad Clementem quartum in Epiſtola deplorat, ob diuturnum bellum Regis Bohemiæ, & Ducum Bauariæ, Ranshouenſe contubernium ad tantam inopiam redactum eſt, vt, vbi ante 24. Sacerdotes, aliiq; 50. homines alerentur, vix tum 3. paſcerentur.

CVNRADVS primus, Burghuſij natus, Archidiaconus Maticenſis, vir diligentiſſimus atq; ingenioſiſſimus, electus Anno Chriſti 1277. feria 3. quæ fuit proxima dies poſt feſtum Bartholomæi. regiſtrum ſiue libellum, priuilegia, cenſus, prædiaq; continentem confecit. Legatus Heinrici, Ducis Bauariæ, ad Cæſarem Rudolphum miſſus, ab Alberto, filio Cæſaris, Duce Auſtriæ, immunitatem vectigalium vini impetrauit, & in numerum domeſticorum Sacerdotum relatus eſt, quicunque eius concioni ſacrificioque interfuit ſceleribus expiatus, denûm dierum venia donabatur. Opera ſua inſtaurauit Cœnobium, pauimentum templi ſtrauit laterculis literisq; coctilibus pulchrum ſuæ diligentiæ induſtriæque monumentum. Præfuit annis 34. Obiit Anno 1311. 8. Idus Maij. Sub eo Sacellum D. Stephani translatum eſt in vrbem Brundunum, ibi maior ædes & Parochia conſtructa ſunt. Quo etiam tempore 1283. templum Ranshouen cõſecratum ab Heinrico, Comite de Roteneck, Epiſcopo Ratisbonenſi. Heinricus XII. Boiariæ Dux, ſumptus magnificè præbuit. Inde obuiam profectus eſt Alberto, Duci Auſtriæ, qui in ceſſa circa Ried cum Friderico, Epiſcopo Salisburgenſi, hoſtili animo caſtra metatus fuerat. Redierunt tamen in concordiam Duces. XIV.

CVNRADVS ſecundus Brundunenſis multam familiam more Principum aluit, grande æs alienum contraxit, gubernauit Monaſterium annis 21. Obiit Anno 1332. XV.

VLRICVS primus, ob profuſionem Anteceſſoris ſui, leges gubernandi ab Alberto Epiſcopo Patauienſi accepit. Sacellum iuxta ædem D. Michaelis eo tempore Spiritui ſancto, & D. Oſvvaldo extructum eſt ab Vlrico Schön, ciue Brudunenſi, Anno 1337. Rexit annos 10. Obiit Anno 1342. XVI.

WERNHERVS refici & pingi curauit Capellam D. Catharinæ, vbi pict[9] fuit. Rexit annis 21. Obiit Anno 1363. 4. Nonas Octobris. Pauperum amatorem fuiſſe perhibent, & quàm pauciſſimis prædia locâſſe tributis. Sub eo fundata eſt Miſſa in ſuperiori Choro, ab Imperatore Ludouico quarto. XVII.

HENRICVS ſecundus præfuit annis 12. Obiit An. 1375. quarto die ante Cal. Octobr. Sub idem tempus Albertus Thomlinger ædificauit ſacram ædiculam, extra oſtium templi Occidentem verſus D. Andreæ, Anno 1372. XVIII.

STEPHANVS pingi curauit Sacellum S. Barbaræ, Anno 1376. Rexit annis 13. Obiit Anno 1388. in feſto conceptionis Deiparæ. XIX.

HENRICVS tertius, nomine Gamperl, gubernauit Monaſterium annis quinque. Migrauit ex hac vita Anno 1393. XX.

MATTHIAS Cœmiterium Brundunenſibus conceſſit, quod conſecrauit primo die Dominico Quadrageſſimæ Ioannes Minorita, Suffraganeus Patauienſis, Anno 1406. Qua etiam tempeſtate Xenodochium conditum eſt Brunduni. Præfuit annis 33. Vita functus eſt Anno 1426. 3. die Septemb. humatus eſt in medio templo, vbi eius extat monumentum marmoreum. XXI.

HENRICVS quartus, cognomine Prellar, homo ambitioſiſſimus & iracundus, æs alienum conflauit, ideoq; amotus eſt à Præpoſitura. Iterum tamen electus, præſedit annis 9. Obiit Anno 1435. 7. Calend. Auguſti. XXII.

ERAS-

XXIII. ERASMVS Ridmundt præfuit annis 9. Obiit Anno 1444. in feſto S. Margarethæ. Pictus extat in ſpecularibus Bibliothecæ. Poſuit primum lapidem fundamenti templi Brundunenſium, quod hac ætate extat, Anno 1441. Hactenus Nobiles duntaxat Monaſterij Canonicos ex legeſq́ue maximè Præpoſitos fuiſſe fama refertur, quod & in aliis quibuſdam Cœnobiis reperitur.

XXIV. FRIDERICVS Gunderſtorfer primus religionis ſeuerioris iugum ſuis ſymmyſtis impoſuit, decreta dedit, ad præſcriptum viuere modum, dormire, precari coëgit, Monaſteriumq́ue reformauit iuxta D. Auguſtini dogmata; tum nouas leges victitandi, cubandi, pſallendi, tacendi, veſtiendi, datas Cœnobio reperio: Nam quanquam etiam anteà literis libriſq; ſcribendis operam dederint huiuſmodi Symmyſtæ, cœtum iuuenum æmulantium ſtudia habuerint, atque bonis moribus ac artibus inſtituerint, tamen nec iſta præter rem videbantur. Præfuit Fridericus annis duntaxat 4. Obiit Anno ſalutis 1448.

XXV. VLRICVS ſecundus, Puecher cognominatus, antea Decanus, præfuit annis 3. Obiit Anno 1451. in vigilia S. Thomæ Apoſtoli.

XXVI. THOMAS Witil gubernauit annis 11. Obiit Anno 1462. in feſto ſancti Benedicti Abbatis. Euangeliorum nouum codicem, quem plenarium vocant, fieri curauit.

XXVII. ERHARDVS Goſſenperger imprudens rerum humanarum fuit, æs alienum contraxit; ſexto itaq; gubernationis anno à dignitate remouetur, vixitq́ue priuatus 25. annis. Obiit Anno 1493.

XXVIII. WOLFGANGVS Hoſpes & aduena, poſt Erhardum dignitate motum, euocatus ex Tyrenſtain, Auſtriæ Monaſterio & oppido, vir rei familiaris peritiſſimus, alter Monaſterij conditor, primum lapidem templi Michaelis, quod modò extat in Ranshouen, ponè Monaſterium poſuit, Anno 1474. anno priore Sacellum leproſorum dedicatum fuerat. Dormitorium à fundamento conſtruxit. Iniit dignitatem Anno 1468. Rexit annis 23. & Anno 1491. 15. Calend. April. obiit.

XXIX. LEONHARDVS Callinger ſuccedit Wolfgango, gubernauit Monaſterium annos tantummodò 3. menſes 6. migrauitq́; ex hac vita, Anno 1494. decimo die ante Calend. Auguſti.

XXX. BLASIVS Roſenſtingl conſtruxit ædiculam ſacram Deiparæ virginis in ambitu. Præfuit annis ferè 10. Mortuus eſt ægritudine animi octuagenarius, flexis genibus, Anno 1504. eleemoſynarius fuit, etiam calceos de pedibus detractos pauperibus dedit.

XXXI. CASPAR Durndl à Müldorf oriundus, vir humanus & modeſtus, rerum diuinarum humanarumq́ue peritiſſimus atque diligentiſſimus, pleraque redimendo emendoq́ue Cœnobium non parum ditauit. Miſit ad publica gymnaſia Viennam Sacerdotes ſuos, qui honeſtis literis & Philoſophicis vſque ad ſupremam palmam operam darent; conſumpſit in hoc egregio facto, aliquot nummorum aureorum centenarios. Vniuerſum Templum de integro à fundamentis ædificauit, delubris inſtruxit, pingendumq́ue curauit. Eius opera & iuſſu Annales huius Monaſterij perſcripti ſunt, Anno 1516. deinde recogniti, anno 1523. per Ioannem Auentinum abbreuiati & completi, anno 1579. an. 1508. idē Opt. Pater, feria ſecunda poſt Lætare, primum lapidem adyti ſiue Chori, cohærentiſq́ue ædificij poſuit. Altitudo lapideorum parietum abſoluta eſt in vigilia ſancti Martini, proxima deinceps æſtate tectum perfectum eſt, Anno 1510. Teſtudines, cameraque Chori facta, anno 1512. ædes domusq́; eorum, qui victum in Monaſterio emere ſolent, extructa eſt, Præbendarias vocant.

AVGV-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AVGVSTINVS, cognomine Munick, vt autoritate, eruditione & pietate inſignis, ita modeſtia vitæ, cæterarumque virtutum dotibus, nec non rei familiaris gubernatione haud inferior Caſparo Türndl, cui An. 1529. fœlici ſucceſſit omine. Is, inquam, Auguſtinus in ipſa die Ambroſij, quæ erat 4. Aprilis, An. 1529. electus in Prępoſitum & confirmatus rexit annis 31. atq; Monaſteriū, q, à Prædeceſſoribus emendo, redimendoq; ditatum fuerat, ſingulari arte, induſtriaq; indefeſſa, in omnibus conſeruauit. Atque, quæ ad vſum quotidianum neceſſaria erant, nihil eorum, quin extrueret, prætermiſit. Fuit amans pauperum, beneficus fautor literarum & literatorum. In Schola propria pro Tyronibus pauperculis juxta cœmiterium ædificata, ratione temporis, ad 100. & vltrà benignè aluit, quibus etiam non modò Magiſtros & Præceptores magnis ſumptibus præfecit, ſed illis ipſis æquè de victu, amictu, libris atque aliis ad ſtudia & ſuſtentationem neceſſariis rebus prouidit atque proſpexit, & multos inde ad Academias ſuis ſumptibus miſit; ita vt eodem tempore Ingolſtadij ſeptem ſuſtentauerit Studioſos. Et quamuis magnos hanc in rem ſumptus faceret, nihil tamen æris alieni contraxit, nec in re familiari procuranda quicquam damni fecit. Fuit ab ineunte ætate deuotioni, pietati, orationibus & rebus ſpiritualibus ſummè & ſemper deditus, quibus ritè expeditis, regiminis ſui curis omni animi ſedulitate ac fidelitate vacauit, vltimo ſenio confectus, Prelaturam ſpontè reſignauit, Anno 1560. die 5. Iunij. Hoc totum tempus, quo à ſecularibus occupationibus liber fuit, orationibus, gemitibus, & ſuſpiriis ad Deum pro communi ſalute effuſis tradidit, noctes dieſq; Deo inſeruiens. Anno demum 1566. 28. die Octobris, ſolus in campo deambulando Apoplexia ictus diem obiit, ætatis ſuæ anno 78. XXXII.

ADAM Gensleutner, patria Carnus, ſed in Bauaria à pueritia educatus, poſt reſignationem D. Auguſtini vnanimiter electus, præeſt adhuc hoc M. D. LXXX. Anno vtiliter ac laudabiliter. XXXIII.

## NOBILITAS QVAE SEPVLTA EST IN HOC MONASTERIO.

| | | |
|---|---|---|
| | Nobiles de Brauna, | Thomlinger de Aufhauſen, |
| | Hainrich von Ahaim/ | Notleich de Praunau, |
| | Werdorffer/ | Neußlinnger de Vorſtorn, |
| | Neomar/ | Odar/ |
| | Eringer/ | Die Eſel/ |
| | De Ror, | Raidenpücher/ |
| | Seifrid Dorffer de Danckelfing, | Roſſelheld. |
| *Comites,* | Waldt/ | De Wolffsperg milites, |
| | Stähl Milites de Iulbach, | De Tarſtorph milites, |
| | Granſſen de Vtendorph, | Berchtold Schick/ |
| | Planckenpach milites, | Lenberger. |

## DE ADVOCATIS.

CVRATORES vel Aduocati Sacerdotum Ranshouenſium more maiorum fuerunt de familia Burghuſiana procreati, qui variè ab ædibus & pagis, vbi habitârunt, cognominantur, nempe Comites de Schalach: Comites de Hægiromoſa, Comites de Burghuſio. Defecerunt circa Annum Chriſti 1164. ſucceſſerunt Duces Boiariæ.

## *DE ANTIQVITATE RANSHOVEN.*

BIDEVM Colonia quondam Romana iuxta Oenum in ripa Noricorum, à Boiis An. 520. capta, profligatis Romanis, Rantemsdorf, ſiue Ranshouen vocata fuit. Fuerunt ibi teloneum, forum, palatiumq; Regum & Principum Boiariæ ante conditum Brundunum, ſicut hoc teſtantur antiqua monumenta.

## *ADDITIONES.*

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Arnolphus*, diuinâ fauente gratia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus ſanctæ Eccleſiæ DEI fidelibus tàm præſentibus quàm & futuris, qualiter nos pro veterrimæ ſalutis adipiſcenda mercede, nec non per ſupplicationem *Wichingi* venerabilis Epiſcopi cuidam fideli ac religioſo presbytero, cui nomen *Ellimprecht*, tales res quales hactenus in beneficium in *Ranteſdorff* muneris noſtri largitate tenebat; id eſt capellam, quá nos ibi in honorem Chriſti & ſancti *Pangratij* à fundamentis conſtruximus, doteq; opportuna & ornatu eccleſiaſtico accumulauimus, cum omnibus q̃ modo per præceptum noſtrum illuc collata ſunt, vel in futurum collata erunt per Dei gratiam integriter ad proprium diebus vitæ ſuæ conceſſimus, cum cuſtilibus & ædificiis familiis & vtriuſq; ſexus mancipiis, vineis & vinitoribus, cenſibus, agris, pratis, paſcuis, ſyluis, cum foreſto ad *Hengiſſæ*, aquis, aquarumue decurſibus, piſcationibus, molinis, viis & inuiis, exitibus & reditib⁹, terris, cultis, & incultis, q̃ſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, vniuerſiſq; appendiciis & adiacentiis ſuis juſſimus quid hoc præſens auctoritatis noſtrę pręceptum indè cõſcribi. Per quod decernimus, atq; iubem⁹ vt prænominatus presbyter ipſam capellam in *Rantesdorff* cõſiſtentem cum pertinentiis ſuis omni tempore vitæ ſuæ ſub vſu fructuario teneat, habeat atq; poſſideat, absq; vllius perſonæ offendiculo, hac videlicet ratione, vt eadem capella cum vniuerſa integritate ſua poſt obitum ipſius ad ſanctum *Philippum* Apoſtolum, cuius ſacratiſſimum membrum in villa *Otinga* venerabiliter humatum eſt, in monumento patris *Carolomanni* regis qui ibidem corporaliter requieſcit reconditur, nec non pro remedio animæ noſtræ conueſtatur. Ita ſub jure *Oetingenſis* Eccleſiæ perenniter conſiſtat prouiſorq; illius. Et vt hoc præceptum melius credatur diligentiusq; nemine irrumpente in perpetuum conſeruetur, manu noſtra ſubtus id roborantes annulo noſtro juſſimus inſigniri. XVI. Calendas Nouembris ANNO DOMINI D. CCC. XLVIII. Indicti II. Anno XI. regni Arnolphi Regis.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Henricus* diuina fauente clementia Imperator, ſemper Auguſtus. Omnibus Chriſti, noſtriſq; fidelibus, tàm futuris, quàm prę ſentibus notum eſſe volumus, qualiter ſoluimus decimationes S. *Pangratij* in Parrochia *Ranshouen* cum prędiis, quę iacent infra terminos iſtos de *Flurneſpach* vſq; *Ingratenſe*: deinde ſuper montem, qui dicitur *Hounſperg* vſque ad flumen, quod dicitur *Mulebach*. Deinde *Puechperg* vſq; ad lapidem, qui dicitur *Wartſtain*. Deinde ad locum, qui dicitur *Durchfert* vſque *Makkingen*. Inſuper tradidimus prædia, quæ ſunt infra iſtos terminos *Saltzpurch* ad ſoluendas rurſus decimationes S. *Pangratij Ranshouen*. De *Ruchobeſperg* vſq; ad flumen quod dicitur *Ogete*. Deinde *Linterbach* vſq; *Riute*. Similiter quoq; ſoluim⁹ decimationes de loco qui dicitur *Oeting*. Soluetis igitur omnẽ decimationẽ in loco qui vocatur *Ranshouẽ*, ipsũ p̃dium, omneſq; decimas p̃dij eiuſdẽ tàm de incultis quàm de cultis agris, videlicet pratis, paſcuis, cãpis, ſyluis, venationib. piſcationib⁹, q̃ſitis & inquirẽdis cũ omni vtilitate, q̃ vllo modo in de prouenire poteſt ſup altare S. *Pangratij* in propriũ dedimus, atq; manu propria tradidimus; ea ſcil. ratione,

vt ad Dei ſeruicium clericis ibidem manentibus quotidie ſtabilitũ permaneat. Hæc ſolutio decimarum facta eſt & traditio earundem decimationum in conſpectu Heinrici, cui ducatum ipſius regni dedimus, & Archiepiſcopi *Salisburgen.* Eccleſiæ *Ditmari* & *Niceni Laodicenſis* Eccleſiæ Epiſcopi & *Perngeri Pat.* Epiſcopi. Terminum quoq; parochię impoſuimus, hos eidem S. *Pangratij* parochiales terminos ſtatuimus cum prædictis Epiſcopis; ſcilicet *Ditmaro* Archiepiſcopo *Saltzpurgen.* Eccleſiæ, & *Perngero* Epiſcopo *Pat.* & *Niceno Laodicenſis* Eccleſiæ Epiſcopo: cum aliis XIII. Epiſcopis incipientes de *Stnavve* vſq; ad *Grüzenſevven*, & *Creben*, & *Pirenpach*, *Rantvvigen* & *Prunne* quoq; inde *Adiden Ritperch* quoque *Fivverſengen*, *Adelberin* & *Perchſtain*, *Rechinge* quoque & *Huluen Zangaren* quoq; per ferinam ſemitam capellæ S. *Georgij* martyris: Deinde *Schvvartzgreben* & vſque *Avverpach*. deinde per *Albrechtſperg*. deinde per *Purchekirchen*, deinde in flumen *Maticha*. Si autem prædictum decimacionum cambium ſiue traditionem aut terminorum parochialium defunctionem præfatus Dux aut aliquis ſucceſſorũ ſuorum ſeu Epiſcoporum quilibet irritum ducere tentauerit, niſi reſipuerit, noſtri noſtrorumq; regum ſucceſſorum, ſiue Imperatorum juris ſit defendere, & regia poteſtate retorquere. Et vt hęc noſtra regalis traditio ſtabilis & incõuulſa omni permaneat æuo, hanc chartam inde fecimus conſcribi.

ADRIANVS Epiſcopus, Seruus Seruorũ Dei, dilectis filiis, *Megenardo*, Præpoſito *Ranshouenſis* Eccleſiæ beati *Pangratij* martyris, eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuũ. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe præſidiũ, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito deterreat, aut robur quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filij *Henrici*, Illuſtris *Bauariæ* & *Saxoniæ* Ducis, precibus inclinati veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam beati *Pangratij* martyris eccleſiam, in qua diuino vacatis officio, ſub beati *Petri* Apoſtolorum Principis tutelam, protectionemq; ſuſcipimus, & Apoſtolicæ ſedis priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo canonicus, qui ſecundum beati *Auguſtini* regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona eadẽ eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel Principum, oblatione fidelium, aut aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus expriméda vocabulis: Eccleſiam videlicet S. *Michaelis* cum decima, & iure parochiali; capellas in *Winkirchin*; *Hantinberge*, *Geroltisberge*, & capellam S. *Stephani* in *Brunoue* cum pertinentiis eorum: capellam *Hochberch* cum pertinentiis ſuis, in ea libertate, in qua frater noſter *Eberhardus Saltzburgenſis* archiepiſcopus vobis ſcripto proprio rationabiliter confirmauit; vt videlicet nullus in eis præter ipſum archiepiſcopum & Eccleſiæ veſtræ Præpoſitum aliquid debeat ordinare. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus à vobis decimas præſumat exigere. Porro ſacramenta eccleſiaſtica à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atq; Apoſtolicæ ſedis communionem habuerit, eaq; gratis & abſq; aliqua prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin quemcunque malueritis catholicum adeatis antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel ad alterius Eccleſiæ regimen tranſeunte, ſiue tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars cõſilij ſanioris


nioris

nioris ſecundum Dei timorē & beati *Auguſtini* regulā prouiderint eligendum.
Ad hæc quoniam locus veſter ſic eſt inſtitutus, vt aduocatus bonorum præfati
ducis in partibus illis eiuſdē quoq; loci ſit aduocatus prohibemꝰ, vt nec ipſi, nec
alicui ſubminiſtro eius liceat eundē locum iniuſtis grauaminib. infeſtare; ſed eā
vice iā dicti ducis, ſicut ipſe inſtituit & ſcripto ſuo firmauit, cū mancipiis & poſ-
ſeſſionib. ſuis idē aduocatus defendere & tueri debet; eo tenore, vt querimonias
tàm veſtras, quàm mancipiorū veſtrorū audiat, & congruā juſtitiā faciat: paratā
verò nullā à vobis propter hoc exigat; ſed tantū de horreo præfati Ducis ſecun-
dū antiquā conſtitutionē tēpore ſuo accipiat. Super hęc enim nullā poteſtatem
diſponendi in clauſtro, vel mancipiis, aut poſſeſſionibus veſtris memoratꝰ Dux
eidē aduocato cōcedit; ſed vt loco ſuo vos protegat, & æternā retributionē tan-
tū inde requirat. Exactiones quoq; ſuper vos, vel ſuꝑ mancipia veſtra à quoquā
fieri idē Dux penitꝰ interdixit. Nos quoq; hęc omnia vobis concedimꝰ, & aucto-
ritate apoſtolica confirmamꝰ. Si autē ipſe aduocatus cōtra hæc venire tentaue-
rit, & ſecundò ac tertiò admonitꝰ nō emendauerit, cōſilio & auxilio p̃fati Ducis
ipſa Aduocatia ab inutili auferatur, & aliꝰ idoneus eiꝰ loco ſubſtituatur: ſepultu-
rā quoq; ipſiꝰ loci liberā eſſe cōcedimus, vt eorū deuotioni & extremę volunta-
ti, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excōmunicati vel interdicti ſint,
nullꝰ obſiſtat. Salua tamen juſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus ergò, vt nulli
omninò hominū liceat p̃fatā Eccleſiā temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones
auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationib. fatigare; ſed il-
libata omnia, & integra conſeruentur, eorum pro quorū gubernatione & ſuſtē-
tatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ au-
ctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurū eccle-
ſiaſtica, ſæcularisue p̃ſona noſtræ conſtitutionis paginā hanc ſciens contra eam
temerè venire tentauerit, ſecundò tertiouè commonita, niſi præſumptionem
ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat,
reamq; ſe diuino judicio exiſtere de ꝑpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſ-
ſimo copore ac ſanguine Dei & Domini redēptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat,
atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autē eidē loco ſua
jura ſeruantib. ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti: quatenus & hic fructū bonæ a-
ctionis ꝑcipiant, & apud diſtrictū judicem p̃mia æternę pacis inueniant. Amen.
Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, per manum *Rolandi* S. Romanæ Eccleſiæ præsby-
teri, Cardinalis, & Cancellarij, IV. Calend. Februar. Indictione VI. Incarnationis
Dominicæ An. M. C. LVII. Pontificatus verò Domini *Adriani* PP. IV. anno.

EVGENIVS, Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis, *Manegoldo*
Præpoſito *Ranshouenſis* Eccleſiæ beati *Pangratij* Martyris, eiuſq; fratrib. tàm
præſentib. quàm futuris, regularē vitam profeſſis in perpetuū. Ad hoc vniuerſa-
lis Eccleſiæ cura nobis à prouiſore omnium bonorum Deo cōmiſſa eſt, vt reli-
gioſas diligamꝰ perſonas, & beneplacentem Deo religionem ſtudeamus modis
omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur,
niſi ex charitatis radice procedens à puritate religionis fuerit conſeruatus. Ea-
propter dilecti in Domino filij *Henrici*, illuſtris *Bauarorum* Ducis precibus in-
clinati, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, præfatam beati *Pan-
gratij* martyris Eccleſiam in qua diuino vacatis officio, ſub beati *Petri* apoſto-
lorum Principis tutelam, protectionemque ſuſcipimus, & apoſtolicæ ſe-
dis priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo ca-
nonicus qui ſecundum beati *Auguſtini* regulam in eodem loco noſcitur
inſtitutus, ibidem perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præter-
ea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in pręſentiarum

juſtè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet S. *Michaelis* cum decima & jure parochiali: capellas *Neukirchen, Hantenberge, Geroltesperge* cum pertinentiis earum. Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Porro ſacramenta Eccleſiaſtica à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, eaque gratis, & abſq; aliqua prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin Catholicum quemcunque malueritis, adeatis antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel ad alterius eccleſiæ regimen tranſeunte, ſiue tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Adhæc quoniam locus veſter eſt ſic inſtitutus vt aduocatus bonorum præfati ducis in partibus illis, eiuſdem quoq; loci ſit aduocatus, prohibemus, vt nec ipſi nec alicui ſubminiſtro eius liceat eundem locum iniuſtis grauaminibus infeſtare. Quod ſi fecerit, & ſecundò ac tertiò commonitus non emendauerit, conſilio & auxilio ipſius Ducis ipſa aduocatia ab inutili auferatur, & alius idoneus loco eius ſubſtituatur: ſepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat ſalua juſtitia matricis eccleſiæ. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet moleſtiis fatigare: ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Diæceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſq; ſui dignitate careat: reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia pacis æternæ inueniant. Amen. Datæ *Trecis* per manum *Guidonis* ſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij IV. Idus Aprilis, Indictione X. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLVII. Pontificatus verò Domini *Eugenij* III. PP. anno III.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Conradus* diuina fauente clementia *Romanorum* Rex ſecundus. Quoniam diuina prouidente miſericordia cæteris mortalibus quodammodò ſupereminemus, oportet vt cuius præcellimus munere, illi omninò pareamus in operatione. Eapropter omnibus Chriſti, noſtriq; fidelibus, tàm præſentibus quàm futuris notum eſſe volumus qualiter nos omnipotentis Dei cauſa, & ob regni noſtri ſtabilitatẽ firmam, & animæ noſtræ, noſtrorumq; parentum perpetuam ſalutem, eccleſiam in *Ranshouen* in

honore S *Pangratij* martyris cõſecratam, ab auo noſtro *Henrico* Imperatore Auguſto piæ memoriæ fundatam, & decimationibus, ac cæteris bonis regalibus ab ipſo dotatam, cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, quæſitis & acquirendis, terris, videlicet cultis & incultis, ſyluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue ductib⁹, molendinis, piſcationibus, decimationibus, ſub regiæ defenſionis tuitione ſuſcepimus, omneſq; poſſeſſiones cum decimis quas infra ſemitam ferarũ (q̃ vulgo dicitur *Wiltſteich*) vel extra eadem eccleſia poſſidet, & quicquid liberalitate regũ & imperatorũ, ſeu donatione ducum, aut cæterorum principum, nec non eleemoſynis pauperum ei collatum eſt, nos præſentis priuilegij auctoritatẽ eidem confirmamus, & corroboramus. Decernimus ergò, vt nullus ſucceſſorũ noſtrorũ vel regum vel imperatorum dux, aut marchio, ſeu alia q̃libet perſona, magna ſiue parua, huius cõfirmationis noſtrę ſtatutũ infringere p̃ſumat; ſed præfata eccleſia & fratres Deo ſeruientes, q̃ juris ſui ſunt libera poſſeſſione in ꝑpetuũ obtineant. Si quis autẽ, q͵ abſit, hanc noſtram confirmationẽ, ſiue corroborationẽ infringere tentauerit, 50. libras auri puriſſimi componat, quare partem dimidiam cameræ noſtræ, reliquã verò prædictæ Eccleſiæ perſoluat: Vt autẽ hæc ab omnibus credantur & omni deinceps tempore inuiolata conſeruentur, hanc inde chartam ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, manuq; propria (vt infra apparet) corroborantes, qui præſentes aderant teſtes ſubter notari fecimus, quorum nomina hæc ſunt: *Ebricho* Wirtzpurgenſis Epiſcopus: *Fridericus* Dux *Sueuorum*: *Heinricus* filius noſter: *Conradus* frater noſter *Traiecenſis* Præpoſitus: *Rapoto* Comes de *Amminberch*, *Petrus* filius *Regis Danorum*: *Fridericus* filius Palatini Comitis *Ottonis*, *Baltherus* de *Lobenhauſen* & frater eius *Conradus* de *Lare*: *Marquardus* de *Grimbach*: *Conradus Briſ.* *Henricus Wolf.* *Bobbo* de *Ginnenpurch*. *Burchhardus* de *Meniga*, & cæteri quoniam plures interfuerunt.

Signum Domini *Conradi Romanorum* Regis ſecundi.

Ego *Arnoldus* Cancellarius, vice *Maguntini* Archiepiſcopi & archicancellarij recognoui, anno Dominicæ incarnationis M. C. XLII. Indictione IV. regnante *Conrado* Romanorum Rege ſecundo, anno regni eius ſecundo, Datum apud *Wirtzpurch* in Chriſto fæliciter Amen.

SANCTISSIMO & Reuerendiſſimo in Chriſto Patri ac Domino *Clementi*, vniuerſalis eccleſiæ ſummo Pontifici, nec non ipſi vicario Chriſti. *Seyfridus* Dei gratia Præpoſitus, totuſq; Conuentus eccleſiæ *Ranshouenſis*, ordinis ſancti *Auguſtini*, canonici regulares, *Patauienſis* Diocœſis, cum orationibus deuota pedum oſcula beatorum. Quoniam circa deuotionem eorum, qui ſe regulari diſciplinæ humiliter ſubmiſerunt, veſtra paternitas debet miſericordib. viſceribus abundare, & ipſos in ſuis grauaminibus conſolari. Cum igitur ex bello inter Regem *Boëmiæ* ac Ducem *Bauariæ* iam diu habito quorũ terrarũ merè nos ex vtraq; parte ſunt frequentiſſimis offenſionibus attingentes, miſerabiliter in hominib. prædiis quoq; & ædificiis, per ſpolia & incendia ſimus adeò deuaſtati, vt qui aliquando cum XIV. ſacerdotibus, atque aliis 50. perſonis deuotè domino militaſſemus, iam in tribus heu ſubſiſtere non poſſumus, niſi veſtra paternitas maturet nobis auxilium impendere opportunum. Eapropter cum *Hainricus* II. Imperator *Romani* Imperij, cum Epiſcopis ſuis ſcilicet *Dietmaro* Archiepiſcopo *Saltzburg*. Eccleſiæ, & *Perngero Patauienſis* Eccleſiæ Epiſcopo ac *Nicæno Laodicenſ.* eccleſ. Epiſcopo, cũ aliis XIII. Epiſcopis quaſdã eccleſiolas quaſi in muro noſtri cœnobij ſitas; videlicet eccleſiã S. *Michaelis*, *Neukirchen*, *Hânterperg* quoq; & *Gerolſperg* cum pertinentiis earum in p̃bendæ noſtræ augmentũ nobis duxerit perindè ſtatuendas. Quas etiã recolendę memoriæ *Celeſtinus* Papa III. vnâ cũ *Conrad.*

ſecundo

ſecundo *Romanorum* Rege nobis ſcripto ſuo autentico confirmauit. Sanè quia prædiorum minimè redditum retinemus, niſi prouentus eorum, qui de prædictis eccleſiolis in decimis & aliis accidentibus poterunt prouenire; qui verò & nobis & perſonis laicalibus ex ſuorum paruitate non valent ſufficere in nutrimentum (vt cætera prorſus neceſſaria taceamus). Ne verò nos contingat cum tam miſerè & cõtra formã religionis pererrare limina aliena, quia vniuerſa loca religioſa in terris noſtris cõſtituta ex horum etiã vaſtatione nos recipere nequeunt & ſeruare; & tamẽ extranei noſtris viribus, in noſtris eccleſiolis implerentur, veſtrã paternitatẽ, cuius eſt oues in ouili proprio confouere potius quã eiicere, prouolutis pedibus flebiliter rogitamus; quatenus ſæpedictas eccleſiolas nobis pro ſuſtentamẽto concedatis in regiminis poteſtatẽ, præcipuè ꝓpter Deum, vt cultus diuinus apud nos conſuetus per talẽ conſolationem à veſtra ſanctitate prodeuntẽ incipiat ſolito more cõcreſcere, vobis in remediũ, & Dño Ieſu Chriſto in laudẽ & gloriam ſempiternam.

Item petimus comiſſionem ſuper bonis in *Grampshaun*, & *Tußling, Elleding*, quæ *Gottingen Satzburgenſis* Diocœſis in præiudicium nobis, noſtræque Eccleſiæ per decem annos detinuerunt, & adhuc detinent violenter iudices ſuper his eligentes; videlicet Præpoſitum *Saltzburgenſis* eccleſiæ, & Abbatem S. *Petri* eiuſdem Eccleſiæ.

Item petimus Indulgentiam.

Item petimus vt Dominus noſter ordinarius Eps *Patau*. fauorabili comiſſione tam in temporalibus, quàm in ſpiritualib. habeat commendatos.

Iten petimus, vt Dñs noſter Aduocatus Dux *Bauariæ* nos, locumq; noſtrũ, poſſeſſiones noſtras, vna cum hominib. noſtris habeat in prouida defenſione tantum propter Deum, vt tenetur, nec ſuis, nec alienis, in quantum valuerit, cõſentiat in prædictis facere poteſtatem, vel exactiones.

Item petimus conſeruatores & iudices ſuper Archidiaconatu noſtrarum Eccleſiarum de re iudicata; ſcil. Præpoſitum *Saltzburgenſis* Eccleſiæ, & Abbatẽ eiuſdem Eccleſiæ ad S. *Petrum* ordinis S. *Benedicti*,

Itẽ petimus pro ſepultura cuiuſdã cadaueris, qui *Bernardus Ruff* dicebatur.

Item petimus ſepulturam cuiuſdam de *Elling*.

Item petimus iudicium & iuſtitiam contra *Vueololinum* vice Dñm Ducis *Bauariæ*, qui in nos & ſuos Eccleſiæ noſtræ in ſeptis clauſtri, & miſit captiuationem, & turpiſſimam exactionem prædictos in iudices eligentes: exactio fuit, ad C. talenta.

SAnctiſſimo, & Reuerendiſſimo in Chriſto patri ac Domino *Clementi* ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ ſummo Pontifici. *Seyfridus* Dei gratia Præpoſitus totuſque Conuentus Eccleſiæ *Ranshouenſis*, Ordinis S. *Auguſtini* Canonici regulares, *Patauienſis* Diæceſeos, cum orationibus deuota pedum oſcula beatorum. Sanctitati veſtræ præſentibus innoteſcat, quod dilectum fratrem noſtrum *Sibotonem* Sacerdotem, atque *Albertum* presbyterum de *Ranshouen* præſentium exhibitores conſtituimus procuratores in Romana curia, ad impetrandum pro nobis priuilegia, indulgentias, & omnes litteras tam ſimplices quam legendas, gratiam ſeu iuſtitiam continentes, contradicendum, narrandum, iudices eligendum, & recuſandum, dantes eiſdem procuratoribus poteſtatem alium cõſtituendi Procuratorem in eadem Curia loco ipſorum ad omnia ſupradicta, ratum habituri & firmum quicquid per dictos Procuratores vel conſtitutum ab ipſis, factum, aut procuratum fuerit ſuper præmiſſis in Curia memorata. In huius rei teſtimonium præſentes litteras fieri fecimus & noſtro ſigillo muniri. Datum in *Ranshouen* in Natiuitate B. *Mariæ*, an. Dñi M.CC.LXVII.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Hainricus* diuina fauente clementia Rex omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus qualiter nos ſuper altare ſancti *Pangratij* in parochia quæ dicitur *Ranshouen* omnem decimationem ipſius prædij tam incultis quam decultis agris, pratis, paſcuis, campis, ſyluis, venationibus, piſcationibus, quæſitis & inquirendis, cum omni vtilitate quæ vllo modo inde prouenire poteſt in proprium dedimus atque tradidimus, ea ſcilicet ratione vt Dei ſeruitium à clericis ibidem manentibus quotidie ſtabiliter permaneat. Hęc traditio facta eſt in conſpectu *Henrici*, cui Ducatum ipſius regni dedimus & Archepiſcopi *Salisburgenſis* Eccleſiæ *Dietmari*, *Niceni Leodicenſis* Epiſcopi & *Perngeri Patauienſis* Epiſcopi. Si autem prædictus Dux aut aliquis ſucceſſorum ſuorum hanc traditionem irritá fecerit noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regum ſiue Imperatorum iuris ſit defendere & regia poteſtate retorquere. Et vt hæc noſtta regalis traditio ſtabilis & inconuulſa permaneat omni æuo hanc inde chartam iuſſimus ſcribi.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterii *Ranshouen.*

I. RAPHOLDVS rexit ann. 26. ſub eo conſecratum eſt Monaſterium, ann. 1146.

II. MANEGOLDVS vir doctus & artium Magiſter, ſedit annos vndecim, an. ab orbe ſeruato 1157.

III. MEINHARDVS, qui & *Megenhardus* Sacerdotes D. *Auguſtini* religionem profitentes aliunde inuitatos rexit an. 5. an. 1162.

IV. ALTMANNVS præf. an. 16. an. Dñi 1178.

V. ALHARDVS al. ADELHARDVS deceſſit tertio miniſterij anno, Chriſti 1180.

VI. LIVTHOLDVS ſedit annos ſex. ex hac vita migrauit ann. C. 1186.

VII. ETICHO rexit annos nouem an. C. 1196.

VIII. BERITHOLDVS præf. an. 13. Chriſti an. 1209.

IX. WICHARDVS publica ſententia evicit obtinuitque vt *Ranshouen* perpetuò abſolutum ſit à iure Archidiaconi *Patauienſis*. rexit annos 15. an. Dn. 1224.

X. MARQVARDVS præfuit ſex annos, vitam finiit an. C. 1230.

XI. HENRICVS I. ſumma induſtria rem cœnobii rexit annos 15. ob. anno ſalutis noſtræ 1245.

XII. ORTLIEBVS præfuit annos decem: ſub eo rurſus inſtauratum cœnobium, conſecratumque templum ſub *Ottone* Epiſcopo *Patauienſi*, anno C. 1260. ob. eod. an.

XIII. SIFRIDVS annos ſedit tres & viginti; ceſſit adminiſtrationi & ad priuatam ſe redegit vitam; ſextoque poſt menſe defunctus eſt, anno C. 1277. Impetrauit decimas S. *Ioannis* ad *Meticham* à *Petro* Epiſcopo *Patauien.* Item, à *Clemente* IV. P. M. vt parochias per ſuos ſymyſtas atque Canonicos adminiſtraret.

XIV. CONRADVS I. *Burghuſij* natus, Archidiaconus *Matrienſis* vir diligentiſſ. atque ingenioſiſſ. electus anno Domini 1277. feria tertia, quæ fuit proxima dies poſt feſtum S. *Bartholomæi*. Regiſtrum ſiue libellum, priuilegia, cenſus, prædia continentem confecit: Legatus *Heinrici* Ducis *Bauariæ* ad

Cæſ:

Cæſ. *Rudolphum* miſſus, ab *Alberto* filio Cæſaris Duce *Auſtriæ*, immunitatem veſtigalium vini impetrauit, & in numerum domeſticorum ſacerdotum relatus eſt. Quicunque eius concioni, ſacrificioque interfuit, ſcelerib. expiatis, denum dierum venia condonabatur. Præfuit cœnobio ann. 34. ob. an. C. 1300.

XV. CONRADVS II. *Brundunenſis*, ſicut omnium rerum eſt viciſſitudo, diligentiſſimo viro parum ad rem attentus ſucceſſit, multam familiam, ex more principum aluit, grande æs alienum contraxit, gubernauit Monaſterium an. 21. ob. an. 1332.

XVI. VLRICVS I. ob prodigalitatem deceſſoris ſui accepit leges gubernandi ab *Alberto* Epiſcopo *Patau.* ſacellum iuxta ędem D. *Michaëlis* eo tempore S. *Spiritui* & D. *Oſvvaldo* extructum eſt ab *Vlrico* ciue *Brundunen.* an. C. 1337. rexit annos 10. ob. an. ſalutis 1342.

XVII. WERNHERVS præf. an. 21. ſub eo fundata eſt miſſa in ſuperiori choro ab Imperatore *Ludouico* IV. migrauit ex hac vita an. C. 1363. pauperum amatorem fuiſſe perhibent, & quam pauciſſimis prædia collocaſſe tributis.

XVIII. HENRICVS II. adminiſtrauit rem Cœnobij an. 12. mortuus an. poſt natum Chriſtum 1375.

XIX. STEPHANVS pinxit ſacellum S. *Barbaræ* an. C. 1376. gubernauit ann. 13. an. ſalutis 1388.

XX. HENRICVS III. nomine *Gamperl*, gubernauit Monaſterium an. 5. migrauit ex hac vita an. 1393.

XXI. MATTHIAS rexit an. 33. vita defunctus eſt an. 1426. humatus in medio templi, vbi eius extat monumentum marmoreum.

XXII. HENRICVS IV. cognom. *Prellar* æs alienum conflauit, amotus eſt à Præpoſitura, iterum tamen poſtea electus præf. ann. 9. obiit. anno C. 1435.

XXIII. ERASMVS *Rüdmund.* gubernauit an. 9. ob. à nat. Chriſti an. 1444. poſuit primum lapidem fundamenti templi *Brundunenſium* quod modo extat, ann. C. 1439.

XXIV. FRIDERICVS Gundersdorffer primus religionis collapſæ iugum ſeuerius ſymiſtis ſuis impoſuit, decreta dedit: ad præſcriptum modum dormire; precari coëgit, monaſteriumque vt appellant, reformauit iuxta D. *Auguſtini* dogmata: tum nouæ leges victitandi, potandi, cubandi, pſallendi, tacendi, veſtiendi, deprecandi datæ cœnobiis reperiuntur. Præſedit annos duntaxat quatuor, ob. an. ſalut. 1448.

XXV. VLRICVS II. Puecher cognominatus, ante Decanus, præfuit tres ann. ob. mortem an. 1451.

XXVI. THOMAS *Witil* rexit annos vndecim, migrauit ex hac vita an. 1462. Euangeliorum nouũ codicem, quem plenarium vocant faciendum curauit.

XXVII. ERHARDVS Goſſenperger/imprudens rerum humanarum fuit: rẽ familiarem neglexit, æs alienum contraxit: ſexto itaque honoris anno amotus eſt, vixitque priuatus an. 25. ob. an. 1493.

XXVIII. WOLFGANGVS hoſpes, & aduena poſt *Erhardum* dignitate motũ euocatus ex *Tyrenſtein Auſtriæ* Monaſterio oppidoque. vir rei familiaris peritiſſimus, alter Monaſterij conditor, primum lapidem templi D. *Michaëlis* quod modo extat in *Ranshouen* pone Monaſterium poſuit, an. C. 1474. rexit an. tres & viginti, an. ſal. 1491.

XXIX. LE-

XXIX. LEONARDVS *Callinger* ſuccedit *Wolfgango*, gubernauit Monaſterium an. tantummodo tres, menſes ſex. ampliauit ſtubam Prælatorum ſuperiorem, migrauitque ex hac vita. an. 1499.

XXX. BLASIVS *Roſenſtingel*, conſtruxit ædiculam ſacram B., *Mariæ* in ambitu, præfuit cœnobio annos ferè decem, eleemoſynarius fuit, calceos è pedib. detractos pauperibus dedit, mortuus eſt ægritudine animi octuagenarius flexis genibus an. C. 1504.

XXXI. CASPAR *Tirndl* à *Müldorff* oriundus, vir humanus modeſtuſque, rerũ humanarum pariter ac diuinarum peritiſſimus, atque diligentiſſimus, in tanto tumultu rerum ſuffragio ſuccedit; pleraque redimendo emendoq; cœnobium non parum ditauit, licet multas calamitates in bello perniciosiſſimo perpeſſus fuerit.

XXXII. AVGVSTINVS cognomine *Münich*, vir prudens, ſobrius, rei familiaris, litterariæ atque Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus præfuit annos 31. an. Dn. 1566. obiit VII. Cal. Nouembr. ætatis ſuæ plus minus 78.

XXXIII. ADAMVS *Gensleidner* vir exquiſitiſſimi ingenij, pius, liberalis, rerumque domeſticarum ſtudioſus, præfuit annis 26. obiit die S. *Rudperti* an. C. 1587. ętat. ſuæ 55.

XXXIV. STEPHANVS *Hoffer* præfuit annos 23. prudentia & charitate, humilitate, probitate pollens; tandem obiit 29. Iulij Anno 1610. ętatis ſuæ 56.

XXXV. HILARIVS *Steurer* Budvvicenſis Bohemus, annos propemodum decem hoc Monaſterium gubernauit, altaria conſtruxit; Romanum cantandi morem inuexit; humanitate, prudentia & manſuetudine ſuos moderatus eſt alumnos, tandem poſt multas ægritudines ob. 4. Febr. an. 1620. ętatis ſuæ trigeſimo nono.

XXXVI. PHILIPPVS *Federl* modernus Præpoſitus, eligitur die vigeſima ſecunda menſ. Martij, hoc ipſo an. 1620. cui numen faueat.

## *RAMSAV ORDINIS S. AVGVSTINI MENDICANTIVM.*

*Auct. lib. 7. fol. 811.* GEORGIVS de Fraunberg, de Hag, habitans in caſtro Hochenburg, infra Waſſerburgum iuxta Oenum, Ramſau Monaſterium pro Auguſtinianis fratribus mendicantibus conſtruxit, in Comitatu Hagenſi, an 1412. aliàs 1414. Albertus Epiſcopus Ratiſponenſis conſentit, & dat Parochiam in Kirchdorff, ad quam Ramſau tanquam filia pertinebat, è conuerſo Dominus Georgius renunciauit iuri pignoris, quod habebat in prædicto caſtro Hochenburg, hoc modo vt Eccleſiæ Ratisbonen. poſt mortem ſuam libere atque abſque vlla refuſione cederet, &c. Idem Georgius Monaſterio huic Caploniam, vt vocant S. Nicolai, In der Weyttaw im Luckhenthal zum Spital genannt / fundatam olim à Nobilibus de Velbm, quam ipſe & ſui Anteceſſores, neſcio quo titulo multis annis poſſidebant, auctoritate Pontificia tradidit ac vniuit, anno Domini 1426. Prædicta Caplonia aliàs pertinet ad Parochiam S. Ioannis, cuius verus Paſtor ac Ordinarius eſt Eps Chiemenſis, &c. cui Capellani pro tempore per Priorem & Conuentum in Ramſau præſentari ſolent.

## *ADDITIONES.*

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili fratri Archiepiſcopo *Saltzburgen.* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſti ſunt nobis Prior & Con-

& Conuentus Monaſterij S. *Nicolai* in *Ramſavv*, per Priorem ſoliti gubernari ordinis Sancti *Auguſtini Friſingen.* Dioc. quod Venerabilis frater noſter *Henricus* Epiſcopus & Capitulum *Ratiſponen.* ſuper annuo cenſu viginti librarum monetæ Monacen. in partibus illis currentis ipſis, per quondam *Georgium Faunbergher* iuniorem laicum pie erogato & ad dictum Monaſterium legitime pertinente iniuriantur eiſdem. Ideoque fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint euocandi & auditis hinc inde propoſitis quod iuſtum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreueris ab ipſo Epiſcopo auctoritate noſtra ab alijs vero per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ M.CCCC. ſeptuageſimo quarto, octauo Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto.

R^{ta} grat.

N. de Benris,

## Bulla Domini Bartholomæi Legati.

BArtholomæus de *Maraschis.* Epiſcopus ciuitatis *Caſtelli*, ad *Alemanniam* ac vniuerſa & ſingula prouincias, ciuitates, terras & loca *Germaniæ* ſacro *Romano* Imperio illiuſque Electoribus ſubiecta Apoſtolicæ ſedis cum plena poteſtate legati de latere Nuntius, & orator R^{do} patri *Vdalrico* Epiſcopo *Adrimitano* ac dilectis nobis in Chriſto Præpoſito beatę *Mariæ* in *Garſis Saltzeburgen.* Dioc. & *Mathiæ Kynth* Canonico Eyſteten: eccleſiarum ſalutem in Domino ſempiternam. Pijs fidelium votis per quæ præſertim diuini cultus augmentum & Eccleſiarum ac perſonarum eccleſiaſticarum procuretur decentia libenter annuimus eaq; fauoribus proſequimur oportunis. ſane ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Nobilis viri *Sigiſmundi* de *Fravvberg*, Baronis & Domini loci in *Hage Friſingen:* Dioc: petitio continebat quod dictus *Sigismundus* de propria ſalute recogitans ac cupiens diuinum ampliari cultum, nec non terrena pro cęleſtibus & tranſitoria pro æternis felici comertio comutare, quandam Eccleſiam in ſuo territorio Comitatus *Hage Friſingen:* Dioc: ſub vocabulo S. *VVolfgangi* in der Swindaw/ de nouo ex elemoſinis Chriſti fidelium vt eadem petitio ſubiungebat constructam & nondum conſecratam nec eccleſiaſticis beneficiis inſignitam conſecrari & eccleſiaſticis heneficiis ornari cupiens ex elemoſinis, quas Chriſti fideles pro animarum ſuarum ſalute ac deuotione ad ipſum ſanctum *VVolfgangum* ibidem pro maiori parte porrexerunt, & etiam partim ex bonis ſibi & maioribus ſuis à Deo collatis certos annuos redditus tricentorum florenorum auri Renen: vel circa ad effectum in dicta Eccleſia S. *VVolgangi* beneficium fundandi emi & comparari ipſe maioreſq; ſui ſucceſſiue procurarunt & emerunt, licet magnam partem cum pacto de retrouendendo, quæ quidem bona, fructus, redditus & prouentus idem *Sigismundus* eccleſiaſticæ poteſtati & ditioni effectualiter ſubijcere, & in dicta Eccleſia Sancti *Wolfgangi* in der Schwindaw/ vnum perpetuum beneficium quod dignitas ſit & Præpoſitura

nuncu-

nuncupetur fundare ac illud de bonis prædictis pro vno Præpoſito qui ſub ſe habeat quatuor presbyteros manuales dotare deſiderans dictos trecentos floren: Renen. pro diuini cultus augmento diſtribui & diſpenſari ac alia fieri & concedi in hunc qui ſequitur modum humiliter poſtulauit. In primis idem *Sigiſmundus* cupit beneficium in prædicta Eccleſia ſancti *Wolfgangi* fundandam & erigendam eſſe dignitatem & appellari Præpoſituram eiuſque pro tempore poſſeſſorem, Præpoſitum in dignitate conſtitutum quam vult dotare prout etiam dotaſſe aſſeruit dictis tricentis florenis Renen; annuis, pro maiori tamen parte ex eleemoſynis inibi à Chriſti fidelibus porrectis vt præmittitur emptis & comparatis etiam cum pacto de retrouendendo. Idem vult quod Præpoſitus pro tempore exiſtens ſit aſtrictus ad tenendum cum dicta dote tricentorum florenorum Renen: quatuor honeſtos presbyteros & vnum Magiſtrum Scholæ quibus faciat expenſas honeſtas & decentes abſque tamen potu, ita quod menſa nuda veriſimiliter attingat quatuordecim florenos Renen: pro quolibet annuatim. Et vltra hoc vt dicti presbyteri & Magiſter Scholę honeſtius & competentius ſe ſuſtentare poſſint, cuilibet ex presbyteris dare teneatur ſingulis annis floren: Renen: viginti ſex & Magiſtro Scholę duodecim in quatuor temporibus annis cum ſcitu ſeu præſentia patroni abſque mora. Idem item Præpoſitus teneatur vltra præmiſſa ſuis expenſis ordinare vtenſilia & neceſſaria dom’ & tres familiares tenere quorum duo clerici ſunt, qui tàm in Eccleſia ad diuina officia peragenda quam extra dictis Præpoſito & presbyteris ſeruire & neceſſaria miniſtrare teneantur. Tertius verò cuſtodiendi & ornãdi Eccleſiam eiuſque bona conſeruandi habeat officium & quatuor floren: Renen: ab ipſo Præpoſito pro ſuo Salario annuatim. Item quod idem Præpoſitus teneatur & ſit aſtrictus ad continuam & perſonalem reſidentiam dictæ Præpoſituræ & antequam inſtituatur eſſe Sacerdos vel infra annum presbyter fieri nec non ad diuina officia laudabiliter ſingulis dieb. peragenda ita quod ſingulis dieb. duæ miſſæ ad minus celebrentur, quarum vna ſummo mane legatur, alia verò ante prandium hora conſueta tractim cantu *Gregoriano* & hora veſperarum veſperę ſolenniter decantentur. Item quod *Præ*poſitus prædictus ſingulis dieb. dominicis teneatur per ſe vel alium ex dictis presbyteris populo Euangelium exponere & verbum Dei declarare, Item quod idem Præpoſitus poſſit & valeat dictam Eccleſiam ſancti *Wolfgangi* quotiens eam execrari & pollui contingat reconciliare, nec non tam ipſe quàm presbyteri confeſſiones Chriſti fidelium ſibi confiteri volentium & præſertim peregrinorum & forenſium libere audire & abſoluere eiſque de commiſſis per eos ſalutarem pœnitentiam iniungere ac ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare & illa ibidem laudabiliter conſeruare nullius ſuper hoc licentia requiſita. Item Magiſter Scholę teneatur & ſit aſtrictus iuuenes ibidem exiſtentes & illuc confluentes fideliter informare & ſingulis diebus dominicis & feſtiuis cum ſuis Scholaribus ſummam miſſam in adiutorium dictorum presbyterorum decantare. Item quod idem Præpoſitus ſit aſtrictus dictos presbyteros ſuſcipere & acceptare de ſcitu & conſenſu & ad nominationem ipſius pro tempore patroni, ita vt non diſſoluti ſed honeſti acceptentur licentienturque ſi malę conuerſationis, regiminis & vitæ fuerint, vel alias patrono pro tempore non placuerit. Item quod de eleemoſynis ad Eccleſiã ſancti *Wolfgangi* prædictam à Chriſti fidelibus pro reparatione & fabrica & ornamentis ipſius Eccleſiæ ad diuini cultus augmentum hactenus porrectis & porrigendis, datis ſeu dandis, oblatis & offerendis, exceptis eleemoſynis quæ ſub diuinis officiis ad altare dum ibidem cantatur vel legitur miſſa in pecunia offeruntur, Prępoſitus ſeu quiſque alius ſe nequaquam intromittat aut

in-

in ſuum vſum conuertere præſumat, ſed patronus pro tempore vna cum Præpoſito per ſe vel alium percipiat & eleemoſynas ipſas ac legata & relicta quæcunque pro reparatione & manutentione ipſius eccleſiæ & ornamentorum diſpenſet & diſtribuat, redditus vlteriores emat & numerum presbyterorum, Eccleſię ornamenta, miſſas & diuinum cultum pro augmento reddituum quoque augeat, neque in alium vſum conuertat ſeu conuertere permittat, itaque quotieſcunque redditus ad quadraginta florenos Renen. augeri contingat, totiens vnus alter presbyter honeſtæ vitæ deputetur & prioribus adiungatur, prouiſo tamen prius Eccleſiæ neceſſitatibus. Item quod præfatus *Sigiſmundus* de *Frauuberg* & ſucceſſores ſint & debeant eſſe patroni, tutores & aduocati dictæ Eccleſiæ ſancti *Wolfgangi* ac ad eoidem ius patronatus ſeu nominandi, præſentandi & deputandi perſonam idoneam ad dictam præpoſituram tàm primaria vice quam poſtea quotiens eam vacare contigerit ſpectet & pertineat abſque medio & primo remaneat & remanere debeat apud ipſum *Sigiſmundum* per tempus vitæ ſuæ, poſtea verò deuoluatur ac eo ipſo ſit deuolutum ad hæredes ſuos legitimos per lineam maſculinam deſcendentes maſculini ſexus & illius cognominis & proſapiæ *Frauuberg*, ita quod ſemper antiquior de dicta proſapia *Frauuberg* ex præfato *Sigiſmundo* deſcendens maſculini ſexus dummodo tamen ſit Dominus & poſſeſſor realis in toto vel in parte Comitatus & caſtri ſimul *Hage* & non alius debeat eſſe patronus, tutor, gubernator & aduocatus, dictæ Eccleſiæ & Præpoſituræ S. *Volfgangi*. Deficientib. aũt hęredib. legitimis maſculini ſexus ex dicto *Sigiſmundo* deſcendentib, ex tũc dictum ius præſentandi, tuendi & aduocandi vt præfertur deuoluatur, ſpectet, & pertineat ad antiquiorem illius nominis & proſapię *Fravvberg* qui tamen ſit Dñs & realis poſſeſſor in toto vel in parte dicti Comitatus & caſtri ſimul *Hage* vt præmittitur. Si autem dictum caſtrum & comitatum *Hage* ad alios alterius nominis & familiæ *Frauuberg* quomodocunq; deuenire cõtingeret, ita quod nullꝰ ex familia *Frauuberg* neq; caſtrum neq; comitatum in toto vel in parte teneret & poſſideret: ex tunc dictum ius patronatus & deputandi cum ſuis annexis ſic deuolutum ſpectet & remaneat ſemper apud antiquiorem illius familię *Fravvberg*, ita quod dicta Prępoſitura S. *Wolfgangi* non cedat ſub aliqua ſeu alicuius collatione, prouiſione, diſpoſitione, commenda, gratia ſeu reſeruatione in præiudicium & grauamen iuris præſentandi vt præfertur. Inſtitutio autem perſonæ idoneæ per patronum pro tempore ad dictam Præpoſituram præſentatæ ſpectet & pertineat ad ordinarium loci pro tempore Epiſcopum *Friſingen:* ita quod patronus pro tempore teneatur Præpoſitum inſtituendum Reuerendo Domino pro tempore Epiſcopo *Friſingen:* præſentare & idem Epiſcopus perſonam ſic ad dictam Præpoſituram præſentatam inſtituere & abſque moræ diſpendio in forma prout moris eſt inueſtire, qui ſi id facere recuſauerit ſeu neglexerit & inſtitutionem vltra menſem diſtulerit, ex tunc idem pro tempore patronus poſſit ac valeat Præpoſitum inſtituendum præſentare Reuerendo patri Domino Præpoſito pro tempore Beatæ *Mariæ* in *Garſis Saltzeburgen:* Dioc: qui dictum præſentatum inſtituere & inueſtire teneatur & ſit aſtrictus. Iam vero poſt erectionem Præpoſituræ & ſic primaria vice duntaxat liberum ſit & voluntarium ipſi *Sigiſmundo* Præpoſitum inſtituendum, præſentare vel præfato Domino Epiſcopo *Friſingen:* vel ipſi Præpoſito beatæ *Mariæ* in *Garſis* prout ſibi magis placuerit. Item quia dictorum trecentorum florenorum Renen: maior pars eſt empta cum pacto de retrouendẽdo, ideo dictus *Sigiſmundus* patronus petit ipſam præpoſituram illo non obſtante erigi & dictam dotem ſibi incorporari, dummodo idem *Sigiſmundus* Patronus obliget ſe &

ſucceſſores ſuos pro tempore patronos, quod quotiens dictos redditus cum pacto de retrouendendo emptos redimi & liberari contingat quod ex tunc pecuniam ex huiuſmodi redemptione & venditione habitam quantotius in alios redditus annuos tanti valoris aſſiſtentia dicti Præpoſiti conuertere velit & ſit aſtrictus omni mora & negligẽtia ſepoſitis & donec illud non fecerit, de propria ſubſtãtia defectum huiuſmodi pecuniarum ne diuinus cultus minuatur ſeu negligatur ſupplere. Item quod idem Præpoſitus pro tempore huiuſmodi ſuam Præpoſituram nequaquã ſimpliciter vel ex cauſſa permutationis per ſe vel aliũ in Rom. curia vel extra eam reſignare prę ſumat, aut alias quomodolibet dimittat, ſeu à reſidentia perſonali, vltra tempus vnius menſis ſub pœnis amiſſion s' fructum Præpoſituræ vnius anni fabricæ aplicandorum recedat & abeſſe præſumat ſine expreſſo conſenſu ipſius patroni adhoc interueniente. Item q. quilibet Præpoſitus ad dictam Præpoſituram præſentandus & quilibet presbyter in capellanum aſſumendus & deputandus antequam inſtituatur & aſſumatur debeat & teneatur ad ſancta Dei Euangelia in manib. dicti patroni pro tempore exiſtentis iurare, qui hoc iuramentum recipere poſſit vel ſe alias ad hoc ſub pœnis Camerę apoſtolicæ obligare ſeipſum de hoc ſupportare noluerit q. prædicta oĩa & ſingula velit diligenter obſeruare, attendere, facere, & pro poſſe adimplere, & cõtra eadẽ directe vel indirecte de iure vel de facto quouis q̃ſito colore p ſe vel aliũ ſeu alios venire nec aliquid cõtra præmiſſa impetrare ſeu impetrari facere aut impetratis & conceſſis etiã modo proprio aliquo modo vti ſub pœnis deteſtabilis piurii priuationis & amotionis ab ipſa Præpoſitura nec non Cameræ apoſtolicæ ac aliis per Reuerendum patrem Dñm Epiſcopum *Friſingen.* pro tempore exiſtentem infligendis & moderandis. Et vt præmiſſa omnia & ſingula plenum robur & firmamentum non obſtantibus quibuſcũque ſortirentur, diuinus cultus augmentaretur dictiſq; Præpoſito & presbyteris non ſolum virtutis amore ſed etiam formidine pœnæ delinquendi & vagandi auferretur occaſio ipſaque Eccleſia S. *Wolfgangi* & eius cimiteriũ cõſecraretur nobis fuit pro parte dicti *Sigiſmundi* Baronis humiliter ſupplicatum quatenus fundationi, dotationi, ordinationi, articulis & ſtatutis prædictis robur apoſtolicæ firmitatis adiicere nec non Eccleſiam ſancti *Wolfgangi* prædictam conſecrare, beneficium fundatum & dotatum cum prædicta ordinatione creare & in Præpoſituram erigere, ius patronatus ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis reſeruare, redditus emptos & emendos etiam cum pacto de retrouendendo à laicæ poteſtatis onere eximere ac præmiſſa omnia & ſingula in oĩbus ſuis articulis cõtenta ratificare & approbare & conceſſæ nobis facultatis vigore auctoritatẽ noſtram interponere atq; votis ſuis in præmiſſis annuere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui apoſtolicæ ſedis omnimoda poteſtate legati de latere fungimur & auctoritate, quique diuinum cultum intenſis affectamus deſideriis & de præmiſſis certam non habentes noticiam minimumque à dicta Eccleſia ſancti *Wolfgangi* diſtantes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati mandamus quatenus nos vel duo aut vnus veſtrum ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis & eorum circumſtantiis vniuerſis conceſſæ nobis facultatis vigore, apoſtolica auctoritate ſummarie informetis, & ſi per informationem huiuſmodi ipſum beneficium fundandum & erigendum modo præmiſſo dotatum exiſtere & Eccleſiam S *Wolfgangi* prædictam in Comitatu & territorio dicti *Sigiſmundi* conſtructam & nondũ conſecratam eſſe reperiretis, ſuper quo veſtrã oneramus conſcientiam, illud in Præpoſituram quæ dignitas ſit & Præpoſitura nũcupetur & eius pro tẽpore poſſeſſor Præpoſitus in dignitate conſtitutus, dicta auctoritate erigatis & creare non obmittatis, ita quod poſtquam dictum

bene-

beneficium erectum fuerit in Præpoſituram, Præpoſitum pro tempore omnib. & ſingulis priuilegiis, imunitatibus, conceſſionibus, antelationibus & inſigniis quib. aliarum etiam collegiatarum Eccleſiarum Præpoſiti gaudent, & potiuntur gaudere potiri & vti debere & poſſe decernatis, ius patronatus ſeu præſentandi perſonam ad dictam Præpoſituram ydoneam dicto *Sigiſmundo* & ſuis ſucceſſorib. vt præfertur pleno iure reſeruetis, fruct⁹, redditus, & prouētus emptos & emendos etiam cum pacto de retrouendendo ab onere laicæ poteſtatis liberetis, ac ipſi Præpoſiti pro tempore poſtquam Eccleſia S. *Wolfgangi* conſecrata fuerit, quotiens deinde eam execrari & pollui contingat recōciliandi poteſtatem tribuatis à qua tamen prius per aliquem Epm benedicta ordinationē quoque & articulos ſtatuta ac oīa & ſingula præmiſſa in oībus & ſingulis ſuis punctis ratificetis, approbetis & obſeruare faciatis, ac omnia alia quę pro diuini cultus augmēto ac in præmiſſis neceſſario fore noueritis ſeu quomodolibet oportuna exequi & peragere procuretis. Contradictores quoslibet rebelles & prædicta non obſeruantes per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo irritumque & inane decernendo ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari; non obſtantib. pręmiſſis ac cōſtitutionibus & ordinationib. apoſtolicis cæteriſque in contrarium facientib. quibuſcunque. Et quia Eccleſiarum conſecratio Epiſcopali ordini eſt annexa, ideo tibi *Vdalrico* Epiſcopo *Adrimitano* prædicto ſoli committimus & mādamus quatenus Eccleſiam S. *Wolfgangi* perſonaliter accedens eam eiuſque cimiterium benedicere & conſecrare ac alia circa præmiſſa fieri ſolita facere & execrare ſtudeas & exequaris diligenter. In quorum omnium & ſingulorum fidem has noſtras litteras fieri fecimus, & ſigilli noſtri appenſione communiri, Datum in opido *Ingolſtatt Eyſteten.* Dioc. Anno à Natiuitate Domini Milleſimo, quadringēteſimo, octuageſimo quarto. Nonis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Domini *Sixti* diuina prouidentia Papæ quarti, anno tertio decimo.

L. *Ritius.*

## *Innocentius* PP. VIII.

VEnerabilis frater & dilecti filij ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis fecit dilectus filius *Sigiſmundus* de *Fravvberg* Baro. Quod cum ipſe quandā Eccleſiā S. *Wolfgangi* in *Svvindavv* in territorio ſuo de nouo conſtructam & nondum conſecratam nec Eccleſiaſticis beneficiis inſignitam conſecrari & inibi beneficium quod dignitas ſit & præpoſitura appellaretur erigi facere deſideraret, litteras à Venerabili fratre B. Epo ciuitatis *Caſtelli*, tunc in illis partib. apoſtolicę ſedis nuncio impetrauit, vobiſque iudicib. in eis deputatis dedit in mādatis, quatinus vos de dote ipſi Eccleſiæ aſſignata informaretis, Pręposituram huiuſmodi erigeretis & alia faceretis, prout in ipſis litteris plenius dicitur cōtineri. Quarum tenores hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis. Verum ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, antequam dictæ litteræ pręſentatę; & Præpoſitura erigi incepta fuiſſet, idē Epiſcopus Prouinciam ſibi decretam exiuit, dubitaturque nunc an vos huiuſmodi litteras exequi poſſitis. ſuper quo nobis præfatus *Sigiſmundus* de oportuno ſupplicari remedio curauit, Nos ad omnem ambiguitatem tollendam vobis præſentium tenore committimus ac mandamus, quatenus litteras præfati Epiſcopi etiam quo ad conſecrādam Eccleſiam in omnibus & per omnia, abſque tamen iuris alieni præiudicio vos

cio vos vel duo aut vnus veſtrum exequamini perinde ac ſi Epiſcopus ipſe non diſceſſiſſet ante illarum executionem & tale dubium non oriretur ac tanquam litterę illæ à nobis emanaſſent. Præmiſſis & aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo piſcatoris, die XXI. Aprilis, Milleſimo Quadringenteſimo LXXXVI. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Venerabili fratri *Vdalrico* Epiſcopo *Adrimitan.* ac dilectis filiis Præpoſito Beatæ *Mariæ* in *Garſis Salisburgenſis.* Dioc. nec non *Matthiæ Kyndt* Canonico *Eyſteten.* Eccleſiarum & cuilibet eorum in ſolidum.

Hie: Balbanus.

*Innocentius* P P. VIII.

DIlecte fili ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Intelleximus te decreuiſſe retrahere bona per te data pro dote Præpoſituræ erigendæ in Eccleſia S. *Wolfgangi* ex conceſſione apoſtolica; & hoc facere propterea, quod Venerabilis frater Epiſcopus *Friſingen.* eleemoſynam quæ à Chriſti fidelibus etiam pro huiuſmodi dote impenditur vult in alium vſum conuertere. Diſplicet hoc nobis quia videmus ex hoc impediri ipſam erectionem & diuinum cultum minui, ſcribimus itaque ad ipſum Epiſcopum ſuper hoc oportune, & tuā nobilitatem hortamur, ne id facere velit, ſed permittere & procurare, vt dicta Præpoſitura erigi dotari poſſit iuxta ordinationem & mandata apoſtolica. Erit hoc pietate & religione tua dignum & apud Deum meritorium. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo Piſcatoris, die 14. Februarij M. CCCC. LXXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio.

Dilecto filio Nobili viro *Sigiſmundo* de *Frauuberg*, Baroni *Friſigen.* Dioc.

Hie: *Balbanus.*

*Innocentius* PP. VIII.

DIlecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vt erectio Præpoſituræ nouæ Eccleſiæ ſancti *Wolfgangni Friſingenſis* Diocœſis debito effectui demandetur, quam ab aliquibus impediri audimus, hortamur deuotionem veſtram & monemus paterne, curare velitis, vt eleemoſynæ & prouentus dictæ præpoſituræ obuenientes in dotem illius & non in alium vſum omnino conuertantur, iuxta tenorem litterarum ſuper dicta erectione expeditarum: prouidendo ne eleemoſynę prouentusque ipſi in alias manus deueniant, niſi in eas quæ venire debent ex tenore bullarum pro dote paranda & complenda. Contrariis non obſtantibus quibuscunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo piſcatoris, die prima Septembris, Milleſimo, Quadringenteſimo, LXXXVII, Pontificatus noſtri anno tertio.

Dilectis

Dilectis filiis *Sigiſmundo* de *Fraunberg* Baroni in *Hage* & vitricis ſancti *Wolfgangi Friſingenſis:* Dioc.

Hie: Balbanus.

*Innocentius* PP. VIII.

VEnerabilis frater & dilecti filij ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Fuiſtis alias vos & quilibet veſtrum in ſolidum iudices & commiſſarij auctoritate Apoſtolica ſuper erigenda Præpoſitura in noua Eccleſia ſancti *Wolfgangi Friſingen:* Dioc. deputati, prout in ipſis litteris plenius continetur, quæ vt debitè mandentur executioni, & vt ipſa erectio, prout eſt ordinatum, bene & opportunè fiat, volumus ac vobis mandamus vt fructus, redditus, & prouentus ac eleemoſynas dictæ Præpoſituræ in illius dotem iuxta litterarum prædictarum ſeriem, & non in alium vſum conuerti & exponi, aut ad alienas manus deuenire curetis & faciatis, contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo piſcatoris, die prima Septembris, M. CCCC. LXXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio.

*Innocentius* PP. VIII.

VEnerabilis frater ſalut. & apoſtolicã benedictionem. Mandauimus alias fraternitati tuæ, vt eleemoſynas q̃ pro dote Præpoſituræ erectę in noua Eccleſia S. *Wolfgangi* tuæ dioc: per Chriſti fideles elargirentur nullo modo velles retrahere aut capere, ſed in ipſam dotem conuerti permitteres iuxta ordinationẽ & mandatum noſtrum prout in alio breui noſtro deſuper edito plenius continetur. Nuper autem accepimus fraternitatem tuam huic noſtro breui non acquieſcere, ex eo quod in illo non fit mentio prioris breuis ad te etiam directi, in quo te tanquam ordinarium hortamur velles perſpicere & attendere, vt eleemoſynæ quæ Eccleſiis tuæ Dioc. & maximè celebrioribus & magis deuotis offerrentur bn. diſtribuerentur, & in bonos vſus ſub excommunicationis pœna conuerterentur. Quod ſi eſt ita cauſam legitimam non habes, cur breui priori non pareas. Ipſę enim eleemoſynæ non poſſunt niſi in bonos vſus conuerti ſi in dotem Præpoſituræ, prout eſt ordinatum à principio diſtribuantur. Igitur denuo fraternitati tuæ præſentium tenore expreſsè præcipiendo mandamus, quatenus dictam erectionem nullo pacto impedias, & de ipſis eleemoſynis te non intromittas, ſed illas prout in litteris erectionis fuit ordinatum, in huiusmodi dotem conuerti omnino ſinas. Contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum* ſub annulo piſcatoris, die prima Septembris, Milleſimo Quadringenteſimo LXXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio.

*Innocentius* PP. VIII.

VEnerabilis frater & dilecti filij ſalutem & apoſtolicam ben: Licet ex aliis literis noſtris in forma breuis ad vos coniunctim & diuiſim directis, vobis ſit plena attributa facultas procedendi ad totalẽ executionem litterarum bonæ memoriæ *Bartholomæi* de *Maraſchis* quondam Epiſcopi ciuitatis *Caſtelli*, tunc in parti-

partibus iſtis, apoſtolicæ ſedis cum poteſtate legati de Latere nuntij, ſuper erectione certæ Præpoſituræ ad petitionem dilecti filij *Sigiſmundi de Fravvberg*, Baronis & Domini loci in *Hage*, *Friſingenſis* Dioc. & aliis in dictis litteris contentis editurum. Tamen quia vt accepimus magna huiusmodi executioni eſt interpoſita mora, ipſeque *Sigiſmundus* qui multa de bonis ſibi à Deo collatis pro dote dictæ Præpoſituræ dare propoſuerat, propter mortem ſubſecutam dicti quondam Epiſcopi ante ipſarum litterarum executionem, dubitat, an ad ipſarũ executionem procedere poſſitis. Nos ipſius *Sigiſmundi* piam mentem in bono eius propoſito confouere cupientes vobis eandem poteſtatem & facultatem in aliis noſtris litteris vobis demandatas, tenore præſentium concedimus & impartimur procedendi in omnibus & per omnia ad executionem litterarum dicti Epiſcopi ac nuntij perinde ac ſi ipſe adhuc cum eadem poteſtate infra limites ſuæ legationis exiſteret, & ageret in humanis facientes oblationes de quibus in eiſdem litteris mentio fit, iuxta illarum continentiam dictæ *Præpoſituræ* applicari, nec permittentes illas in alios vſus conuerti aut à quoquam diſtrahi vel diminui, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunq;. Datum Romæ apud S. *Petrum* ſub annulo piſcatoris die XIX. Maij M.CCCCLXXXIX. Pontificatus noſtri anno quinto.

Ven. fratri *Vdalrico* Epiſcopo *Adrimitan.* & dilectis filiis
Præpoſito Beatæ *Mariæ* in *Garſis Salisburgenſis*. Dioc.
& *Matthiæ Kyndt* Canonico *Eyſteten.* Eccleſiarum.

Io. pe. *Arriuabenus*

VEnerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Alias ad inſtantiam dilecti filij nobilis viri *Sigiſmundi* de *Frauuberg* Baronis tuæ Dioc, mandauimus erigi vnam Præpoſituram in noua Eccleſia Sancti *Wolſgangi* in der Schwindaw/ in territorio & fundo ipſius *Sigiſmundi* constructa ex pia fidelium largitione Præpoſituramque huiuſmodi tàm ex eleemoſynis quam propriis bonis eiuſdem Sigiſmundi dotari volumus prout in aliis noſtris in forma breuis deſuper editis litteris plenius continetur. Nuper autem accepimus quod tua fraternitas nititur & vult huiuſmodi eleemoſynas retrahere, ac in alium & fortaſſe tuum vſum conuertere ex quo idem Sigiſmundus indignatur & fieri hoc prohibet ſuaque ſe bona retracturũ minatur quæ pro eadem *Præpoſitura* dotanda dedit ſi tua fraternitas perget hoc facere, vnde dubitatur ne inter te & ipſum oriatur diſſenſio, erectio impediatur, & diuinus in dicta Eccleſia decreſcat cultus. Quare nos paſtorali officio admoniti & ſupplicationibus circa hoc nobis porrectis inclinati fraternitatem tuam hortamur, eique apoſtolica auctoritate in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt ſi eſt ita, eleemoſynam huiuſmodi auctoritate apoſtolica ad id deputatam nullo pacto retrahas aut capias, ſed in ipſam dotem conuerti permittas iuxta ordinationem & mandatum noſtrum, quib. te opponere non debes ſed illis prompte parere, fungeris officio boni Prælati, & nobis erit gratum. Datum *Romæ*, &c.

Venerabili fratri Epiſcopo *Friſingen.*

*RAS-*

## RASSONIS COMITIS DIESSENSIS MONASTERIVM, VVLGARITER, zu S. Grafrath.

ANNO 954. Raſſo Comes ex Andecenſi familia, Dux Boiarici Regni limitis Orientalis, vir nobilis & ſtrenuus, Cœnobium in honore Saluatoris omnium Werdee, juxta Amperam conſtruxit, in pede ſui caſtri Razenberge, & illic Monachos collocauit: quod etiam S. Vdalricus Epiſcopus conſecrauit. In hac Eccleſia Comes iſte functus vita, ſepultus requieſcit, ad cuius tumulum ſigna fuerunt edita. *Auent. fol. 495.*

Haec Eccleſia poſteà ab hoſtibus Eccleſiarum penitus deuaſtata eſt. Defuncto Comite Raſſone ſucceſſit Fridericus Comes frater ipſius, armis ſtrenuus, qui ad ſanctam terram iter faciens obiit, ibiq; ſepultus eſt. Alius verò ac tertius Fridericus, dictus Roch, apud ſanctum Blaſium, ſepultus eſt in nigra ſylua, ſecundùm Ioannem Auentinum.

### ADDITIONES.

DAMASIA *Straboni* non incognita: Dn. *Velſero* inter *Vindonem* & *Licum* rectè collocata, *Vindeliciæ* portio ſeu tractus: Comites olim ſuos habuit clariſſimos & paſſim decantatos: atque in heis inclytum heroem, RASSONEM, ſiue RATHONEM, nonnunquam etiam RAZZONEM, vulgo S. Graf Rath dictum. Hic ab *Hainrico Boiorum* Duce, *Ottonis* M. ſiue I. Imp. fratre, contrà *Hungaros* cum gentiles, ſub *Toxo* rege eorum in *Boioariam* irruentes, belli Dux lectus, binis vicibus feliciter pugnauit, eoſque deleuit. Poſt adeptam hanc victoriam peregrinationem ſuſcepit ad terram ſanctam, vnà cum præmemorati Ducis *Heinrici* coniuge, Dn. IVDITHA, *Arnulphi Boiorum* item Ducis filia: fundatrice *Monaſterij inferioris Ratisbonæ*; in quo ſepulta quieſcit. Reuerſus in patriam religioſam vitam animo concepit: conquiſitis igitur vndiquaque Sum. Pont. Licentia, ac patrocinio Imperatoris multis iiſque pretioſis Sanctorum reliquiis, in Inſula fl. *Ambronis* vulgo im Wördt/ in pede ſui caſtri *Razzenberg*, *Auguſtanæ* Diæceſis in honorem *Saluatoris* & Beatorum Apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi* conſtruxit inſigne Monaſterium *Werdee* dictum, vnà cum Eccleſia: quam S. *Vdalricus* Epiſcopus *Auguſtanus* conſecrauit: & collocatis ibidem tredecim Sacerdotibus è familia S. *Benedicti*: ipſe Comes *Raſſo*, haud multò pôſt relicto magna cum humilitate ſæculo, cum eiſdem ſe coniunxit: ac religionem D. *Benedicti* profeſſus, anno Dn. C. M. IV. XV. Calend. Iun. ad ſuperos abiit: ſepultuſq; in eodem templo, multis claruit miraculis. *Vid. velim. Norici . . . & Nomenclator. pag. 87.*

Sublato è viuis S. *Raſſone*, *Vngarorum* rex *Bulko*, cum quatuor Ducibus *Lelio*, *Sura*, *Toxo* & *Schaba*, & innumera gentilium multitudine circa annum Dn. C. M. LIV. *Baioariam* denuo ferro & igne deſtruxit: ac Monaſterium S. *Raſſonis* funditus deleuit. Fratres vero ex Monaſterio *Werde* fugam capientes, cum magno Reliquiarum theſauro ad arcem *Andecenſem*, Comitum *Damaſianorum* tum ſedem, ſalui peruenerunt.

In peruetuſto libro Miſſali, qui in Monaſterio ſancti Montis *Andex* magna diligentiâ aſſeruatur: ſubſequentia reperiuntur adnotata: cùm propter antiquitatem ipſam, tùm ob fidem hiſtoriæ, & ſcribentis auctoritatem nequaquam obliuioni tradenda: in quibus vel minimum mutare, religioni duxi: nec id candidum Lectorem ægrè laturum puto.

Nouerint Chriſti fideles, quod ego Fr. *Chunradus* & conuerſus de monte S. *Petri* qui dicitur *Madron* & ordinis S. *Benedicti*, & Profeſſus ibidem, attuli hunc librum ad locum & Montem *Andeſſ*, Deo & S. *Nicolao*. Quia atauus meus, qui reſidebat in caſtro *Andeſſ* fecit & comparauit eum ob remedium animę ſuæ, dũ

intraui ordinem S, *Benedicti* & locum S. *Petri*, portaui hunc librum mecum tẽpore *Rudolphi* Ducis *Baibariæ*, cepit litigium inter eum, & Comitem de *Girberg*, & quod locus S. *Petri* totus deſtructus & deſolatus, & ibi fratres cum eiulatu expulſi, & quod res eorundem deuenerunt in manus alienorum & omnes conſumtæ, & ſpecialiter reliquiæ quas magnus Comes de *Andeſs* dedit S. *Petro*. Quia atauus Carnidis de *Andeſs* fundauit eandem Eccleſiam & dotauit eam vna cum Fratre *Mecdino*, qui eſt primus inceptor fundationis prædictæ. Qui Fr. prædictus fuit Profeſſus in loco *Beſſeleſprunnenſi*, quas reliquias ego Frater. *Chunradus* & hunc librum recepi mecum & deſtinaui ea ad montem *Andeſs* & locum S. *Nicolai*, Fr. *Mecdinus*, & duo fratres vna cum eo dederunt fugam à loco *Beſſelſprunn* tempore *Arnolſi* impii, dum locus deſtructus & deſolatus fuit.

*Vid. Aduerſar. hiſt. Baior.*

Ego *Chunradus* inueni plures chartas dum veni ad Montem *Andeſs*, & locum S. *Nicolai* in quadam foſſa ſubterranea circa ſepulcrum, vbi tumulati ſunt fratres de *Berd*, qui clauſerunt finem eorum in prædicto monte, & expectant ibi futurum judicium, & ſepultura eorum eſt in meridionali plaga, vbi pro nunc eſt Cappella S *Kaderine*. Tum incepimus ędificare prędictam Cappellam, & ponere fundamentum, & fodere circa ſepulcra eorum inuenimus oſſa eorum & chartas prædictas in quadam drucula deſolata. Quorum nomina ſunt, Fr *Euſebius* & *Adalbertus*, & Fr. *Adelherus*, qui Fratres tempore *Arnolſi* impij deſtructionis loci in *Berd* fugierunt ad montem & *Caſtrum Andeſs* cum Reliquiis Beati *Raſſonis*, & Comitis de *Andeſs*. Quas ipſi ambo dederunt ad locum prædictum, quæ Reliquiæ Comitis de *Andeſs* fuerunt in *Bolſerdhauſen*. Quæ in procraſtino ſidata in *Andeſs* fuerunt.

## REICHERSPERG MONASTERIVM CANONICORVM REGVLARIVM S. AVGVSTINI.

AD OENVM ſupra Obernberg & Paſſau fundâſſe ſcribuntur BERNHARDVS Comes de Reicherſperg, & Dietpurg ipſius coniunx, quæ fuit ſoror Gebhardi Archiepiſcopi Salisburgenſis, ex familia Comitum de Helfenſtain, prout ponit Münſterus in ſua Chronographia, ex relatione D. Lucretij, Cancellarij olim Salisburgenſis. Idem Bruſchius de Laureaco veteri, ſub Alemanno Epiſcopo, folio 130.

IN Chronica autem Salisburgeñ. non fit mentio ipſius Gebhardi familiæ præter iſta verba, alto Sueuorum genere natus, patre Catholdo & matre Azala. Auentin. fol. 552. ſcribit: Bernhardum & coniugem eius Dietburgim, ſororem Gebhardi Salisburgeñ. Epiſcopi, & vnà cum filio Gebhardo, Comitibus à Plain, Reicherſperg fundâſſe, Credibile eſt illos Reicherſperg poſſediſſe, prout alia multa bona in Auſtria, ſupra Anaſſum Bohemiam verſus. De quo vide in libro meo Stemmatum Bauariæ.

CONRADVS Archiepiſcopus Salisburgenſis dedit huic Monaſterio, pro meliori ſuſtentatione pauperum fratrum ibi, decimas Parochiarum, Putina & Bramberg, vnà cum decimis noualium in ſylua Putinenſi, vſq; ad terminos Vngarorum, & vſq; ad montem Hartperg; excepta tamen Canonica portione Parochorum ibi, Anno 1142.

CONFIRMAT ac magis declarat hanc donationem Succeſſor Conradi, Eberhardus Archiepiſcopus, Anno 1156.

SIMILITER quoq; Conradus Archiepiſcopus, Anno 1179. ac poſtremò Fridericus Archiepiſcopus, Anno 1448. Extant diplomata ibi.

IN

In libro 10. rapſodiarum Ioan. Auentini ita annotatum reperio: Anno Domini 1084. Reicherſperg caſtro Wernherus præpotens Boius, ſuper flumine Oeno, Pataueñ. Diœceſis, vxor eius Dietpirga, ſoror Gebhardi Archiepiſcopi Salisburgen. Is poſt mortem vnici filij Gebhardi & vxoris cùm oriretur lis iam eo viuo inter agnatos eius de hæreditate, Caſtrum demolitur, Diuo Michaeli Templum dedicat, Canonicis Regularibus attribuit. Pòſt Albinus, filius Arbonis, fratris huius Wernheri, viuente patruo, Sacerdotes pellit, prędium occupat, Wernherus in tutelam præſenti Gebhardo Archiepiſcopo Salisburgeñ. tradit, paulò pòſt obiit 3. Non. Octobris, ſub gradu aræ S. Crucis, cum filio & vxore ſepultus.

Sepvlti ſunt ibi Nobiles de Schvvent, de S. Martino, de Trenbach, Succeſſores ipſorum de S. Martino, de Kalling.

## ADDITIONES.

### Fundatio Monaſterij.

PVſillus grex Clericorum Eccleſiæ S. *Michaelis* in *Richerſperge* Multi per ignorantiam delinquunt, qui cauſas, quas ignorant non diligentiſſimè inueſtigant. Huiuſmodi periculum cauens & cauendum docens B *Iob*, Cauſam, inquit, quam neſciebam diligentiſſimè inueſtigabam: igitur & nos qui Deo militandi in *Richerſperg* votum & velle per Dei gratiam habemus, eiuſdem loci legitimas & iuſtas poſſeſſiones diligentiſſimè inueſtigauimus, ob hanc nimirum cautelam, ne vel nos iniuſtè aliquid retinendo committamus rapinam, vel ſub ſilentio incauto eam, quæ in noſtræ committitur Eccleſiæ bonis, foueamus rapinam ſacrilegam. Eſt autem prædium quoddam iniuſtè nobis ablatum quod qualiter euenerit, cupimus Chriſti fidelibus & noſtris maximè in poſterum ſucceſſoribus, vt omnes eiuſdem prædij poſſeſſores iniuſti nunc & in perpetuum agnoſcantur damnati niſi reſipiſcant & prædium nobis iniuſtè ablatum præfatæ S. *Michaelis* Eccleſiæ ad integrum reſtituant. Sic enim dicit epiſcopalis auctoritas in priuilegio Eccleſiæ noſtræ, quod datum nobis à *Chuonrado* Archiepiſcopo fundatore noſtro, anno incarnationis Dominicæ M. C. XXIX. Quiſquis autem Domini *Werenheri* in pace quieſcentis traditionem temerario auſu violare aut ſubtrahere, aut violenter commutare præſumpſerit, auctoritate Dei patris & filij & Spiritus ſancti perpetuo damnamus interitu niſi omnia ſublata Canonica reſtituat ſanctione.

Hic *Werenherus* fundator Eccleſiæ noſtræ, inter cætera ſua prædia dedit ſancto *Michaeli* in vſum communis vitæ prædium quod ipſe liberè à ſuis anteceſſoribus hæreditaria lege ad ſe deriuatum poſſederat in loco *Chrovvat Karinthiæ* poſito. Idem quippe *Werenherus* fratrem habuerat nomine *Aribonem*, cum quo ita diuiſit hæreditatem, XXX. manſos in loco qui dicitur *Radilaha* ſitos juxta fluuium *Traham* obtineret *Aribo*, & alios XXX. manſos in *Chrovvat* ſitos obtineret *Werenherus*; quos etiam libera traditione dedit præfatæ Eccleſiæ. Sed poſtea prædicti *Aribonis* filius *Albvvinus* cum haberet illos XXX. manſos in *Radilaha*, viſus eſt inſuper occupare patrui ſui *Werenheri* hæreditatem, videlicet alios tredecim manſos in *Chrovvat*, voluitque ipſum etiam fundum, in quo nunc Eccleſia ſancti *Michelis* eſt fundata, viuente adhuc *Werenhero* patruo ſuo, ſed vltimum iam ſpiritum trahente, inuadere. Quin inſuper auſus eſt Clericos locatos ibidem de Eccleſia S. *Michaelis* expellere, ſed vltio diuina, quam *Werenherus* patruus eius prophetauerat quandoiam morti

morti proximus erat, eundem *Albuuinum* diu non ſinebat viuere. Dixerat enim *Werenherus* B. *Michaeli* ſe confidere, quod bona, quæ ipſe ad honorem ſuum obtulerat, nullus poſſet impunè abalienare, cum S. *Michael* ea ſatis poſſet ab iniuſtis peruaſoribus liberare. Non vanum erat hoc præconium: nam vltio diuina percuſſit primo ipſum *Albuuinum* ac deinde cæteros in eodem ſcelere ſuos complices ac poſteros tam euidenti miraculo, vt ex hinc poſſit fieri veteris hiſtoriæ ſatis apta recordatio. Sicut enim quondam cum Arca Dei capta eſſet apud allophylos plaga magna venit ſuper homines cuiuſque ciuitatis, ad quam deueniſſet Arca Dei. Percuſſit enim eos Dominus in poſteriora & opprobrium ſempiternum dedit illis. Ita planè; ad quoſcunq; deuenit S. *Michaeli* oblata hæreditas, percuſſi ſunt plaga magna. Ipſe namq; *Albuuinus* à die peruaſionis, qua locum S. peruaſit, & alius quidam *Adalbero* cooperator eiuſdem peruaſionis, intra ſpacium vndecim dierum improuiſa morte de hac vita ſunt abrepti, tam terribiliter Deo iſtos peruaſores percutiente, vt Com. *Vdalricus*, cui præfatus *Adalbero*, iuſſu *Albuuini*, fecerat iuramentum, ad eiuſdem peruaſionis firmamẽtum, cum facto iuramento videret ipſum *Adalberonem* ſubito ante ſe ruere percuſſum diuina vltione non auderet huius tam impiæ peruaſionis participem ſe facere, fertur enim dixiſſe idem Comes *Vdalricus*, vt video, Locus *Richerſpergenſis* potentes defenſores habet, contra quos ego nunquam inuadam eundem locum. Sic defuncto *Albuuino* cum *Adalberone* ſuo, quædam *Luitkardis* eidem *Albuuino* in ſponſam à parentibus confirmata nunquam tamen ab eo viſa vel tacta, ſucceſſit ſacrilego *Albuuino* quaſi legitimus hæres in ſolo ſacrilegio. Nam de cætera & certa ipſius *Albuuini* hæreditate nihil ſe intromiſit niſi de ſolo ſacrilegio. Hæreditatem namq; prædicti *Vuerenheri* S. *Michaeli* oblatam quam *Albuuinus* inuaſerat per ſacrilegium, illa eius iurata ſponſa item inuaſit per ſacrilegium. Supra nominatos enim manſos in *Chrouuat* illa violenter inuaſit: pro qua inuaſione pater eius *Almerich* captus & ad iuramentum fuit coactus, ne vnquam ſe de prædictis manſis intromitteret, vel pro eo aliquis cui ipſe prohibere poſſet. Duxit autem eadem *Luitkardis* poſtea virum nomine *Nitkiſum*, qui ob eandem peruaſionem eſt occiſus, Deo illi tribuente, quod meruit pro eo, quod obediuit voci vxoris plus quam Dei precepto intromittendo ſe de S. *Michaelis* predio. Alterum duxit poſtea virum nomine *Dietericum*. Et ille ſuaſu vxoris extendendo manus ſuas quaſi ad vetitum lignum, videlicet ad interdictum ſibi S. *Michaelis* prædium, lepræ incurrit opprobrium, & in lepra clauſit præſentis vitæ terminum. Sentitur etiam, & adhuc ſentietur amplius in huius mulieris poſteritate plaga vltionis diuinæ: & illa tamen reſipiſcere nolens quærit adhuc latebras Euæ. Sicut enim illa poſt interemptionem ſui & viri ſui, abſcondit ſe in medio paradiſi: ita & hæc filia Euæ poſt interemptionem ſui met, ac duorum virorum ſuorum abſcondit ſe in ſuo peccato, atque per hoc ſicut illa mortem quam viro propinauerat ſuæ poſteritati tranſmiſit, ita & hæc lepram quam viro contulit poſteris hæreditariam facit, niſi reſipiſcat & S. *Michaeli* ablata vſq; ad nouiſſimum quadrantem, pro poſſe, reſtituat. Alioqui tàm ipſam quàm eius poſteritatem, & ſi contingat euadere pœnam præſentis vitæ, iudex tradet exactori, & exactor carceri infernali. Inde non exibunt quoad vſque ſoluant nouiſſimum quadrantem, quem quia tunc non poterunt ſoluere non poterunt etiam vnquam exire. De XXX. manſis iam XV. reddidit: alios XV. adhuc habet malo ſuo & malo ſuæ poſteritatis, quæ ſibi ſuccedat in ſic hæreditariis peccatis. Ne autem tanti ſacrilegij memoriam deleat obliuio, nos huius cauſæ diligentiſſimè inueſtigatam ſeriem ſcripto comprehenſam ſeruabimus poſteris, & niſi reſipiſcant præfati prædij peruaſores tàm ipſa *Luitkard*, quàm eius

filij

filij vita comite, ac Deo diſponente notum erit ipſis eorum ſepultoribus quod eis nulla debeatur Eccleſiaſtica ſepultura, qui ſponte negligunt & euertunt eccleſiaſtica jura contemnuntque priuilegia Epiſcopalia ſuper facultates eccleſiaſticas data, in quibus damnantur qui eiſdem priuilegiis aduerſantur, ſicut aduerſantur Eccleſiæ noſtræ priuilegio, quicunque temerario auſu retinent aliqua nobis iniuſtè ablata, quos Deus dignetur conuertere ne pereant æternâ damnatione Amen.

IN NOMINE S. & indiuiduæ Trinitatis *Chuonradus* Dei gratia *Saltzburgenſis* archiepiſcopus. Virum beatum Pſalmiſta deſignans ait, Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Pro adipiſcenda itaque beatitudine quæ diſperſimus dedimusque pro juſtitia noſtra perpetuanda in ſeculum ſeculi volumus in pauperum Chriſtoque ſeruientium ſeruitio in ſeculum ſtabiliri. Notum ergò eſſe volumus tàm præſentibus quàm futuri temporis hominibus nos ad ſuſtentationem Chriſti pauperum in *Richerſperg* Deo ſub communis vitæ regula ſeruientium & amodo ſeruiturorum, quædam contuliſſe, quæ ſubnotata continet ſcriptum præſentis paginæ: Videlicet patellam in *Halla* cum vno curtili in ipſa villa *Hallenſi* & VI. curtilibus in ſylueſtribus *Vnchen* vulgo nominatis de quibus ligna perſoluuntur ad ipſam patellam manſum, & dimidium in *Pongovve* VI. manſos juxta *Richerſperg* ſitos in villa *Anteſinhouen*, & *Vibuſin* & *Gurtim*, prædium quoddam in *Noſpach* quod erat militis *Chaderohide Noſpach.* Hæc ſunt bona de noſtra liberalitate *Richerſperg* Cœnobio collata. Et illud quoque curauimus memoriæ tradere quod eidem Eccleſiæ prædia, videlicet curtem, quæ dicitur *Chrovvat* cum prædiis eidem curti appendiciis vſque ad XXX. vt dicitur manſos requiſiuimus. In qua requiſitione cum diu laboratum eſſet & *Luitkardis* quæ prædia illa iniuſtè detinuerat epiſcopali banno conſtricta, tandem peccatum iniuſtæ peruaſionis recognoſceret, ſed à filiis ſuis eadem liberare non poſſet, nos pro redemptione animæ noſtræ XXX. marcas expendimus vt prædia iam dicta penitus liberè, ac ſine omni contradictione obtineret Eccleſia *Richerſpergenſis*, cui eadem prædia legitimè data fuerant à beatæ memoriæ *Werenhero* ipſius Eccleſiæ fundatore & eorundem prædiorum legitimo quondam poſſeſſore. Quoniam autem ab ipſo ſuo fundatore iam dictæ Eccleſiæ fundus & patrocinium in jus & tuitionem firmamq; poſſeſſionem Eccleſiæ *Saltzburgenſis* agnoſcitur per legitimam traditionem deueniſſe, ratum eſſe conuenit ſubſidium quo nos auctore DEO de noſtra copia illius inopiam ſuppleuimus. Quoniam hoc non eſt rerum Epiſcopalium diſtractio, ſed ampliatio, ſi pauperibus Chriſti Epiſcopatum reſpicientibus & ab eo pendentibus competens fiat ſuſtentatio. Quam ſanè pauperum ſuſtentationem tàm in loco dicto, quàm in aliis locis noſtræ prouidentiæ ſubiacentibus, nos ea moderatione fecimus, vt Epiſcopatum quam pauperrimum, & valde vaſtatum inuenimus, diuitem Deo gratia & ſatis copioſum tamquè à ruinis morum, quàm à ruinis mærorum honeſtè fauente DEO reparatum ſucceſſoribus noſtris moriendo relinquamus. Vnde ſucceſſores noſtros per tremendum vltimi examinis judicium obteſtatos & obſecratos eſſe volumus vt ratum habeant, q; nos diuinæ pietatis intuitu in *Richerſperg* Cœnobij conſolationem diſpoſuimus. Quæcunq; autem ſecularis aut ſpiritualis perſona quod à nobis piè eſt depoſitum, aliquo modo duxerit in irritum, in vltimo examine reddet rationem coram ſummo judice. De ſalubri ſanè diſpoſitione noſtra pagina conſcripta

&ſigillo

& ſigillo noſtro impreſſa data eſt, *Frefaci.* Huius rei teſtes ſunt & conclaudatores *Romanus Gurcenſis* Epiſcopus, *Hermannus* Præpoſitus, *Baldricus* Abbas *Saltzburg. Vdalricus* Abbas S. *Lamberti, Pabo* Præpoſitus de *Gurca, Hartmanus* Præpoſitus de *Niuuenburg. Chuno Saltzburgenſis* Canonicus & presbyter, *Otto* monachus S. *Petri Wolfrat* Comes de *Treuini. Adelbero dapifer, Carolus* de *Prevvarin, Weriant* de *Witinſvvalt, Engilſcalcus* frater *Gurcenſis* Epiſcopi, *Maganus* de *Scalach, Luitvvin⁹* Prępoſitus, *Eberhardus* de *Libeniz, Durinch* de *Dietrammingen*, *Wiſint* de *Pongovve, Egilbertus Caſtellanus, Eberhardus* de *Priſingen, Mirabilis nanus* de *Arizperg* nepos imperatoris *Heinrici.*

I*Nnocentius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis *Gerhoho Richerſpergenſis* Eccleſiæ Præpoſito, eiusque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtituendis inperpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, & juſtis petentium deſideriis congruum decet nos impertiri ſuffragium. Ea propter dilecti in Domino filij, venerabilis fratris noſtri *Conradi Saltzburgenſis* Archiepiſcopi precibus inclinati petitiones veſtras rationabiles libenter admittimus, & monaſterium veſtrum quod eſt in Epiſcopatu *Patauienſi* & fundo *Saltzburgenſi* Eccleſiæ ſitum in quo diuino mancipati eſtis officio, ſub apoſtolicæ ſedis ac noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt tàm in veſtro quàm in monaſterio ſanctimonialium nobis ſubdito orto Canonicus juxta Diui *Auguſtini* regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet & plebem *Richerſpergenſem* cum decima & jure parochiali, Capellam S. *Martini* cum ſuis pertinentiis, vineas in *Aſchah*, villam *Chrovvat*, & reliqua prædia à *Werenhero* loci ipſius fundatore oblata, patellam ſalis in *halla* & reliqua prędia à prænominato fratre noſtro *Saltzburgenſi* Archiepiſcopo Eccleſiæ veſtræ collata, *hoſtat*, & alia prædia, quæ *Ruopertus* obtulit, prædia quæ Fridericus donauit, prædia quæ fuerunt *Egloſi* & *Eberhardi*, cum eorum decimis ab Epiſcopo *Friſingenſi* vobis conceſſis, & vineas emtas in *Cremeſa* & ea quæ Dux *Luitpoldus* contulit, ſanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omninò clericus ſiue laicus decimas à vobis exigere præſumat.

Eccleſiaſtica nimirum ſacramenta à Diocæſano accipietis Epiſcopo, vel à *Saltzburgenſi* Archiepiſcopo ſiquidem gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habuerint & ſi ea gratis & ſine prauitate voluerint exhibere. Alioqui liceat vobis pro eorundem ſacramentorum ſuſceptione Catholicum quem malueritis adire Antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, q̧ poſtulatur indulgeat. Et quia hic locus veſter eſt inſtitutus vt *Saltzburgenſis* Eccleſiæ principalis aduocatus, ipſius quoque loci ſit aduocatus, neque ipſi, neque alicui ſubaduocato eius eundem locum liceat iniuſtis grauaminibus infeſtare. Quod ſi fecerit & nobis conquerentibus non emendauerit conſilio & auxilio præfati Archiepiſcopi, ipſa aduocatia ab inutili auferatur & alius loco eius ſubſtituatur. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito vel ad alterius Eccleſiæ regimen tranſeunte ſiue tuorum quolibet ſucceſſore nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia ſubſtituatur vel præponatur, niſi quem

fratres

fratres communi conſenſu, aut pars ſanioris conſilij ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberauerunt extremæ voluntati & deuotioni nullus obſiſtat, niſi fuerint excommunicati, ſaluâ tamen juſtitiâ matris Eccleſiæ.

Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatum Cœnobium temerè perturbare, aut eius bona vel poſſeſſiones auferre, vel ablatas temerè retinere, minuere, ſeu quibuslibet indebitis exactionibus, vel moleſtiis fatigare: ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua nimirũ *Saltzburgenſis* Archiepiſcopi, & *Patauienſis* Epiſcopi debita juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisúe perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temerè tentauerit, ſecundò, tertioùe commonita, ſi non ſatisfactione congrua reatum ſuum correxerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat; & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Addentes etiam interdicimus, vt nemini profeſſionis veſtræ facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu ſine Præpoſiti, vel congregationis licentia de clauſtro diſcedere. Quod ſi diſceſſerit, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum ſine communium literarum cautione eum ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Si verò ſecundò vel tertiò vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Cunctis autem eidem Eccleſiæ juſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem pręmia æternæ retributionis inueniant Amen.

Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

EGo *Conradus Sabinenſis* Epiſcopus. Ego *Albericus Hoſtienſis* Epiſcopus. Ego *Stephanus Præneſtinus* Epiſcopus. Ego *Otto* Diaconus Cardinalis S. *Georgij* ad velum aureum. Ego *Martyrius* presbyter Cardinal. Tituli S. *Stephani*. Ego *Boëtius* presbyter Cardinal. Tit. S. *Clementis*. Ego *Petrus* presbyter Cardinal. de Tit. *Paſtoris*. Ego *Hubaldus* presbyter Cardinal. Tit. S. *Braxedis*. Ego *Hubaldus* presb. Cardinal. Tit. SS. *Ioannis* & *Pauli*. Ego *Vaſallus* Diac. Cardinal. S. *Euſtachij*. Ego *Petrus* Diac. Cardinal. S. *Mariæ* de porticu. Dat. *Laterani* VI. Id. Ian. per manum *Gerardi* S. *Rom.* Eccl. presbyteri Card. & Bibliothecarij, Indict. V.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Luitpoldus* Dux *Bauuariorum* Dei gratia cupiens hæreditare beatitudinem, de qua dicitur, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, egenorum & pauperum Chriſti in Cœnobio *Richerſpergenſi*, Deo militantium, intellexi paupertatem, ſimulque animaduerti quædam eorum prædia vaſtata, dum exercitus vel patre meo *Luitpoldo*, vel me ipſo ducente per terras eorum iret ac rediret. Vnde commonitus à præfati Præpoſiti Cœnobio *Gerhoho*, ad vſus fratrum inibi Deo ſeruientium ac ſeruiturorum ex nunc impoſterum tradidi duo beneficia in villa quæ dicitur *Laubes* cum omni vtilitate ad illa pertinente. Scientes autem quod hilarem datorem diligit Deus, & hic ſine dubio eſt hilaris dator, qui

menſuram bonam & confertam & coagitatam dat; Volumus & irretractabiliter decernimus non ſolum ad prædicta beneficia excolenda, verum & ad alias qualeſcunque vtilitates fratrum *Richerſperg.* duobus plauſtris aut vehiculis eorum amodo ſemper in poſterum patere ſyluam quæ vulgo dicitur Vatz/ſitam inter duos fluuios *Champam* & *Chremeſam*, ita videlicet vt nullus eiuſdem ſyluæ procuratorum ab eis exigat vllum precium, ſeu qualiſcunque angariæ grauamen illis faciat. Sed omninò vt dictum eſt, liber introitus & exitus in eandem ſyluam ac de ſylua fratribus præfatis & eorum ſeruis pro commoditate ipſorum pateat. Ipſa quoque duo beneficia præſignata ita decernimus permanere libera in fratrum propria poteſtate, ſicut erat in noſtra: ne vel Camerarij vel marſcalci ſeu alij ſeruitores noſtri, ac poſterorum noſtrorum in vllo ſint moleſti cultoribus eorum, vel de rebus curiæ traducendis, vel de annona equorum perſoluenda, vel de aliis miniſtris huiuſmodi exequendis. Hæc autem traditio ad altare S. *Michaelis* in *Richerſperg* me præſente ac petente facta eſt per manum Comitis *Luitoldi* de *Bleien* delegatione firma, in cuius manum delegatio eadem per manum noſtram prius fuerat facta. Huius rei teſtes per aurem attracti ſunt hi, quorum nomina ſubnotata leguntur. *Otaker* Marchio, Comes *Ekkebertus*, *Otto* de *Machlant*, *Werinhart* de *Iugelbach* & filius eius *Werinhart*, *Wolfhere* de *Regernvvag*, *Albvvinus* de *Petra*, *Hademar* de *Chouſaren*, *Gebehart* de *Abbadesdorf*, *Chadelhochus longus* de *Rorâ*, *Eberhart* de *Brundevva*, & *Vdalricus* frater eius, *Harint* de *Orte*, *Richere* de *Sebach*, *Walter* de *Tobele*, *Ainvvich*, de *Vrihaim*, *Harthnit* de *Saltzburg*, paginam verò inde conſcriptam ne quis audeat violare vel reſpuere quaſi falſam, Ego *Luipoldus* Dux impreſſione ſigilli mei feci confirmari.

IN Nomine ſummæ Trinitatis. *Chuonradus* diuina fauente clementia *Romanorum* Rex. Præceptis Salutaribus moniti, & diuinâ inſtitutione inſtructi facere nobis amicos de Mammona iniquitatis, eâ ſpe ac fiduciâ, vt & ipſi nos recipiant in æterna tabernacula, debemus religioſis Cœnobiis propenſiori curâ munimen & auxilium prouidere, vt in eis commorantes pauperes Chriſti pro noſtris peccatis abolendis & regni temporalibus motibus ad æternitatis quietem dirigendis valeant intercedere apud Regem regum cuius regnum eſt omnium ſeculorum. Igitur ad munimen & auxilium regularis vitæ tradimus & confirmamus Cœnobio *Richerſpergenſi* conſtituto in ripâ *Ini* Fluminis in regione *Noricâ*, in Comitatu *Ekkeberti* Comitis, vt ſi quis miniſterialium ad regnum *Teutonicum* vel ducatum *Bauuaricum* pertinens, prædium ſuum in eleemoſynam dare voluerit, prædicto Cœnobio rata ſit ipſa traditio & firma permaneat: vt autem incontradicibilis & inconuulſa permaneat hæc noſtra regularis conſtitutio communiri & inſigniri eam fecimus regali noſtro ſigillo. Actum in ciuitate *Ratisbonâ* in Curiâ celebri, cui interfuerunt Epiſcopi, *Dietvvinus* Epiſcopus Cardinal. S. *Rufinæ* apoſtolicæ ſedis Legatus, *Heinricus Ratisbonenſis*, *Imbrico Wirtzburgenſis*, *Otto Friſingenſis*, *Heinricus Olomucenſis*; & laici Principes *Marchio Dietpoldus*, *Otto* Comes Palatinus, Comes *Gebehardus* de *Sultzbach*, Comes *Adalbertus* de *Pogen*, *Fridericus* aduocatus, & alij nobiles multi. Dat. XVIII. Cal. Ian.

IN Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Conradus* Dei gratiâ *Saltzburgenſis* Archiepiſcopus. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus. Huius beatitudinis & liberationis nos cupientes Deo præſtante obtinere conſortium ſtatuimus pium intellectum

habere

habere ſuper egenam & pauperem *Richerſpergenſis* Eccleſiæ congregationem, ſub regulâ beati Auguſtini viuentem in *Richerſperg* Cœnobio, in ripa *Ini* fluminis ſito in fundo proprio *Saltzburgenſis* Eccleſiæ in Epiſcopatu *Patauienſi*. Vnde ad ſubſidium pauperum Chriſti ad idem Cœnobium firmâ legitimâ delegatione tradidimus omnes decimas in parochia quæ dicitur *Pittine* exceptâ ſanè canonica portione ſacerdotis plebani quas eidem plebano indiminutas volumus permanere in perpetuum, & exceptis decimis vinearum in eadem parochia ſitarum. Decimas etiam ad idem Cœnobium alterius parochiæ quæ dicitur *Branberg* totam decimationem tàm de vineis quàm de agris, vel de aliis rebus nobis jure perſoluendam, excepta Canonica portione ſacerdotum hic perpetuo conſtituendorum. Et quia eadem parochia de adiacenti ſylua *Putinenſi*, præſtante Domino poteſt ampliari, à loco quj dicitur *Putinovve* vſque ad terminos *Vngarorum* & vſque ad montem *Harthperg* in prædio Comitis *Ekkeberti* creſcentibus ibidem noualibus, hoc ſtatuimus & ſtabiliter inpoſterum conſeruari volumus, vt omnia noualia quæ in ſylua *Putinenſi* intra terminos deſignatos exquiſita, vel exquirenda parochiæ, quæ dicitur *Branberg* continuabuntur, vel in parochias nouas formabuntur in eadem conſtitutione permaneant: ita videlicet, vt exceptis debitis portionibus ſacerdotis plebani decimæ omnes vinearum frugum & animalium perſoluantur ad prædictum Cœnobium cum integrâ juſtitiâ noſtro juri debita & ad noſtram diſpenſationem pertinente ſecundum præcepta Canonum quibus monemur habere curam pauperum. Vt autem hæc noſtræ diſpenſationis pia conſtitutio nulla impietatis machinatione violetur, ſed in perpetuum firmiſſimè conſeruetur, ſigillo noſtro hanc paginam communitam tali ſententia concludimus: Vt ſi quis contra eam agens temerè tertiò commonitus non reſipuerit, ira DEI maneat ſuper ipſum in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat per pænitentiam ſine quâ, ſi defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate ſe reum cognoſcat in tremendo examine Iudicis cuncta cernentis. Ego *Romanus Gurcenſis* Epiſcopus. Ego *Vdalricus Saltzburgenſis* Abbas. Ego *Gotfridus* Abbas *Admontenſis*. Ego *Gebeno Saltzburgenſis Præpoſitus*. Ego *Chuno Chimenſis* Præpoſitus. Ego *Hugo Perthesgadenſis* Præpoſitus. Ego *Gotheſchalcus Bademburgenſis* Præpoſitus. Ego *Heribordus Ovvenſis* Præpoſitus. Ego *Heribordus*. *Lanzo Hallenſis* Præpoſitus. Ego *Hugo Garcenſis* Præpoſitus. Ego *Ruodbertus* presbyter. Actum in caſtro *Saltzburgen.* X. Calend. Nouembr. Indict. VIII. Huius rei teſtes per aurem attracti ſunt iſti: *Heinricus* Dux *Karinthiæ*, & frater eius *Vdalrich*, *Hugo* de *Tanters*, *Heinricus* de *Wenge Fridericus* de *Lingnovve*, *Hartnith* & frater eius *Marchvvart* de *Vzitingen*, *Heinrich* & frater eius *Diethmarus* de *Chutebach*, *Gundakar* de *Waltpehtingen*, *Luivvinus* Caſtellanus, *Chuno* de *Engilhalmingen*, *Megingoth* filius *Megingoti* Pincernæ, *Diethmar* de *Eicheim*, *Volcholt* de *Aſchovve*, *Werinhart* de *Otenach*, *Otho* de *Wilern*, *Adilpret* de *Witenſtein*. *Otto Neſel*.

*Chuonradus* Dei gratia *Saltzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, dilectis in Chriſto *Richerſpergenſis* Cœnobij fratribus orationem & perpetuam in Chriſto dilectionem.

De contrarietate priuilegiorum vnde vos vt audiuimus monachi *Formbacenſes* moleſtant quaſi de bonis vobis collatis ipſi priuilegium priuilegio veſtro contrarium à nobis habeant, nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum, orantibus vobis pro nobis dum vtimini eleemoſynis Eccleſiæ *Saltzburgenſis*, cui deuincti eſtis, non ſolum per vinculum filialis dilectionis, verùm etiam per

juſtitiam fundationis. Quia fundata eſt Eccleſia veſtra in poſſeſſione *Saltzburgenſis* Eccleſiæ. Fatemur quidem prædictos monachos obtinuiſſe à nobis priuilegium per anticipationes concambio quodam deſtinato, & nondum in vſibus fructuariis compenſato. Sed illud priuilegium non eſt firmatum per Clericorum noſtrorum ſubſcriptiones, vel conlaudationem: quin potius caſſatum eſt per eorum contractionem & miniſterialium noſtrorum publicam reclamationem.

Quod igitur timeatis priuilegium quod non canonicè firmatum, imò, quod Canonibus eſt contrarium, prohibente ſanctorum patrum auctoritate, perpetuas alienationes decimarum fieri, de quibus alienandis contendunt prædicti monachi, quos non conſentimus plus habere de juris noſtri vtilitate, niſi quantum attinet ad juſtam & piam recompenſationem prædij quod Eccleſiæ noſtræ contulerunt, quodque vos ex parte habetis per munificentiam noſtram. Vt ergo firma ſit poſteris memoria huius noſtræ conteſtationis, hanc paginam ſigillo impreſſam volumus apud vos conſeruari, quatenus in defenſionem juſtitiæ valeat, ſi quis de cætero factum noſtrum quaſi non juſtum accuſabit, & vos per hoc moleſtare tentabit. Præterea ne vlla relinquatur litigationis occaſio, inter vos & plebanos ſacerdotes noſtros de termino *Brambergenſis* parochiæ, notum ſit vobis nouale *Gerrici* militis cum ſilua pertinente ad illud infra terminos eiuſdem parochiæ comprehendi, affirmante hoc ipſum rationabili conteſtatione plebanorum noſtrorum, quorum nomina ſunt hæc. *Hartvvicus* de *Lankenkirchen*, *Wolferim* de *Patine*, *Pabo* de *Viſcha*, *Meginvvart* de *Nivvenkirchen*, *Herman* de *Pels*.

EVgenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis *Gerhoho Richerſpergenſis* Eccleſiæ Præpoſito, eiuſque fratribus, tàm præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere: & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Quia ſicut iniuſta petentibus nullus eſt tribuendus affectus, ita legitima & juſta deſiderantibus nulla eſt differenda petitio. Huius rei gratia dilecti in Domino filij prædeceſſoris noſtri, felicis memoriæ Papæ Innocentii veſtigiis inhærentes, nec non venerabilis fratris noſtri *Conradi Saltzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopi precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium veſtrum, quod eſt in Epiſcopatu *Patavienſi*, in fundo *Saltzburgenſis* Eccleſiæ ſitum, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes vt tàm in veſtro quàm in monaſterio ſanctimonialium vobis ſubdito ordo Canonicus, juxta B. *Auguſtini* regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Dominô poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: fundum videlicet & plebem *Richerſpergenſem* cum decima & iure parochiali, Capellam S. *Martini* cum pertinentiis ſuis: vineas in *Aſchâ*, villam *Chrovvat* & reliqua prædia à *Wernhero* loci ipſius fundatore vobis oblata. Decimas *Brambergenſis* Eccleſię, ac noualium *Patinenſis* Syluæ à prædictis parochiis vſque ad terminos Vngaricos pertinentis,

Vene-

Venerabilis fratris noſtri *Conradi Saltzburgenſis* Archiepiſcopi priuilegio vobis firmatas; patellam ſalis, & alia prædia ab eodem Epiſcopo data, *Hofſtat* & alia prædia quæ *Ruodbertus* juſtè obtulit, prædia quæ *Fridericus* donauit, prædia quæ fuerunt *Egelolfi* & *Eberhardi*, cum eorum decimis ab Epiſcopo *Friſingenſi* rationabiliter vobis conceſſis, & vineas emptas in *Chremeſa*, & ea quæ Dux *Luipoldus* jure ſuo contulit. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſeu de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Eccleſiaſtica nimirum ſacramenta, à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, vel à *Saltzburgenſi* Archiepiſcopo, ſiquidem gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habuerit: & ſi ea gratis & ſine prauitate vobis voluerit exhibere: alioqui liceat vobis pro eorundem ſacramentorum ſuſceptione, Catholicum quem malueritis adire antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quæ poſtulatis indulgeat. Et quia ſic locus videtur eſſe inſtitutus vt *Saltzburgenſis* Eccleſiæ principalis ſit aduocatus, neque ipſi neque alicui ſubaduocato eius, eundem locum liceat iniuſtis grauaminibus infeſtare. Quod ſi fecerit, vobis conquerentibus non emendauerit conſilio & auxilio præfati & Archiepiſcopi, ipſa aduocatia ab inutili auferatur, & alius loco eius ſubſtituatur. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito vel ad alterius Eccleſiæ regimen tranſeunte ſiue tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violencia præponatur, vel ſubſtituatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati *Auguſtini* regulam canonicè prouiderit eligendum. Addentes etiam interdicimus, vt nemini profeſſionis veſtræ facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu, ſine Præpoſiti vel congregationis licentia diſcedere. Quod ſi diſceſſerit nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum, ſine communium literarum cautione ſuſcipiat: quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Si verò ſecundò vel tertiò vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito Canonicam in eum proferre ſententiam. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuotioni, & eorum extremæ voluntati (niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint) nullus obſiſtat, ſaluâ juſtitiâ matris Eccleſiæ. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate & *Saltzburgenſis* Archiepiſcopi & *Patauienſis* Epiſcopi Canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tenauerit, ſecundò tertiouè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri IESV Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.

Ego *Eugenius* Catholicę Eccleſię Epiſcopus ſubſcripſi. Ego *Albericus Hoſtien-*

*ſis* Epiſcopus. Ego *Imarus Tuſculanus* Epiſcopus. Ego *Octauianus* Diac. Cardinal. S. *Nicolai in carcere Tulliano.* Ego *Ruinerius* presbyter. Cardinal. Tit. S. *Priſcæ.* Ego *Hubaldus* presbyter. Cardinal. SS. *Ioan.* & *Pauli.* Ego *Aribertus* presbyt. Cardinal. Tit. S. *Anaſtaſ.* ego *Manfredus* presbyt. Cardinal. Tit. S. *Sabinæ.* Ego *Villanus* presb. Cardinal. Tit. S. *Stephani in Cœlio monte.* Ego *Bernhardus* presbyt. Cardinal. Tit. S. *Clementis* Ego *Hubaldus* presbyt. Card. Tit. S. *Crucis in Hieruſalem.* Ego *Guido* Diac. Cardinal. S. *Mariæ in porticu.* Ego *Petrus* Diac. Cardinal. S. *Mariæ in via lat.* Ego *Cinthius* Diac. Cardinal. SS. *Sergij,* & *Bacchi.* Datæ *Sutrij* per manum *Romani* S. Rom. Eccleſiæ presbyteri Card. & Cancellarij IV. Nonas Maij, Indictione IX.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Ego *Eberhardus* Dei gratia *Babenbergenſis.* Eccleſiæ Epiſcopus, notum volo eſſe cunctis Chriſti fidelibus, tàm præſentis temporis quàm futuræ poſteritatis, quod in terra Eccleſiæ noſtræ juxta riuum *Anteſin* fecimus concambium cum Præpoſito *Richerſpergenſi Gerhoho*, ex conlaudatione fidelium noſtrorum, Marchionis *Odakeri* Aduocati noſtri & aliorum, quos terra eadem beneficiaria conceſſione ipſo Marchione mediante contingebat. Concambium verò ſic ſe habet: Riuus nomine *Senſtinbach*, longo decurſu cum multo fratrum *Richerſpergenſium* labore deductus eſt ad clauſtrum *Richerſpergenſe*, ita vt alueus eius per terram prænotatam prædicto Marchioni à nobis inbeneficiatam tranſeat, non ſine aliquanto damno, pro quo ſufficienter & plenarie nobis & Eccleſiæ noſtræ jure cõcambij recompenſando à iam dicto Præpoſito per manum Aduocati *Richerſpergenſ.* Eccleſiæ *Regingeri* ſuſcepimus prædium quodam è *Wigando* datum juxta eundem riuum in monte *Ratinberg*, & juxta villam nomine *Munſter*, agrum vnum, vt autem firmũ ſit & irretractabile iam dictum concambium, paginam hanc inde conſcriptam, & ſubſcriptione propriæ manus noſtrę atq; conlaudatione Clericorum noſtrorum, & fidelium quoq; laicorum nutu corroboratam ſigilli noſtri fecimus impreſſione ſignari. Ego *Eberhardus Babenbergenſis* Epiſcopus ſubſcripſi. Ego *Vdalricus* Præpoſitus maioris Eccleſiæ. Ego *Volmarus* Decanus maioris Eccleſiæ. Ego *Luitpoldus* Præpoſitus S. *Stephani.* Ego *Chuonradus* Cuſtos & Præpoſitus S. *Mariæ.* Ego *Meginhardus* Præpoſitus *Veteris Capellæ.* Ego *Hermannus* presbyter & Canonicus maioris Eccleſiæ ſubſcripſi. Data *Babenbergæ* VIII. Cal. Octob. Indict. XIV.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe cupimus qualiter ego *Chuonradus* diuina clementia *Patauienſ.* Eccleſiæ Epiſcopus, Eccleſiæ meæ *Patauienſis* ſimul, & Eccleſiæ R*icherſpergenſ.* commodis ac paci in præſenti & futuro proſpiciens, ex conſenſu Cleri & miniſterialium noſtrorum prædium Eccleſiæ noſtræ in villa R*osbach*, in Comitatu Comitis *Bertholdi* de *Pogen* ſitum per manum eiuſdem *Pertholdi* Comitis ex jure aduocatiæ ipſi pertinentis in manum cuiuſdam nobilis viri *Weriandi* de R*ountingen* tradi rogauimus Eccleſiæ R*icherſpergenſi* tradendum, ac de jure noſtro in jus Eccleſiæ illius omnimodis transfundendum in legitimum videlicet concambium pro prædio *Hagenovve* ſuper quo inter me, & iam dictam Eccleſiam R*icherſpergenſem* contentio eſſe videbatur ſimul & pro prædio, quod Eccleſia R*icherſpergenſis* in partibus orientis in villa *Liubes* poſſederat. Hoc itaque iam dictum noſtrum prædium cum omni jure ſuo & vtilitatibus quæſitis & inquirendis, ſimul & decimis in eadem villa juri noſtro pertinentibus Eccleſiæ præfatæ tradi fecimus Præpoſito & fratribus eiuſdem Eccleſiæ, è contra prædium *Hagenovve* juri noſtro recognoſcentibus & per manum aduocati ſui in villa *Liubes* Comitis *Chuonradi* de *Pielſtaine* cum alio

iam dicto prædio ſuo in ius Eccleſię noſtræ transfundentibus. Et hæc traditio per manum aduocati noſtri *Pertholdi* facta eſt nobis præſentibus ac petentibus in villa *Straſchirchen* in manum iam dicti *Werigandi*.

Huius rei teſtes ſunt per aurem attracti, ex nobilibus *Chadolt* de *Sunebretesdorff*, *Chadolt* de *Grunenbodengarten*, *Werinher* de *Waigeſtorf*, *Pabo* de *Agehauſen*, *Werinhart* de *Iulbach*, *Reginger* de *Ride*, *Amelbertus* de *Aigelinge*, *Adelbero* de *Burchartesdorf*: Et ex miniſterialibus *Ruodigerus*, *Adalbertus*, *Arnoldus* de *Pataυia*, *Waltherus* de *Ludinge*, *Rapoto* de *Svvabendorff*, *Gerhocho* de *Framelinſperge*, *Heinricus Ruodolphus*, item *Ruodolphus*, *Megingoth* de *Pogen*. *Engilbertus* & frater eius *Otto* de *Stroubing*, Ego *Chunradus Pataυienſis* Epiſcop⁹ ſubſcripſi, Ego *Ruodpertus* Decanus ſubſcripſi, Ego *Hainricus* Scholaſticus, Ego *Harthmodus* Archipresbyter, Ego *Ruodbertus* presbyter, Ego *Adalbertus* Præpoſitus S. *Nicolai* ſubſcripſi, Data *Pataυiæ* IV. Kal. Maij, Anno incarnat. Domini M. C. LII.

IN nomine ſummæ & indiuiduæ Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Salzburgen.* Eccleſiæ Archiepiſcopus, Notum eſſe volumus tàm futuri quàm præſentis temporis hominibus, qualiter quærela Dñi *Gerhobi Richerſpergenſis* Præpoſiti, quæ aduerſus tria clauſtra, videlicet S. *Ruodberti* & S *Petri*, ſanctæque virginis *Erintrudis* habuit, conſopita eſt. Denique prædictus Præpoſitus adhuc viuente Beatæ memorię anteceſſore noſtro *Chunrado* Archiepiſcopo contra miniſterialem Eccleſiæ noſtræ *Heinricum* de *Sechirche* depoſuit cauſationem ſuper quodam prædio in vico qui dicitur *Moſin* ſito, *Richerſpergenſi* cœnobio, vt aſſeruit, legitimè contradito. Sed quia prædictus *Heinricus* nondum lite hâc terminatâ defunctus, tres prænominatas Eccleſias reliquit prædiorum ſuorũ hęredes, renouante ſuam quærelam *Richerſpergenſi* Præpoſito, in conſpectu noſtro ex beneplacito partium ſic deciſa eſt contentio: Vt Præpoſitus maioris Eccleſiæ *Hugo* & Abbas S. *Petri Heinricus*, nec non Abbatiſſa *Erintrudis Wirat*, deſignarent curtim quandam iuxta *Ardachirin* ſitam cum ſuis pertinentiis Eccleſiæ *Richerſpergenſis*. Qua conuentione conuenienter ex oĩum partium conniuentia ordinata totalis in manũ noſtram ſic eſt refutata vt neq; Prępoſitus vlterius quærelam ſuam reſuſcitet, neq; ipſum de cætero vel Præpoſitus maioris Eccleſiæ, vel Abbas S. *Petri* vel Abbatiſſa S. *Erintrudis* contra pactum iſtius compoſitionis inquietet. Facta ſunt autem hęc annuente nobili fœmina *Luitkarda* prædicti *Heinrici* relicta qua prædiorum viri ſui vſum fructuarium tenens pro animæ ipſius remedio piè aſſenſũ præbuit, huius compoſitionis rationabili pacto in noſtra manu ſimiliter firmato, & ſcripti præſentis noſtri ſigillo inſigniti cautione roborato. Actum *Salzburg* præſentib. teſtib. quorum nomina ſubſcripta ſunt. Comes *Luitoldus* de *Blegen*, Comes *Sigifridus* de *Prelſtain*. De miniſterialibus *Sigboto* de *Suriberch*, *Wilhalm* de *VVegingerberge*, *Otto* de *Pongovve*, *Marquardus* de *Vbzelinge*.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Babenbergenſis* Epiſcopus II. Quamuis neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus. Scientes tamen, quod vnus quiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborẽ, notum fieri cunctis Chriſti & Eccleſiæ fidelib. cupim⁹, tàm præſentib. quã futuris, qualiter dilectiſſimi Domini ac fratris noſtri venerabilis *Iuuauenſis* Archiepi *Eberhardi*. ſed & dilecti filij noſtri *Gerhobi Richerſpergenſis* Præpoſiti, nec non eiuſdem loci dilectæ nobis congregationis piis petitionib. añuẽtes, ex cõſenſu Eccleſię noſtrę tàm ex Clero quàm ex miniſterialib. fidelũ fideli noſtro *Odoacri* Marchioni de *Stira* de quodã beneficio, q̃

 à nobis

à nobis habuit cum iam dicta *Richerſpergenſi* Eccleſia facere concambium conceſſimus, cupientes, abſque Eccleſiæ noſtræ detrimento præfatæ Eccleſiæ ex vicinitate prædiorum in eius ius ex noſtra ditione cedentium in paſcuis, pratis, aliisque vtilitatibus plurima commoda prouenire, noſtrique ob hoc in eodem loco ad Deum tàm in vita quam in morte in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam dicto *Odoacre* villam, quæ *Munſter* dicitur, cum viculis eidem villæ adiacentibus in manum noſtram reſignante, ac reſtitutionem concambij de manu noſtra in feudum recipiente de parte *Richerſpergenſis* Eccleſiæ data ſunt prædia quæ iuris eorum erant in villa, quæ *Roſpach* dicitur, iuxta decurſum fluuij qui *Ghalbaha* nominatur: tres videlicet curtes villicales cum adiacentibus molendinis, itemque manſo eidem villæ contiguo, nec non & duabus partibus decimarum de tota villa ſimul & eorum viculis quibuſdam villę adiacentibus, inſuper vero & alia prædia in confinio *Ini* fluminis taxatis redditib. agri culti circiter XX, manſos ad rationem concambij. Hæc itaque prædia cum pratis, paſcuis & ſyluis eiſdem pertinentibus molendis, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus, & redditibus, nec non & omnis generis vtilitatibus, data ſunt per manum Comitis *Chuonradi* de *Pilſteine Iuuauenſis* pariter & *Richerſpergenſis* Eccleſiæ Aduocati atque in manum Legatarij *Regingeri* de *Riede* nobilis viri Eccleſiæ noſtræ confirmata ſunt de iure prædictarum Eccleſiarum, in ius Eccleſiæ noſtræ *Babenbergenſis* Eccleſię data eſt villa eidem *Richerſpergenſi* Cœnobio contigua, quæ *Munſter* dicitur, cum adiacentibus ſibi curtibus, ſeu viculis circa XX. manſos agri culti. Caſtro ſimul quod *Staine* dicitur cum agris adiacentibus & ripa ipſa, in quo ſitum eſt, quantum nos attinuit vſque ad medium fluminis *Ini*, duabus quoque partibus decimarum ex eadem villa & viculis adiacentibus in rationem concambij deputatis. Hæc itaque prędia cum pratis, paſcuis, ſyluis, piſcationibus, molendinis eiſdem pertinentibus, cum aquis aquarumque decurſibus, exitibus, & redditibus & omni vtilitate quæſita, & inquirenda. Data ſunt per manum Domini noſtri Regis *Friderici* Eccleſiæ noſtræ Aduocati, & per manum iam dicti *Odoacri* de *Stira* ipſorum prædiorum defenſoris, noſira conceſſione & præſentia in manum Comitis *Pertholdi* de *Anedechs* de iure noſtræ *Babenbergenſis* Eccleſiæ in ius & ditionem *Richerſpergenſis* Eccleſiæ omnimodis transfundenda. Atque vt hæc commutationis donatio firma & inconuulſa in perpetuum permaneat, ſigilli noſtri impreſſione hanc chartam inde conſcriptam ſignari præcepimus. Teſtes quoque iam dictę donationis per aurem attracti ſunt hi: *Heinricus* Dux *Saxoniæ*, *Heinricus* Dux *Carintanus*, *Pertoldus* Dux de *Zaringe*, *Odoacer* Marchio de *Stira*, Comes *Erneſtus* de *Hohenburg*, *Walterius* de *Mallentine*, *Ruopertus* de *Tuiren*, *Amigo* de *Ablegia*, *Friderich* de *Wellenheim*: Interfuere etiam *Peregrinus* Patriarcha *Aquilegenſis*, *Illinus* Archieps *Treuirenſis*, *Arnoldus* Archiepiſcopus *Colonienſis*, *Ortliebus Baſileenſis* Eps, *Hermannus Conſtantienſis* Epiſcopus, *Chunradus Wormatienſis* Eps, *Ardicio Chumanus* Eps, *Gervvigus Concordienſis* Eps, *Wigbaldus Corbienſis* ac *Stabulenſis* Abbas, *Marquardus Fuldenſis* Abbas, *Adelpertus* Præpoſitus *Aquenſis*, *Otto* Comes Palatinus de *VVitelinenſpach*, & alij ex Principibus quam plurimi.

IN nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis: *Otto* Dei gratia *Friſingenſis* Epiſcopus Venerabili fratri *Gerhoho* Prepoſito *Richerſperge* eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Iuſtitię ac rationis ordo depoſcit, vt ea quę Apoſtolicę ſedis moderatione fuerint ordinata, pręciſo totius vſurpationis exceſſu nulla debeant à nobis refragatione turbari. Ea propter dilecte in Domino frater, tuis poſtulationibus benignum prębentes aſſenſum, ſicut à ſancta Ro-

cta Romana Eccleſia tibi tuiſque fratribus Priuilegio firmatum eſt, vt de terris quas propriis manib. aut ſumptib. colitis, ſeu de animalib. veſtris nullus decimas exigat: ita vt nos quoque tibi ſpecialiter in terris, quas per noſtrum Epiſcopum poſſides, tuo iuſto labore cultis vel excolendis, ſeu de nutritura animaliũ tuorum decimas concedimus, præſentis ſcripti priuilegio communmus, ſtatuentes vt nulla deinceps Eccleſiaſtica ſęcularisue perſona eas inuadere aut iminuere qualibet occaſione præſumat, ſed pręſentis ſcripti auctoritate ſemper tibi integrè permaneãt, tuis tuorumq; idoneis vſib. iugiter profuturæ. Vt aũt hæc noſtra conceſſio firma & inuiolata omni tempore permaneat, literis eam notari, ac ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Ego *Guntherus* Abbas S. *Stephani* ſubſcripſi. Ego *Vdalricus* Decanus maioris Eccleſiæ. Ego *Otto* Præpoſitus S. *Andreæ*. Ego *Hermannus* Præpos. S. *Petri*. Ego *Otmarus* Dec. S. *Andreæ*. Ego *Bertholdus* Can. maioris Eccleſ. ſubſcripſi. Datæ Friſingæ per manum *Rahevvini*.

CHuonradus Dei gratia *Patauienſis* Eccleſiæ miniſter, Dilectis in Chriſto fratrib. Eccleſiæ *Richerſpergen.* ſalutẽ in Domino. Eccleſia *Richerſpergen* in qua Deo militatis fratres in Deo dilecti licet jure fundi ad Archiepiſcopum *Salzburgen:* reſpiciat, tamen ex eccleſiaſtico regimine atticulata eſt Eccleſiæ noſtræ vtpote ſita in diocæſi *Patauienſi*. Quod cum ita ſit ſicut vos nobis noſtrisq; ſucceſſoribus recognoſcitis filialem obedientiam ſic dignum & juſtum eſſe cenſemus, vt & nos vobis recognoſcamus paternæ dilectionis & ſolicitudinis paſtoralis piã curam, proinde vinearum decimas quas ex autoritate apoſtolica de laboribus veſtris in villa *Chremeſa* cum aſſenſu prædeceſſorum meorum & in eo in pręſentiarum poſſidetis vobis permanere concedimus. Inſuper Eccleſiam plebalem nomine *Munſteur* vobis in vicino adiacentem Cœnobio veſtro ea cautione annectimus, vt Eccleſiæ veſtræ Præpoſiti à nobis noſtrisq; ſucceſſoribus in partem ſolicitudinis vocati præſignatæ plebis habeant prouidentiam ſuper hac reſpõſuri Epõ *Patauienſi*. Vt autem hęc noſtræ liberalitatis conceſſio firma vobis veſtrisq; in poſterũ ſucceſſorib. permaneat, præſentẽ chartã ſigillo noſtro comuniri fecimus. Ego *Chunradus Patau.* Eṗs laudo & ſubſcribo. Ego *Adalbertus* Præpoſitus S. *Nicolai* Ego *Marquardus* Præpoſitus *Nivvenbur.* Ego *Vdalricus* Præpoſitus S. *Hippolyti*. Ego *Hartvvicus* Præpoſitus S. *Georgii*. Ego *Heinricus* Præpoſitus S. *Floriani* Ego *Adalbertus* presbyter & Sacriſta, Ego *Heinricus* Scholaſtic⁹ ſubſcripſi, Data *Pataniæ* indictione prima.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Eberhardus* Dei gratia *Salzburgenſis* Archiepiſcopus *Gerboho Richerſper.* Præpoſito perpetuam ſalutem. Ea q̃ rationabiliter inter pſonas maximè Eccleſiaſticas agũtur, rationabiliter quoq; confirmanda ſunt, ne litis occaſio in poſterum, dum minus putatur, ſuboriri valeat. Notum igitur vniuerſis Chriſti fidelib. eſſe volumus, qualiter decimas patellæ in *Halla* ex Dominicalib. noſtris *Richerſpergenſis* Cœnobii collatæ, quæ decimæ à bonæ memorię *Balderico* Abbate Monaſt. P. *Petri* requiſitæ & obtẽtæ ſunt rationabiliter recõpenſatione redemimus, vt eadẽ patella nullas de cætero decimas perſoluat: ſed integra in vſum *Richerſpergenſis* Cœnobij ad ſeruitiũ fratrũ ibi Deo militantium, noſtra pontificali donatione permaneat, Hæc aũt recompenſatio facta eſt de prædiis cuiuſdam *Heinrici Hallenſis* ciuis cuius cognomentum *Ferro*. Vt autem hęc noſtra recompenſatio cunctis retro temporibus ſtabilis & inconuulſa permaneat, hanc inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione muniri iuſſimus. Actum in ciuitate *Salzburgenſi* XII. Kal. Septembr. Ego *Eberhardus Salzburgenſis* Archiepiſcopus ſubſcripſi. Ego *Hugo* Prępoſitus. Ego *Heinricus* Decanus maioris Eccleſię. Ego *Hainricus* Abbas *Salzburgenſis*.

Ego

Ego *Heinricus* Prior S, *Petri.* Ego *Albertus Houenſis* Præpoſitus. Ego *Meginhardus* Capellanus & Notarius ſubſcripſi.

A*Drianus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio *Gerhoho* Præpoſito *Richerſpergenſis* Eccleſiæ, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Effectum iuſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis. Ea propter dilecte in Domino fili *Gerhohe*, petitioni tuæ gratum impertientes aſſenſum, Eccleſiam ipſam cum omnibus bonis ſuis, quæ in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem *Munſture* ac *Steine*, cum omnibus pertinentiis ſuis, eidem Eccleſiæ, ſicut ea venerabilis frater noſter *Eberhardus Babenbergens.* Epiſcopus in concambium rationabiliter dediſſe cognoſcitur, & parochiam de *Munſture*, quæ venerabilis frater noſter *Chunradus Patauiens.* Epiſcopus rationabili prouidentia Eccleſiæ *Richerſpergenſi* conceſſit, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerit, niſi fortè excommunicati ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat: ſalua tamen iuſtitia parochialium Eccleſiarum, de quib. mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis, confirmationis, & conceſſionis infringere, aut ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, & ſecundò tertiòue commonitus, reatum ſuum digna ſatisfactione non emendauerit, indignationē omnipotentis Dei & BB. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, & excommunicationis vinculo innodandum. Data *Anagniæ* XVII. Kl. Septemb.

E*Berhardus* Dei gratia Eccleſiæ *Salzburgen.* Archiepiſcopus, dilectis in Domino filiis *Gerhoho Richerſpergenſi* Præpoſito, & eius fratribus, ſalutem & ſinceram in Chriſto dilectionem. Quia noſtri eſt officij, vt in diſpenſatione nobis credita, religioſas & in Dei ſeruitio deuotas perſonas manu teneamus, & confoueamus, vobis in hoc tantò deuotiores exiſtimus, quantò vos attentius in Dei ſeruitio & religionis obſeruantia ſtudere cognoſcimus. Vnde conceſſionem in *Bambergenſi* Eccleſia, vobis verbo noſtro factam, ſcripto quoque noſtro firmatam decernimus, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus inuiolabilem permanere, vt videlicet vnus de veſtris curam plebis adminiſtret, ſalua in omnibus iuſtitiā noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, adiicimus etiam, vt ſi quod abſit perſona de veſtra congregatione, in hoc miniſterium aſſumpta, vel in religionis diſciplina, vel in commiſſi gregis prouidentia, vel in dilectione ac fidelitate erga clauſtrum ſuum cuſtodienda, min⁹ quam oportet cauta inuenitur, & ſecundò ac tertiò coram Archiepiſcopo commonita, non reſipuerit, vitiaque notata non emendauerit, liberum ſit Præpoſito, conſulto primum *Salzburgenſi* Archiepiſcopo, cum eius conſenſu, perſonam illam retrahere ad clauſtralem diſtrictionem, atque in eius locum ſubrogare alium de manu Archiepiſcopi regulariter inueſtiendum, nec tamen à regulis clauſtri, quantum poſſibilitas permittit, ſeruandis, vllo modo eximendum. Vt autem hæc noſtra conceſſio firma & inuiolata inpoſterum permaneat, chartam hanc inde conſcriptam, ſigillo noſtro communiri fecimus. Data *Salzburgi* VI. Idus Iunij. Ego *Eberhardus* Archiepiſcopus ſubſcribi. Ego *Hartmannus Brixinenſis* Eps, Ego *Romanus Gurcenſis* Epiſcop⁹. Ego *Hugo* Præpoſitus. Ego *Heinricus* Decanus maioris Eccleſiæ. Ego *Heinricus* Abbas *Salzburgen*, Ego *Vdalricus Chimēſis* Præpoſitus ſubſcripſi.

*Eber-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EBerhardus Dei gratia *Saltzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus. Paſtoralis eſt officij murum ſe ponere pro Domo *Iſrael*, maximè ad Deo famulantium perſonarum profectionem contra incurſus malorum. Qua conſideratione præ oculis habita, cum fratres Cœnobij *Richerſpergenſis* paterentur graues infeſtationes à quodam ſubaduocato contra fas & ius introducto, nos eiuſdem Cœnobij priuilegia conſiderauimus, in quibus hoc patenter animaduertimus: quod prędictus locus à beatæ memoriæ *Werinhero* & nobili eius vxore *Dietpirga* ſic eſt fũdatus, atque à ſanctæ recordationis *Gebehardo*, Archiepiſcopo anteceſſore noſtro, ea conditione in ius & patrocinium *Salzburgenſis* Eccleſiæ ſuſceptus, vt nullus eiuſdem loci ſit aduocatus, niſi principalis ipſius Metropolis *Salzburgenſis* aduocatus, qui videlicet de beneficio principalis aduocatię ſibi collato, prædictum Cœnobium ſine omni grauamine defendat, contentus nimirum iuſtitia bannorum, quorum duo in vſum Præpoſiti & fratrum, tertiũ in vſum ipſius aduocati cedat, non quod ipſum tertium bannum cuiquam inbeneficiandi poteſtatem habeat, quanquam illum, poſtquam acceperit cui voluerit, poſſit dare, nec ſubaduocatum iure beneficiali conſtituat illic. Vt ergo libertas loco illi à fundatorib. deſtinata & priuilegiis apoſtolicis confirmata, inconcuſſa permaneat, nos quoq; præſenti pagina ſigillo noſtro cōmunita, omninò interdicimus, ne loco illi vllus deinceps à principali aduocato, per ius beneficiale ſubaduocatus ponatur: quoniam ſubaduocatiæ tales tàm ſynodalib. quàm etiã imperialib. iudiciis abiudicatæ ſunt. Sanè hoc annuimꝰ, vt ſi Præpoſitus eiuſdẽ loci expetierit, aliquẽ ſibi deſtinari à principali aduocato, qui vt eius inibi vicẽ agat, cōmittatur ei talis procuratio abſq; iure beneficiali quãdiu placet Præpoſito & congregationi: cui ſi fuerit grauis, aut inutilis, remoueatur, & vtilior in eius locum ſimili tenore ſtatuatur, ea libertate permanẽte, vt colonis eiuſdem loci nulla cenſualis exactio imponatur, neq; in auena neque in tritico, neque in denariis aut aliquolibet grauamine. Quoniam á talibus grauaminib. hucuſque locus ille fuit immunis, excepto ſolo tempore ſchiſmatis, quo ſchiſmaticus *Pertholdus Tiemoni* Archiepiſcopo ſuperpoſitus, eundem locum laicis inbeneficiando, & Canonicos regulares inde fugando quædam grauamina illic ſuſcitauit, quę beatæ memoriæ *Chunradus* Archiepiſcopus proximus anteceſſor noſter forti manu ſubmouit, & priſtinam libertatem atque regularem vitam loco illi renouauit, in qua iam per annos circiter XXX. quiete bona fruens permanſit eiuſdem loci congregatio, propulſante iniquorum violentias iam dicto *Chuonrado* Archiepiſcopo. Qua libertate loci ipſius prouocati nobiles quidam Chriſti fideles, bona & prædia ſua eidem Cœnobio contulerunt, qui etiam eorundem prædiorum aduocatias à principali aduocatia ſegregauerunt, & talibus aduocatis deſtinauerunt, quos pro ſui vicinitate vtiles æſtimauerunt, ad reſpondendum in colloquiis iudicialibus, in quibus non auditur ſubaduocatus & res periclitari poterit, ſi legitimus aduocatus defuerit. Igitur aduocatiæ hucuſq; à principali aduocatia ſegregatæ ſic maneant in poſterum, ſicut hactenus manſerunt, abſque inſolito & iniuſto aduocatorum grauamine. Quod ſi & illi tentauerint contra voluntatem Præpoſiti ſuſcitare, ſciant ſe iudicio diuino puniendos & humano quoque, in quantum poſſibile ac iuſtum fuerit, arcendos. Cauſſæ verò huius quæſtionem & veritatis inueſtigationẽ, quo firmior eſſet noſtra inſtitutio, in celebri colloquio *Halle* habito, quærimoniam Præpoſ. *Gerhobo* mouẽte, ꝑtractauimꝰ aſſentientib. illic noſtris fidelibus, quorũ plurimi aderãt, nullo iure beneficiali poſſe aut debere ſubaduocatũ loco prædicto inſtitui, cōcordante in hoc ipſũ iudicio ſynodalis autoritatis, & imperialis maieſtatis. Si quis igitur noſtræ paginæ tenorẽ temerè violare, aut infringere præſumpſerit, ſi non ſecundò aut tertio cōmonitus emẽ-

daue-

dauerit, ſciat ſe Deo & iudicibus Eccleſiæ rationem redditurum & pœnas condignas ſubiturum, ac niſi ante finem vitæ ſuæ reſipiſcendo ſatisfecerit, Chriſtianâ ſepulturâ cariturum: ſicut in *Remenſi* Conſilio ſtatutum eſt, præſidente Papâ *Eugenio*, cuius decretum illic, vniuerſo Concilio approbante, promulgatum ſic ſe habet: auctoritate Apoſtolica prohibemus vt nullus Aduocatus, præter beneficium antiquitus conſtitutum, aliqua ſibi recipere, vel vſurpare præſumat: ſubaduocatus verò, vel exactores eorum, modis omnibus ab Eccleſiarum infeſtationibus remoueri præcipimus. Quod ſi quis contra hanc prohibitionem attentare præſumpſerit, Chriſtianâ careat ſepulturâ. Huic Apoſtolico decreto, etiam imperiale concordat edictum ab Imperatore *Friderico*, vniuerſis Imperij ſui principibus indictum & ſcripto comprehenſum, quod ita ſe habet: Illicitas etiam exactiones, maximè ab Eccleſiis, quarum abuſus iam per longa tempora inoleuit per ciuitates & caſtella, omnimodo damnamus & prohibemus, & ſi factæ fuerint, in duplum reddãtur. His fulti autoritatibus, etiam hoc noſtræ ſalubri conſtitutioni annectimus, vt nec ipſe principalis Aduocatus, nec aliquis ab eo miſſus, prædictum Cœnobium grauare præſumat, ſeruitia immoderata illic exigendo, aut placita nimia illic ſtatuendo: ſed quoties neceſſe fuerit, ipſe Aduocatus vel eius miſſus, non niſi Præpoſito aduocante, ac ſeruitium decens præparante, adueniat, & placitum ſuum, iuxta beneplacitum Præpoſiti & congregationis, illic habeat, causâ idoneâ exigente, quod exinde rariſſimè continget. Quia principalis illic aduocatia ſic eſt anguſta, vt vix continget manſos XII. cultilis terræ, aut paulo plus. Quia reliqua ipſius Cęnobij prædia in ſegregatis, & vt eſt prænotatum, aduocatis comprehẽſa ſunt quoniam aliter ab impugnantibus defendi non potuerunt. Vnde etiam volumus & ſtatuimus, vt propter futuras cautelas, prędia quæ Deo miſerante impoſterũ loco acceſſerint aſſignẽtur aduocatis talibus, á quibus in placitis iudicialibus proloquij defenſionem poſſint è vicino habere; ne longinquos aduocatus aduocandi, vel impoſibilitas vel difficultas in detrimentum veniat, & abſente legitimo prolocutore prædia, quæ impugnantur, Eccleſia perdat, quod frequenter accidiſſe comperimus. Prædicto autem colloquio noſtro, ſuper iſta quæſtione habito, in loco qui dicitur *Halle* idonei approbatores interfuerund, quorum iſta ſunt nomina: *Hugo* Præpoſitus maioris Eccleſiæ *Salzburgenſis*, *Heinricus* Abbas S. *Petri*, *Vdalricus Chiemenſis* Præpoſitus. Laici nobiles: *Chunradus* Comes de *Pilſtein* iunior, *Erchenbertus* de *Mosbach*, *Burchardus* de *Steine*, *Karolus*: Miniſteriales Eccleſiæ *Salzburgenſis*, *Harthnidus* Caſtellan⁹, & *Marquardus* frater eius, *Otto* & *Wiſint de Pongovve*. *Ecckehardus* de *Tanne*, *Luitpolt* de *Walde*, *Wilhelmus Chuonradus de Chalhaim*, *Pabo*, *Ruodgerus* Caſtellanus *Hallenſis*, *Ottho*, *Heinricus*, *Albertus*, *Heinricus*, *Laubez*, *Hugo*, *Otto*. Data *Saltzburgæ* XIV. Kal. Septemb. Indict. VIII.

E*Berhardus* Dei gratia *Salzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcop⁹, *Eberhardo* venerabili *Babenbergenſis* Eccleſiæ Antiſtiti, deuotas orationes cum fraternæ dilectionis obſequio. Cauſam ſemel deciſam reſuſcitari non conuenit, maximè inter Eccleſiaſticas perſonas, prout nouit prudentia veſtra. Fuit autem quædam contentio inter Eccleſiam *Saltzburgens.* & *Babenbergens.* de tertia parte decimarum quorundam noualium in monte qui dicitur *Griumberg*, quæ hoc modo, ſicut noſtris deciſa eſt, vt nos competenti recompenſatione accepta, ipſas decimas noualium iam cultorum, & adhuc excolendorum, in prædicta videlicet villicatione, per noſtram conceſſionem & confirmationem poſſideret Eccleſia *Babenbergenſ.* in perpetuum: quod ita factum eſt. Nam & nos, ex parte veſtra

& ita-

& fratrum *Richerſpergenſium*, competentem recompenſationē, videlicet Houbam vnam in *Enital*, & piſcationem quandam in villa quæ dicitur *Chrovvat*, accepimus, & Eccleſiæ *Babenbergenſi* prædictas decimas firmauimus, Dñi Epiſcopi *Gurcenſis*, & aliorum Eccleſiæ noſtræ fidelium annitente conſilio & aſſenſu. Nunc verò idipſum firmantes præſenti ſcripto ſigilli noſtri impreſſione roborato rogamus, vt fratres noſtros *Richerſpergenſis* Eccleſiæ Canonicos, quorum cauſa contractum hunc fecimus, de cætero non inquietetis, aut ab aliquo veſtrorum ſinatis inquietari, quaſi de negotio iſto adhuc pēdulo, cum & vos poſſidatis decimas prænotatas, & non habeamus recompenſationem taxatam. Ne autē poſt hoc in dubiū reuocetur, quod rationabiliter cum aſſenſu & collaudatione Prælatorum Eccleſiæ noſtræ actum eſt, præſens pagina ſit in teſtimonium & teſtamentum firmiſſimum. Datum *Saltzburgi*. 4 Idus Iulij, anno M.C.LXI.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Iuuauenſis* Archiepiſcopus, prædeceſſorum ſtatuta, iuſta, & rationabilia, ſucceſſores debēt inuiolabiliter cuſtodire, maximè q̄ conducūnt ad augmentū religionis, & ſuſtentamentum Deo ſeruientium. Ea propter nos conſiderata beatæ memoriæ, prædeceſſoris noſtri *Chunradi* Archiepiſcopi largitione in decimis duarum parochiarum *Putinenſis* & *Brambergenſis*, atque noualium vicinorum cultorū, partim excolendorū, in vſū Cœnobij *Richerſpergenſis*, conceſſione ipſius ratam habemus & in perpetuū ratam volumus & decernimus habendam. Quia in eiuſdem prædeceſſoris noſtri priuilegio termini auſtrales, huius donationis ambiguo nomine montis *Harthberg*, ſunt præfixi & exinde fuit occaſio cōtentionis inter collectores decimarum, nobis & prædicto Cœnobio pertinentium, certiorem præfigimus terminum, videlicet fluuium, qui dicitur *Pincha*, vſque ad cuius ripam noualia in ſylua *Putinenſi*, ad præſens culta, & in poſterum colenda, excepta canonica portione plebanorum, in decimis fructuum terræ atque animalium, proueniunt in vſus fratrum regulariter conuerſantium in præfato Cœnobio. Quæcunque autem ſecularis aut ſpiritualis perſona, quod à beatæ memoriæ, prædicto anteceſſore noſtro piè ordinatum, & à nobis nihilominus piè, ad cultum pietatis roboratum eſt, aliquo modo in irritum duxerit atque in hoc præfatum Cœnobium temere perturbauerit, & ſecundò ac tertiò commonita, non reſipuerit, iram Dei ſentiat in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluetur per veram pœnitentiam, ſine qua ſi morietur in vltimo examine reddet rationem, coram ſummo iudice. De ſalubri ſanè diſpoſitione noſtra, præſens pagina conſcripta & ſigillo noſtro impreſſa data eſt in caſtro *Strasburg*, indict. IX. VIII. Idus Septembr. huius rei teſtes & collaudatores hi ſunt, quorum nomina ſubnotauimus. *Romanus Gurcenſis* Epiſcopus. *Hugo* Præpoſitus maioris Eccleſiæ *Godefridus* Abbas *Admontenſis*, *Romanus Gurcenſis* Præpoſitus, *Hecil* Abbas *Oſciacenſis*. *Pilgrimus* Abbas S. *Pauli*, *Wernherus* Præpoſ. *Secovvenſis*, *Chuno* Præpoſ. *Sabonenſis*, Magiſter *Adalbertus* de *Houen*, *Hademar* Archipresbyter *Friſacenſis* plebanus, *Engelrammus* de S. *Maria* Archidiaconus, *Zoll Otacher* Archipresbyter de *Viſcah*. & Capitulum *Friſaci* habitum, cuius in audientia cauſſa hæc fuit propoſita, quo & annuente, per conſilium rationabiliter acta eſt, prædicti Cœnobij Præpoſ. *Gerhoho* eligente potius conſilium quam iudicium.

EBerhardus Dei gratia *Salzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, dilecto fratri *Gerhoho Richerſpergenſi* Præpoſito, eiuſque fratribus in perpetuum. Diſpenſatio nobis, vt Apoſtolus ait, credita eſt, vnde in cōmiſſo fideles, non ſolū in Spiritua-

ritualib. verũ etiã in temporalib. fidei diſpenſatione, vti volum⁹. Itaque fratres chariſſimi, vobis veſtriſq; ſucceſſorib. impoſterum, quæcunq; á beatæ memorię *Chonrado* Archiepiſcopo, veſtris vſib. donata ſunt, rata vobis & illibata eſſe volumus. Quocirca donationẽ patellæ, quam idem prædeceſſor noſter vobis in *Halla* fecit, non ſolum ratam eſſe volumus & firmam, verum etiam ampliamus, addendo vobis eiuſdẽ patellæ decimationẽ, quæ pridem ad Abbatiã Beati *Petri* pertinens, inde per legitimum concambium in noſtram poteſtatem redacta, collaudationem fratrum noſtrorum clericorum, & fidelium laicorum miniſterialium, noſtra vobis donatione obuenit, vt ergo firma ſit hæc noſtræ largitatis diſpenſatio, paginam hanc inde conſcriptam noſtra ſubſcriptione, atq; ſigilli noſtri impreſſione firmamus. Ego *Eberhardus* Dei gratia *Saltzburgenſis* Archieps ſubſcripſi. Ego *Heinricus* Abbas S. *Petri* ſubſcripſi.

FRidericus Dei gratia *Rom:* Imperator & ſemper. Auguſtus, *Eberhardo Salzburgenſi* Archiepiſcopo gratiam ſuam, & omne bonum. Dignum æſtimamus, vt hi qui tribulationibus noſtris & imperij perſonarum ſeruitio & rerum diſpendio hactenus fideliter communicauerunt à Domino, qui conſolatur nos in tribulatione noſtræ conſolationis, gaudia recipiant, & felicisſimis euentibus noſtris, ac glorioſiſſimis triumphis quales nulli anteceſſorum noſtrorum conceſſos eſſe credimus, grata viciſſitudine participent & congratulentur. Tuæ ergò dilectioni, quæ omnem honorẽ noſtrum ſitibundo pectore anhelare, luce clarius conſtat ſignificandũ duximus. Quia in virtute Dei per quem Reges regnãt & potentes faciunt juſtitiã, felicẽ & glorioſã de *Mediolano* victoriam cum plenitudine honoris adepti ſumus: in Calendis enim Martij prima videlicet die menſis hoſtis jmperij *Mediolanum* ſubmota omni ſimulatione fraudis, qua in prima deditione doloſè nos circumuenit ſumma neceſſitate famis & inedię coacti ad curiam noſtram apud laudam venerunt, & nudos gladios in ceruicibus ſuis deferentes, & maieſtati noſtræ reos ſe eſſe profitentes, perſonas, res ipſamq; ciuitatem abſq; omni tenore & ſine aliqua conditione interpoſita in noſtrã poteſtatẽ cum plena deditione reddidere: præterea IV. Nonas eiusdẽ menſis *Mediolanenſes* cum omni militia & virib. ciuitatis ad nos redeuntes vexilla & vniuerſa ſigna bellica clauesq; ciuitatis & Conſulat⁹ dignitates maieſtati noſtræ reſignauerunt refutantes omnia genera armorum, omnem poteſtatem, niſi quam cũ gratia & permiſſione noſtra poſſent obtinere, iurauerunt inſuper quæcunque eos jurare fecimus, ſcilicet quod vniuerſa mandata noſtra ſicut de perſonis & rebus & de ipſa ciuitate ordinaremus bona fide & ſine fraude obſeruarent, & de his omnibus obſeruandis CCCC. obſides meliores & maiores de ciuitate nobis dederunt. Ex ſententia ergo diuina cuius judicia abyſſus multa, qui frangit omnem ſuperbum, ne de cætero prædictis hoſtibus occaſio malignandi & facultas rebellandi præſtetur, foſſata complanamus, muros conuertimus, turres omnes deſtruim⁹ ipſamq; ciuitatem in ruinam & deſolationẽ ſicq; ad promouenda alia negocia & ad plenariã jmperij reformationem exercitum noſtrum & victrices aquilas feliciter conuertemus. De cætero dilectos & fideles noſtros nuncios O. *Veronenſem* Epm & C. Capellanum noſtrum in occurſum ſibi apud *Tridentum* transmittim⁹, qui juxta magnificentiã jmperij & honorem tuum ad Curiam noſtram te perducant.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* Dei gratia *Romanorum* Imperator Auguſtus. *Gerhoho Richerſpergenſi* Præpoſito & ſucceſſorib. eius in perpetuũ. Si loca ſancta honoramus & Deo ſeruientiũ quieti pro noſtro iure, prouidemus,

demus. Credimus per hoc & ſum̃æ diuinitatis gratiam repropitiare, & coronã imperij lapidibus illis vere precioſis exornare, qui iugiter aſſiſtunt ac fulgent ante Deum, & ſub noſtræ protectionis tuitione tranquilla ei pace tàm pro noſtra, quàm pro ſua ſalute deſeruiunt, vnde notum eſſe volumus, Imperij noſtri fidelib. vniuerſis, tàm futuris quàm præſentibus, q. nos benigno aſſenſu annuẽtes, piis & iuſtis poſtulationib. tuis *Gerhohe Richerſpergenſis* Præpoſite, interuentu fidelium noſtrorũ, videlicet *Eberhardi Saltzburgenſis* Archiepĩ & *Eberhardi Babenbergenſis*, & *Harthmanni Brixinenſis* Epiſcoporum, ipſum *Richerſpergenſe* Cœnobiũ Canonicorum regularium in Comitatu *Perchtoldi* Comitis de *Andechs*, iuxta fluuium *Enum* ſitum, in pago quem tranſit fluuius *Anteſin*, à quodam nobili viro *Wernhero* fundatũ & Eccleſiæ *Saltzburgenſi* iure proprietatis collatum, (ſalua in omnib. Archiepĩ *Saltzburgenſis*, quæ prælibata eſt iuriſdictione) nos in noſtræ Imperialis maieſtatis. & oĩum ſucceſſorum noſtrorum, regum & imperatorũ, tutelam ſuſcepimus, ſtatuentes & firmiter præcipientes, ſecundum antiquã & primitiuam illius loci libertatem, ab ipſo fundatore collatam & priuilegiis venerabilium Archiepiſcoporum, *Chunradi* & *Eberhardi* roboratam, vt nullus aduocatorum, ſiue ipſius loci, ſiue prędiorũ ad ipſum locum pertinentium pręſumat, aut facultatem habeat, illic ſubaduocatores ordinare, ſub titulo beneficiariæ conceſſionis, aut exactionis & grauamina indebita, fratrib. prædicti loci, ſeu miniſtratoribus, aut colonis ſuperimponere. Quodſi quandoque ex conſenſu Præpoſiti & fratrum principales Aduocati aliquẽ ſibi procuratoris officio ſubſecundauerint, vltra beneplacitum Præpoſitorum, qui pro tẽpore ibidem præfuerint, & fratrum ſuorum in adminiſtratione aduocatiæ nullaten⁹ permaeãt. Adiicimus aũt & imperialis maieſtatis auctoritate ac lege in perpetuũ valituræ ſtatuimus, vt bona prædicto Cœnobio ſiue collata ſiue adhuc Domino præſtãte conferenda nullus inuadere, aut inde quolibet modo alienare, aut ipſum locum deſpoliare, ſeu diueſtire præſumat, niſi coram legitimis iudicibus iuſtè & legaliter iuſtitiam ſuam comprobauerit. Specialiter autem ipſe locus Deo dicatus, noſtræ imperialis largitionis beneficio immunitate gaudeat, & nulla iudicaria, ſæcularisue poteſtas licentiam habeat ibi placitandi, concionandi, aut quælibet iura ſæcularia exercendi, quæ fratrum inibi Deo militantium, ſecundum regulam Beati *Auguſtini* quietem interrumpere valeat, quod abſit, aut diſturbare: Si qua verò perſona temerario auſu, contra hoc priuilegium noſtrum venire tentauerit, & ſecundò tertiòue commonita non emendauerit, banno noſtro ſubiaceat, & XXX. libras auri puriſſimi ad Cameram noſtram perſoluat. Ego *Vdalricus* Cancellarius vice *Reinaldi Colonienſis* Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui. Data *Papiæ* poſt deſtructionem *Mediolani* II. Non. April. Indictione X. regnante Domino *Friderico* Imperatore glorioſiſſimo, anno regni eius X. Imperij verò VII.

E*Berhardus* DEI gratia *Salzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, glorioſo & victorioſo *Bavvariorum* & *Saxonum* Duci *Heinrico* ſinceram dilectionem & omne bonum. Quia Ducibus tanquam à Deo miſſis ad vindictam malorum, laudem verò bonorum, hoc debet Eccleſia, vt pro eorum ſalute, diuinam clementiã iugiter exoret, conueniens eſt. vt & ipſi pro pace ac defenſione fideliũ ſanctæ Dei Eccleſiæ laborent: vnde rogamus nobilitatẽ veſtrã, in ea fiducia qua vobis Eccleſia *Salzburgenſis* confidit, vt *Richerſpergenſe* Cœnobium, q. quantum attinet ad poſſeſſionẽ legitimam, cum oĩbus quæ ad ipſum pertinẽt, noſtri eſt iuris, & quantum ad regimen ſæculare, veſtram celſitudinẽ reſpicit ſpecialiter

habeatis pietati ac principatui veſtro commendatum, iure veſtro contra iniurioſos defendendum & manu tenendum: dilectum quoque fratrem noſtrum *Gerhohũ*, eiuſdẽ Cœnobij Præpoſ. tum pro noſtri dilectione, tum pro beatæ memoriæ patris veſtri H. Ducis, cui Præpoſ. idẽ fidelis, & familiaris extitit, vt plurib. veſtrorum eſt notum: vos tanquã paternę pietatis hæres, in eadem gratia foueatis, & manu teneatis, in qua eum pater veſter habuit: & vbicunque vel eius perſona, vel prædicta congregatio veſtræ defenſionis indiget ſolatio & auxilio, cõtra iniquorum violentias, vos eius tutelæ ſecundum iuſtitiã dignemini prouidere. Aque hoc ipſum vicinis eius, quos ipſe nobis deſignauerit, attentius commendare curetis, vt iam dictum Cœnobium veſtræ defenſioni per nos cõmiſſũ cauſa Dei vt veſtri tueantur contra omnes violentias iniquas. Porro ſi quis aduerſus ipſum Cœnobium vel habet vel habebit querelam, veſtræ ſit poteſtatis, tàm ex iure veſtro, quàm ex commiſſo noſtro, cauſam ventilare, ac ſecundum iuſtitiam terminare ſaluo iure Aduocatorum ſuper eiuſdem Cœnobij prædia per nos conſtitutorum, ſemoto iniquo grauamine ac nomine ſubaduocatorũ, tàm ſpirituali quàm ſæculari iudicio abiudicatorum, niſi quantum admittuntur ex conſenſu eorum, qui Eccleſiis præſident. Quibus & ſi fuerint importuni vel iniurioſi, eorundem petitione debent ſubmoueri: quia vocati ſunt ad iſtam ſubaduocatiæ procurationem non per ius beneficij, ſed per conuentionẽ gratuiti beneplaciti. Atque vt hæc noſtra commendatio nulla dubietate vacillet, ſed memoriale certum vobis veſtriſque in ducatu ſucceſſoribus perſeueret, chartam hanc inde conſcriptam, & ſigillo noſtro cõmunitam in prædicto Cœnobio conſeruari præcepimus.

IN nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti. Ego *Heinricus* Dux *Bauariæ* ſimulque *Saxoniæ*, à venerabili Archiepiſcopo *Saltzburgenſi* vocatus in Aduocatiam prædij, quod dicitur *Munſteur* mutuati ab Eccleſia *Babenbergenſi*, cum ſuis appendiciis, in priuilegio *Babenbergenſis* Epiſcopi comprehenſis, & in poſſeſſionẽ *Richerſpergenſium* fratrum legitima delegatione jure aduocati ſuſceptis, confirmo iſto præſenti ſcripto, vt hæc ipſa, quam ſuſcepi, Aduocatia ſemper ab iniquis grauaminibus libera permaneat, nullus ibi, vel ex parte mea, vel mihi ſuccedentium ſtatuat vel exigat ſibi à colonis tribuendum, vel quoquomodo in vſus ſuos redigendum, præter tertios bannos, iuxta conſuetudinem antiquam, Aduocatis perſoluendos. Nam duo pertinent ad Eccleſiæ ſatisfactionem pro damnis illatis emendandis. Et quia Eccleſia in emendatione damnorum non quærit, niſi ſimplum ſibi reſtitui, quod tamen leges imperiales in duplum, vel amplius iubent reddi. Si quis malefactorum in prædio ſub hac Aduocatia comprehenſo, damnum fecerit, & ſine auxilio Aduocati vel eius miſſi non poterit ad emendationem prouocari vel coactari, damnum ſimplum Præpoſito reſtituat: quod verò inſuper ad conpoſitionem illatæ iniuriæ requirendũ iure iudicabitur, aduocato vel eius miſſo in vſum ſuum perueniat. Quia dignus eſt operarius mercede ſua. Quanquam nos in hac Aduocatia pręcipuè ac ſolummodo cęleſte requiramus præmium, noſtriſque ſucceſſoribus requirendum ſtatuamus. Annectimus prætera, vt nulli ſubaduocato vel qualicunque principalis Aduocati miſſo, hæc Aduocatia beneficiali concedatur iure ſed ita ei cui Præpoſ. poſtulauerit cõmendetur, vt eodẽ vel congregatione poſtulante valeat ſubmoueri. Si tamẽ conſtiterit eũ eſſe inutilem aut damnoſum, & hoc ſecundò tertiòue cõmonitus, emendare neglexerit, id aũt & q; ipſe nõ poterit emẽdare, ad noſtrã, vel ſucceſſoris noſtri perſonã referre debebit q; ex officio ducat⁹, pariterq; Aduocatiæ non ſine cauſſa gladiũ portam⁹. Ne autem

tem noſtra hæc inſtitutio impoſterum valeat imminui aut mutari, noſtro eam ſigillo roboratam ſucceſſuris temporibus in Cœnobio *Richerſpergenſi* volumus conſeruari.

Anno incarnationis D.N.Ieſu Chriſti M.L.II. Generoſus Dñs *Wernherus* Comes de *Playn* & *Almſtain*, & vxor eius Dietberga de *Schvvarzenvvald*, defuncto eorum filio Gebhardo, è caſtro firmiſſimo *Reicherſperg* Monaſterium extrui fecerunt: in quo præfatus Comes vxore defuncta habitum ſanctæ Religionis *Auguſtinianæ* ſuſcepit, vitamque regularem in eo feliciter finiuit: Anno. M. LXXXII.

## Catalogus Præpoſitorum.

I. BERBINVS vir nobilis ac diſcretus, An. Dñi M.C.X. à Dn. CONRADO Archiepiſcopo *Salisburgen*, è *Saxonia* vocatur, & primus Eccleſiæ huic Præpoſitus præficitur. Poſtea vim hæreticorum fugiens, in propria Epiſcopus eligitur.

II. *BERBINO* in *Saxoniam* recedente hæreſis & deſolatio Eccleſiam inuaſerunt *Reicherſpergen*. His reſiſtere cupiens Dn. GOTSCHALCVS Præpoſituram ſuſcepit: aſt rebus non ex voto ſuccedentibus, eandem libere reſignauit.

III. GERHOHVS SS. Theologiæ Doctor inſignis tertius huius loci Præpoſitus creatur an. M.C.XXXIII. Hic plurimum in corrigendis Magnatum moribus laborauit: ac Monaſterium ſanctimonialium D. *Virginis* primum fundauit.

IV. ARNO, frater Dn. *Gerhobi*, æquo regimine veſtigiis fratris ſui ſtrenue inhæſit, hic ad ſynodum *Romæ* habitam Canonicos ſuos miſiſſe legitur.

V. PHILIPPVS D. *Gerhobi* diſcipulus eligitur an. M.C.LXXV. Hic poſt binam reſignationem tertiò Præpoſitus creatur: vir morum honeſtate ac vitæ integritate ornatiſſimus; & cum vixiſſet annos vltra nonaginta, diem obiit.

VI. RICHERVS vir diſcretus & ſagacis ingenij eligitur Præpoſitus ann. M.C.LXXXI. tertio Non. Febr. Hic cum elapſis tribus annis Præpoſiturã libere reſignaſſet, præfatus Dominus *Philippus* ſecunda vice regimini præficitur.

VII. GERLOHVS, diſcipulus Dn. *Gerhobi*, Eccleſiæ *Metropolitanæ Salisburgen:* Canonicus, ob virtutum ornamenta ad profeſſionis ſuæ domũ à Conuentu *Reicherſpergen*. an. M.C.LXXXIV. reuocatur, & Prępoſitus vnanimi conſenſu conſtituitur. Cumq; regnaſſet an. X. longa corporis infirmitate oppreſſus Prępoſituram ſponte reſignauit.

VIII. OTTO *Clauſtri Neuburgenſis* Canonicus, Epiſcopi *Patauien.* Dn. *Guolfheri* conſanguineus litteris vocatus, anno Domini M.C.LXXXXIV. reſignante Dn. *Gerloho* Præpoſiturę onus ſubiit. Elapſis verò ſex menſib. à Fratribus ſuis *Neuburgenſis* Præpoſ. creatur. Ipſo diſcedente prædictus *Philippus* tertiò eligitur.

IX. Anno Dn. M.C.XCV. poſteaquam *Philippus* obiiſſet, ARIBO, parochus in *Promberga Auſtriæ* inferioris præſes huius loci deſignatur. Cum verò nec ſpiritualium nec temporalium rerum videret incrementum, impetrato prius annuo reddit u libere reſignauit. in Monaſterio S. *Nicolai* poſteà mortuus ac ſepultus legitur.

X. HERMANNVS, reſignante Dn. ARIBONE clauum regiminis ſuſcipit. Hic variis infortuniis ac aduerſitatum procellis agitatus, obdormiuit anno poſt Chriſtum natum MCCI.

XI. LEONHARDVS vir pacificus an. M. CC. I. dignitate Præpoſituræ decoratur, & poſt reſignationem, Monaſterio *Oberndorff* in *Carinthia* cum conſenſu fratrum Præpoſitus præficitur.

XII. HERTFRIDVS de Choro *Salisburgen* in Præpoſitũ vocatur an. Dn. M. CC. VI. cumque vt homo ignauus aliquamdiu malè præfuiſſet reſignauit.

XIII. ORTOLFVS antea huius loci Oeconomus, eligitur an. M. CC. IX. ſub huius regimine maxima Monaſterij ac ſubditorum eius damna emerſere.

XIV. HEINRICVS creatur Præpoſitus an. M. CC. XVIII. Huius tempore Dñi de *Waldeckh Morſpach* & *Schönanger* bona Monaſterij violenta tyrannide diripuerunt.

XV. FRIDERICVS, generoſus Comes *Ortenburg*, eligitur ann. M. CC. XXVII. fratrum ſuorum amantiſſimus: factus poſtea Præpoſitus *Berchtergaden*.

XVI VDALRICVS *Paumgarten* & *Waldeckh* Baro Præpoſituræ inſignitur dignitate an. M. CC. XXXI. & hic quoque Fratres ſuos vnicè diligebat: at elapſis annis quatuor libere reſignauit.

XVII. Mgr CHVNO Præpoſituræ functionẽ adipiſcitur an. M. CC. XXXV. Is poſtea reſignato munere *Salisburgum* ad fratres maiores ſe contulit.

XVIII. VDALRICVS de *Viechtenſtain* elig. an. M. CC. XXXVI. moritur *Viennæ* an. M. CC. L. & ſepelitur in Monaſterio *Prædicatorum*.

XIX. HARTWICVS Parochus in *Pramberg* Præpoſituram ſuſcipit ann. M. CC. LI. & annis penè quatuor prouide peractis reſignat.

XX. GVNDACKARVS, deſignatur Præpoſ. an. M. CC. LIV. qui cum plurima à vicinis Magiſtratib. damna & incõmoda pertuliſſet, Præpoſituram ſponte reſignauit.

XXI. GEROLDVS Canonicus *Ranshouianus* in Præpoſitum vocatur an. M. CC. LIX. Hic poſt labores graues & vtiles quos pertulit reſignauit.

XXII. HENRICVS an. M. CC. LXIV. Præpoſituræ cœpit præeſſe. Hic cum ante parochiam rexiſſet *Prambergenſem*, ibidem & poſtea permanſit, bona S. *Michaelis* diſſipans, ideoque depoſitus eſt.

XXIII. WALTHERVS ex Monaſterio *Ror* reuocatus, in huius loci præſidẽ deputatur Anno M. CC. LXVIII. Hic ob Fratrum amorem, vitæ honeſtatem, bonorum Monaſterij & vitę Regularis reſtaurationem optimus Præpoſitus eſt dictus.

XXIV. SEIFRIDVS Præpoſituræ præeſſe cœpit an. M. CC. LXXXI. & ann. regiminis ſui VII. animam Deo reddidiſſe legitur.

XXV. CONRADVS de *Radecgkh*, vir prudens ac honeſtus eligitur An. M. CC. LXXXVIII. qui cum magna dexteritate annos regnaſſet octo, piè obiit.

XXVI. VDALRICVS eligitur Anno M. CC. XCVII. rexit verò annis quatuor.

XXVII. FRIDERICVS *Dräntnacher* electus anno Milleſimo Trecenteſimo primo rexit an. VI.

XXVIII. RI-

XXVIII. RICHERVS præficitur an. M. CCC. VII. rexit, an. Septem.

XXIX. OTTO creatur, an. M. CCC. XIV. præfuit, an. V.

XXX. CHRISTANNVS Parochus in *Ettlitz* loci huius procurationi vice-Præpoſitus datur. Cùm enim anteceſſorum quidam ſine fruge gubernaſſent, ad damna Monaſterij reſarcienda Adminiſtratores eligebantur.

XXXI. CONRADVS *Ehrnreich* anno M. CCC. XXV. in vice Præpoſitum eligitur. Hic anno fidæ diſpenſationis ſuæ V. obiit.

XXXII. HERMANNVS deſignatur Præpoſitus, anno M. CCC. XXX. poſteà verò ob illaudatum regimen, ac alias easque diuerſas cauſas depoſitus legitur.

XXXIII. ORTOLFVS de *Teuffenpach*, Canonicus *Patauienſis*, Archidiaconus *Maticenſis*, Plebanus in *Maurkirchen*, nec non Illuſtriſſimi Principis *Bauariæ* Cancellarius, in vice Præpoſitum rogatur, anno M. CCC. XXXV. Hic immenſa Monaſterio annis vndecim bona contulit.

XXXIV. DIETMARVS de *Perghaim* Præpoſitus creatus eſt, anno M. CCC. XLVI. qui annis XL. benè præfuiſſe Monaſterio legitur.

XXXV. GRIFFO de *Ottenperg* elig. anno M. CCC. LXXXVI. vir in adminiſtratione fidelis; in eo rigendis exceſſibus ſeuerus: rexit, an. XXVI.

XXXVI. GEORGIVS *Chern* elect. an. M. CCCC. XII. cum tribus annis ſine fruge præfuiſſet obiit *Viennæ*, ſepultus ad S. *Stephanum*.

XXXVII. PAVLVS *Tellenpeck* el. an. M. CCCC. XV. præfuit, an. LIII. initio regiminis diligens ac fidelis: at poſteà ſenio & infirmitate preſſus reſignauit.

XXXVIII. BARTHOLOMÆVS, ob ſolertem curam ac fidam Monaſterij tutelam dictus Schirmer, elig. an. M. CCCC. LXVIII. rex. an. XIV.

XXXIX. IOANNES *Lenberger* creatur Præpoſitus An. M. C. D. LXXXII. à ſucceſſoribus ſuis quaſi ſecundus Monaſterij fundator appellatur, rexit an. XI.

XL. HIERONYMVS *Stetner*, Frátrum amator elig. an. M. C. D. XCIII. præf. an. II.

XLI. MATTHÆVS *Purckoer* eligitur an. M. C. D. XCV. Hic bonorum Monaſterij fidelis fuit reſtaurator; rexit an. XXXII.

XLII. HIERONYMVS *Weirer*, an. M. D. VIII. electus, præfuiſſe quidem Monaſterio; at extruendis nihili ædificiis, & coëmendis hæreticorum libris eidem & obfuiſſe legitur, rexit an. XX.

XLIII. BERNHARDVS *Stral* el. an. M. D. XLVIII. vir diligens ac prouidus; rexit verò annis X.

XLIV. WOLFGANGVS *Gaſſner* eligitur Præpoſitus an. M. D. LVIII. qui cum annos XV. optimè gubernaſſet placide obdormiuit in Domino.

XLV. WOLFGANGVS *Tallinger* el. an. M. D. LXXIII. minus prouidè gubernans æs alienum contraxit: ſuique regiminis anno V. juſſus eſt reſignare.

XLVI. IOANNES *Râdelmayr* in Præpoſitum eſt electus an. M. D. LXXVIII. & obiit poſtquam annos IV. benè Monaſterio præfuiſſet.

XLVII. THOMAS *Râdlmayr* an. M. D. LXXXII. electus, cum annos VI. non ſine Laude rexiſſet, obiit.

XLVIII. MAGNVS *Keller*, antea Decanus Conuentus *Reicherſpergen.* in Præpoſitum canonicè eligitur an. M. D. LXXXVIII. moritur XX. Iunij, an. M. D. C. XII. poſtquam an. XXIV. ſumma cum Laude præfuiſſet.

XLIX. ABSALON *Bernauer* Congregationis *Richerſpergen.* Decanus Dn. *Magno* ſenio & infirmitate confecto in Coadiutorem datur 23. Auguſti, An. M. DC. XI. eoque mortuo jus plenum prælaturæ ſuſcepit: obiit verò An. M. DC. XV. die 19. Martij, regiminis ſui IV.

L. GEORGIUS *Gvver*, tunc Vicarius in *Orth*, prius verò *Richerſpergen.* Decanus per triennium, canonicè eligitur die 28. Aprilis ſupra dict. an. XV. modernus Laudabilis Præpoſitus, cui vitam & felicitatem Deus largiatur.

## ROR.

MONASTERIVM inferioris Bauariæ, non procul à Laber fluuio, in vico eiuſdem nominis ſitum, ordinis Canonicorum Regularium ſancti Auguſtini. Conſtituitur ſeu fundatur hoc Monaſterium à Magno, filio Rudperti, Nepote Babonis Comitis Abenſpergenſis, cum vxore Irmogarda ac filio Alberto, dictis de Ror, Anno Domini 1133. in honorem beatæ Mariæ virginis. Idem Dominus Albertus de Ror pauper Chriſti factus, communem vitam ibidem duxit, ſepultus in Choro ante ſummum altare. Diripitur hoc Monaſt. ab Alberto & Conrado, Com. Moſpurgen. in ſchiſmate, quod fuit inter Fridericum ſecundum Imper. & Gregorium nonum, Auent. lib. 7. fol. 680.

ADVOCATI huius Monaſterij erant Domini Abenſpergenſes, poſt quorum obitum Duces Bauariæ vnà cum ditione Abenſpergeñ. Aduocatiam tenent.

SEPVLTI ſunt in hoc Cœnobio Domini de Abenſperg, quondam Comites, Comites de Roteneck, dicti de Alnpach eiuſdem familiæ, Item Domini de Lapide, qui etiam de illa familia fuerunt. Qui vult, latiùs poteſt videre in libro meo primo Genealogiarum Bauaricarum. Item Nobiles, Ebran, olim dicti de Wildenberg, Ouenſteteri, Hinzenhauſeri, Erblſpecken, Stumpfen, Regldarfer, Schurfen, Preiſingeri, Marſchalci, Hachſenackerer, Menckhouer, Kärgl, Othingeri ſecund. Auent. in annalibus fol. 737. licet ibi nullum ipſorum monumentum reperiatur.

## ADDITIONES.

IN Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Conradus* Dei gratia *Ratisbonenſis* Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione inſtructi paſtoralis eſſe nouimus officii murum ſe ponere pro Domo Iſrahel maximè Deo famulantium protectionem contra malorum infeſtationem. Quæ conſideratione præ oculis habita, cum fratres *Rorenſis* Eccleſiæ graues & moleſtas à Comite *Meinhardo* ſuſtinerent, ſub nomine Aduocatiæ exactiones, nos eiuſdem Eccleſiæ priuilegia conſiderauimus, in quibus hoc patenter animaduertimus, quam ipſe locus à nobili & libero viro *Matnſe*, ac filio eius *Alberto*, ad eiuſdem Eccleſiæ fundationem liberè contraditus eſt cum omni proprietatis jure ſuper Altare S. *Petri Ratiſponæ*. Conſiderauimus etiam eandem eccleſiam longo tempore liberam manſiſſe ab omni aduocatione & aduocatoria exactione contentam omnium cauſarum ſuarum ſola Epiſcopi *Ratisbon.* atque Chori diſcuſſione. Tandem proceſſu temporis piæ memoriæ anteceſſor noſter, Epiſcopus *Hainricus* cum jam dicti loci Præpoſito *Eberhardo*, atque eius Conuentu commoda deliberatione pręhabita elegerunt quendam *Gebhardum* de *Abenſperg* ad quem nullo ſpectabat jure ipſa Eccleſia non beneficium ſibi per manus concedentes, ſed officium de-

fenſoris

fenſoris ſibi iniungentes, firmando per priuilegium ne fatale officium quaſi beneficium ſuis poſſet hæredibus obuenire, niſi quamdiu forma dati ſuper hoc priuilegij ſeruaretur, in qua ſufficienter habetur expreſſum quid ſine moleſtia præfatæ Eccleſiæ defenſoribus ſit reddendum. Igitur nos huiuſmodi libertatem in pontificibus ac imperialibus *Rorenſis* Eccleſiæ priuilegiis munitā reperientes, cum Nepos prædicti *Gebhardi* memoratus Comes *Menhardus* nouis & indebitis exactionibus contra priuilegia ipſum locum nimis turbaret intuitu diuinæ remunerationis, operam noſtram ac adiutorium tantopere impendimus, quouſque Comes præfatus quæcunq; exegerat indebitè, Deo nobis cooperante cogeretur reſtituere, promittens, data dextra ſe locum ipſum de cætero non offenſurum. Et hoc quidem juſte, quia nec ipſe *Menhardus*, neq; ante eum frater ſuus *Bernherus* aliquo modo à nobis obtinere potuit, vt eandem aduocatiam ei recognoſceremus. Itaque in huius facti recordationem præſentem paginam ſcribi fecimus, quam vt libertas priuilegiata eidem Eccleſiæ jugiter perſeueret ſigilli noſtri impreſſione roborauimus: annectentes intuitu Dei vt quęcunque ab anteceſſoribus juſtè collata poſſidet, ipſi rata permaneant, quandiu regalis ordo ad Dei laudem ibidem vigeat, addentes diſtrictè in virtute Chriſti præcipiendo, vt idem ordo perpetuis temporibus immutabiliter ibidem ſeruetur & nemini regularis profeſſionis in ipſo loco facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu diſcedendi ſine Præpoſiti & congregationis licentia. Quod ſi diſceſſerit, ſemel ac ſecundò commonitus, ſi non reſipuerit liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicā in eum proferre ſententiā. Et vt huius traditionis confirmatio maiori vigore roboretur, teſtes qui viderunt & audierunt appoſuim⁹: *Gothfridus* maioris Eccleſiæ Præpoſitus, *Chuno* Decanus, *Vlricus* Archidiaconus de *Werde*. *Wernhardus* Archidiaconus de *Iudenpruckke*, *Fridericus* Præpoſitus de *Orengavve*. *Fridericus* ſummus pleban⁹. M. *Ropertus* Scholaſticus. M. *Hugo*, *Vlricus* de *Sala* tunc obelarius. M. *Hermannus*, *Albertus* capellanus Laici verò iſti: *Rupertus Kargl*, *Carolus Marſchalcus*, *Conradus Pincerna*. *Conradus* de *Schrodeshouen*, & frater ſuus *Wernhardus*, *Albertus* de *Ninge*, & frater ſuus *Otto*. *Wilhelmus*, & frater ſuus *Waltbinus*. *Gotſchbinus* Iudex, *Conradus Granſel*, & frater ſuus *Carolus*. *Conradus* de *Lutenbach*. *Dietmarus* de *Wergruebe*. *Henricus Bidercappel*. *Rudegerus Theolonearius*, *Conradus* de *Wiſind*. *Fridericus* Magiſter Coquinæ, *Hartvvicus* Cellerarius, & alij quamplures. Actum *Ratisbonæ* apud ſanctum *Emmeramum*. Anno ab incarnatione Domini M. CC. VIIII. Indictione XII. XIV. Calend. Febr. Anno pontificatus noſtri quinto.

## Fundatio Monaſterij *Rohr*.

NOtum ſit cunctis Chriſti fidelibus tàm ſucceſſuris quàm præſentibus qualiter ego *Heinricus* Dei gratia *Ratisbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus *Rorenſem* Eccleſiam ſuſcepi, & ad ſucceſſores noſtros Epiſcopos juſte legitimè ac piè tenendam, tuendam atq; fouendam tranſmiſi. *Adalbertus* vir quidam nobilis tradidit publice ac legitime prędium ſuum quod *Rore* dicitur cum omnib⁹ appendiciis ſuis in manum meam ſuper altare S. *Petri* aſtante clero & populo noſtro: ea videlicet conditione, vt regulares Canonici ſecundum regulam beati *Auguſtini* ibi ordinarentur, quibus neceſſaria de prædictis rebus cōmuniter miniſtrarentur, & ipſe ſupradictus *Adelbertus* propter Chriſtum pauper factus ſtatim communem vitam ibidem aggreſſus eſt. Nos verò cum aſſenſu & conſilio cleri noſtri *Brunonem* virū religioſum & induſtriū eidem loco præfecimus, & modis qui tūc nobis occurrerunt locū ipſum honorauimus, & in poſterū amplius honeſtare

& magni-

& magnificare decreuimus. Statuimus igitur cum fauore ac aſtipulatione omnium generali & inetractabili ſanctione, vt de cætero fratres *Rorenſes* Præpoſitum ſibi oportet liberè & canonicè eligant, & terminum parochiæ ſuæ *Rore* ſuperius, & R*ore* inferius & *Alenbach* cum ſuis pertinentiis. Sepulturam verò omnium de Epiſcopatu noſtro qui eam ſibi poſtulauerint liberè habeant. Decimamq; de laboribus propriis & animalibus nulli omninò debeant. Si quis & iam ex his qui de rebus Epiſcopij inbeneficiati ſunt prædictæ Eccleſiæ R*orenſi* beneficium ſuum voluerit tradere, liceat hoc cum manu Epiſcopi facere. Et nullus Epiſcopus præualeat hoc contradicere vel mutare.

Porro Aduocatum ſingularem prædictus locus nullum habeat, ſed ſi fortè maior cauſa concambij, vel quælibet alia emerſerit, coram Epiſcopo vel Cathedrali clero, aut etiam principali Aduocato ſi res poſtulat, agatur, terminetur, atque roboretur. Si quis verò Epiſcopus, quod abſit, prædictam R*orenſem* Eccleſiam perturbare, aut bona eius inbeneficare, aut jura immutare vel caſſare voluerit fratribus eiuſdem Eccleſiæ ſedem apoſtolicam appellandi, & ad ipſam confugiendi, & ita à Domino & poteſtate R*atisbonenſis* Eccleſiæ diſcedendi libera facultas ſit. Et vt hæc noſtra conſtitutio & conceſſio indubitabilis perpetuis maneat temporibus, hanc inde cartam conſcribi & ſigillo noſtro muniri præcepimus.

IN Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Heinricus* Dei gratia R*atisbonen.* Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus tàm futuris quàm præſentibus. Quia noſtri juris & officij eſt omnibus nobis commiſſis debitæ ſolicitudinis curam impendere; Nos quidem in R*orenſi* Eccleſia propter petitiones & violentias aduocatorum, hactenus Aduocatum declinauimus, ſed nunc ob iniuriam & inſolentiam non ſolùm extraneorum, ſed etiam propriorum, mutato conſilio Aduocatum aſſumere deliberauimus. Famuli enim eiuſdem Eccleſiæ poſt prędas & contumelias in tantam audaciam proruperunt, quod etiam in mortem ipſius Præpoſiti conſpirauerint: proinde nos vt illorum peruerſitatem refręnemus, & cæterorum iniurias propulſemus, præfatæ Eccleſiæ Aduocatum aſſumentes, formam ipſum eligendi & ſtatuendi, ſed & modum juri ipſius præfigimus. Te igitur *Gebarde* ad quem nihil penitus de jure ſupra præfatæ Eccleſię aut poſſeſſionum illius aliquo modo reſpiciebat, vnanimi congregationis illius concilio & aſſenſu ad tutoris & actoris officium & hoc pro remedio animæ tuę, ſi tibi placet, aſſumimus, officium commendantes, non beneficium concedentes. Hoc autem officium nunquam hæreditario jure ad filios tuos, aut ad cognationem tuam deſcendat, ſed nec ad te ipſum pertineat, niſi quouſque Eccleſiam illam & quæ illius ſint, fideliter & vtiliter tueri volueris, tu vel tua poſteritas ſub eodem tàntum jure includenda. Quod ſi ad moleſtiam exactionum gratia quæſtus deuiaueris, ſit libera facultas Præpoſito deliberato conſilio te amouere, & alium quem vtiliter prouiderit ſubſtituere. Annis autem ſingulis circa feſtum beati *Michaelis* placitum in cella, vbi Præpoſitus voluerit cum familia Eccleſiæ habeas, & ſi quid de compoſitionibus iniuriarum acceſſerit, huius rei tertia pars te contingat, & duæ fideliter Eccleſiæ reſeruentur. In die verò placiti de collecta familia clauſtralis modius tritici & porcus ad æſtimationem quadraginta nummorum, & quinque anſeres, & decem gallinæ, & vrna vna Medonis, & vna vini, & duæ cereuiſiæ dentur, & de horreo fratrum equis bis ſexaginta manipuli Auenæ miniſtrentur. Huic actioni interfuerunt præſentes fratres *Adelbertus* Decanus, *Gothfridus* capellanus, *Wolferus* cuſtos, *Gidungus* Magiſter Scholarum. *Heinricus* capellanus, *Pertadus* Cellarius, R*upertus* de *Canne,*

*Perhtold* de *Chambe*. Laici autem qui aderant, ſunt hi; *Otto* vrbis Præfectus, & filius eius *Heinricus*. *Heinricus* Comes de *Wolfrateshauſen* *Erneſtus* de *Hohenburk*. *Vdalricus* de *Steine*. *VVicnandus* de *Haſelbach*. *Rigvvinus* de *Manigoltigen*. *Vdalricus Vicedominus*, & filius eius *Vdalricus*. *Sigehardus* de *Eberſpuinde*, & filius eius *Sigehardus*. *Otto Cnuer*. *Vtto* de *Penn Kapelle*. *Burckhardus* de ſancto *Paulo*. *Hartvvicus* de *Canne*. *Engilmarus* de *Geroldeshauſen*. *Vdalricus* de *Arbenhouen*, *Adelbrech* de *Hursbach*. *Heinricus* frater eius. *Burnhart* & *Henrich*, *Gothfridus Chirhturf*, *Bruno* de *Prukke*, *Aladelger* de *Beloch*. *Eppo* de *Rude*, *Chuno* de *Egenhuſen*, *Mahto* de *Minigenhuſen*. *Wolfram* & *Burkart* de *Ouenſteten*. *Willehalm* de *Charbach*. *Sigboto* filius, *Megenbarch* de *Chabbach*. *Otto* filius *Richeri* de *Egenhuſen*, & plures alij. Anno ab incarnatione Domini M. C. XXXVIII. Indictione XI. IV. Calend. Octob.

IN Nomine Domini Amen. Pagina præſente contra dolum & obliuionem ſcripta ſigilloq; roborata. Ego *Vlricus* dictus de *Abensperg* vniuerſis, quod cum venerabilis Præpoſitus *Rymarus* & Conuentus Eccleſiæ *Rorenſis* poſt obitum nobilium virorum patruorum noſtrorum piæ memoriæ videlicet Comitis *Menhardi* Aduocati Eccleſiæ *Rorenſis* necnon fratris ſui Comitis *Gebhardi*, propter petitionem & violentiam Aduocatorum ſeptem annis nondum tranſactis Aduocatum declinaſſent, ob iniuriam & inſolentiam non ſolum extraneorum, ſed etiam propriorũ hominum, mutato conſilio me in Aduocatum vnanimi conſenſu dictę *Rorenſ.* Eccleſiæ aſſumere decreuerunt, famuli enim Eccleſiæ poſt p̃das & contumelias, incendia & occiſionem fratris *Conradi*, in tantam audaciam proruperunt, q. etiam in mortem Domini Præpoſiti conſpirauerunt, ipſiuſque ſeruos non ſolum vulnerantes, ſed etiam manibus truncauerunt: proinde vt eorum peruerſitatem refrenarent, & cæterorum iniurias propulſarent, me in Aduocatum aſſumentes, formam eligendi & ſtatuendi me Aduocatum, ſed & modum iuri meo nihilominus præfixerunt, pro remedio animæ meæ mihi officium iniungentes, non beneficium concedentes. Promitto itaq; iure iurando, vt quia ad me nihil penitus de iure ipſius Eccleſiæ, aut poſſeſſionũ illius, aliquo modo reſpiciebat, hoc officium nunquã hæreditario vel aliquo iure ad filios meos, vel ad cognationem meam deſcendere, ſed neq; ad me ipſum pertinere, niſi quouſq; Eccleſiã *Rorenſem*, & ſua fideliter & vtiliter tueri voluero & iura p̃fatæ Eccleſię, quę ſcripta ſunt ſinceriter obſeruare, me meaque poſteritate, ſub eodem tantum iure includenda. Quod ſi ad moleſtiam exactionum, gratia quæſtus, deuiauero, ſit libera facultas Præpoſito, deliberato conſilio me amouere, & alium quem vtiliter prouiderit ſubſtituere. Annis autem ſingulis circa feſtum beati *Michaelis* placitum ſolemniter indicendum, vbi in cella Præpoſitus voluerit, cum familia Eccleſiæ habebo. Et ſi quid de compoſitionibus iniuriarum, ſiue homicidiorum, ſiue contractuum extra familiam prouenerit, vel alibi, alio tempore, vbi, vel quando caſualiter vel ſpecialiter fecero iudicium, vel tractatum habuero ſuper exceſſu alicuius de familia *Rorenſi*, huius rei duæ partes primò cedant Eccleſiæ, mihi verò partem tertiam reſeruando. In die verò placiti, de collecta familia, clauſtralis modius tritici, & porcus ad æſtimationem quadraginta numorum, & quinq; anſeres, & decem gallinæ, & vrna vna Medonis, vna vini, & duæ cereuiſiæ mihi dentur, & de horreo fratrũ equis bis ſexaginta manipuli Auenę miniſtrentur. Ante cuius anni terminum, propter habentem placitum *Ror* non veniam, niſi fortè vt hoſpes, non vt Iudex illuc aduenïens, quærelam poſt placitum obortam audiã & decidam, cuius prouentus modo prædicto, inter me & Eccleſiam diuidentur.

Item

Item nec ego, nec aliquis officialium vel hominũ meorum aliquas exactiones, ſiue ſtiurarum ſeu vectionum, vel aliarum ſeruitutum, in homines & familiam *Rorenſis* eccleſiæ faciemus. Item ſi quis de familia *Rorenſis* Eccleſiæ, Præpoſito ſe oppoſuerit, ego illum contra Præpoſitum non defendam, ſed compeſcam ſi adhoc Præpoſitus meum auxilium inuocabit. Et vt ſalus mea, & priuilegia Eccleſiæ ſalua permaneant, & Eccleſia vnà cum familia ſit quieta, Conuentus Eccleſiæ in *Ror* decem libras annuatim mihi ſoluet, in feſto ſancti *Martini* de villa *Rainperſtorff*, quæ ſi non ſuppetit ad plenam eiuſdem pecuniæ ſolutionem, Cõuentus Eccleſiæ *Rorenſis*, defectum villæ perficiendo, prædictæ ſummæ numerum adimplebit. Vt autem hæc inuiolabiliter conſeruetur, ipſam præſenti ſcripto, ſigilloque noſtro, & ſubnotatione teſtium, quibus mediantibus & præſentibus ordinata eſt, placuit cõmuniri. Teſtes ſunt *Wernherus* nobilis de *Braitnek*. Item *Wernherus* filius eiuſdem. Item *Vlricus* nobilis de *lapide*. *Fridericus* dictus *Winier*, *Fridericus Vlrainer*, *Conradus Hardauer*. *Otto* de *Hennhaim*. *Otto* de *Oſſenſteten*, *Heinricus Winchelſaſſer*. *Conradus Lapicida*, *Heinricus*, *Rudgerus*, ſerui Præpoſiti. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. LXXXVII. VI. Id. Febr.

NOs *Bernhardus* & *Vlricus* de *Abenſperg* profitemur & conſtare cupimus præſentium inſpectatoribus vniuerſis. Quod poſt diuiſionem paternorum hominum & bonorum jurium ac juriſdictionum per nos factam, ex qua *Rorenſi* Eccleſiæ in juribus, priuilegiis ac libertatibus ſuis nullum omninò volumus aut vnquam voluimus præiudicium generari. Maximè contentis & ſpecificatis in instrumento inter venerabilem Præpoſitum & Conuentum ipſius *Rorenſis* Eccleſiæ & nobilem virum fælicis recordationis quondam Dominum *Vlricum* de *Abenſperg*, mei *Bernhardi* genitorem chariſſimum, cum in Aduocatum eligeretur, ibidem edito & confecto promiſimus & corporaliter præſentes in loco promittimus in his ſcriptis quod neuter ex nobis indigne feret, aut moleſtus erit Præpoſito, Conuentui, vel perſonis ſingularibus de Conuentu, ſi eo dimiſſo alter per iam dictos Præpoſitum & Conuentum in Aduocatum electus fuerit & aſſumptus, præſertim cum ex nobis vel aliis quibuſcunque quærendi ſeu eligendi Aduocatum ſibi ſuoque Monaſterio liberam habeant optionem. Electus quoque in Aduocatum vt præmittitur & aſſumptus Aduocatiæ *Rorenſis* Monaſterij nullum in antea officialem, Præpoſitum ſeu Iudicem ſpecialiter deputabit, ſed vice qualibet pro actu qui tunc ingruerit exercendus illum mittet, de quo per Prępoſitum *Rorenſem* expreſſo nomine requiſitus fuerit & rogatus. Prętereà promittimus bona fide ſi, quod abſit, inter nos ex quibuſcunque cauſis diſſenſio, ſeu diſcordia ſuborta fuerit, nihilominus Monaſterium *Rorenſe* cum omnibus ſuis bonis & hominibus à pignorationibus mutuis ſpoliis, incomodis fabulationibus, & offenſis, quocunque nomine cenſeantur, ſecurum & immune perpetuo, remanebit. In præmiſſorum autem omnium teſtimonium atque robur præſentes conſcribi & ſigillorum noſtrorum appenſione, fecimus communiri. Teſtes qui præſcriptis præſentialiter affuerunt ſunt Domini *Fridericus* Præpoſitus in *Pâring*. *Albertus* Decanus *Veteris Capellæ Ratisbonæ*, *Ludvvicus* in *Wald*. *Heinricus* in *Eſſing* parochialium Eccleſiarum plebani, *Ludvvicus* Notarius Domini *Bernhardi* de *Abenſperg*. *Conradus Perchauſer*. *Vlricus Parſtorffer*, *Reicherus* de *Randeck*. *Conradus Salbech*, & plures alij fide digni. Datum & actũ in *Ror*. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo tricenteſimo, viceſimo quinto, quarto Calend. Maij.

Fun-

## Fundatio Monaſterij B. MARIAE Virg. in *Rhor.*

NOtum ſit vniuerſis quod Dominus *Adalbertus*, Vir Liber, Nobilis, & Illuſtris dictus de *Ror*, qui dedit cuncta, quæ de patrimonio ſuo habuit ad manus Reuerendiſſimi Patris ac Domini, Domini *Hainrici Ratisbonenſis* Epiſcopi ſuper altare S. *Petri* Apoſtoli in *Ratisbona*, aſtante Clero, & populo tali conditione, vt in *Ror* Canonici Regulares ſecundum Regulam *B. Auguſtini* Epiſcopi ordinarentur, quibus neceſſaria de prædictis rebus miniſtrarentur communiter. Et ipſe *Adalbertus* pauper Chriſti factus, ſtatim communem ibidem aggreſſus eſt; præfatus etiam Dominus Epiſcopus, *Brunonem* virum Religioſum eidem loco præfecit; & ipſum Monaſterium propria perſona dedicauit in honore *Mariæ* ſemper Virginis: Anno Domini M. C. XXXIII. 6. Octob. Noluit etiam Monaſterium habere Aduocatum.

## Confirmatio Monaſterij.

MOnaſterium confirmarunt Sanctiſſimi Domini. D. *Innocentius* Papa 2. Dominus *Eugenius* Papa 3. Dominus *Innocentius* Papa 4. Dominus *Martinus* Papa huius nominis 5.

Item.

Auguſtiſſimi Domini. Diui Imperatores. Dominus *Fridericus* primus. Dominus *Fridericus* ſecundus, Dominus *Rudolphus* primus, Romanorum Rex.

## Nomina Præpoſitorum.

Anno

I. *Bruno.* 1133.
II. *Bernhardus.* 1138.
III. *Herbordus.* }
IV. *Wolfrannus.* } De his certus annus non conſtat.
V. *Ludouicus.* }
VI. *Hugo.* 1209.
VII. *Gothfridus.* 1248.
VIII. *Hainricus* dictus de *Allenzhauſen.* 1253.
IX. *Waltherus.* 1254.
X. *Conradus.* 1256.
XI. *Rimarus.* 1287.
XII. *Hiltbrandus.* 1300.
XIII. *Hermannus.* 1314.
XIV. *Berngerus* dictus *Perckhauſen.* 1336.
XV. *Vlricus.* dictus *Randecker.* 1339.
XVI. *Nicolaus.* 1346.
XVII. *Conradus.* dictus *Vaher.* 1367.
XVIII. *Conradus.* dictus *Regldorffer.* 1405.
XIX. *Berchtoldus.* dictus *Regldorffer.* 1414.
XX. *Conradus.* etiam dictus *Regldorffer*; Hic rexit. 2. annis tantum, & depoſitus eſt. 1424.
XXI. *Vlricus.* dictus *Plumberger.* 1426.
XXII. *Conradus* prædictus *Regldorffer* iterum reſtitutus. 1430.
XXIII. *Petrus Fries*, aliâs Monaſterij *Vndenſtorphenſis* profeſſus. 1438.
XXIV. *Ioannes.* dictus *Peininger.* 1455.

XXV. *Wolfgangus.* dictus *Hamſtückl*, 1493.
XXVI. *Erhardus.* 1509.
XXVII. *Sigiſmundus.* dictus *Weiſſenburger.* 1527.
XXVIII. *Wolfgangus.* dictus *Zenckl.* 1539.
XXIX. *Franciſcus. Greinmolt*, Præpoſitus in *Berrnriedt*, Monaſterij *Rhor* Administrator. 1555.
XXX. *Paulus Sümmerl.* 1562.
XXXI. *Caſparus Streittl*, profeſſus in *Betirberg*, huius Monaſterij Adminiſtrator. 1563.
XXXII. *Hieronymus* Wegman. 1570.
XXXIII. *Ioannes Viſcher* profeſſus in *Bernriedt*; is etiam per aliquot annos fuit Adminiſtrator Monaſterij *Weiarn*, tandem in Præpoſitum huius loci eſt ordinatus. 1571.
XXXIV. *Ioannes Hollnſtainer*, qui nunc gubernacula tenet, electus eſt Præpoſitus. 1589.

## Sequuntur alia quædam Diplomata, quæ admodum R.^dus Dominus Prępoſitus modernus, vir optimus & humaniſſimus exhibuit.

NOtum ſit cunctis Chriſti fidelibus tam ſucceſſuris, quam præſentibus, qualiter ego *Heinricus* DEI gratia *Ratiſbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopus *Rorenſem* Eccleſiam ſuſcepi, & ad ſucceſſores meos Epiſcopos iuſtè, legitimè ac piè tenendam, tuendam atque fouendam tranſmiſi. *Adelbertus* Vir quidam Nobilis tradidit publicè ac legitimè prædium ſuum quod *Rora* dicitur cum omnibus appendiciis ſuis in manum meam ſuper Altare ſancti *Petri* aſtante Clero & populo noſtro, ea videlicet conditione, vt Regulares Canonici ſecundum regulam B. *Auguſtini* ibi ordinarentur quibus neceſſaria de prædictis rebus communiter miniſtrarentur, & ipſe ſupradictus Adelbertus pauper Chriſti factus ſtatim communem vitam ibidem aggreſſus eſt. Nos verò cum aſſenſu & conſilio Cleri noſtri *Brunonem* Virum religioſum & induſtrium eidem loco præfecimus, & modis qui tunc nobis occurrerunt locum ipſum honorauimus, & impoſterum amplius honeſtare & magnificare decreuimus, Statuimus igitur cum fauore & adſtipulatione omnium generali & inretractabili ſanctione, vt de cætero fratres *Rorenſes* Præpoſitum ſibi cum oporter liberè & canonicè eligant, & terminum parochiæ ſuæ *Roræ* ſuperius & *Roræ* inferius & *Alenbach* cum ſuis pertinentiis; ſepulturam verò omnium de Epiſcopatu noſtro qui eam ſibi poſtulauerint liberè habeant decimamque de laboribus propriis & animalibus nulli omninò debeant. Si quis etiam ex his qui de rebus Epiſcopij inbeneficiati ſunt prædictæ Eccleſiæ *Rorenſi* beneficium ſuum voluerit tradere liceat hoc cum manu Epiſcopi facere, & nullus Epiſcoporum valeat hoc contradicere vel mutare. Porro Aduocatum ſingularem prædictus locus nullum habeat; ſed ſi qua fortè maior cauſa concambij vel quælibet alia emerſerit coram Epiſcopo, vel Cathedrali Clero vel etiam principali Aduocato ſi res poſtulat, agatur, terminetur, atque roboretur. Si quis verò Epiſcopus, quod abſit, prædictam *Rorenſem* Eccleſiam perturbare aut bona eius inbeneficiare, aut jura immutare, vel caſſare voluerit fratribus eiuſdem Eccleſiæ ſedem apoſtolicam appellandi & ad ipſam confugiendi, & ita à Domino & poteſtate *Ratisbonenſis* Eccleſiæ diſcedendi libera facultas erit. Et vt hæc noſtra conſtitutio & conceſſio indubitabilis & inuio-

& inuiolabilis perpetuis maneat temporibus hanc inde chartam conſcribi & ſigillo noſtro muniri præcepimus.

Locus Sigilli.

✠

INnocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio *Brunoni* Præpoſito & fratribus in *Rorenſi* Eccleſia congregatis Canonicam vitam profeſſis tàm futuris quàm præſentibus in perpetuum. Officij noſtri nos hortatur Auctoritas, religioſa diligere loca & ea optatæ petitionis præconio confouere. Proinde, dilecti in Domino filij, veſtris petitionibus clementer annuimus, & *Rorenſem* Eccleſiam, in qua diuino vacatis officio, ſub Beati *Petri* & noſtra tutela ſuſcipimus & præſentis ſcripti pagina communimus ſtatuentes, vt ordo Canonicus juxta Beati *Auguſtini* Regulam in eodem loco perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quæcunque bona quaſcunque poſſeſſiones ex conceſſione venerabilis fratris noſtri *Heinrici* Epiſcopi *Ratisbonenſis* liberalitate Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis propitio Deo poteritis adipiſci firma vobis & in perpetuum illibata permaneant. Decernimus ergò vt nulli hominum fas ſit veſtram præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus profutura. Si qua ſanè impoſterum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona huic noſtræ conſtitutioni ſcienter contraire tentauerit ſecundò tertiouè commonita ſi non præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamq; diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Redemptoris noſtri Iesv Chriſti fiat aliena, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Iesv Chriſti, quatenus hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant.

EVgenius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio *Eberhardo* Præpoſito *Rorenſis* Eccleſiæ eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecte in Domino fili, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam Eccleſiam cui Deo auctore præeſſe dignoſceris ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus ſtatuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurũ conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Prædia quoque, Vineas, Domos, areas, & alia quæ *Henricus Ratisbonenſis* Epiſcopus Eccleſiæ veſtræ intuitu deuotionis juſtè conceſſit vobis & per vos ipſi Eccleſiæ nihilominus confirmamus. Statuimus præterea vt Ordo Canonicus qui ſecundum Beati *Auguſtini* regulam in eodem loco noſcitur conſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter conſeruetur. In Parrochialibus verò Eccleſiis quas tenetis Presbyteros eligatis, & Epiſcopo præſentetis, quibus ſi idonei fuerint Epiſcopus animarum curam committat, vt de plebis quidem cura Epiſcopo rationem reddant. Vobis vero pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhi-

exhibeant. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertioue commonita ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamq́ue ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo Corpore ac ſanguine DEI & Domini noſtri Redemptoris IESV CHRISTI aliena fiat, atquè in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.




Ego *Eugenius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ *Gregorius* Presbyter Card. tit. *Calyxti* ſſ.
✠ Ego *Iulius* Presbyter Card. tit. S. *Marcelli* ſſ.
✠ *Octauianus* Presbyter Card. tit. S. *Ceciliæ*. ſſ.

Datum *Romæ* apud S. *Petrum* per manum *Boſonis* S. Romanæ Eccleſiæ ſcriptoris. Id. Febr. Indict. prima Incarnat. Dominicę An. M.C.LII. Pontificatus verò Domini *Eugenij* Tertij Papæ Anno VIII.

I*Nnocentius* Epiſcopus Seruus Seruorum DEI, dilectis filiis Præpoſito Eccleſiæ de *Ror* eiusq́ue fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam de *Ror Ratisbonenſis* Dioceſis, in qua diuino eſtis obſequio mancipati ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & p̄ſentis ſcripti priuilegio cōmunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes vt Ordo Canonicus qui ſecundum Deum & beati *Auguſtini* regulam in eadē Eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidē temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Pręterea quaſcunq; poſſeſſiones, quęcunq; bona eadem Eccleſia in p̄ſentiarum juſtè ac Canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis p̄ſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq́; ſucceſſoribꝰ & illibata ꝑmaneant. In quibꝰ hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locū ipſum in quo p̄fata Eccleſia ſita eſt cū omnibꝰ ꝑtinentiis ſuis: Eccleſiam de *Perge* cum omnibus pertinentiis ſuis, de *Eſchenhart*, de *Alnbach* & de *Sälignperg* Eccleſias cum omnibus pertinentiis earundem, villam quæ ſuperior

*Alnbach*

*Alnbach* dicitur cum pertinentiis ſuis ; Manſos & Molendinum quæ habetis in villa quæ dicitur *Laber*, villam quæ *Winckelſeß* vocatur cum omnibus pertinentiis ſuis, Manſos quos habetis in *Aſnkouen* & de *Gemelkouen* villis cum pertinentiis earundem, de *Mandlkürchen* & de *Türſchdorff* villis cum pertinentiis earundem : villam quæ dicitur *Rentreſtorff* cum omnibus pertinentiis ſuis. Domos quas habetis in Ciuitate & ſuburbio *Ratisbonenſi*. Decimas & vineas quas habetis in territorio ciuitatis eiuſdem. Manſos quos habetis in de *Langhaide*, de *Allenkouen*, de *Arbenkouen*, de *Vrſpach*, & de *Schnaithart* villis cum pertinentiis earundem. Manſos & decimas quos habetis in villa quæ dicitur *Tellbach*, manſos quos habetis in *Ludmanſtorff*, de *Gleümen*, de *München*, de *Guigam*, de *Au* & de *Guglperge* villis cum pertinentiis earundem, de *Perge* & de *Allnzhauſen* villis cum pertinentiis earundem, manſos quos habetis in *VVaſnſtorff* & de inferiori *Alnbach* villis cum pertinentiis earundem, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuagiis, & paſcuis in boſco & in plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de veſtrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos & abſolutos è ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit ſine Præpoſiti ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere, diſcedentem verò abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale terræ fuerit*, liceat vobis clauſis januis excommunicatis & interdi- [*Interdict.] ctis excluſis non pulſatis campanis, dummodo cauſam non dederitis interdicto, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promouendi à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & communionem ſacroſanctę *Romanæ* ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper vt infra parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro capellam ſeu oratorium de nouo cōſtruere audeat ſaluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc nouas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu decanis, aliisq; omnibus Eccleſiaſticis ſæcularibuſue perſonis à vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publicè vſuarij, nullus obſiſtat. Salua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes quæ à laicis detinentur retinendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias ad quas pertinent reuocandi libera ſit vobis de auctoritate noſtra facultas. Obeunte te verò nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibidem qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur ; niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum maior pars conſilij ſanioris ſecundum Deum & beati *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna inpoſterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam, vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel

interficere, ſeu violentiam exercere audeat. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiæ veſtræ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolicæ auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia, & in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſuè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiouè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine DEI & Domini Redemptoris noſtri IESV Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri IESV Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.




Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego Petrus tit. S. *Marcelli* presbyter Card. ſſ.
✠ Ego *Petrus Albanenſis* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego frater *Ioannes* tit. S. *Laurentij in Lucina* presbyter Card. ſſ.
✠ Ego *Wilhelmus Sabinenſis* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego F. *Hugo* tit. S. *Sabinæ* presbyter Card.
✠ Ego *Petrus* S. *Georgij ad velum aureum* Diaconus Card. ſſ.
✠ Ego *Ioannes* S. *Nicolai in carcere Tullia.* Diaconus Card. ſſ.

Datum *Lugduni* per Manum Magiſtri *Marini* S. Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarij VI. Id. Maii, Incarnat. Dominicæ, Anno M. CC. XLIX. Pontificatus verò Domini *Innocentij* Papæ IV. Anno VI.

M*Artinus* Epiſcopus Seruus Seruorum DEI, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterii in R*or* Canonicorum Regularium Ordinis S. *Auguſtini* R*atisbonenſis* Dioceſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis vt id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & Monaſterium veſtrum in R*or* prędictum in quo diuino eſtis obſequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præſentiarum

ratio-

rationabiliter poſſidetis aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub beati *Petri* protectione ſuſcipimus, atque noſtra, omnesque libertates & jmmunitates à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſiue per priuilegia vel alias jndulgentias vobis & eidem Monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & præfato veſtro monaſterio indultas, ſicut eas juſtè & pacificè poſſidetis vobis & per nos eidem veſtro Monaſterio conceſſas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel eis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, jndignationem Omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctos Apoſtolos V. jdus Octob. Pontificatus noſtri Anno octauo,

IN NOMINE Sanctæ & jndiuiduæ Trinitatis Amen. *Fridericus* diuina fauente clementia *Romanorum* Imperator & ſemper Auguſtus. Significamus tam futuræ poſteritati quàm præſenti ætati Præpoſitum *Rörenſis* Eccleſiæ *Eberhardum* nomine in ſpiritu humilitatis ad noſtram præſentiam in conſpectu Principum veniſſe. Et vt pro ſalute animæ noſtræ noſtrorumque progenitorum Eccleſiam ſuam cum omnibus ſuis pertinentiis ſub dextera noſtrę defenſionis ex jmperiali potentia reciperemus ſupplicando impetraſſe. Quia verò Eccleſia Dei tanto validioribus eget auxiliis, quantò maioribus neceſſitatibus vrgetur & defectibus, nos quoque quia ſpeciali patrocinio noſtro & omnibus Eccleſiis præeſſe debemus, & prodeſſe petitioni eiusdem Præpoſiti, eò quod probabilis & ſatis rationabilis eſſe videbatur, fauorem & aſſenſum noſtrum præbuimus, & Eccleſiam eius bonaque omnia ſibi pertinentia & omnes poſſeſſiones tàm in aquis quàm in terris, quaſcunque in præſenti poſſidet, & in futurum largiente Deo poſſeſſura eſt, ſub jmperialis tutelæ brachio hæc omnia fouenda, protegenda, & contra omnem jmpetum jniuriæ, violentiæ, jniuſtitiæ manu tenenda liberè & integrè recepimus jmperiali auctoritate & banno præcipientes, vt quæcunque idem Præpoſitus ad fructum Eccleſiæ ſuæ hactenus elaborauit, & de cætero ipſe ipſiusque ſucceſſores ad emolumentum Eccleſiæ contraxerint in pace ſint omnia, & nemo ſit qui exterreat, nullus qui vſurpare audeat, nec ſtatuta noſtra infringere præſumat. Si quis autem huic noſtræ inſtitutioni contraire, vel aliquid obloqui habet ab omnibus bonis ipſius *Rorenſis* Eccleſiæ manus tàm diu contineat, donec in præſentia noſtra vel judicum, in quorum poteſtate jpſe locus ſitus eſt, vel obtineat vel jure careat. Præterea hanc inſtitutionem noſtram imaginis noſtræ impreſſione roborando confirmamus, & poſteris noſtris Regibus & Imperatoribus inuiolabiliter conſeruanda deſtinamus. Decernentes vt quicunque vel Aduocatus, vel alia quæcunque perſona contra paginam noſtram venire præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidiam partem Cameræ noſtræ, & dimidiam partem præfatæ *Rorenſi* Eccleſiæ. Huius rei teſtes ſunt *Retherus Prumienſis* Abbas, *Nicolaus Sigebergenſis* Abbas, *Albertus Aquenſis* Præpoſitus, *Gerardus Magdeburgenſis* Præpoſitus, *Henricus* Comes de *Lemburg*, Comes *Emrico*, *Marquardus* de *Gronbach*.

Signum Dñi *Friderici* Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & inuictiſſimi.



Ego *Reinaldus* Cancellarius vice Dñi *Arnoldi Mog.* Archiepiſcopi & Archicancellarij recognoui.

Datum in *Sinzecke* V. Kal. Maij. anno Dominicæ Incarnationis M. C. LVIII. Indictione ſexta, regnante Domino *Friderico* Romanorum Imperatore inuictiſſimo, anno regni eius VII. Imperij vero III. Amen.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Fridericus* ſecundus diuina fauente clementia *Romanorum* Imperator ſemper Auguſtus, *Ieruſalem* & *Siciliæ* Rex. Regi Regum de cuius clementia Regimen moderamur Imperij & diuerſorum feliciter obtinemus ſceptra. Regnorum debita gratitudine complacemus ſi locis diuino cultui deputatis noſtri munimen culminis & munificentiæ noſtræ beneficium liberaliter elargimur. Nec indignè titulos laudis acquirimus ſi noſtrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit. Præſentis itaque ſcripti ſerie nouerit præſens ætas & futura poſteritas quod dilectus Princeps noſter *Sy.* Venerabilis *Ratisbonenſis* Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius noſtræ Celſitudini propenſius ſupplicauit, quatenus *Rorenſe* Cœnobium olim à ſuis fundatoribus eidem ſuæ *Ratisbonenſi* Eccleſiæ pia deuotione collatum, felicis memoriæ Aui noſtri diui Auguſti Domini *Friderici* veſtigiis inhærẽdo cum omnibus fratribus, bonis, poſſeſſionibus, & perſonis eidem Cœnobio pertinentibus ſub noſtra imperiali protectione, ſaluo eiuſdem Epiſcopi & ſucceſſorum ſuorum iure recipere, & priuilegium quod ab eodem auo noſtro pro bono ſtatu ac libertate Cænobij conſeruanda indultum extitit de noſtra dignaremur gratia confirmare. Nos igitur ſuis iuſtis ſupplicationibus benignius inclinati prædictum *Rorenſe* Cœnobium cum omnibus fratribus in eo degẽtibus, bonis, poſſeſſionibus, ac perſonis ad ipſum ſpectantib. ſub noſtra & imperij protectione, ſaluo eiuſdẽ *Ratisbonenſis* Eccleſiæ Epiſcopi & ſucceſſorũ ſuorum iure recipimus ſpeciali. Confirmantes eidem Monaſterio de munificentia noſtra priuilegiũ, quod à prædicto auo noſtro diuæ recordationis Auguſto fuit pro bono ſtatu & libertate ipſius Monaſterij conſeruandis obtentum, ſicut in eodem priuilegio plenius continetur. Statuimus præterea ſpecialiter interuenientis obtentu & præſentis priuilegii auctoritate ſancimus, vt quia Monaſterium ipſum non hæreditarium ſed electum gratuitò habuit Aduocatum, primitiua libertate *Ratisbonenſium* Epiſcoporum priuilegiis roborata lætetur, & nulli liceat ſub prætextu ſeu titulo beneficiariæ conceſſionis fratribus eiuſdem Cœnobij, hominibus aut colonis eorum, contra eandem libertatem, exactiones illicitas, aut grauamina indebitè imponere, vel bona iuſto titulo ſibi collata, vel quæ in antea rationabiliter conferentur, contra iuſtitiam inuadere & præter iuris ordinem deſtituere vel auferre. Præſentis inſuper priuilegii auctorita-

ctoritate mandamus, quatenus nemo quietem prædicti Monaſterij perturbare aut infra clauſtra & ambitum eiuſdem Cœnobij, quælibet iudiciaria ſæcularisſué poteſtas præſumat cauſas agere, aut iudicia ſæcularia exercere, per quæ fratres ibidem ſub Regula B. *Auguſtini* Domino famulantes non poſſent quiete ac liberè diuinũ officium celebrare. Si qua vero perſona ſublimis aut humilis, Eccleſiaſtica vel mundana contra præſentis protectionis & confirmationis noſtrę paginam venire tentauerit, pœnã viginti librarum auri ſe compoſiturã agnoſcat. Medietatem curiæ noſtræ, ac reliquam parti iniuriam patienti. Vt autem hæc protectio & confirmatio noſtra perpetuam obtineat firmitatem, præſens priuilegium fieri, & ſigillō Maieſtatis noſtræ juſſimus communiri. Huius autem rei teſtes ſunt B. Patriarcha *Aquilegienſis*, *Magdeburgenſis*, *Rauennas* & B. *Panormitanus*, Archiepiſcopi. E. *Babinbergenſis*, *Wormatienſis*, *Brixinenſis*, *Reginenſis*. 7. & *Mutinenſis* Epiſcopi. A. Dux *Saxoniæ*. O. Dux *Meraniæ*. B. Dux *Carinthiæ*. Comes *Henricus* de *Horcinberg*. Comes de *Naſſau*. Comes *Corr.* de *Hohenloe*. C. *Pincerna*, *Warnerius* de *Bollandia*, M. Marchio *Lanza*. *Riccardus* Camerarius, & alij quamplures.



Signum Dñi *Friderici* ſecundi Dei gratia inuictiſſimi *Romanorũ* Imperatoris ſemper Auguſti *Ieruſalem* & *Siciliæ* Regis.

Ego *Seyfridus* Imperialis Aulæ Cancellarius vice Dñi *Colonienſis* Archiepiſcopi totius *Italiæ* Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnat: M. CC. XXXI. Menſe Ianuarij. quintæ Indictionis, Imperante Domino noſtro *Friderico* Dei gratia inuictiſſimo *Rom:* Imperatore ſemper Auguſto *Hieruſalem* & *Siciliæ* Rege. Anno Romani Imperij eius duodecimo. Regni Ieruſalem ſeptimo. Regni verò *Siciliæ* tricesimo quarto feliciter, Amen.

Datum in Ciuitate *Rauennæ* anno, menſe, & indictione præſcriptis.

R*Vdolfus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, oĩbus inperpetuum. Regi Regum de cuius clementia Regimen moderamur Imperij, & diuerſorum feliciter obtinemus ſceptra Regnorum debita gratitudine complacemus, ſi locis diuino cultui deputatis noſtri munimen culminis & munificentię noſtræ beneficium liberaliter elargimur. Nec indigne titulos laudis acquirimus ſi noſtrorum aliquis Principum ad id interuentu fauorabili nos inducit. Nouerint igitur tàm præſentis ætatis homines quàm futuræ, quod nos Venerabilis *Heinrici Ratisbonenſis* Epiſcopi Principis noſtri dilecti deuotis ſupplicationibus inclinati ad imitationem illuſtrium quondam *Friderici* ſecundi Romanorum Imperatoris & *Friderici* Aui ſui prædeceſſorum noſtrorum *Rorenſe* Cœnobium cum omnibus fratribus in eo degentibus, bonis, poſſeſſionibus ac perſonis ad ipſum ſpectantibus ſub noſtra & Imperij protectione, ſaluo eiuſdem Ratiſbonenſis Epiſcopi & Succeſſorum ſuorum iure recipimus ſpeciali. Confirmãtes eidẽ Monaſterio de Munificentia noſtra ea quæ à prædictis Imperatoribus pro bono ſtatu & libertate ipſius Monaſt. cõſeruandis obtenta fuerunt, ſicut in eorũ priuilegijs plenius continentur. Statuimus præterea, & præſentis priuilegij Autho-

Auctoritate ſanximus, vt quia Monaſterium ipſum non hæreditarium ſed electum gratuitò habuit Aduocatum primitiua libertate *Ratiſbonenſium* Epiſcoporum priuilegiis roborata lætetur, & nulli liceat ſub prætextu ſeu titulo beneficiariæ conceſſionis fratribus eiuſdem Cœnobij, hominibus aut colonis eorum contra eandem libertatem, exactiones illicitas aut grauamina indebita imponere, vel bona iuſto titulo ſibi collata, vel quæ in antea rationabiliter conferentur contra iuſtitiam inuadere, & præter iuris ordinem deſtituere, vel auferre. Præſentis inſuper priuilegij authoritate mandamus quatenus nemo quietem prædicti Monaſterii perturbare aut infra clauſtrum & ambitum eiuſdem Cœnobij quælibet iudiciaria ſæcularisue poteſtas præſumat cauſſas agere aut iudicia ſæcularia exercere, per quæ fratres ibidem ſub regula beati *Auguſtini* Domino famulantes non poſſent quietè ac liberè diuinum officium celebrare, ſicut præmiſſa eidem Cœnobio in priuilegiis prædictorum Imperatorum prædeceſſorum noſtrorum conceſſa plane vidimus contineri. Si qua verò perſona ſublimis vel humilis Eccleſiaſtica vel Mundana contra præſentis protectionis ac confirmationis noſtræ paginam venire tentauerit, pœnam viginti librarum auri ſe compoſituram agnoſcat. Medietatē Curiæ noſtræ, ac reliquam parti iniuriam patienti. Huius rei teſtes ſunt. Venerabiles fratres *Friſingen*, W. *Patt.* & H. *Ratiſbon.* Epiſcopi. Illuſtres L. & H. fratres Comites Palat. *Reni* Duces *Bauariæ* Principes noſtri. Nobiles viri *Fre.* Burgrauius de *Nurenberg. Ioan.* de *Hannonia.* E. de *Catzenelebogen.* G. de *Schvvartzburg.* & . . de *Hardegge* Comites . . . Marchio de *Habperg, Vl.* de *Tuũs.* S. de *Miſſovve* Marſcalcus *Auſtriæ. Fre.* Dapifer d. *Lengenbach. Vl.* de *Capella.* C. de *Pillichdorff*, alijq; quam plures.



Signum Domini *Rudolfi Romanorum* Regis inuictiſſimi. Datum *Ratiſbonæ* XV. Cal. Iulij indictione nona, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo octuageſimo primo, Regni verò noſtri Anno VIII.

WIr Sigmundt von Gottes gnaden Römiſcher König zu allen zeiten Mehrer deß Reichs zu Hungern zu Behem/Dalmatien/Croatien/ꝛc. König. Bekhennen vnnd thun khundt offenbar mit diſem Brieff allen den die jhn ſehen oder hören leſen. Wiewol wir von angeborner gütigkheit allezeit geneigt ſeyn/ alle vnnd jgliche vnſere vnd deß Reichs Vnderthane vnd gethreuen zefürdern vns als wir böſte mögt zubewahren. Yedoch ſin wir mehr willig vnd geneigt die Perſone die nun der Welt Vppigkhait zu ruck geworffen haben/vnd dem Allmechtigen Gott in einem Geiſtlichen vnd lautern Leben dienen/vnnd jhn ſeeliglichen loben/mit vnſern ſonderlichen Gnaden zubedencken gnedikhlichen zuhandt haben/ vnd zubeſchirmen vnd jhn auch fridt vnd gemach zuſchaffen das ſi Chriſtum vnſern Herzen deß Fridens Liebhaber im fridlichen vnd gerüten weſen deſter bas geloben vnd jnigkhlichen geehren vnnd anbetten mögen/ wann wir nun von wegen deß Erſamen . . . Brobſt vnd Capitels deß Gottshaus zu Rot inn Regenſpurger Biſthum gelegen/Regulir Canonich S. Auguſtins Ordens/ vnſer lieben Andechtigen vnd diemütigkhlich gebetten ſin/ das wir jhn alle vnnd jgliche jhre

Gnade/Lute/Gietter/Rechte/Freyheyte/ privilegia, Brüffe vnd Handueſten/ die jrē Vorfahren/Brobſten vnd Capittel zu Ror/ von vnſern Vorfahren am dem Reiche/Römiſchē Keyſern vnd Königen vnd andern Fürſten/Herrn vnd frommen Chriſten/ vnd jhn gegeben ſint vnd die herbracht haben/zuerneuen/zu Confirmiren, vnd beſtettigen gnedicklich geruchten. Darumb angeſehen ſollich redliche vnd diemütige bette/ vnd auch gütlich betrachtet/ den löblichen Gottsdinſt der in demſelbē Gottshaus bey tage vnd Nachte/ mit ſingen vnd leſen erſamblich geübet vnd vollbracht würdet/ haben wir mit wolbedachtem müte/ guten Ratte vnd rechter wiſſen den vorgenanten .. Brobſt vnd Capitel zu Ror alle vnd jegliche jhre Gnade/ Lute/ Gutere/ Freyheite/ privilegia, Brieue vnd Handueſte/ die jhn vnd jhre Vorfahren von Römiſchen Kayſern vnnd Khönigen vnſern Vorfahren am Riche/ vnd von andern Fürſten/Herrn vnd frommen Chriſten gegeben ſind/vnd die ſi redlich herbracht habent in allen jhren ſtucken/ puncten/ articlen/ vnd begriffungen wie dann die von worte zu worte lautten vnd begriffen ſin genedigklichen verneuert/confirmiret, vnd beſtettigt/verneuen/confirmiren, vnd beſtettigen jen die von Römiſcher Khönigklicher Macht in khraffe diß Brieffs/ vnd mainen/ ſetzen vnd wollen/daß ſie für baß mehr alle khrefftig vnd mechtig ſein/ vnd das auch dabey bleiben vnd der den allen enden gebruchen vnd genieſſen ſollen vnd mögen gleicher weiß als ob ſi alle von worten zu worten herin begriffen vnd beſchriben weren/ vō aller menigklich vngehindert. Vnd wir gebieten auch darumb allen vnd jeglichen Fürſten/Geiſtlichen vnnd Weltlichen/ Graffen/ Freyen/ Rittern/ Knechten/ Landvogten/ Landrichtern/ Richtern/ Vogten/ Amptlutē/ Burgermaiſtern/ Reten vnd Gemeinden/ aller vnd jeglicher Stette/ Merckhte vnd Dörffern/ vnd ſunſt allen andern vnſern vnd deß Reichs Vnderthonen vnd Getrewen ernſtlich vnd veſtigkhlich mit dieſem Brieue/ das ſi die vorgenante .. Brobſt vnd Capitel/ vnd jhre Nachkhomen vnd auch das vorgenante Gottshaus zu Ror an jhren Gnaden/ Luten/ Güttern/ Rechten/ Fryheyten/ privilegien, Brieuen vnd Handueſtung/ fürbas mehrer nicht hindern oder jrren ſonder ſie darbey getrewlich handthaben/ ſchirmen vnd gerulich bliben laſſen/ bey vnſern vnd deß Reichs hulden vnnd bey verlieſung aller pene in der vorgenanten vnſer Vorfahren Brieuen begriffen. Mit vrkhundt diß Brieffs verſigelt mit vnſer Khönigkhlichen Mayeſtatt Inſigel. Geben zu Preſepurg nach Chriſtes Geburt vierzehen hundert Jahr/ vnd darnach in dem ain vnd zwainzigiſten Jare/ am nechſten Sontag vor S. Lucien Tag / vnſere Riche deß Hungeriſchen ꝛc. in dem drey vnd vierzigiſten/ deß Römiſchen in den zwainzigiſten/ vnd deß Behemiſchen in zehenden Jahren.

Ad mandatum Domini Regis *Ioannes* Episcopus
*Zagabrienſis* Cancellarius.

VOn Gottes Gnaden wir Ernſt vnd Wilhalm Gebrüder Pfaltzgraffen bey Rein vnnd Hertzogen in Bayrn/ ꝛc. Bekhennen vnnd thun khundt offentlich mit dem Brieff / das vnſer Andechtig vnnd Getrewer Vlrich Brobſt vnd die Capitel Herren vnſer lieben Frawen Gottshaus zu Ror für vns khommen ſeind mit den gnaden vnd Freyheyten/ Brieffen/ die ſie dan von Bäbſten / Römiſchen Khayſern / Khönigen/ andern Fürſten vnd Herren bißhero ſeeliger Gedächtnuß erlangt haben/ vnnd vns darauff diemütigkhlich gebetten jnen vnnd jrem Gottshaus ſolche Brieff auch zubeſtetten. Wann wir jr Recht Landsfürſten ſeyen vnd ſie habē vns darfür erkhand vnd huldigung gethan als dann ander vnſere Prelät in nidern Bayrn gethon haben. Nun haben wir deß benanten Gottshaus gnad vnd Freyheit aigentlich verhört/ die vns alle löblich vnd redlich bedunckhen/ vnd ſeytemalen wir von ſchickhung deß Allmechtigē Gottes zu Fürſten geborē/ vñ zu dem Land in nidern Bayrn nach vnſers Vatters Hertzog Johanſen vō

Hollande

Holland &c. ſeeligen Tode miterben worden ſeyn/ vnd einen jeglichen Fürſten vnd nachvolgenden Erben/ von der gerechtigkeit wegen zugehört alle Gottshäuſer vnd geiſtliche Perſonen/ vnd zuuoran die/ die in ſeinen landen ligen vor vnrecht zubeſchitzen vnd zubeſchirmen/ auch bey jhren Rechten vnd Freyhaiten/ die jhn dan von Pabſten/ Römiſche Kaiſern vnd Königen/ Fürſten/ Geiſtlichen vnd weltlichen vnd jhrer Stifften geben worden ſeind zubehalten/ darumb mit wolbedachtem muth vnnd gutem zeitigem Rate vnſer Räthe vnd zuuorderſt vnſerm lieben Herrn Jeſu Chriſto/ ſeiner Mutter Marien zu lob vnd ehrn/ auch vnſern vordern/ vnſer vnd vnſer Erben ſeelen zu troſte/ ſo beſtetten/ feſten/ vnd erneuen wir dem Brobſt vnd Capittel vnſer Frawen Gottshauß zu Rohr all jhr Freyhait/ Gnad/ priuilegia vnnd all gut gewohnhait die jhn gegeben darauff geſtifft/ vnnd damit herkommen ſeind/ mit allen puncten vnnd Articklen/ als die vonn wort zu wort inhalten/ ſonderlich den Artickel von ains Vogts wegen/ daß ſie den erwelen vnd abſetzen mögen nach laut jhr Brieff vnnd Recht die ſie darumb haben. Hierumb wir allen vnſern Ambtleuten/ Vitzdumen/ Haubtmannen/ Pflegern/ Richteren/ Landſchreibern/ Rentmaiſtern/ Zollnern/ Mautnern/ vnd ſonſt allen anderen vnſeren Ambtleuten/ Landtſäſſen vnd Vnderthonen/ die wir jetzo haben oder in künfftigen zeiten gewinnen veſtigklich gebieten/ daß jhr den Brobſt vnnd das Capittel vnnd alle jhre Nachkommen deß Gottshauß zu Rohr/ auch jhr leuth vnd gut bey jhrē Gnaden/ Ehren/ Rechten vnd Freyhaitē bleiben laſt/ darwider nit thut noch jemandt geſtatt zuthun als lieb euch Gott vnd die gerechtigkeit auch vnſer huld vnnd Gnade vnd ſchwere ſtraff zuuermeiden ſeye. Deß alles zu wahrem vnd ewigen vrkundt/ ſo haben wir vnſere Inſigel an den Brieff haiſſen hengen/ vnnd geben zu Straubing am Sontag ſo man in der Heilligen Kirchen ſinget Miſericordia Domini, in dem jahre als man zalt nach Chriſti vnſers lieben Herrn Geburt/ vierzehen hundert vnnd darnach in dem ains vnd dreiſſigiſten jahre.

Sigillum *Erneſti* Ducis *Bauariæ*.

Sigillum *VVilhalmi* Ducis *Bauariæ*.

V*Rbanus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Nobili viro *Albertō* Duci *Bauariæ* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quia prout ad noſtrum peruenit auditum, dilectus filius *Nicolaus* Præpoſitus Monaſterij *Rorenſis* Ordinis ſancti *Auguſtini Ratisbonenſis* Dioc. per Præpoſitum ſoliti gubernari quā plures habet aduerſarios, qui eius perſonam perſequentes bona dicti Monaſterij occupare & deſtruere moliuntur, nobilitatem tuam rogamus attentè, quatenus ad honorem Dei ac reuerētiam ſedis apoſtolicæ & noſtram præfatum Præpoſitum & bona eiusdem Monaſterij in Ducatu tuo, vt dicitur conſtituta, habere velis attentius commendata, ipſi Præpoſito tuis auxiliis & fauoribus aſſiſtendo, vt per hoc præter æternę retributionis meritum laudes apud homines dictęque ſedis beniuolentiam per amplius merearis. Datum apud *Pontemſorgiæ, Auinien.* Dioc. octauo jdus Iulij, Pontificatus noſtri anno tertio.

*Bartholomæus.*

## ROT

MOnaſterium ad Oenum fluuium ſupra Waſſerburgium Ordinis S. Benedicti. De fundatione huius Monaſterij nihil certius poteſt tradi, quam ipſū

Heinrici quarti Imperatoris ſubſequens diploma, quod ibi integrum ac illæſum extat &c. ac ita habet.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Hainricus diuina fauente clementia, quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Ideo fidelis noſtri Cononis Palatini memoriam poſteris transmittimus, quæ præterea ſemper in benedictione erit, quòd Deum & ſanctum Petrum omnium rerum ſuarum hæredem reliquit. Habuit enim duos liberos, quibus ſubſtantiam ſuam diuiſit, Cononem ſcilicet & Irmingardam, quæ, cùm marito traderetur, portionem ſibi debitam accepit, & de parte reliqua omnem calumniā legitimè refutauit; *renunciauit.* Deinde filius quoq; duxit vxorem, celebratisq; nuptiis, dum multi conueniſſent, *Scil: Eliſabetham ex Lotharingia oriundam, vt inſra ſequitur.* inierunt conſilium parentes cum filio & nuru ſua, ne in die bonorum immemores eſſent malorum, & vt illi, qui omnia dedit, aliquid tribuerent. Conuenerunt ergò in hoc, vt in loco & fundo, qui dicitur Rota, quem præterfluit Oenus fluuius, qui etiam in Comitatu Arnolphi Comitis, Monaſterium conſtruerent, ibique Monachos Deo famulantes congregarent. Placuit ſic filio, placuit nurui, ſimulque cum parentibus, ad altare ſanctorum Marini & Ariani procedentes tradiderunt Deo & SS. eius quicquid in regno noſtro poſſederunt, ſi abſq; liberis obirent. Nurus quoque dotem, quam ex marito acceperat, Monaſterio in legitimam poſſeſſionem tradidit cum omni patrimonio, quod in Lotharingia poſſederat, ſi ex eodem marito Conone liberos non generaret. Euolutis autem aliquot diebus, filius ad ſeruitium noſtrum vocatus in bello cecidit, & ſic omnis hæreditas ad Monaſterij ius, cui traditum fuerat, rediit. Orbatus verò pater tota mente ad Deum conuertitur, ſublatoque corpore filij & aſſumpta Nuru, quæ ſine prole remanſerat, ad Monaſterium properat, exequias celebrat, celebratiſque exequiis, traditionem renouauit. Dat ſocer hæreditatem, Nurus dotem non conditionaliter, vt prius, ſed perfectè Deo & Sanctis eius in perpetuum; offerūtur viri militares, qui dicūtur Miniſteriales, cum prædiis & poſſeſſionibus ſuis, *Miniſteriales. Vaſalli.* quos domi foriſque cuſtodes lateris habebat, quibus etiam iura ſtatuit, vt Monaſterij gloriam teneant, & Abbatibus libere ac regulariter ſubſtituendis honeſto loco, gradu & ordine deſeruiant. Traduntur familiæ diuerſæ, ſexus & ætatis, quibus etiam tertiam partem ſeruitij ſui relaxauit, hiſque *Aigẽleut.* diſpoſitis traditionem conſummat, & prædia notata inferius Deo & fratribus regulariter viuentibus confert.

ROTA, in quo eſt Monaſterium cum Eccleſiis, decimis, terminis & appendiciis.

ROTA, quæ adiacet Glane flumini cum Eccleſiis &c.

Item in Luickenthal, Stegen &c. & quicquid à Strichen, vſq; ad Lochperch habuerunt, præter vnam manſionem apud Wiſnichvvanch, quam filiæ ad pernoctandum tradiderat, cùm de loco ad locum tranſiret. *In Kitzbichler Herrſchafft.*

Item apud Hall patellam ſalis.

ITEM in Bozen, curiam & vineas.

ITEM in Carinthia caſtrum, quod dicitur Vrſen, & circa caſtrum ſexaginta manſus.

ITEM iuxta Moram fluuium.

ITEM in Marchia iuxta Rabam fluuium Chuniberge cum terminis &c.

IN oriente Breittennovve &c.

IVXTA Danubium verſus Vngariam Viskahege &c.

IN Crungovve curiam ad Gruninbach, ſex vineas &c.

VLTRA Chambe Coſtingen & Nezvvetingen &c.

IVXTA fluuium, qui dicitur Naba Vndercheſtarf.

CVRIAM ſuam Ratiſponæ iuxta ſanctum Caſſianum &c.

IN Sueuia villam, quæ dicitur Ellingen.

HÆc omnia cum omni iure tradidit &c. De quibus etiam Nurus ſua Eliſabeth ſtatim Monaſterium inueſtiuit, & poſtea in beneficium accepit. His ergò prædiis atq; redditibus, vir fidelis Rotenſe Monaſterium fundauit, ac fundatum B. Petro ac Romanæ Eccleſiæ tradidit, per manum Eberhardi de Ranzenhouē, qui & primus Biſantium annuatim perſoluendum Lateranenſi palatio perſoluit &c. obtinuit quoque Monaſterio Abbatis liberam electionem, Baptiſma, ſepulturam, & vt Aduocatum non habeant, niſi quem velint, quia jam legitima ſucceſſio Aduocatorum ceſſauerat, mortuo ſine liberis filio, & ad filios filiæ ius illud non pertinebat.

HENRICVS Imperator hæc omnia confirmat Ratiſponæ, An. 1073.

FRIDERICVS ſecundus confirmat cum inſertione diplomatis Henrici quarti &c. an. 1226. Datum apud Piſcariam: inter alios teſtes, Renaldus Dux Spoleti.

PRÆDICTA fundatio hoc modo facta eſt. Cum prædictus Palat. nullum hæredem haberet, vt ſub tuitione Imperij eſſet, & Abbates illius Eccleſiæ Aduocatum ab Imperio reciperent, & haberent; vnde Conradus Eps Ratiſp. eandem Aduocatiam nomine Imperij aliquandiu tenuit, poſt cuius obitum, quidam Miniſteriales Ducis Bauariæ, nempe quidam Vlricus ex conceſſione Regis, filij Imperatoris Friderici ſecundi, alter Alhardus, ex conceſſione Comitis Tyrolenſis &c. pro dicta Aduocatia contendebant, Imperator Frideric⁹ ſecundus ad inſtantiam Friderici Abbatis, irritatis prędictis conceſſionibus, eandem Aduocatiam Conrado Comiti de Waſſerburg & hæredibus ſuis, ſi ad eam idonei & Abbatib. acceptabiles fuerint &c. contulit, nomine Imperij tenendam. Datum huius priuilegij Parmæ, an. 1226.

IOANNES Auent in Annalib. fol. 581. & 552. De fundatione huius Monaſterij ita ſcribit: Conradus, cuius filius Cōradus atq; Irmogarda Nurus, Auus, paterq; Poppo, in eiſdemq; templis hi proceres conditi ſunt &c. quinam fuerit Auus, paterque Poppo, mihi non conſtat, Irmogarda filia fuit fundatoris, non Nurus, quæ dictio in Autographo non inuenitur.

HABVIT hoc Monaſterium aliquando ſuos Officiales hæreditarios, ſicuti & alia quædam potentiora Monaſteria Bauariæ, Magiſterum coquinæ, quem alîâs Truchsâſſen vocant, olim tenebant Nobiles de Otling. Iohannes Otlinger delegabat hoc Dño Ioanni de Fraunberg de Hag, an. 1361. hinc Ladislaus Comes de Hag prætēdebat, neſcio quid iuris in illo Monaſterio. Nobiles de Schönſtett, in Varnpach vicini illius Monaſterij Camerarij officium cum quibuſdam bonis ad illud pertinentibus, ab Abbate in feudum tenebant. Vtrumque officiū morte iſtarum familiarum extinctum eſt. De cæteris officiis nihil certū habeo. Hinc factum eſt, quòd Procurator fiſci Imperialis prætendit hoc Monaſterium Imperio Rom. illius collectis ac oneribus immediatè ſubiectum eſſe. De qua re Ducibus Bauariæ in iudicio Cameræ Imperialis litem iamdudum mouit, qui conſtanter & iuſtè negant, aſſerentes ad Ducatum Bauariæ per omnia, ſicut & cætera Monaſteria in ſæcularibus, ab antiquis temporibus ſemper pertinuiſſe ac pertinere. Ea autem iura fiſcalis non ad hoc, ſed aliud eiuſdem nominis Monaſterium, in Rhetia prope Dinckelſpüchl ſitum, ac Rot dictum quod Com. Otingen ab Imperio, iure hypothecario tenere dicuntur, ſpectare, &c. neque fiſcali tuitionem & Aduocatiam Imperij patrocinari. Nam idem in pleriſque aliis Bauariæ Monaſteriis, de quibus nulla penitus

contro

controuerſia eſt, reperitur, quòd in Mundiburdium ac defenſionem Imp. ac Regum Romanorum recepta, regia dicerentur Monaſteria, vt Eberſperg, Tegernſee & alia &c. pleriq; etiam veterum Imp. ac Regum ante Palatinos Witlſpacen. Ducatum Bauariæ tenebant, ac per vicarios ſuos adminiſtrabant, quorum iura in Ottonem Witlſpachium, ac ſuos Succeſſores transfuſa ſunt, & vtcunq; ſit, Principes Bauariæ ſe longiſſima poſſeſſione ac præſcriptione vltra trecentos annos, ſcientibus ac patientibus Rom. Imperatoribus ac Regibus extenſa, defendere ac tueri poſſunt &c. ſub judice adhuc lis pendet hoc an. 1579. diſpenſatum eſt cum Monaſterio hoc propter eſum carnium, quem ante annos 40. vſurpauerant, per D. Laurentium Campegium, Cardinalem Legatum Apoſtolicum anno 1522.

Benefactores huius Monaſterij, quorum ibi memoria habetur.
Conradus Comes de Waſſerburg, cum conſenſu vxoris Dominæ Kunegundis, multa bona, prædia ac curias contulit Rotenſi Monaſterio anno 1230, juxta diplomata ibi. Ego ita puto, citra tamen veritatis præiudicium, Fundatores huius Monaſterij fuiſſe de eadem familia, & eorundem inſignium, de quo vide latius, Comites de Waſſerburg, in libro meo primo Genealogiarum Bauaricarum.

Benefactores & qui ibi ſepulti ſunt.

OTTO Liber de Stainhart. ⎫
BERCHTOLDVS de Vagen. ⎬ Anno 1255.
CONRADVS de Sächſenkam. ⎭
WALTHER, Otmar, Othackher de Schaltorff.
IOANNES Schonſtetter, ⎫ Anno 1349.
HECTOR Schonſtetter, ⎭
PETRVS Schonſtetter Anno 1440.
HECTOR, Ioannes, Eraſmus Schonſtetter de Warnpach, Anno 1466.

## ADDITIONES.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis Filijs *Bertrico* Abbati *Rotenſis* Monaſterij eiuſq; fratribus tam præſentib. quam futuris regularem vitã profeſſis in perpetuũ. Religioſis deſideriis dignũ eſt facilem præbere conſenſũ, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Eapropter dilecti in Dño filij veſtris iuſtis poſtulationib. clementer annuimus, & præfatum ſanctorum *Marini* & *Aniani* Monaſterium, in quo diuino mãcipati eſtis obſequio ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio comunimus. Statuentes vt quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſorib. & illibata permaneant. Sancimus etiam vt ordo monaſticus ſecundum B. *Benedicti* regulam perpetuis ibi temporib. inuiolabiliter conſeruetur atque nulli fratrum poſt factã profeſſionẽ proprium quid habere liceat, ſed in Abbatis ſui obedientia cum omni humilitate permaneat. Laborũ quoq; veſtrorũ quos propriis manib. aut ſumptib. colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino clericus vel laicus decimas à vobis exigere præſumat. Obeunte verò te nunc eiuſdẽ loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia pręponatur, ſed liceat vobis communi conſilio & parti cõſilij ſanioris, ſecundum Dei timorẽ & B. Benedicti regulam abſq; vllius contradictione Abbatem eligere. Porro loci veſtri aduocatiam nullus inuadere vel vſurpa-

ſurpare præſumat, niſi quem Abbas & fratres ſecundum Deum & vtilitatem ipſius Monaſterij ibi prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem huius à ſede Apoſtolica perceptę protectionis bizantium aureum nobis noſtrisque ſucceſſoribus, annaliter perſolueris. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.




Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego *Stefanus Preneſtinus* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Guido* ſanctæ Rom. Eccleſiæ indignus ſacerdos ſſ.
✠ Ego *Boetius* presb. Card. tt. S. *Clem.* ſſ.
✠ Ego *Lubaldus* Diac. Card. S. *Mariæ in via lata* ſſ.
✠ Ego *Octauianus* Diac. Card. S. *Nicolai in Carcere* ſſ.
✠ Ego *Guido* presb. Card. tt. S. *Griſogoni* ſſ.
✠ Ego *Petrus* Diac. Card. S. *Mariæ in porticu* ſſ.

Dat. *Lat.* per manum *Gerardi* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presb. Card. ac Bibliothecarij. VIII. Idus Decembr. Ind. VI. Incarnat. Dominicæ, anno M. C. XLII. Pontificatus verò Dñi *Innocentij* II. PP. an. XIII.

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis *Lotario Rotenſis* Monaſterij Abbati eiuſque fratribus, tàm præſentib. quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur quod religioni & honeſtati conuenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & felicis memoriæ PP. *Innocentij* prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes *Rotenſe* Monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Inprimis ſiquidē ſtatuentes vt ordo mōaſtic9 qui ſecundū Dei timorē & B. *Benedicti* regulā in eodē loco auctore Dño inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporib. inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona eadem Eccleſia in præſentiarū juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurū conceſſione Pontificū, largitione Regū vel Principū, oblatione fideliū ſeu aliis iuſtis modis præſtante

Domino

Domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſq; ſucceſſorib. & illibata permane-
ant. In quib. hæc propriis duximus vocabulis annotãda. Locũ qui dicitur *Rota*
in quo ipſa Abbatia ſita eſt cum Eccleſiis, decimis, terminis & cęteris pertinẽtiis
ſuis. in parochia *Chemeringen*. triginta manſos cũ parte Eccleſiæ S. *Panchratij*, de-
cimis & appendiciis ſuis. *Beuſteten Outingen*, *Aske Niuuarn*, cum Eccleſia eiuſdẽ
loci, decimis & appendiciis ſuis. *Volchmariſtorff*. cũ vineis & agris vinitorũ. *Eri-
geltesbuſen*. cum Eccleſia eiuſdẽ loci, decimis & appendiciis ſuis. Prædiũ quod
appellatur *Rota* adiacens *Glane* flumini cum Eccleſia S. *Georgii* decimis & appẽ-
diciis ſuis. *Harde*, *Brunnintal*. Manſũ, apud *Trubtheringen*, *Helpſendorf*, *Tuntinhuſẽ*,
*Warte*. *Veriſteten*. *Wachreine Durholz*. *Walsbe*. *Cholental*. Totum *Bilereſſe*. cum Eccle-
ſia eiuſdem loci, decimis & appendiciis ſuis. In *Luichental*. *Stegen*. *Wiſinchſvvanch*.
*Crieſ;ennovve Grantovve*. *Barne*. & quicquid illuſtris memoriæ *Cono* Palatin⁹ Co-
mes Eccleſiæ veſtræ fundator à *Strichen* vſq; *Iohperch* iuſte habuerat, pia vobis ab
eo deuotione conceſſum præter vnam manſionem apud *Wiſinchsvvanch*, apud
*Halle* patellam ſalis, & locum patellæ. In monte qui dicitur *Ritino* vinum manſũ.
In *Bozen* curiam & vineas. In *Hartperch*. ſex vineas & agros. *Choſtingen* & *Ratispone*,
curiam iuxta S. *Caſſianum*, cum atrio per circuitũ & ædificiis. Sane laborũ veſtro-
rum quos propriis manib. aut ſumptib. colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum
animalium nullus à vobis decimas præſumat exigere. Sepulturã quoque ipſius
loci liberam eſſe ſancimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuo-
tioni & extremæ voluntati niſi excomunicati ſint nullus obſiſtat. ſalua tamẽ iu-
ſtitia matricis Eccleſiæ. Porro loci veſtri aduocatiam nullus inuadere vel vſur-
pare præſumat, niſi quem Abbas & fratres ſecundum Dñi & ipſius Monaſterij
vtilitatem elegerint. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Abbate, aut tuorum
quolibet ſucceſſorũ null⁹ ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia p̃pona-
tur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſe-
cundum Dei timorem & B. Benedicti regulam præuiderint eligendum. Decer-
nimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere per-
turbare aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquib.
vexationib. fatigare, ſed oĩa integra conſeruentur eorum pro quorum guber-
natione conceſſa ſunt vſib. oĩmodis profutura. Salua Diœceſanorum Epiſco-
porum canonica iuſtitia & reuerentia. Ad indicium verò perceptæ huius à ſede
apoſtolica protectionis Bizantium aureum nobis noſtriſque ſucceſſorib. an-
naliter perſoluetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſue perſona
hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tempta-
uerit, ſecundò tertiòue comonita niſi ſatisfactione congrua emendauerit po-
teſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de p̃pe-
trata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini
redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ
vltioni ſubiaceat. Cunctis aũt eidẽ loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Dñi noſtri
Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtri-
ctum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.




Ego *Eugenius* Catholicæ Eccleſiæ
Epiſcopus ſſ.



✠ Ego *Gregorius* presb. Card. tt. *Calixti* ſſ.
✠ Ego *Imarus Tuſculanenſis* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Otto* Diac. Card. S. *Georgij ad velum aureum* ſſ.
✠ Ego *Nicolaus Albanus* Epiſcopus ſſ.
✠ Ego *Guido* Diac. Card. S. *Mariæ in proticu* ſſ.
✠ Ego *Guido* presb. Card. tt. paſtorum ſſ.
✠ Ego *Bernardus* presb. Card. tt. S. *Clementis* ſſ.
✠ Ego *Iordanus* presb. tt. S. *Suſannæ* ſſ.
✠ Ego *Octauianus* presb. Card. tt. S. *Cæciliæ* ſſ.
✠ Ego. *Ceneius* Diac. Card. S. *Romanæ* Eccleſiæ ſſ.

Dat. *Ferentini* per manum *Boſonis* S. Romanæ Eccleſiæ ſcriptoris. III. Kal. Aprilis. Indict. XIV. Incarnationis Dominicæ An. M.C.LI. Pontificatus verò Dñi *Eugenij* PP. III. anno ſeptimo.

F*Ridericus* Dei gratia *Rôman:* Imperator ſemper Auguſtus, *Ieruſalem* & *Siciliæ* Rex. Inter actus noſtros multiplices quib. noſtræ dignitatis titulus exaltatur illud nobis eſt perpetuo glorioſum in terris & perpetuo retributiuum in cœlis quod ad vtilitatem ſanctarum Eccleſiarum Dei, noſtris felicibus temporib. operamur. Hinc eſt igitur quod notum eſſe volumus vniuerſis fidelibus noſtris per Imperium conſtitutis tàm præſentib. quàm futuris quod *Fridericus* venerabilis Abbas *Rotenſis* Monaſterij fidelis noſter ad præſentiam noſtram accedens, oſtendit nobis quoddam priuilegium Majeſtati noſtræ ſupplicans humiliter & deuotè vt priuilegium ipſum eidem Monaſterio ſuo confirmare de noſtra gratia dignaremur, cuius tenor talis eſt. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia quartus *Romanorum* Auguſtus. Regalis dignitas & Imperialis Maieſtas ad hoc diuinitus ordinata eſt vt ſuperborum temeritatem comprimat, fidelium verò deuotionem maximèque Deo famulantium humilitatem pia defenſione muniat, roboret, atque confirmet. Ideo fidelis noſtri *Cononis* Palatini memoriam poſteris ſcripto transmittimus, quæ propterea ſemper in benedictione erit, quia Deum & ſanctum *Petrum* omnium rerum ſuarum hæredem reliquit. habuit enim duos liberos quib. ſubſtantiam ſuam diuiſit. *Cononem* ſcilicet & *Irmingardam*, quæ cum marito traderetur, porcionem ſibi debitam accepit & de parte reliqua omnem calumniam legitimè refutauit. Deinde filius quoque duxit vxorem, celebratiſque nuptiis dum multi conueniſſent, inierunt conſilium parentes cum filio & nuru ſua ne in die bonorum immemores eſſent malorum, & vt illi qui omnia dedit aliqua tribuerẽt. Conuenerunt ergo in hoc. vt in loco & fundo qui dicitur *Rota* quem præterfluit *Enus* fluuius qui eſt in Comitatu *Arnolfi* Comitis Monaſterium conſtruerent ibiq; Monachos Deo famulantes aggregarẽt. Placuit hoc filio, placuit nurui, ſimulque cum parentibus ad altare ſanctorum *Marini* & *Aniani* procedentes tradiderunt Deo & ſanctis eius quicquid in Regno noſtro poſſiderũt ſi abſq; liberis obirent. Nurus quoq; dotẽ quam ex marito acceperat, Monaſterio in legitimá poſſeſſionẽ tradidit cum omni patrimonio quod in Lothoringia poſſederat ſi ex eodẽ marito *Conone* liberos non generaret. Euolutis aũt aliquot dieb. filius ad ſeruiciũ noſtrũ vocatus in bello cecidit, & ſic omnis hæreditas ad Monaſterij ius cui traditum fuerat rediit. Orbatus verò pater tota mente ad Deum conuertitur ſublatoq; corpore filij & aſſumpta nuru quæ ſine prole remanſerat ad Monaſterium properat, exequias celebrat, celebratiſq; exequiis, traditionẽ renouat, dat ſocer hereditatem, nurus dotẽ, non conditionaliter vt prius, ſed pfectè Deo & ſanctis eius in perpetuũ. Offerũtur viri militares, qui dicũtur Mini-

ſteriales, cum prædiis & poſſeſſionibus ſuis quos Domi foriſque cuſtodes lateris habebat quibus etiam iura ſtatuit vt Monaſterij gloriam teneant & Abbatibus libere ac regulariter ſubſtituendis honeſto loco gradu & ordine deſeruiant. Traduntur familiæ diuerſi ſexus & ætatis quibus etiam tertiam partem ſeruicij ſui relaxauit, hiiſque diſpoſitis condicionem conſumat, & prædia notata inferius DEO & fratribus regulariter viuentibus confert. *Rota* in quo eſt monaſterium cum Eccleſiis, decimis, terminis & appendiciis ſuis, in parochia *ehemeringen* XXX manſos cum parte Eccleſiæ, decimis, terminis, & appendiciis ſuis. *Bderſteten, Otingen, Aske, Nuiuarn* cum Eccleſia, decimis, terminis, & appendiciis ſuis, *Volchmariſtorff* cum vineis & agris vinitorum. *Herigolteshuſen* cum eccleſia, decimis, terminis & appendiciis ſuis. *Rota* quod adiacet *Glane* flumini cum Eccleſia, decimis, terminis, & appendiciis ſuis. *Harde, Brunnmül, Helpfendorff, Tocinhuſen, Warte, Veriſteten, Wachreine, Ourholz, Walheſe, Choletal, Bilereſſe* per totum cum eccleſia, decimis, terminis, & appendiciis ſuis. In *Luichental, Stegen, Wiſinchvvanch, Crieſcenovve, Grantovve, Barne,* & quicquid *Aſtrichen* vſque ad *Lohperch* habuerat præter vnam manſionem apud *Wiſinchvvanch* quam filio ad pernoctandum tradiderat, cum de loco ad locum tranſiret. Apud *Halle* patellam ſalis, & locum patelle. In *Stubeia* duos manſos. In *Wibetal* ſtabularem curiam, ad *flones* duos manſos, ad valles in monte qui dicitur *ritino* quinque manſos. Ad *ſuſan* in *Bolen.* curiam & vineas. in *Carinthia* caſtrum quod dicitur *Vrſen* & circa caſtrum ſexaginta manſos, juxta *Moram* fluuium *Flachſaba* juxta *Liesniche, Meizzenſtain.* jn marchia juxta *Rabam* fluuium *Chuninberge* cum terminis & appendiciis. In oriente *Breittenovve, Suarzaba, Luiprandeſtorff, Snozindorff, Hederiſcheſvverde.* Iuxta *Danubium* verſus Vngariam *Viskabegemunde. Chrunbinnuzbvvonne* cum terminis & appendiciis ſuis. In *Tongovve* curiam. Ad *Grüninbach* ſex vineas. Ad *Hurcperch* cum vineis agris vinitorum vltra *Chambe, Choſtingen* & *neuvvetingen* cum eccleſia, decimatione, theloneo, terminis & appendiciis ſuis. Iuxta fluuium quod dicitur *Naba Vnrdecheſtorff* curiam ſuam, *Ratisbone* juxta ſanctum *Caſſianum* cum altero per circuitum & ædificiis. In *Svveuia* villam quæ dicitur *Eſlingen.* Hæc omnia cum omni jure tradidit, cum areis & ædificiis, agris, campis, pratis, molendinis, aquis aquarumue decurſibus, ſiluis, venationibus, ſectione, ſaginatione, & quæ habentur, vel haberi poſſunt in legitima poſſeſſione *Rotenſis* Monaſterij, de quibus etiam Nurus ſua *Eliſabeth* ſtatim monaſterium inueſtiuit, & poſtea in beneficium accepit. His ergo prædiis atque redditibus cui fidelis *Rotenſe* monaſterium fundauit, ac fundatum beato *Petro* ac *Romanæ* eccleſiæ tradidit per manum *Eberhardi* de *Razenhouen* qui & primus bizancium annuatim perſoluendum *Lateranenſi* palacio perſoluit ac ſic loco atque familiæ tutelam apoſtolicæ defenſionis obtinuit. Obtinuit quoque Monaſterio liberam Abbatis electionem, baptiſmum, ſepulturam & vt aduocatum non habeant, niſi quem velint, quia iam legitima ſucceſſio aduocatorum ceſſauerat mortuo ſine liberis filio, & ad filios filiæ jus illud non pertinebat, his ita peractis noſtram præſentiam adiit, noſtraque Imperiali auctoritate hæc omnia roborari expetiuit. Nos verò deuotione tanti Principis exhilarati, ac petitione eius inducti Pontificialem auctoritatem noſtra auctoritate muniuimus, & quicquid conceſſit conceſſimus, ſtatuentes vt nulla eccleſiaſtica ſeculariſue perſona audeat præfati Monaſterij jura infringere, perſonas turbare, poſſeſſiones inuadere, minuere, auferre vel ablata retinere, terminos cohibere, vel tranſgredi, nec vllam poſſeſſis vel in futurum poſſidendis violentiam inferre. Si quis hanc noſtræ

 conſti-

conſtitutionis paginam ſciens *Rotenſe* Monaſterium infeſtare preſumpſerit, veniat ſuper illum apoſtolica maledictio, noſtriq; violati edicti dura compoſitio noueritq; ſe mulctatum centum libris auri, cuius medietas noſtræ cameræ, alterum verò medium fratrum vſibus perſoluetur. Hoc ergo vt firmiter teneatur lociq; libertas, pax & ſecuritas omni æuo ſtabilis & inconuulſa permaneant, hanc præſentem noſtræ conſtitutionis paginam inde conſcribi fecimus, noſtrique ſigilli impreſſione ſignari.



Signum Domini *Heinrici* Regis inuictiſſimi. *Egilbertus* Cancellarius vice *Willigiſi* Archicapellani recognouit. Dat. Non. Sept. anno Dominicæ Incarnationis M. LXXIII. Indict. XI. Anno autem Regni Domini *Heinrici* XX. Actum *Ratisbonæ* feliciter amen. Præſidente *Romæ* apoſtolicam ſedem *Gregorio* VII. qui & *Hiltprandus*. Vnde nos ſupplicationes deuotas pręfati Abbatis *Friderici* miſericorditer admittentes pro conſeruatione ſalutis noſtræ & pro remedio animarum diuorum auguſtorum parentum noſtrorum recolendæ memoriæ prædictum priuilegium præter clauſulam vbi erat raſura de noſtra gratia confirmantes, ſigillo maieſtatis noſtræ juſſimus communiri. Acta ſunt hæc anno Dominicę incarnationis Milleſim. Ducenteſ. viceſimo ſexto. Menſe Marcij, quartædecimę Indictionis. Regnante Domino noſtro *Frid.* Dei gratia inuictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto *Hieruſalem* & *Siciliæ* Rege. Imperij eius anno ſexto. Regni *Hieruſalem* primo. Regni verò *Siciliæ* viceſimo octauo feliciter Amen.



Signum Domini *Friderici* ſecundi Inuictiſſimi Rom. Imp. ſemper Aug. Hieruſalem & Sicil. Regis. Huius autem reitestes ſunt *Rotenſis* Epiſcopus vener. Abbas ſancti *Galli*, dilectus Princeps noſter. *Renaldus* Dux *Spoleti* & frater *Hermannus* vener. Magiſter ſanctę *Mariæ* Domus hoſpitalis theutonicorum in *Hieruſalem*. Dat. apud *Piſcariam* Anno ------- menſe ---- & Indictione ----- prædictis.

FRidericus Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus *Hieruſalem* & *Siciliæ* Rex. Per præſens ſcriptum nouerit vniuerſorum fidelium præſens ætas & ſucceſſiua poſteritas, quod dilectus fidelis noſter *Fridericus* vener. Abbas *Rotenſis* eccleſię, ad pręſentiam noſtram accedens propoſuit coram nobis qualiter quondam quidam Palatinus *Cono* nomine, filio eius *Conone* in bello & ſeruitio Imperij decedente, *Rotenſem* Eccleſiam pia prouiſione fundauerit & in deceſſu ſuo, cum hæredem aliquem non haberet, eandem eccleſiam ſub tuitione Imperij duxerit conferendam, eo videlicet tenore, vt quæcunq; ad eiuſdem loci defenſionem, abbas qui conſtitutus eſſet, ibi pro tempore, peteret aduocatiā, ab imperio reciperet & haberet, ſuper quo prædeceſſor noſter *Heinricus* quart⁹ *Romanorum* Imperator diuæ recordationis Auguſtus pro eo quod *Cono* filius prædicti Palatini *Cononis* in ſeruicio ſuo ceciderat, ſuum clementer aſſenſum præſtitit & munimen, pro vt in priuilegio ſuo eidem eccleſię indulto plenius continetur. Cuius priuilegij confirmationem, idem Abbas à liberalitate noſtra pro prædicta eccleſia ſua extitit aſſecutus. Præterea memoratus Abbas coram nobis propoſuit conquerendo quod dilecto principe noſtro Imperij quondam vener. *Ratisbon.* Epiſcopo, qui prædicti loci aduocatiam, ab Imperio ſibi colla-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

collatam rexerat, rebus humanis exempto, quidam Miniſterialium ducis *Bavvariæ Volricus* nomine inſtitit apud Regem filium noſtrum, quod ſine requiſitione prædicti Abbatis inueſtiuit cum ſaluo tamen mandato & voluntate noſtra. Quidam etiam alius Miniſterialis eiuſdem Ducis *Albardus* nomine prædictam aduocatiam detinere contendebat, prætendens conceſſionem Comitis de *Tirol* prædicto *Ratisbonenſi* Epiſcopo ſuperſtite ipſi factam. Cumque dictus Abbas priuilegia ſua Curiæ noſtræ oſtendit quibus eadem eccleſia ſua p̃cipue in facto aduocatię extitit præmunita celſitudini noſtræ attentius ſupplicauit, quatenus ſuper indemnitate ipſius Monaſterij dignaremur miſericorditer prouidere. Nos itaque priuilegiis eius inſpectis & cognitis rationibus quas ſuper eiuſdem loci aduocatia euidenter oſtendit, ſuis juſtis ſupplicationibus annuentes, & inueſtituram Regis filij noſtri quam ſaluo mandato & voluntate noſtra fecerat & quicquid inde per Comitem de *Tirol* in præiudicium ipſius eccleſiæ attemtatum fuerat, vt ab eodem Comite ſine poſtulatione Abbatis contra tenorem priuilegiorum eiuſdem eccleſiæ illicite impetratum de conſilio Principum tunc temporis in curia noſtra præſentium in irritum reuocantes, pronunciamus vt prædictus Abbas *Rotenſis* eccleſiæ, quem vellet ad eiuſdem eccleſiæ ſuæ defenſionem poſtularet juxta conſuetudinem aduocatum. Verum quia dictus Abbas ad ipſius aduocatiæ regimen Imperium poſtulauit, & nos eandem eccleſiam ſub tuitione noſtra recepimus & fauore, ne pro abſentia noſtra grauamen & jacturam aliquam ſuſtineret, ad poſtulationem dicti Abbatis eandem aduocatiam in *Rote*, dilecto fideli noſtro Comiti *Con.* de *Wazzeburch* contulimus, etiam tuendam commiſimus loco noſtri. Tali videlicet modo, vt ea quæ ad imperium de ipſa aduocatia ſpectant, quamdiu idem Comes vixerit cedant ipſi. Nec liceat ei aliud quia noſtro Imperio pertineret, occaſione ipſius aduocatiæ, ab eadem *Rotenſi* eccleſia indebitè extorquere, vel eam indebitis exactionibus aggrauare. Qui ſi contra præſentis commiſſionis noſtræ paginam attemptaret, Abbas prædicti loci poteſtatem habeat à nob. & ab imperio petendi alium aduocatum, vbi de manifeſto grauamine & indebitis exactionibus eiuſdem Comitis nobis & Imperio conſtiterit manifeſtè. Prohibemus inſuper vt Abbas & Conuentus ipſius eccleſiæ contra eundem Comitem ex maliuolentia, vel inſtinctu aliquo non procedant. Statuimus autem & præſentis ſcripti auctoritate ſancimus, vt ſi prædictus Comes *Con.* hæredes poſt ſe dimiſerit qui ad ipſius *Rotenſ.* eccleſiæ tuitionem ſufficientes & idonei habeantur, ad poſtulationem dicti Abbatis in aduocatia ipſa pro parte Imperij dicto patri ſuo ſuccedant, eadem ſtatuta noſtra quæ indicta ſunt patri, & ſub conditione ſimili ſeruaturi. Ad huius itaque collationis & commiſſionis noſtræ memoriam & ſtabilem firmitatem duo conſimilia ſcripta fieri fecimus, & ſigilli noſtri robore juſſimus cõmuniri, Quorum alterum prædicto Abbati & eccleſiæ ſuæ, reliquum dicto Comiti, ad communem eorum cautelam indulſimus conſeruanda. Teſtes autem ſunt A. Vener. *Magdeburg.* Archiepiſcopus. A. *Warmatien.* & R. *Curenſis* Epiſcopi. L. *Langrauius Turingiæ*, A. Dux *Saxoniæ*, R. Dux *Spoleti*, & *Bert*, frater eius. *Hermannus* Marchio de *Baden.* S. Comes de *Vienn.* & frater eius. Comes *Mainardus* de *Gorze*. Comes C. de *Wallerpure* & quamplures alij qui interfuerunt. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis Milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto. Menſ. Maij, quartadecima indictione. Imperante Domino *Friderico* Dei gratia inuictiſſimo *Roman.* Imperatore ſemper Auguſto. *Hieruſalem* & *Siciliæ* Rege. ann. eius in Imperio ſexto, in regno *Hieruſalem*, primo, in regno verò *Siciliæ* viceſimo octauo, feliciter Amen. Data in ciuitate *Parm.* Annis, Menſ. & Indictione præſcriptis.

Vniuer.

VNiuerſis ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ filiis, F. Dei gratia *Rotenſis* Abbas ſalutem in vero ſalutari, & continuum orationum munus indefeſſum. Quoniam omnis humana conditio per temporum ſucceſſiones decedit & ſuccedit: ideò ne à cunctorum Chriſti fidelium labatur memoria, ſub nobilium herorum & miniſterialium, aliarumq́; humilium perſonarum ſcriptis & teſtimonio confirmamus, quia Comes *Conradus* de *Wazzerburg* aduocatus noſter porrecta dextra ſua aliisq́; laudamenti ſacramentis conſtabiliuit & ratificauit, quod nil amplius juris aduocatiæ ſuę de redditibus noſtris, qui defenſioni ſuę ſubiacent, cõtra conſtitutã exactionem, vt in chyrographo Imperatoris eſt impreſſum, & omne feodalæ jus quo dignitas Eccleſiæ noſtræ eſt ſublimata, annuente Domino noſtro Imperatore ſibi conceſſimus tali conditione, vt ſi aliquod feodum mutatione temporum & hominum vacans fuerit, ipſe præfatus Comes *Chunradus* de *Wazzerburg* jurando laudauit, quod nullum ſine noſtro conſilio ipſo feodo inueſtiet. Si enim à via veritatis deuiauerit, & hanc à nobis communi conſilio compactionem immutare vel infringere præſumpſerit, omnia à nobis conſtituta vana ſint & irrita, & cedant iuri Imperatoris. Et ego *Fridericus* Dei gratia *Rotenſis* Abbas appoſita dextra ſuper Euangelia iuramento confirmaui, quod ſupradictus Comes *Chunradus* de *Wazzerburg*, quam diu hæc præſcripta apud ipſum durare poterunt, aliqua inuexatione, aut infeſtatione, aut aliquo malo ingenio in omni iure quod ſibi in Eccleſia noſtra contulimus, nunquam per nos moleſtetur. Vt autem hæc noſtra conſtituta firma ſint & rata & inconuulſa & illibata permaneant, ſigilli noſtri & ipſius Comitis *Chunradi* de *Wazzerburg* aduocati noſtri, & Domini *Vlrici Atilenſis* Abbatis iuſſimus impreſſione muniri.

## CATALOGVS
### Abbatum Monaſterij *Rhot*.

HENRICVS *Tyrnol* ob. Anno Domini M. CCC.
OTTO. ob. an. 1325. rex. an. 25.
FRIDERICVS *Penznauer* ob. an. M. CCC. XLVIII. 8. Cal. Iun. cum præfuiſſet an. 23.
HENRICVS II. dictus *Kolb*, rex. an. 13. def. an. 1380.
ECKPERTVS *Krätzl* præf. an. 23. ob. an. 1413.
CONRADVS *Spilperger* præf. an. 24. ob. an. 1447. in octaua S. *Laurentij*.
MATTHIAS *Schöttl*, rex. an. 6. ob. an. 1448. in die S. *Marcelli* PP.
HENRICVS III. *Varcher* cognom. rex. an. 12. ob. 1459.
ALEXIVS *Perualer* præf. an. 36. die 20. Decembr. ob. an. 1485.
IOANNES *Hödl*. præf. an. 13. ob. an. 1498. Calend. Mart.
IOANNES II. ob. An. Dn. 1515. rex. an. 17.
MARINVS ob. an. 1530. IV. Non. Sept. rex. an. 15.
PAVLVS *Edlinger* rex. an. VI. ob. an. 1536.
BENEDICTVS *Stumpf* ob. an. 1567. 3. Non. Ian. rex. an. 31.
MENRADVS *Huber* de *Wögn*, ob. 28. Apr. an. 1575. rex. an. 8.
CHRISTOPHORVS *Schröttl* rex. a. 14. reſign. an. 1589. mortuus 17. Calend. Nouembr. an. 1595.
GEORGIVS *Watzlerus* ex *Tegernſee* poſtulatus, rex. an. 4. ob. 15. Calend. Mart. an. 1595.
IOACHIMVS *Anzenperger* rex. ſemian. ob. Calend. Octobr. an. 95.

GEOR-

GEORGIVS *Marinus Widman*, rex. an. 15. ob. an. M. DC. X.
IACOBVS *Algeier*, eod. an. el. reſign. an. M. DC. XV.
IOANNES *Agricola* huius nominis III. moderuus Abbas, ex Priore *Schiren.* an. 1615. 2. Nouembr.

## SALVATOR.

MOnaſterium Ord. Præmonſtratenſium, Bernhardus, & Fridericus, Berengarij, vulgariter die Peringer dicti, Monaſterium hoc S. Saluatoris condunt, D. Nortperti ſacris initiant, Monachos ex Oſterhouen accerſunt, Bernhardus de Pranpach Epiſcopus Patauienſis fit autor & dedicat, Auent. fol. 726. Habuit hoc Monaſterium olim populares ſeu ſeculares Presbyteros & conuerſos ex Nobilitate, nullius alterius ordinis aut profeſſionis. Monachi Oſterhouenſes renunciàrunt huic Monaſterio erga fratres per Laudum & tranſactionem, cum confirmatione prędicti Bernhardi Epiſcopi Patauienſis, An. 1299. Extant diplomata in Oſterhouen, poſteà receperunt ordinem Præmonſtratenſium, & rurſus ſe Monaſterio Oſterhouenſi ſubiecerunt, cui etiam vniti, aut, vt vocant, incorporati ſunt, Anno 1309. ſecundùm diplomata ibi in Oſterhouen.

## ADDITIONES.

NOuerint vniuerſi præſentis paginæ inſpectores, quod DEO deuoti fratres *Wernhardus* & *Fridericus* Conuerſi, proprietatem prædioli dicti ad *Saluatorem* multo tempore deſolati, apud Conuentum Eccleſiæ *Oſterhouenſis* in augmentum ſeruitutis DEI emptione rationabili comparauerunt, cupientes idipſum prædium incultum colere, & in laudem DEI pro viribus ampliare. Idem vero tractatus proceſſum habuiſſe dinoſcitur, hac conditione ſubſcripta nihilominus præeunte. Quod prænominati Fratres Conuerſi, & ſi qui eiuſdem conuerſationis fratres ſpirituales eorundem fuerint ſucceſſores, tenentur inibi omnipotenti DEO famulari & prouidere pro viribus, vt ibidem diuina officia peragantur. In cuius tractatus euidentiam prædictis Dominis *Oſterhouenſis* Eccleſię fratres loci memorati, pro cenſu mediam libram *Patauien*. monetæ annis ſingulis miniſtrabunt. Si verò prædictum locum per mortem fratrum, aut per abſentiam, vel qualicunque caſu contingeret deſolari, imò ſi præmiſſa conditio per fratres in aliquo rumperetur, ex tunc proprietas boni prædicti, vt compromiſſum eſt, ad Eccleſiam *Oſterhouenſem* liberè reuertatur. Nos igitur *Albertus* Comes de *Halſe* affectantes cultum & ſeruitia Dei, quantum nobis datum fuit deſuper promouere, & proſequentes locum & tractatum huiuſmodi fauore & deſiderio ſpiritali, ad petitionem fratrum qui auctores huius ſunt, iuri aduocatiæ, quod nobis in loco prædicto competere videbatur, ſub præmiſſis conditionibus omnibus & ſingulis renunciamus liberè & præciſe. Et ſi qualicunque modo vel caſu aliquid in præmiſſis conditionibus nobis laudatis mutatum, caſſatum, vel violatum fuerit, ex tunc ſicut & ipſa proprietas ad Eccleſiam reuertitur *Oſterhouenſem*: ſic & aduocatia prædicta ad nos ſeu hæredes noſtros liberè reuertatur. Et vt præmiſſa omnia per nos & hæredes noſtros rata & inuiolata conſeruentur, decreuimus præſentem literam in teſtimonium ſuper eo noſtri munimine roborare, cum teſtibus ſubnotatis qui ſunt; Dn. *Fridericus* de

*Egloſhaim*. Dn. *Gothfridus* de *Hauſen*, Dn. *Eberhardus* & Dn. *Otto* fratres de *Æſenheim*, & *Ramungus* ſcriba. Actum anno Dn. 1289. in Epiphania Domini apud Caſtrum noſtrum *Haidenburkh*.

*Wernherus* Dei gratia Eccleſiæ *Patauien.* Epiſcopus, fratribus & ſororibus degentibus in Cella S. *Saluatoris*, in vero ſaluatore ſalutem. Vt in magna domo DEI, in qua manſiones multæ ſunt, in qua alius ſic, alius ſic per vitæ diuerſitatem ambulat, ambuletis cum conſenſu in ſolitudine eremitica, in qua elegiſtis incedere relegatis pompis ſæcularibus, præ dulcedine DEI & decore Domus eius Domino iugiter ſeruituri. Mittimus humilitati veſtræ ſub noſtro ſigillo, ſub certis titulis modum viuendi, ſtilum conuerſandi ex ſancti *Auguſtini* Regula rationabiliter informatum, in quo veluti in ſpeculo conſiderationis prauos mores cognoſcere, cognitos abſtergere, vitamque veſtram virtutum meritis auctore Deo poſſitis adornare, quatenus decurſis diebus tantùm pœnitentiæ deputatis, in perennibus gaudiis debeatis ſanctis patribus feliciter ſociari. Sanè vt eò ſecurius diuinis intendatis obſequiis (quo tutiori munimine perfruitur ſtatus veſter) ecce in noſtram vos protectionem recipimus, & gratiam ſpecialem: Decernentes vos gaudere communitate Eccleſiaſtica velut filios & filias religioſos. Sed ne reputemini acephali, volumus vt vnum de venerabilibus Eccleſiæ noſtræ Canonicis vobis debeatis eligere, qui auctoritate noſtra ſtatum veſtrum, jura veſtra manuteneat & defendat, cenſura Eccleſiaſtica mediante, cui nos fauorabiliter aderimus auxilio, conſilio & fauore in eiſdem ſalubriter gubernandis. In quorum teſtimonium præſentes dedimus literas noſtro ſigillo munitas. Datæ *Patauij* Anno Domini M.CCC. tertio Cal. Auguſti.

PAulus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterij in *Aſpach Patauien.* Diæceſis Salutem & apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis officij debitum quo Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium regimini diſponente Domino præſidemus, nos excitat & inducit, vt eorum ac perſonarum religioſarum in illis altiſſimo famulantium oportunitatibus, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter prouideam⁹, pro vt cauſæ rationabiles ſuadent, id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum *Georgij* Abbatis & Conuentus Monaſterij S. *Saluatoris* ad S. *Saluatorem Præmonſtratenſis* Ordinis, *Patauienſis* Diæceſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum bonæ memoriæ *Leonardus* Epiſcopus *Patau.* prouide conſiderans quod prædictum Monaſterium tunc per Præpoſitum gubernari ſolitũ paucis redditibus atque prouentibus pro ſuſtentatione Præpoſiti pro tempore exiſtentis ac Conuentus eiuſdem Monaſterij altiſſimo famulantium dotatum extiterat, ad inſtantiam tunc Præpoſiti & Conuentus p̃dictorum expreſſo conſenſu dilectorum filiorum Præpoſiti, Decani & Capituli Eccleſiæ *Patauien.* accedente, parochialem Eccleſiam S. *Andreæ* in *Vtlavv* dictæ diæceſis, cuius collatio ad Epiſcopum *Patauienſem* pro tempore exiſtentem pertinebat, cum filiabus Eccleſiis & Capellis ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio pleno jure donauit, & aſſignauit, ipſamque Parochialem Eccleſiam prædicto monaſterio in perpetuum vniuit, annexuit, & incorporauit, ita ꝙ cedente vel decedente tunc illius Rectore, vel ipſam parochialem Eccleſiam aliàs quomodolibet dimittente, liceret Præpoſito & Conuentui præfatis per ſe vel alium ſeu alios illorum nominibus corporalem Parochialis Eccleſiæ juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem auctoritate propria

liberè

liberè apprehendere & vſibus ſuis ſuorumq; ſucceſſorum perpetuo applicare, ipſamq; Parochialem Eccleſiam per vnum ex Canonicis Monaſterij & Ordinis prædictorum, aut alium presbyterum idoneum etiam ſecularem ad nutum tamen & voluntatem Præpoſiti monaſterij & Conuentus pro tempore exiſtentium amouibilem, qui curam animarum ab ipſo Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, quoties opus eſſet, recipere teneretur, in ſpiritualibꝰ & tēporalibus regere & gubernare. Ita tamen quod diuinus cultus hactenus inibi conſeruari conſuetus laudabiliter perageretur, & nullatenus diminueretur, ipſique presbytero pro tempore ſufficiens de fructibus prædictæ Parochialis Eccleſiæ portio, vnde poſſet Epiſcopalia jura ſoluere, ſynodum viſitare, aliaque incumbentia onera ſupportare, aſſignaretur, prout in literis dicti Epiſcopi ſuo ac Capituli prædictorum ſigillis munitis dicitur plenius contineri. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, licet vnio, annexio & incorporatio huiuſmodi ſuum ſortitæ fuerint effectum, ac tunc Præpoſitus & Conuentus prędicti poſſeſſionem eiuſdem Parochialis Eccleſię apprehenderint, eamq; cum ſuis filiabus & Capellis & ipſarum regimen animarum per plures Canonicos eiuſdem Monaſterij ſiue presbyteros ſæculares juxta tenorem literarum dicti Epiſcopi ad eorum notū amouibiles regi & gubernari, & in diuinis laudabiliter deſeruiri faciunt de præſenti, nihilominus pro potioris cautelæ ſuffragio cupiunt vnionem, annexionem & incorporationem huiuſmodi apoſtolica auctoritate confirmari, vel illas de nouo fieri. Quare pro parte Abbatis & Conuentus prædictorum aſſerentium quod Monaſterij viginti Marcharum argenti, & parochialis Eccleſiæ cum filiabus & Capellis ſuis viginti quatuor librarum denariorum vſualis monetæ in partibus illis currentis, quæ viginti quatuor florenos Rhenenos conſtituunt, fructus, redditus & prouentus ſecundum communem exiſtimationē, valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt collationi, vnioni, annexioni & incorporationi præmiſſis pro illarum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ confirmationis adiicere, vel ipſam Parochialem Eccleſiam cum eiſdem filiabus & Capellis huiuſmodi dicto monaſterio de nouo in perpetuum vnire, aliaſq; in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaq; de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tuę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis quorum intereſt de præmiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circumſtantiis vniuerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per eandem informationem ita eſſe repereris, parochialem Eccleſiam prædictam cum filiabus & Capellis ac omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis eidem monaſterio præfata auctoritate noſtra in perpetuum de nouo incorpores, vnias, & annectas. Ita quod liceat ex tunc ipſis, Abbati & Conuentui per ſe vel alium ſeu alios corporalem Parochialis Eccleſiæ & filiarum ac Capellarum juriumque & pertinentiarum prædictorum poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere, & perpetuò retinere, illiuſque fructus, redditus & prouentus huiuſmodi in ſuos ac prædicti monaſterij vſus vtilitatemque conuertere, ipſamque Parochialem Eccleſiam per vnum ex Canonicis dicti Monaſterij, aut alium presbyterum idoneum & ſæcularem ad eorum nutum ponendum & amouendum, qui curam animarum ab Epiſcopo *Patauienſi* pro tempore exiſtente recipiat, quoties opus fuerit recipere teneatur, in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus regi & gubernari facere, cui congrua portio ſuper fructibus, redditibus & prouentibus dictæ Eccleſiæ Parochialis, ex qua poſſit Epiſcopalia jura ſoluere, aliaque ſibi incumbentia onera perferre valeat, Diæceſani loci & cuiuſcunque alterius ſuper hoc licentia minime requiſita.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolicæ ſedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem & decretum, vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem, ac quæcunque inde ſecuta ad præfatam parochialem Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, indultis & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſæ vel totaliter non inſertæ effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi, ſi illæ vigore præſentium fiant & effectum ſortiantur, parochialis Eccleſia prædicta debitis non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed illius ac filiarum Eccleſiarum & Capellarum prædictarum congruè ſupportentur onera conſueta, quodque Abbas & Conuentus prædicti ab alienatione quorumcunque bonorum immobilium, & prætioſorum mobilium parochialis Eccleſiæ ac filiarium & Capellarum huiuſmodi penitus ſe abſtineant, alioquin pænas in quadam noſtra ſuper hoc edita conſtitutione contentas eo ipſo incurrant. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum *Romæ* apud S. *Marcum*, Anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXX. Idibus Octobris, Pontificatus noſtri anno VII.

LEONARDVS Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus *Patauien.* ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto nobis paſtorali officio illa imminens vigilantior atque propenſior cura eſſe videtur, per quam ſacras Dei ædes pro incremento diuini cultus ipſorumque ſalubri ſtatu, quantum in Domino poſſumus, promouere ſatagamus, eas tamen præcipuè, quarum membra diuinis mancipata obſequiis optimam cum *Maria* partem eligentes in caſtimonia & humilitate ſpiritus, ac ſub obedientia regularis obſeruantiæ mundo mortua ſoli Chriſto viuentes contemplatiuorum actuum exercitio non deſinunt inſudare. Cum itaque inter cæteras noſtræ mentis curas peruigiles ſolerti ſtudio perpenderimus, Monaſterium quod in honore Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſub titulo S. *Saluatoris* conſtructum atq; dedicatum eſſe dignoſcitur paucis redditibus atq; fructibꝰ pro ſuſtentatione fratrũ ipſi Dño atq; Saluatori noſtro jugiter famulātium dotatum exiſtat, nos ipſius cultum ampliare cupientes, quẽ in ſuis ſanctis laudare jubemur, humilib. quoq; honorabilis ac dilectorũ nobis in Chriſto Prępoſiti atq; fratrũ p̄libati cænobij petitionib. inclinati, de expreſſo conſenſu Venerabilium fratrũ noſtrorum Prępoſiti, Decani cæterorumq; Canonicorum & Capituli Eccleſiæ *Patauien.* Eccleſiã parochialẽ S. *Andreæ* in *Vtlavv* dictę noſtrę Dięceſ. cuius collatio, prouiſio, ſeu q̃uis alia diſpoſitio ad nos & Epiſcopũ *Patauien.* pro tẽpore ſpectat & ꝑtinet, cum omnib. fructibus, redditibus, prouentibꝰ, juribus, pertinentiis & obuentionibꝰ vniuerſis, prælibatis Præpoſito & fratribꝰ, Conuentui, nec non Monaſterio S. *Saluatoris* ſupradicto, pleno jure tenore præſentium conferendam duximus atq; conferimus, donamus, tradimus & aſſignamus, ipſamque prædicto monaſterio in perpetuum vniuimus, annexuimus, &

incor.

incorporauimus, ac tenore præſentium vnimus, annectimus & incorporamus, ita quod cedente vel decedente Ioanne Immerte correctore eiuſdem Eccleſiæ, qui nunc eſt, vel ipſam aliàs quomodolibet dimittente, licet Præpoſito & fratribus præfatis per ſe, vel alium ſeu alios eorum nominibus corporalem & realem eiuſdem Eccleſiæ cum juribus & pertinentiis ſuis poſſeſſionem auctoritate propria liberè apprehendere, & vſibus ſuis ſuorumq; ſucceſſorum perpetuò applicare, cuiuſcunq; ſuꝑ hoc licentia minimè requiſita, ipſamq; per vnũ de fratribus prætacti monaſterij & Ordinis, aut aliũ presbyterum idoneũ & ſecularẽ, ad nutum tamẽ & voluntatẽ p̃fatorum Præpoſiti atq; fratrũ pro tẽpore exiſtentiũ remouibilem, qui curam animarum à nobis & ſucceſſorib. noſtris quotiens opus erit, recipere teneantur, in ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare, ita tamen quod diuinus cultus hactenus inibi obſeruari conſuetus laudabiliter ꝓpagatur, & nullatenus diminuatur, ad q, ipſi regenti pro tempore ſufficiens de fructib. ipſius Eccleſię portio aſſignetur, vnde poſſit Epiſcopalia jura ſoluere, ſynodum noſtram viſitare, aliaq; incumbentia onera ſupportare. In quorũ omniũ & ſingulorũ fidẽ & euidens teſtimoniũ p̃miſſorum, ac robur ꝑpetuum, pręſentes noſtras literas fieri, & ſigillorũ noſtri, & venerabilis Capituli Eccleſiæ noſtræ p̃dictę fecimus appenſionib. cõmuniri. Datum & actum in Caſtro noſtro S. *Georgij* ſupra *Patau*, die 11. men. Decem. An. Dn. M. CCCC. triceſimo ſeptimo.

P*Aulus* Epiſcopꝰ Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui monaſterij S *Saluat*. de S. *Saluatore*, *Præmonſtrat* ordinis, *Patau*. Dięceſ. Salutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Cum à nobis ꝑetitur q, juſtũ eſt & honeſtũ, tã vigor æquitatis, q̃ ordo exigit rationis id ꝑ ſollicitudinẽ officij noſtri ad debitũ p̃ducatur effectũ. Eapropter dilecti in Dño filij, veſtris juſtis poſtulationib. grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & im̃unitates à p̃deceſſorib. noſtris *Roman*. Pontificibꝰ, ſiue ꝑ priuilegia vel alia indulta vobis & monaſt. veſtro cõceſſas, nec nõ libertates & exẽptiones ſæculariũ exactionũ, à Regibus & Principib. aut aliis Chriſti fidelibꝰ vobis & eidẽ monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autẽ Decimas, Primitias, vineas, hortos, hortalitia, cãpos, prata, piſcarias, lacꝰ, ſyluas, cenſus, fructus, redditus, prouentꝰ, terras ac alia mobilia & im̃obilia bona, ad dictum monaſteriũ legitimę ſpectantia, ac parochialem Eccleſiã in *Vttlavv* cum S. *Martini* in *Horembach*, & B. *Mariæ* in *Wolffakirchen* illius filiab. Eccleſiis, ac S. *Georgij* in *Stainhorebach*, & S. *Stephani* in *Perckheim* Capellas *Patau*. Diocæſis, quas cum omnib. juribꝰ & ꝑtinentiis ſuis eidẽ monaſterio Canonicè vnitas & incorporatas fore aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidẽ monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & p̃ſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, ſalua in p̃dictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ confirmationis & cõmunitionis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attemptare p̃ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, Anno incarnationis Dominicæ 1480. Quarto Calend. Decembr. Pontificatus noſtri anno 7.

B. de *Maffeis*.

*Bondettus*. M. de *Maderan*.

IO*ANNES* Decretorum Doctor, permiſſione diuina humilis Abbas Eccleſiæ *Grandis vallis*, *Præmonſtraten*. Ordinis, *Carnotenſis* Diæceſis, à R.mo in Chriſto Patre ac Domino Dn. *Ioanne* eadem gratia Abbate *Præmonſtraten*. & Coabbatum eiuſdem Ordinis Capitulo generali in Regnis Circariis & partib. *Vngariæ*, *Poloniæ*, *Boëmiæ*, *Auſtriæ*, *Sueuiæ*, *Bauariæ*, *Sclauiæ*, *Saxoniæ* &c. Viſitator generalis & cõ-

miſſarius vnicus in poteſtatis plenitudine deputatus, Religioſo & commendabili viro Dn. *Petro* Præpoſito Monaſterij S. *Saluatoris* dicti *Præmonſtratenſis* Ordinis *Patauien.* Diæceſis Salutem gaudioſam &, ſynceræ dilectionis affectum. Religionis Zelus, honeſtæ conuerſationis fauor, ſtatus & regiminis decor, aliaque probitatis & virtutũ merita, quib. fide dignorũ relationib. apud nos cõmendat⁹ eſtis, merito nos inducunt, vt vos ac monaſteriũ veſtrũ fauorib⁹ proſequentes, in exhibendis honoribus reddamur & gratiis liberales. Sanè nuper viſitationis noſtræ curſum iſtis in partibus exercentes, ad noſtrã vnde gaudemus peruenit notitiã, q. per veſtræ circumſpectionis induſtriã, & conuerſationis honeſtæ cõmendationem, vterq; Status Monaſterij veſtri ſpiritualis & tẽporalis laudabiliter accreuit, & Dei gratia vobis ſuffragante, venerabiliumq; Prælatorũ & generoſorum nobilium in veſtra vicinia conſtitutorum fauore auxiliante magis ac magis viſibiliter accreſcet, numerum pſonarum & cuncta ad cultum diuinum condecentia dietim peragendo ſollicite augmentando. Quare veſtram pſonam ſucceſſoreſq; veſtros & ipſum veſtrum monaſterium glorioſo titulo S. *Saluatoris* inſignitum prærogatiua & honore ſpecialibus proſequi cupientes, vt toties quoties gratum & vobis libitum fuerit, juxta formam & tenorem Priuilegij Dñi *Eugenij* Papæ III. toti Ordini noſtro dudum fauorabiliter conceſſi atque laudabilem noſtri Ordinis hactenus approbatam conſuetudinem ad R. P. Dn. Epiſcopum *Patauienſem*, veſtri & noſtri Ordinis vt intelleximus propitium zelatorem, liberum habere recurſum poſſitis, qui vobis ac ſucceſſoribus veſtris munus benedictionis in Abbatem & alia inſignia Abbatialia conferre valeat auctoritate præfatorum Domini *Præmonſtratenſis* aliorumq; coabbatum ſuperiorum noſtrorum quâ fungimur plenariâ vobis ac poſteris veſtris ſpiritalem impertimur licentiã & plenam facultatem concedimus, ſub harum teſtimonio literarum. In cuius rei fidem robur & teſtimonium noſtrum ſigillum abbatiale duximus præſentibus appendendum. Datum in Monaſterio *Oſterhouenſi* noſtri Ordinis, Anno Dn. 1441. in profeſto Exaltationis S. *Crucis*.

*Ioannes* de *Hannonia* m. p.

*Subiectio S. Saluatoris Eccleſiæ Oſterhouẽſi.*

VNiuerſis præſentes literas inſpecturis. ADAM Dei patientia *Præmonſtraten.* Abbas, & Abbatum eiuſdem Ordinis Capitulum, ſalutem in Domino ſempiternam. Noueritis quod nos attendentes feruorem deuotionis Fratrum Sancti *Saluatoris* in *Bauaria Patauien.* Diæceſis, qui noſtro ordini vniri cupiunt, & Eccleſiæ *Oſterhouen.* tanquam filij ſubiici & ſupponi & eidem incorporari, ſecundum noſtri ordinis priuilegia & ſtatuta, preces ipſorum duximus admittendas, ipſos in noſtro ordine juxta eadem Priuilegia & ſtatuta perpetuo annectentes. Fratrem vero *Hainricum* Canonicum *Oſterhouen.* ſtatuimus & ordinauimus dictæ Eccleſiæ Sancti *Saluatoris* Præpoſitum & Prælatum, & eundem confirmamus, qui nobis in pleno Generali Capitulo fecit obedientiam manualem. Nos autem jus paternitatis dictæ Eccleſiæ Sancti *Saluatoris Oſterhouen.* Eccleſiæ in perpetuum aſſignamus. Datum *Præmonſtrati*, Anno Domini Milleſimo CCC. Nono. Sedente noſtro Capitulo Generali.

NOs *Wernherus* & *Hainricus* permiſſione diuina Eccleſiarum *Wiltinenſis* & *Madelbergenſis* Prælati: Viſitatores annui per *Sueuiam* & *Bavvariam* à Domino *Præmonſtratenſi* & generali Capitulo eiuſdem ordinis conſtituti. Nec non & *Ditericus* Abbas Eccleſiæ *Winbergen.* eiuſdem ordinis, tenore præſentium pro-

proteſtamur & ſcire volumus vniuerſos præſentem literam inſpecturos, quod nos Fratres, videlicet *Vlricum Rudolphum* totum Collegium Sancti *Saluatoris* qui quidem locus jure proprietatis Eccleſiam in *Oſterhouen* reſpexit ab antiquo cum omnibus ſuis pertinentiis à Venerabili Abbate prædictæ Eccleſiæ in *Oſterhouen* ad obedientiam manualem & regulam Sancti *Auguſtini* & Conſtitutiones *Præmonſtratenſis* ordinis recipi fecimus, ordinando quod prædicti Fratres Sancti *Saluatoris* ipſi Abbati *Oſterhouenſi* & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum ſubſint, tanquam Patri Abbati & ipſi ſic obediant, ſecundum quod in ſtatutis noſtris de Eccleſiis quæ ſe inuicem genuerunt, & de jure paternitatis ad filiam, & filialis Eccleſiæ ad Patrem Abbatem lucidius eſt expreſſum. Ipſi vero Fratres ad hoc ſuis precibus inclinarunt, quod etiam voluntarij & publicè proteſtantur. In quorum omnium cautelam & robur euidens, præſens ſcriptum tam nos quam ipſi noſtrorum ſigillorum munimine duximus roborari, ne facti veritas aliqua caligine valeat obfuſcari. Datum & actum Anno Domini M. CCC.IX. Dominica qua cantatur *Vocem jocunditatis*, hoc eſt III. Nonas Maij.

REuerendis in Chriſto Dominis, Domino *Wernhardo* venerabili Epiſcopo, G. Præpoſito, *Wol*, Decano totique Capitulo Eccleſiæ *Patauien.* Frater *Vlricus* totumq; Collegium Sancti *Saluatoris* orationes in Domino, & quidquid poſſint obedientię, reuerentię & honoris. Sicut voluntas beneplacens Dei principium rerum eſt omnium & origo, ita voluntas propria in homine initium eſt omnis mali, & vitę deſtructio quoad Deum. Proinde reuerentiæ veſtræ innoteſcimus per præſentes quod communi præhabito tractatu, de conſilio omnium noſtrum, voluntati propriæ renunciauimus, nos & locum noſtrum ſubiiciendo ordini *Præmonſtratenſi* aſſumentes Eccleſiam in *Oſterhouen.* & Abbatem eiuſdem loci, pro Patre domus, vt nos regat ſecundum regulam Beati *Auguſtini*, & continuationes ſeu conſuetudines Ordinis ſupradicti. Quapropter paternitatis veſtrę reuerentiam proſtrati humiliter petimus & deuotè, quatenus huiuſmodi noſtrum factum, quo conditionem in ſtatum duximus meliorem, ratum & gratum habere dignemini propter Deum. Præſertim cum primo ad recipiendam Beati *Auguſtini* regulam aſtricti ſimus juramento proprio, & nihilominus in proprio eiuſdem Eccleſiæ fundo reſideamus, hactenus magnam paſſi verecundiam pro eo, quod fratres nullius certi ordinis dicebamur. Scientes quod nos & noſtra exponeremus laboribus & expenſis, antequam à cepto noſtro ſalubri propoſito caderemus, cum hæc omnia & voluntatis veſtræ gratia proceſſerint, & vt confidimus maiori gratia effectui demandentur.

Lucem præferunt ſuperioribus literæ *Wernhardi* Epiſcopi *Patauien.* quas eam ob cauſam hic inſerere voluimus.

NOs *Wernhardus* Dei gratia Eccleſiæ *Patauien.* Epiſcopus præſentium tenore confitemur, quod cum in Ven. virum Dominum *Vlricum* in *Oſterhouen* & Conuentum ſuum ex parte vna, & diſcretum virum *Heinricum* Plebanum de *Stainch* & *Pernoldum, Vlricum, Chunradum, Gotfridum* fratres de Sancto *Saluatore* ex parte altera ſuper oratorio Sancti *Saluatoris*, & ſuper duabus Hubis circa ipſum Oratorium ſituatis, quas *Oſterhouenſis* Eccleſia dicebatur ex legatione nobilis Viri *Wergandi* de *Rumpting* proprietatis titulo poſſediſſe temporibus ab antiquis, lis & quæſtio verteretur, partes prædictæ aduertentes prudenter quod ſeruos Dei non oporteat ad inuicem litigare, ſuper præmiſſis litibus & cau-

cauſis ſeſe arbitrio Venerabilis viri Domini *Tymonis* abbatis de Cella *Principum* electi à parte Abbatis de *Oſterhouen*, & diſcreti viri Dñi *Heinrici* de *Preming* plebani de Sancto *Stephano* electi, pro parte altera concorditer ſubmiſerunt, promittentes ſe fide data ratum habituros, ſi quid per prędictos arbitros ſuper omnibus præmiſſis contigerit arbitrari. Arbitri vero præmiſſi cauſarum meritis diligentius indagatis arbitrati ſunt, quod Abbas de *Oſterhouen* pro deuotione & religione quę ſperabantur in augmentum diuini cultus in loco Sancti *Saluatoris* poſſe proficere in futurum, propter Domini & noſtri reuerentiam, qui prædictum locum paterno zelabamur affectu, & ob amorem Capituli noſtri ac fauorem nobilium vicinorum, cedere pro ſe & Conuentu ſuo debere omni iuri, quod ſibi in prædicto oratorio competiit, vel competere videbatur, arbitrando etiam pronunicauerunt de duabus Hubis ſupra dictis, quod fratres prædicti, licet nullius certę religionis profeſſi, & connominati Conuerſi, ac eorum ſucceſſores habitum eorum videlicet deferentes, ipſas Hubas debeant tenere, & Monaſterio *Oſterhouen* annis ſingulis XII. ſolidos Patauien. in vigilia Sancti *Martini* miniſtrare. In quo termino ſi prædictum cenſum dare neglexerint, & per quatuordecim dies poſtea non ſoluerint continue ſubſequentes, ex tunc ſoluent pro emenda den. LX. quam emendam cum cenſu prædicto, ſi dare infra dies iterato XIV. ſubſequentes neglexerint, dabunt denuo LX. denar. pro emenda, quæ emendæ cum cenſu prædicto faciunt duas libras Patauien. quas ſi infra quatuor ſeptimanas à feſto Sancti *Martini* computatas, fratres non ſoluerint memorati, ex tunc prædictæ duæ Hubę, cum omni integritate iuris ſui ad Eccleſiam *Oſterhouen* libere deuoluentur. Simili quoque iure ſępedictæ Hubę ad Eccleſiam *Oſterhouen* reuertentur, ſi prædicti fratres & ſucceſſores eorum in loco Sancti *Saluatoris* deſierint habitare, aut ſi ibi habitantes profeſſionem aliam duxerint aſſumendam. Decernentes nihilominus arbitrando, quod reliqua empta, vel emenda vnâ cum Oratorio Sancti *Saluatoris* ad Parochialem Eccleſiam in *Stainchirchen* libere reuertantur in hoc caſu, ſi Fratres prædicti ex quacunque cauſa ipſum Oratorium contingant deſerere & recedere ab eodem. Quod quidem arbitrium ad inſtantiam partium ipſum complectentium & recipientium gratanter auctoritate ordinaria confirmamus in hiis ſcriptis, prædictis fratribus concedentes de gratia ſpeciali, vt ſibi de ſocietate ſua & habitu, vel alium penitus ſecularem eligant ſacerdotem, qui eis prouideat in diuinis. In cuius rei teſtimonium præſentes damus literas noſtro & prædictorum arbitrorum, nec non partium ſigillorum appenſione munitas. Datum & actum *Pataniæ*, Anno Domini 299. in Dominica Septuageſimæ qua cantatur, *Circundederunt me*.

WIr Heinrich vnnd wir Ott brüeder / Pfaltzgrauen ze Rhein vnnd Hertzogen ze Bayren / Entbieten vnſern Vnderthanen / Richter ze Grieſpach / vnd allen andern vnſern Edlen Leuten vnd Ambtleuten vnſer Huld vnd alles guet. Jr ſolt wizzen / daß wir die Erſamen vnd geiſtlichen Herrn vnnd Brüeder daz der Newenſtifft von S. Saluator deß Ordens zu Præmonſtrat / durch jhr reines leben vnnd angenemmen Dienſt den ſie täglich vnnd mit fleiß GOTT thuent / jhm ze Lob vnnd ze Ehrn / vnnd vnſern lieben Vettern / vnnd vnſerm Vatter / den GOTT genad / zehülff vnnd zetroſt / die auch dieſelben Herren jhr Leuth vnnd jhr guet in jhr genaden vnnd jhr ſcherme gehabt haben / vntz an vnnd nach der vorgenantes vnſers Vetters vnnd Vatters wegen deſſelben Newenſtifft mit ſambt den Herrn vnnd jhr Leuten vnnd gut wa ſie die habend vnnd geſezzen ſind inn vnſern beſondern ſcherme genommen haben / vnnd genad / vnnd nemen mit diſem Brieff / wann wir

jhnen

jhnen vnnd allen andern Geiſtlichen Leuten / fürderung / gueden / vnnd ſchermes
ſchuldig ſeyn / vnnd ſie vns herwider jren pett / dauon wöllen wir vnnd gebieten
ew bey vnſern hulden / das jhr ew ſie wol lazzet empfohlen ſeyn an allen jhr Sachen /
die ſie an inoch bringet / vnd jn khein laydt thut / noch geſtattet in vnſerm Namen /
vnnd durch vnſer Gebott / daz jhn niemandt khein layt noch Gewalt thue / an jhn ſel-
ben / an jhr Leuten / vnnd an jhr Gut / da erfüllet jhr vnſern willen vnnd Gebott
gentzlich an / vnnd wizzet fürwar / ſwer ſie fürdert vnnd ſchermet / der ehret vns / vnnd
jhn laydt vnd gewalt thut / der beſchweret vns / der Brieff iſt geben zu Landshut Mil-
leſimo Trecenteſimo XV. an dem nechſten Freytag nach Sant Bartholomæus
Tag.

WIr Ludwig von GOTTes Gnaden / Römiſcher Kayſer / zu allen zeiten
mehrer dez Reiches / Bekhennen offentlich mit dieſem Brieff / daß wir durch
GOTT / zuvorderſt vnſer / vnnd vnſerer Vordern Seele ze hülff vnnd ze
troſt / vnd auch allen vnſern Nachkhommen ze einem ewigen Seelgeret / den Geiſtli-
chen Mannen / dem Brobſt vnnd dem Conuent gemainlichen ze Sant Saluator.
datz in dem Stainchart gelegen iſt / vnſern lieben Diemütigen die gnad gethan haben /
datz wir nicht wöllen das dhain jhr Leute die hinder jhn / vff jhren Guten jetzo ſezzent
ſint / oder noch fürbas ſitzend werdent / weder Maijenſtuir / noch dhainerlay andere
Stuir nicht geben ſullen / alldieweil ſie vff jhren Guten ſitzend. Darzu haben wir
jhn gegeben auß vnſerm Holtz in dem Stainchart als vil Holtz / als in Schwiecker
der Tüſcher vonn Seldenaw vs zaigt / dem wir das vff ſein Trew empfelhen haben
vnnd ſoll er auch das ſelb Höltz nach vnſer Ambtleut rath vß ſchlachen / vnnd be-
zaichen / datz man es vonn vnſerm Holtz vß genommen vnnd erchennen müg. Vnd
ſullen ſie auch dann datz ſelb Holtz als es vonn vnſern Ambtleuten mit Marchſtecken
vßgezeichnet vnd geſchlagen wird / fürbas innhaben vnnd nizzen / als ander jhr aigen
Gut / ohn all vnſer vnnd aller vnſer Ambleut jrrung vnnd hindernuzz / vnnd dauon
wöllen vnnd gebieten wir allen vnſern Ambtleuten / Vitztumen / Richtern / vnnd al-
len andern ſwi die genant ſint / die jetzo ſint / oder fürbas werdent / vnnd gemainlichen
allen Edlen Leuten vberal in vnſerm Land ze Bayrn / vnnd beſunderlich vnſerm Pur-
graffen ze Chrieſpach veſtiglichen / datz ſie den vorgenanten Probſt vnnd dem Con-
uent ze Sant Saluator diſe vnſer Gnad ſtät halten / vnnd in die mit dhainen ſachen
vberuarn / noch ſie in dhain weis deren angriffen / laidigen noch beſchwern bey vnſer
Hulde / zu vhrkund dis Brieffs / der geben iſt zu München am Sampßtag nach An-
dreæ / nach Chriſtes Geburt drutzehenhundert Jahr / darnach in dem einen vnd vier-
zigiſten Jahr / in dem achten vnd zwainzigiſten Jahr vnſers Reichs / vnd in dem vierzeh-
enden dez Kayſerthumbs.

WIr Ludwig vonn GOTTES gnaden Römiſcher Khayſer / zu allen
zeiten mehrer deß Reiches / verichen vnnd thun chhundt für vns / für all vn-
ſer Erben vnd Nachkhommen offentlich mit diſem Brieff / datz wir den Geiſt-
lichen Mannen dem Probſt vnnd dem Conuent gemainlichen ze Sant Saluator
vnſern lieben diemütigen / zeuoderſt durch GOTT / vnd durch vnſern vnnd all vn-
ſerer Vordern Seelen willen vnſer zween Höff ze Hetzendorf / ein Müll vnd ein Fiſch-
waid daſelben vnnd auch ein Fiſchwaid ze Lengheim ze einem Seelgerait / geben ha-
ben. Alſo datz ſie dieſelben Gut all fürbas jnne haben vnnd niezzen ſullen / mit allen
rechten / Ehren / Nutzen / Gülten / Dienſten / vnnd mit all dem datz darzu gehört /
als alles ander jhr aigen Gut / ohn all vnſer / vnnd aller vnſer Amtleut jrrung
vnnd hindernuzz / vnnd detz zu einem vrchundt geben wir in dieſen Brieff verſigelten

mit vnſerm Kayſerlichem Inſigel/der geben iſt zu München am Ertag nach S. Katharinen Tag/nach Chryſts Geburt druizehenhundert Jar/darnach in dem einen vnd virzigiſten Jahr/ in dem achten vnd zwainzigiſtem jar vnſers Reiches/vnd in dem vierzehenden deß Kayſerthumbs.

WIr Görg von Gottes gnaden/ Pfaltzgraue bey Rhein/ Hertzog in nidern vnd obern Bayrn/ Bekhennen offentlich mit dem Brieff/das vns der würdig vnnd andächtig in Gott/vnſer lieb getrewer Abbte vnd Conuent vnſers Cloſters zu S. Saluator jhr Freyheitbrieff ſo ſie von vnſern Vorfahren/Fürſten von Bayrn/ fürbracht vnd vns mit diemütigem fleiß gebetten/ das wir jhne zu confirmiren, vnd zubeſtetten geruhen/ Alſo haben wir ſollich jr zimblich gebette angeſehen/ vnnd jhnen darauff bemelt jhr Freyheitbrieff gnädichlich confirmirt, vnnd beſtättet/ confirmiren vnd beſtätten jne auch die wiſſentlich mit dem Brieff/ wie ſie die dann herbracht haben/ vnnd wöllen ſie auch alſo dabey guetlich beruhen laſſen. Gebieten auff deß allen vnſern Vitzommen/ Rentmeiſtern/ Landtſchreibern/ Pflegern/Richtern/ Caſtnern/ Mauttnern/ Zollnern/vnd allen andern vnſern Ambtleuten/vnd Vnderthonen/ das jhr bemelten Abbte vnnd Conuent bey bemelten jren Freyheiten wie vorſteth vnuerhindert beleiben laſſet/bey vermeydung vnſerer vngenade vnd ſtraffe. Vnnd deß zu vrkhunde haben wir vnſer Inſigil an den Brieff thun hengen/der geben iſt zu Landtshut/ am Mitwochen nach S. Veitstag/als man zehlt nach Chriſti vnſers lieben Herrn Geburte vierzehenhundert vnd in dem drey vnd achzigiſten Jahre.

## Catalogus Præpoſitorum & Abbatum Monaſterij S. *Saluatoris*.

Anno à Natiuitate Domini M.CCC. nono, ſedente Capitulo generali, electus & confirmatus eſt Venerabilis pater.

I. HENRICVS primus Præpoſitus Eccleſiæ S. *Saluatoris*, & rexit ann. 37. minus tribus menſibus, obiitque an. 1346. die 16. Calend. Auguſti.

II. WILHELMVS eligitur eodem an. pręf. an. 3. menſ. 2. d. 14. ob. XI. Cal. Nouemb. an. 1348.

III. PETRVS, rexit an. 15. ob. XV. Cal. Decemb. an. 1363.

IV. IOANNES, dictus *Setzer* è Conuentu *Oſterhouenſi* aſſumptus, & poſt an. 7. depoſitus eſt, ob. an. 1370.

V. HENRICVS *Hofmund* dictus, præf. an. 11. minus duob. menſibus, ob. III. Non. Octob. an. 1381.

VI. GEORGIVS eod. an. elig. ante feſtum SS. *Simonis* & *Iudæ* rexit ann. 3. men. 5. hebdom. 3. vita functus 16. Iun. an. 1384.

VII. NICOLAVS è Conuentu *Oſterhouen.* ſubrogatur, cum præfuiſſet ann. 4. deponitur, & obiit an. 1388.

VIII. IOANNES II. Vicarius in *Stainkirchen*, rex. an. 4. menſ. 3. d. 4. ob. IV. Non. April. an. 1392.

IX. HENRICVS II, rexit ann. 4. & deponitur, circa annum Domini 1396.

X. IOANNES III. dict. *Inſtitor* de *Gertvveis* eod. an. el. & benè præf. 14. an. ob. 19. Cal. Ian. an. 1410.

XI. WOLFHARDVS dictus *Hofreutter* rex. ann. 21, hebd. 6. obiit ann. 1431.

XII. PETRVS Abbas primus ex Præpoſito laudabiliter tàm in ſpiritualibus quam temporalibus præfuit an. 22. m. 2. & mortuus eſt 17. Calend. Maij ann. 1453.

XIII. GEOR-

XIII. GEORGIVS de *Schönhering* rexit an. 27. minus duob. menſibus, denique laboribus ſenioq; confectus liberè reſignauit an. 1479.
XIV. ERASMVS è Conuentu *Oſterhouenſi* rex. an. 3. ob. 9. Cal. April. ann. 1483.
XV. IOANNES præf. an. 11. ob. an. 1494.
XVI. GREGORIVS, rex. an. 26. ob. IV. Non. ſept. an. 1520.
XVII. LEONARDVS præf. an. 15 ob. an. 1535.
XVIII. AVGVSTINVS antea adminiſtrator in *Oſterhouen*, præfuit an. 7. ob. an. 1542.
XIX. VDALRICVS rexit an. 14. ob. an. 1556.
XX. CASPARVS *Froſch* bene præfuit & profuit annos. 13. & obiit Anno 1569.
XXI. WOLFGANGVS rexit an. 17. ob. an. 1587.
XXII. IOANNES *Dayſer* è Conuentu *Oſterhouen.* gubernauit an 15. ob. anno 1601.
XXIII. MICHAEL *Reiſer* & ipſe de Conuentu *Oſterhouen*, functus munere ſuo dignè & laudabiliter an. 13. mortem obiit an. 1614.
XXIIII. CHRISTOPHORVS *Poſchinger*, antea per annos aliquot Prior *Oſterhouen.* modernus Abbas.

## *SCHAMHAPT.*

COLLEGIVM Canonicorũ Regulariũ S. Auguſtini, Schamhapt ad fontes riui, dicti Schambach, ſupra vicum Altmanſtain. Quædam nobilis matrona Gertrudis, vidua Berchtoldi, cum filia Luitgarda inſtituit Collegiũ pro Canonicis Regularibus S. Auguſtini, circa Annum Domini 1130. Confirmat Heinricus Epiſcopus Ratisbonenſis, ac amplius dotat cum parochia ibidẽ, nec non cum filiabus ſuis ac omnibus decimis ad eam pertinentibus, de quo extat ipſius diploma de eodem anno. Berchtoldi mariti quondam fundatricis meminit Ioann. Auent. lib. 6. fol. 622. ſed de familia nihil. In alia quadam huius Heinrici Epiſcopi confirmatione Biburgen. Monaſterio ſuper Parochia Adlungeſtorf data, de an. 1133. citatur inter alios teſtes, Rachvvinus de Schamhapt. Sequitur tenor confirmationis.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Ego Heinricus, Dei gratia Ratiſpon. Eps, Chriſti fidelibus in perpetuum. Nouerit omnium fidelium præſens ætas & ſucceſſura poſteritas, qualiter ergo Heinricus, Dei gratia Ratisponenſis Epiſcopus, prædium, quod dicitur Schamhăpt, ſuſcepi, & Succeſſoribus meis Epis piè & intemeratè tenendi atq; tuendi reliqui. Quædã enim nobilis vidua, Gertrudis nomine cum vnica filia ſua Lucarda, ſæculo renunciantes, & Deum facultatum ſuarum hæredẽ eſſe cupientes, pro ſalute animarũ ſuarum parentumq; ſuorum, tradiderunt ad altare S. Petri in ciuitate Ratisbonenſi, præſente Clero & populo prædium ſuum quod Schamhăpp dicitur, & omnia ſeu in terris, ſiue in ſyluis, aut in aquis vel mancipiis, atq; in omnibus quæ hæreditario jure poſſidebant, ea videlicet conditione, quatenus regulares Canonici ſecundum regulã ſancti Auguſtini ibidem ordinentur, & ordinati inuiolabiliter conſeruentur, quibus etiam neceſſaria de prædictarum rerũ redditibus miniſtrentur, Ipſi autem regulares Canonici in obedientia & tuitione Epiſcopi Ratiſponenſis permaneant, ac liberã poteſtatem Præpoſitum ſeu etiam Aduocatum eligendi habeant, qui Aduocatus defenſor, non grauator Eccleſiæ debet exiſtere, nec ad poſteros ſuos hæreditario iure, niſi ex conſenſu Præpoſiti ipſam Aduocatiam tranſ-

transmittere. Nos quoque cum conſilio Chori & Miniſterialium noſtrorum piam deuotionem ipſarum adiuuantes, & locum in melius creſcere cupientes, pro remedio animæ noſtrę, Succeſſorumque noſtrorum Parochiam ipſam, in qua ipſe locus ſitus eſt, cum omnibus appendiciis ſuis, videlicet Capellis ſuis in Preitenhule, in Megmerſtorf, in Winden, in Pandorf, in Tannhuſen, in Schafhule, in Sandrotſtorf, & decimis totis & indiuiſis ipſis perpetualiter habenda contulimus; ſepulturam quoque omnium de Epiſcopatu noſtro, qui eam ſibi poſtulauerint, liberè habeant, decimamque pro laboribus propriis & animalibus, nulli omnino perſoluant. Pręcipimus etiam vt fratres inde apoſtatantes Apoſtolico & Epiſcopi Anathemati, niſi reſipuerint, ſubiaceant. Si quis verò Epiſcopus, quod abſit, prædictam Schamhaptenſem Eccleſiam perturbare, aut bona vel Aduocatiã eius inbeneficiare, aut iura mutare, aut caſſare voluerit, ſi non reſipuerit, diuinæ vltioni ſubiaceat, & fratres eiuſdem Eccleſiæ ſedem Apoſtolicam appellandi ius habeant, & ad ipſam confugiendi, atque ita à Domino & poteſtate Ratiſponenſium Eccleſiæ dicendi libera erit facultas, vel ipſa hæreditas ad proximos redeat hæredes. Et, vt hæc talis traditio & inſtitutio indubitata ac inconuulſa futuris maneat temporibus, hanc inde chartã conſcribi, & ſigillo noſtræ auctoritatis præcepimus muniri. Huius autem traditionis & inſtitutionis Teſtes ſunt, more Bauarorum auribus tracti, Albertus Decanus, Gotfridus Capellanus, Wolfherus Cuſtos, Idungus Magiſter ſcholarum, Heinricus Capellanus, Berchtoldus Cellarius, Rupertus de Tanne, Berchtoldus de Chambe. Laici verò hi ſunt, Otto vrbis Præfectus, & filius eius Heinricus, Leutoldus Comes, Otto Comes de Metn, & frater eius Heinricus, Erneſtus filius Marchionis Leopoldi, Rupertus de Allenpach, Vichnant de Wolfspach, Geroldus de Pârgen, Ribinus de Mangolting, Hertvvich de Aſpach, Albero de Tunnbrunne, Erchenpertus de Sturn, Miniſteriales, & plures alij. Data ann. Incarnationis Dominicæ M.C.XXXVII. Indict. X. quarto Cal. Maij.

Advocatiam huius Monaſterij habuerunt Dñi de Abenſperg in feudum, quam Vlricus de Abenſperg, ab Vlrico de Lapide, fratris ſui filio emit, cum conſenſu Heinrici Epiſcopi Ratiſponenſis, tanquam directi Domini cum pacto, ſi intra ſexennium ab eo non redimeret hoc ius redimendi. Ludouico Duci Bauariæ cederet. An. 1292. hac ratione Aduocatia iſta, vt puto, ad Duces Bauariæ peruenit, quam poſteà Ludouicus Imperator, vna cum dominio ac caſtro Altmanſtain, Nobilib. de Hauzendorf impingnorauit, Dominus Ioannes de Abenſperg rurſum redemit.

Reperio Nobiles de Wildenſtein hanc Aduocatiam etiam aliquando tenuiſſe, vt puto, pignoratitio tit. quam Heinr. de Wildenſtein de Rotenberg vẽdidit Dño Heinrico de Hauzendorf, cum omnibus iuribus, ſicut per ſucceſſionem à parente & auo ſuo ad ipſum peruenerat, an. 1340. Dominus Heinricus rurſum vendidit, vna cum oppignoratione caſtri ac dominij Altmanſtain, Dño Ioanni de Abenſperg, Anno Dñi 1374. Quod ius ſui ſucceſſores vſque ad Nicolaum vltimum huius familiæ tenuerunt, cui tam in dominiis, quàm in aliis iurib. Principes Bauariæ ſucceſſerunt, hinc puto primos fundatores fuiſſe de familia Abenſpergen.

Nobiles qui ibidem anniuerſaria fundârunt, & dotârunt Monaſterium, Dñi de Abenſperg, Aduocati illius Monaſterij,

MENDORFER,
HINZENHAVSER,
SANDERSTORFER,
MVCKENTALER,

## *ADDITIONES.*

IMpetrauit Sermus *Baiobariæ* Dux *Maximilianus* à S. D. N. *Paulo* V. ſubſequentem
Bullam vigore cuius, Monaſterij Schamhaupt. redditus ac prouentus annui
applicati fuerunt Academiæ Ingolſtad. & domui Regulari S. *Auguſtini* ibidem,
an. 1606. Octauo Cal. Iunij.

P*Aulus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio officiali *Eyſteten.* Salutem
& Apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis officij cura nobis meritis licet im-
paribus ex alto commiſſa nos admonet, vt circa ea per quæ Religioſorum & a-
liorum piorum locorum ad fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem,
bonarumque artium cultum inſtitutorum & perſonarũ in illis degentium cō-
moditati & profectui valeat prouideri, propenſis ſtudiis intendamus, & in his
Paſtoralis officii huiuſmodi partes etiam per ſuppreſſionis Monaſteriorũ pro-
pter aliquod impedimentum derelictorum ac erectionis parochialium Eccle-
ſiarum miniſterium fauorabiliter interponam⁹, prout Catholicorum Principũ
vota id expoſcunt, ac perſonarum, locorum & temporum qualitate debitè pē-
ſatis conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sane dilectus filius nobilis
vir *Maximilianus Bauariæ* Dux nobis nuper exponi fecit, quod cum in villa *Schā-
haupten Ratisbonen.* Dioceſ. Ducatus *Bauariæ,* quoddã Monaſterium *Schamhauptē*
nuncupatum Ord. S. *Auguſtini* Canonicorum Regularium fundatum reperia-
tur, & eo quod in loco minus ſalubri & ſiluestri constructum & ædificiis colla-
pſum exiſtit, magnaque reparatione indiget illud à multis annis citra ab illius
Canonicis Regularibus derelictum fuerit, dictique ordinis ſuperioribus de eo
illiuſque regimine & guberno nullam curam habentibus dictus *Maximilianus*
Dux, ſumma eius pietate ac erga Monaſt. huiuſmodi deuotione illius curam
in ſe ſuſceperit, & presbyterum qui inibi ſacrum Miſſæ officium celebret, ac
dilectis filiis parochianis Eccleſiæ dicti Monaſterij quæ etiam parochialis exi-
ſtit Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtret, & aliquem, qui illius res & iura tempo-
ralia adminiſtret, ſibi ſempeu manutenuerit, in oppido verò *Ingolſtadij
Eyſteten.* diœceſ. quædam domus Regularis B. *Mariæ* virginis de *Schutter* nuncu-
pata ordinis eiuſdem S. *Auguſtini* fratrum Heremitarum alias pro fratrum ſe-
cundo dicti Ordinis in Vniuerſitate ſtudij generalis Ingolſtadij huiuſmodi bo-
narum litterarum ſtudiis ad hoc vt illorum regularia loca illarum partium in
quib. copioſus Religioſorum viget numerus, & regularis diſciplinę norma ſer-
uatur, viris abſolutę eruditionis qui ad populum contiones habeant & de Reli-
gione ac fide Catholica aduerſus illam oppugnantes rationem reddere poſſint
abundent, incumbere volentiũ commoditate extructa fuerit, ſed ob illius fru-
ctuum & reddituum tenuitatem, vnus tantum presbyter, qui in Eccleſia dictæ
Domus regularis ſacra peragit, ac duo fratres ſecundo dicti ordinis ſtudiorum
ſuorum cauſa in conuictu dilectorum filiorum Patrum Societatis Ieſu dicti op-
pidi ſumptib. & expenſis ipſius *Maximiliani Ducis* iã ab aliquot annis ſuſtenten-
tur, nec nō in dicto oppido celeberrima ac Vniuerſalis *Academia* ſtudioſorũ fre-
quētia floruerit & floreat, ac in cōſeruanda & propagãda Religione Catholica
aduerſus vndiq; graſſantes hæreſes plurimũ contulerit ac etiã conferat vtilita-
tis, nihilomin⁹ ea redditus ãnuos adeo tenues habet, vt dilectos filios eius Profeſ-
ſores ſine cōtractione æris alieni vix alere poſſit. Et propterea ſi dictum Monaſt.
illiuſq; ordo, denominatio, eſſentia & natura, titulus Abbatis cæteraq; in eo offi-
cia, officinæ, clauſtra, refectoria & dormitoria ac in eorũ Monaſterio, illiuſq; Ec-
cleſ. & ambitu ppetuo ſupprimerētur & extĩguerētur, illiſq; ſic ſuppreſſis & ex-

tinctis

tinctis prædicti Monaſterij Eccleſia in parochialem Eccleſiã dictæ villæ *Schambaubten* quatenus opus ſit cum ſacriſtia, Fonte Baptiſmali, Cãpanili, campanis, cemiterio aliiſque inſignibus parochialibus quatenus iam in ea non exiſtant pro vno proprio illius Rectore etiam perpetuo erigerentur & inſtituerentur, & ab ipſo Monaſterio illiuſque proprietatibus rebus & bonis vniuerſis tot ex quibus ducenti floreni monetæ illarum partium, qui centum & decem, & tot ex quibus quadringenti floreni ſimiles, qui ducentos & viginti Ducatos auri de Camera circiter conſtituunt, ad effectum infra tactum etiam perpetuò diſmẽbrarentur & ſepararentur, illiſque ſic ſeparatis & diſmembratis ducenti videlicet parochiali ſic erigendæ, at quadringenti floreni huiusmodi dictæ domui regulari, reſiduũ vero proprietatũ, rerum & bonorũ Monaſt. huiuſmodi eidẽ Academiæ pariter perpetuo applicarentur, & ap‸ppriarentur, ex hoc profecto nulla ſuperiorib. & Canonicis regularibus primo dicti ordinis, cũ prædictũ Monaſterium vt præfertur pro derelicto habeatur, iniuria inferetur, dictaque animarum cura melius per proprium Rectorem quam presbyterum amouibilem exerceretur, ac in prædicta domo regulari maior religioſorum numerus, qui in dicta Vniuerſitate litterarum ſtudiis incumbent manutenerentur, ipſiuſque Academiæ, ac dilectorum filiorum illius profeſſorum ſubuentioni plurimum conſuleretur. Quare pro parte dicti *Maximiliani* Ducis aſſerentis fructus, redditus & prouentus Monaſterij huiuſmodi & illi forſan annexorum ſexcentos Ducatos auri de camera ſecundum communem extimationem valorem annuum non excedere nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis vniri tenerentur exprimere verum annuum valorem ſecundum æſtimationem prædictam & beneficij cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, idemque in quibusuis ſuppreſſionibus perpetuis, conceſſionibus, diſmembrationibus & applicationibus etiam de quibuſcunque fructibus & bonis Eccleſiaſticis, ac etiam in confirmationibus vnionum ſingularumque diſpoſitionum huiuſmodi obſeruari voluimus, prædictum *Maximilianum* Ducem à quibusuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quauis occaſione vel cauſſa latis, ſi quib. quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequẽdum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicatonibus inclinati, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, auctoritate noſtra te diligenter informes, & ſi per informationem huiuſmodi ita eſſe repereris prædictum Monaſterium per deſertionem huiuſmodi aut alias quouis modo, etiamſi ex illo quæuis generalis reſeruatio etiam in corpore iuris clauſa reſultet, præſentibus haberi volumus pro expreſſo vacans, etiamſi tanto tempore vacauerit, quod eius prouiſio iuxta *Lateranen*. ſtatuta Concilij aut alias Canonicas ſanctiones ad ſedem Apoſtolicam legitimè deuoluta exiſtat, & illa ex quauis cauſſa ad ſedem eandem ſpecialiter pertineat, at ſuper illius regimine & adminiſtratione inter aliquos lis ſeu illorum poſſeſſores vel quaſi moleſtia cuius litis ſtatum etiam pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, dummodo tempore dato præſentium eidem Monaſterio de Abbate Canonicè prouiſum non fuerit, nec non illius ordinem, denominationem, eſſentiam & naturam ac titulum Abbatis cæteraque in eo officia, officinas, clauſtra, refectoria, dormitoria ac regularem obſeruantiam in eo illiuſq; Eccleſia ac ambitu & aliis adiacentiis ſuis vniuerſis etiam primo dicti ordinis ſupe-

ſuperioribus & in hoc intereſſe, aut grauamen habentibus ad hoc non conſentientibus illiſque forſan inuitis dicta auctoritate noſtra perpetuo ſupprimas & extinguas, illiſque ſic ſuppreſſis & extinctis Eccleſiam Monaſterij huiuſmodi in parochialem Eccleſiam dictæ villæ *Schamhaupten* etiam quatenus opus ſit, cum ſacriſtia, fonte baptiſmali, campanili, campanis, cimiterio, aliiſque inſignibus parochialibus etiam quatenus in ea non adſint, pro vno perpetuo illius Rectore, qui eidem parochiali Eccleſiæ in diuinis deſeruiat, ac illius parochianis ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtret, eorumque animarum curam exerceat, ac alia quæ de iure, neceſſitate, aut alias quomodolibet ad parochum ſeu ſimilem Rectorem parochialis Eccleſiæ ſpectant & pertinent, faciat, dicat & exequatur etiam perpetuò erigas & inſtituas, nec non à prædicto Monaſterio ſic extincto illiuſque proprietatibus cenſibus, rebus & bonis vniuerſis tot, ex quibus ducenti, ac tot ex quibus quadringenti floreni huiuſmodi percipi poſſint pariter perpetuo diſmembres & ſepares, illiſque ſic diſmembratis & ſeparatis ducentos videlicet dictæ parochiali Eccleſiæ pro illius dote, illamque pro tempore obtinentis ſuſtentatione, nec non quadringentos florenos huiuſmodi eidem domui regulari pro tot ſecundo dicti ordinis fratrum, qui bonarum litterarum ſtudiis in eadem vniuerſitate incumbere velint, donec DEI omnipotentis munificentia & liberalitate, ipſiuſque *Maximiliani* Ducis cura maioribus ampliabitur redditibus annuis manutenere, reſiduum verò proprietatum cenſuum rerum ac bonorum Monaſterij huiuſmodi valorem annuum ducentorum & ſeptuaginta Ducatorum parium non excedentium eidem Academiæ pro illius Profeſſorum manutentione & ſuſtentatione pariter perpetuo applices & appropries, ita quod poſt applicationem & appropriationem prædictas, ſi illas per te vigore præſentium fieri contigerit, liceat parochialis Eccleſiæ Rectori ac Domus regularis fratribus in prædicta Vniuerſitate vt præfertur ſtudentibus necnon Academiæ huiuſmodi Rectori ſeu illius profeſſoribus pro tempore exiſtentibus per ſe vel per alium ſeu alios eorum & parochialis Eccleſiæ, nec non domus regularis & Academiæ huiuſmodi reſpectiuè nominibus propria auctoritate corporalem, realem & actualem poſſeſſionem proprietatum, cenſuum, rerum & bonorum quorumcunque, parochiali Eccleſiæ aut domui regulari ac Academiæ prædictis etiam reſpectiuè applicandorum & appropriandorum cum omnibus & ſingulis iuribus & pertinentiis ſuis liberè apprehendere & apprehenſam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta quæcunq; percipere, exigere, leuare, arrendare, locare, dislocare ac in ſuos vſus & vtilitatem reſpectiuè conuertere Dioceſani loci vel cuiusuis alterius licentia deſuper minimè requiſita, præſentes quoque litteras etiam ex eo quod intereſſe habere prætendentes ad hoc vocati & cauſa ſeu cauſæ propter quam ſeu quas præmiſſa à nobis emanarunt & coram ordinario loci tanquam à dicta ſede delegato aut alias quomodolibet examinatæ, verificatæ, & iuſtificatæ non fuerint, ſeu quibuſvis aliis cauſis de ſubreptionis vel obreptionis ſeu nullitatis vitio aut intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari ſeu impugnari, aut alias quomodolibet infringi ſeu retractari vel inualidari aut ad viam & terminos iuris reduci, ſeu in ius vel controuerſiam vocari, aut aduerſus eas quodcunque juris & facti vel iuſtitiæ aut gratiæ remedium intentari, impetrari vel concedi nullatenus vnquam poſſe, ſed eas aduerſus quaſcunque impugnationes validas & efficaces eſſe ac fore, ſicque ab omnibus & ſingulis conſeri, & ita per quoſcunq; Iudices & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari & diffi-

diffiniri debere ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane dicta auctoritate noſtra decernas, non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta ac *Lateranen.* Concilij nouiſſimè celebrati vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſſis fieri prohibentis, ac Apoſtolicis nec non in Vniuerſalibus Prouincialibuſque ac Synodalibus Conciliis editis & edendis ſpecialibus vel generalib. conſtitutionibus, & ordinationib. nec non primodicti ordinis etiam iuramẽnto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis primodicto ordini illiuſque ſuperioribus & perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis irritantibuſque & aliis decretis in genere vel ſpecie, etiam motu proprio & ex certa ſcientia ac Conſiſtorialiter & alias forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & indiuidua ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu alia quæuis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petum* anno incarnationis Dominicæ Milleſimo ſexcenteſimo ſexto, Octauo Calend. Iunij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Pro Ill^mo & R^mo Dño Sum. L. *Duccius.*

*Scipio Cobellutius*

S. de *Vrſinis.*

## SCHEFTLARN

DE Inſtitutione huius Monaſterij ordin. Præmonſtraten. ſcribit Auentin. lib. 3. Annalium, fol. 303. his verbis: Teſſalonis Ducis ope & fauore Vlricus Sacerdos equeſtris ordinis decem millia paſſuum ſupra Monachium in Pipino pago, in ripa Iſaræ D. Dionyſio conſtruxit ædem, tradiditque Monachis diui Benedicti: à Schapha nunc cognomen, mutatis quoque cæremoniis habent. Nam candidati ſunt, & diui Nordoperti myſtæ Præmonſtratenſes ſe nominant. Alibi in monumentis illius Monaſterij ita habetur: Temporibus Taſſilonis Ducis Bauariæ, VValckerius Decanus in Teyningen, vir nobilis, primus fundator clauſtri Scheftlarn de propria hæreditate, & vocabatur tum Petenpach, & fuerunt ibi Canonici regulares, poſteà Benedictini, qui fuerant expulſi per Arnoldum impium, Ducem Bauariæ, & Vngaros.

ANNO 1140. Otto Magnus, Friſingen. Epiſcopus, erexit & renouauit clauſtrum prædictum, & poſuit ibi Canonicos regulares [a] de ordine Præmonſtratẽſium in perpetuum duraturum.

f. Auentin. el. 315. EXTAT ibi vetus diploma, eius tenor talis eſt: Ego ipſe Petto, Epiſcopus & Abbas, primum ob Dei amorẽ, ſeu pro peccatis meis minuendis, ſeu pro æterna re-

na retributione dono Hächingen & Puelocham, Actum in monaſterio ſancti Dionyſij, ſub oppido villæ, quæ nuncupatur Skeftlari, publicè. Teſtis Orendil Comes, ſexto Idus Auguſti, anno VI. Imperij Domini noſtri Caroli Magni Imperatoris, Regni eius in Francia 38. &c.

VASTATVM eſt hoc Monaſterium per Vngaros, ſicut & cætera, reſtitutum deinde per Heinricum Ducem Bauariæ & Ottonem Epiſcopum Friſingen. fratres, diui Leopoldi Auſtriaci filios, qui loco Benedictinorum ſubſtituerunt Præmonſtratenſes. Anno 1140. Ioan. Auentin. in Annalibus fol. 630. in fine obſcurè, ac non ſatis correctè de hoc & aliis tribus Mon: habet; in Boiaria dum hæ ædes ſacræ dedicantur, Heinricus Dux Boius, Otto frater eius, Epiſcopus Fruxinenſis, in ſuperiore Boiaria quatuor templa ſacrarunt, de integro ædificant extra mœnia Fruxinen. oppidi Præmonſtratis Neoſtephotam, Sylurnum, Schlechdorf, Schaphulariam, olim ante annos amplius 300. conditam, ſub Teſſalono III. diui Benedicti ſacris initiatam, ab Vgris euerſam reficiunt; myſtis popularibus Auguſtinianis Nardobertinis dicant, &c. Originale ſeu Autographum habet condita, initiata, euerſa; alias ad Schefdlarn ſolùm fieret relatio, quod non quadrat, cùm Schliers Monaſt. quoque ſub Teſſalone ſit conditum, idem Auent. fol. 303. Item ab Vngaris euerſum fol. 482. Schlechdorf antea ſub Vtilone fol. 292. euerſum quoq; fol. 482. Eſt ergo ſenſus, quòd Neuſtift de nouo ædificarunt, alia tria Monaſt. refecerunt, &c.

CONRADVS de Sachſenhauſen eligitur ibi in Præpoſitum, anno 1320. optimè adminiſtrauit, reſtaurauit pleraq; ac multa prædia emit. ob. an. 1346.

IOANNES Præpoſitus optimam Parochiam in Scheuring Dominij Liechtenbergenſis juxta Lycum, vna cum decimis acquiſiuit, ac Monaſterio incorporauit, vt vocant.

NOBILES ibi ſepulti, Schvveickerus de Gundelfing in ambitu ibi, inſcriptio illius lapidis, propter vetuſtatē non eſt legibilis, Vixit autem hic Schvveikerus, circa an. 1350.

DE Bairpronn vicino caſtro, Conradus vltimus illius familiæ, vnus ex præcipuis militiæ Ducibus Ludouici quarti Imperatoris, ibi in capella Parochiæ anniuerſarium & Miſſam quotidianam inſtituit, cum vxore ſua de Preiſing, qui obiit an. 1333.

RHELINGERI de Haldenberg, prope Lycum Parochiani Scheuringenſes ſepulti ibi in ambitu.

## ADDITIONES.

### PRIMA MONASTERII SCHÖFTLARIENSIS FVNDATIO.

DOMINO noſtro Ieſu Chriſto protegente & adiuuante. Ego indignus presbyter Waltrich cogitans cogitaui pro remedio animæ meæ, cum licentia Illuſtriſſimi Ducis Bauuariorum Thaſſilonis in propria hæreditate mea cepi ædificare Eccleſiam Dei in loco Peipinbach ſub villa nuncupata Sceftlari, propè fluuium Iſuræ. Ipſa enim ædificata Eccleſia quam ego ipſe manibus meis fundaui, Aduocaui Ioſephum Epiſcopum, vt ipſam dedicaret eccleſiam. Adueniente Venerabili Epiſcopo, interrogabat me coram omnibus cohæredibus meis, ſi aliquis eorum mihi hoc contradicere voluiſſet peragendum, vel quomodo eam hæreditare voluiſſem. Parentibus enim meis pari deuotione con-

ſentientibus addidi etiam alias duas Eccleſias Dihiningas, & ad Ehapaldingas, & meipſum, & quicquid habui ad ipſam Eccleſiam tradidi, & firmiter in omnibus confirmaui. Dedicatâ autem Eccleſiâ acceſſi, & pro funis ſigno tradidi eam in manus Ioſephi Epiſcopi, vt in æuum permanſiſſet ad Domum ſanctæ Mariæ ad Friſingas, vt nos & Fratres noſtri ibidem habuiſſemus Caput & Tuitionem capitis. Ipſum autem Oratorium dedicatum eſt in honore ſancti Dioniſij in Calendis Nouembris. Et ſtatui tam pro me & pro parentibus meis & cohæredibus, vt pro remedio animarum noſtrarum ibidem perpetualiter permanſiſſet cum omnibus acquiſitionibus meis, cum mancipiis & pecoribus & ædificiis, pecuniis, terris, ſyluis, cultis & incultis, ruribus pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, omnia in omnibus firmiter tradidi & confirmaui ad prænotatam Domum Dei, Regnante Domino & Illuſtriſſimo Duce noſtro Thaſilone. Anno XXV. Indictione. XV. Iſti ſunt teſtes. Atto, Frater eius Pippi, Alprich, Cundhart, Reginhart, Mandelker, Iſenker, Meio, Erganolf, Oadelker, Adalgart, Starkolf, Toto, Deotmar, Fritilo, Helmker, Herideo, Vrſo, Sundarhere, Egino, Altrich, Oaſrich, Sicco, Richbald, Deotmar, Perchtolt, Icho, Ezzilo, Fricho.

## TRADITIO PETTONIS EPISCOPI DE HÄCHINGEN.

SACROSANCTO Monaſterio ſancti Dionyſij quod eſt conſtructum in Regno Francorum, in Ducatu Baioariorum, ſuper fluuium qui dicitur Iſura, vbi Venerabilis Vir Petto Epiſcopus ſeu Abbas ad regendum præeſſe videtur.

Ego ipſe Petto Epiſcopus & Abbas, cogito primùm ob Dei timorem ſeu pro peccatis meis minuendis, atque pro æterna retributione dono ad ipſam Eccleſiam S. Dionyſij à die præſente, donatumque in perpetuum eſſe volo, hoc eſt, res proprietatis mea in villa quæ dicitur Hachinga, & mancipia his nominibus. Wenilo & Adelſvvind cum infantibus eorum Othelm, Adelhelm, Hleokelt Gozlind, & alia mancipia Luibrat, Heribirck, Drutſlat, Ottmunt cum infantibus ſuis, vel quicquid de genitore meo ad me peruenit, tam manſis, campis, pratis, ſyluis, pomiferis, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus & regreſſibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, totumque integrum. Similiter dono in ipſa Villa Hachinga, quicquid de Helfrico comparaui, mancipiis vel manſis, campis, pratis, ſyluis, pomiferis, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus & regreſſibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, totumque integrum. Similiter dono & in villa quæ dicitur Puoloch, quicquid de Folkero & filio ſuo Milone comparaui, tam manſis, campis, pratis, ſyluis, pomiferis aquis, aquarumque decurſibus, exitibus & regreſſibus, cultum vel incultum, omnia in omnibus, vel de quocunque ingenio ad me peruenit, vel peruenire poterit ad integrum, vt quicquid exinde agentes ſancto Dionyſio facere voluerint, in eorum maneat poteſtate, nulloque contradicente. Si quis aut ego quod fieri non

non arbitror, aut aliquis de hæredibus vel cohæredibus meis ſeu quælibet vlla oppoſita perſona, quæ contra hanc donationem quam ego pleniſſimâ voluntate ſcribere poſtulaui, venire temptauerit, ne hoc valeat euindicare aut præpedire vbi donatum eſt, ſed hæc donatio in perpetuum firma permaneat. Acta eſt in Monaſterio ſancti Dionyſij ſub oppido Villæ, quæ nuncupatur Sceffdlari publicè. Iſti ſunt teſtes veri Orendil Comes. Erchenolf, Helfrich, Heribert, Albrich, Altolf. In Dei nomine ego Petto Epiſcopus hanc donationem à me factam relegi & ſubſcripſi.

Cunipreht heil. Actum in loco qui dicitur Sceffdlari, Menſe Aug. VI. Idus Aug. Anno VI. Imperij Domini noſtri Caroli magni Imperatoris, & Regni eius in Francia. XXXVIII.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* ego Dei gratia *Friſingenſis* Eccleſię Epiſcopus qualicunque miſericordia Domini fauente volens Epiſcopatus noſtra diruta inſtaurare, religionis ſeminaria plantare, plantata rigare, Præpoſituram *Scheſtlarn* cum vniuerſis quæ vel prædeceſſorum noſtrorum largitate, vel comprouincialium liberalitate conquiſita ſunt: videlicet Eccleſiis, mancipiis, villis, agris, pratis, paſcuis, decimis, cultis & incultis, Fratribus ſecundum Regulam B. *Auguſtini*, & conſuetudinem *Præmonſtratenſium* Fratrum Deo ibidem ſeruientibus contradidimus. Quædam etiam Beneficia noſtri Epiſcopatus eis perpetuò retinenda donauimus, Eccleſias inſuper eidem loco adiacentes, ſcilicet *Scheftelaren*, *Yrſenhuſen*, *Niuuaren*, *Echboldingen* vtilitatis gratiâ cum cura animarum terminando ad idem Monaſterium tranſmutauimus. Volentes autem Fratrum eorundem juſtæ petitioni aurem accommodare, Fratres ibi profeſſos ne diſcedant, diſcedentes vt nullus ſuſcipiat Anathematis vinculo volumus confirmare. Adiicimus etiam vt de laboribus manuum & de nutrimentis animalium eorum in noſtro Epiſcopatu nullus decimas exigat. Obeunte verò Præpoſito nullus niſi canonicè electus ſubſtituatur. Aduocatum ſi intolerabilis fuerit mutandi facultatem, & qui ibidem ſepeliri poſtulauerint, concedimus libertatem. In Eccleſiis ad clauſtrum eorum pertinentibus ſine petitione ipſorum Sacerdotes non ponantur. Poſſeſſa vel juſtè poſſidenda vt nullus ſurripere audeat, vel eodem Fratres inquietare, aut aliqua exactione infeſtare præſumat, auctoritate DEI & noſtra inſtantiſſimè prohibemus. Hæc autem vt perpetuò inconuulſa permaneant, quemadmodum præfati ſumus, auctoritate DEI & Beatæ Mariæ, cuius Eccleſiæ miſericordia ipſius præſidemus, & omnium Sanctorum, nec non & noſtra

noſtra confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione munimus, & huius paginæ noſtræ violatores, vt in die extremi examinis cum iniquorum capite vltricibus flammis perpetuò exurendi inuoluantur, DEVM teſtem inuocamus & judicem, eidem verò loco, & Patribus juſta ſeruantibus ſit pax & æterna cum Angelis Societas Amen.

Facta ſunt autem hæc in uniuerſali Capitulo *Ottonis* Epiſcopi *Friſingæ*, ſubſcribentibus eiuſdem Eccleſiæ Prioribus, nec non etiam Clericis ac Laicis omnibus conſentientibus & approbantibus. Anno quidem eiuſdem Epiſcopi ſecundo, Dominicæ vero incarnationis Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo.

Ego *Hoholdus* maioris Eccleſiæ Præpoſitus ſubſcripſi.
Ego *Adalbertus* maioris Eccleſiæ Decanus ſubſcripſi.
Ego *Herricus* Archidiaconus & Præpoſitus *Moſpurgenſ.* Eccleſiæ ſubſcripſi.
Ego *Wicmannus* S. *Andreæ* Eccleſiæ Præpoſitus ſubſcripſi.
Ego *Heinricus Reitenbuochenſis* Præpoſitus ſubſcripſi.
Ego *Dietramus* de Cella S. *Martini* ſubſcripſi.
Ego *Heinricus* Præpoſitus de *Burenberch* ſubſcripſi.
Ego *Herrandus* Archidiaconus ſubſcripſi.
Ego *Waltherus Burenſis* Abbas ſubſcripſi.
Ego *Sigimarus* Abbas S. *Stephani* ſubſcripſi.

INNOCENTIVS ſeruus ſeruorum DEI dilecto filio *Engelberto* Monaſterij ſancti *Dionyſij* de *Scheſtlarn* Præpoſito, eiuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris regulariter ſubſtitutis in perpetuum. Apoſtolici moderaminis clementiæ conuenit religioſos diligere, & eorum loca pia protectione communire. Dignum namque & honeſtati conueniens eſſe cognoſcitur, vt qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus, eas & prauorum hominum nequicia tueamur, & Apoſtolicæ ſedis patrocinio foueamus. Ea propter dilecti in Domino filij poſtulationibus veſtris rationabilibus clementer annuimus, & Monaſterium veſtrum ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes vt in veſtro Monaſterio ordo Canonicus ſecundum Beati *Auguſtini* regulam & inſtitutionem *Præmonſtratæ* Eccleſiæ perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quęcunq; bonă quaſcunque poſſeſſiones idem Monaſterium tam ex dono venerabilis fratris noſtri *Ottonis Friſingenſis* Epiſcopi, quam aliorum Dei fidelium in præſentiarum juſte ac legitimè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione

Regum

Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam ne profeſſis in veſtro Monaſterio aliqua occaſione liceat abſque Abbatis & Capituli licentia ad alia loca tranſire, nec diſcedentes quiſquam contra voluntatem veſtram ſuſcipere vel retinere præſumat. In generali quoque ipſius Epiſcopatus interdicto, ſubmiſſa voce & clauſis ianuis diuina officia celebrandi licentiam vobis concedimus, nullo tamen interdicto vel excommunicato intus admiſſo. Sacerdotes verò qui in veſtris Eccleſiis ſunt ſtatuendi Epiſcopo præſentetis, qui ſibi de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus reſpondeant. Sanè laborum veſtrorum decimas quas propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omninò clericus ſiue laicus à vobis exigere præſumat. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à dyoceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem ſedis Apoſtolicæ habuerit, & ea gratis, & abſque aliqua prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quemcunq; malueritis adire antiſtitem: qui nimirum noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, nullus qualibet ibi ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, ſecundum Dei timorem, & Beati *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati fuerint, nullus obſiſtat, ſaluo iure matricis Eccleſiæ. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur Eccleſiaſtica ſecularisue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, honoris poteſtatiſq; ſuæ dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loca ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen.

Ego *Innocentius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego *Gregorius* Diaconus Card. SS. *Sergij* & *Bachi*.
Ego *Geraldus* presb. Card. tt. S. *Crucis* in *Hieruſalem*.
Ego *Albertus Albanenſis* Epiſcopus.
Ego *Otto* Diac. Card. S. *Georgij ad velum aureum*.
Ego *Anſelmus* presb. Card. tt. S. *Laurentij* in *Lucina*.
Ego *Iuo* presb. Card. tt. S. *Laurentij* in *Damaſo*.
Ego *Chriſogonus* presb. Card. tt. S. *Praxedis*.
Ego *Petrus* presb. Card. tt. *Paſtoris*.
Ego *Gotzo* presb. Card. tt. S. *Cæciliæ*.
Ego *Hubaldus* Diac. Card. S. *Mariæ* in *via lata*.

Ego *Bernhardus* Diac. Card. S. *Mariæ* in Dominica.
Ego *Thomas* S.R.E. Diac. Cardinalis.

Dat. *Laterani* per manus *Almerici* S.R.E. Diac. Card. & Cancellarij, XV. Kal. Ianuarij, Indict. IV. an. Incarnationis Dominicæ M.C.XL. Pontificatus vero Dñi *Innocentij* Papæ an. XI.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Albertus* Dei gratia *Friſingenſis* Epiſcopus, Dilecto Fr. *Hainrico* Præpoſito ſancti *Dionyſij* de *Schefftlarn*, eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Patrum & anteceſſorum noſtrorum, quantum valemus veſtigiis inſiſtentes, domibus religioſis prouidere, plantationes quas ad ſanctum vitæ propoſitum ſtudioſè plantauerunt, pro poſſe noſtro fouere & rigare nos conuenit, diuinæ clementię ſupplicantes, vt in eiſdem locis & quæ bona ſunt nutriat, ac pietatis ſtudio, quæ ſunt nutrita cuſtodiat. Inde eſt quod ad petitionem tuam, dilecte & honorabilis Fr. *Hainrice*, decimationem quę de prædio apud curtem quæ vocatur *Iburgeshof* nobis ſeu presbytero, ad cuius parochiam pertineret, ſi non propriis eam manibus ac ſumptibus excoleretis reſignatam in manus noſtras à Fratre *Heribordo* Decano qui in præſentiarum Eccleſiam *Veltmochingen* dinoſcitur habere, tibi tuæq; contradimus Eccleſiæ fratribus, apud *Schefftlarn* ſub regulari profeſſione degentibus ad perpetuos vſus profuturam. Conniuentia itaque & aſſenſu omnium noſtrorum tàm Clericorum quàm laicorum omnē decimam eiusdē prædii tàm in frugibus quàm in nutricuris animalium veſtrorū, ſeu in cæteris q̄ labore manuum terra gignere ſolet, vobis tradimus, & præſentis ſcripti pagina firmamus. Statuentes vt nullus ſucceſſorum noſtrorum. vobis eam auferre, vel quoquomodo imminuere, nullus presbyter vos pro ea inquietare vel interpellare præſumat: rationem ſi quis contra hæc agere temptauerit, diſtricto iudici in extremo examine redditurus. Vt autem huius noſtræ conceſſionis ſeu donationis beneficentia nulla poſſit à poſteris obliuione deleri, nulla cuiuſpiam temeritate infringi, hanc vobis exinde chartam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus, teſtibus ſubternotatis, quorum hæc nomina ſunt.

*Engilſcalcus* maioris Eccleſiæ Præpoſitus.
*Heinricus* Præpoſitus S. *Xyxti*.
*Heinricus* S. *Andreæ* Præpoſitus,
*Ravvinius* S. *Viti* Præpoſitus.
*Leopoldus* Archidiaconus.
*Berchtoldus* S. *Zenonis* Præpoſitus.
*Rudolphus* Canonicus. *Vdalſcalcus* Canonicus. *Fridericus* Canonicus,
*Ortvvinus* Canon. *Conradus* Canon. & iterum *Conradus*.
*Liutvvinus* Can. *Heinricus* *Fridericus* Canon. *Heinricus* Cuſtos,
*Herrandus* Can. *Heribordus* Decanus de *Veldmoching*.
*Rapoto* Abbas de *Wibenſteuen* cum ſuis Monachis.
*Engiſcalcus* Prior de *Noua cella* cum ſuis Fratribus.
Laici. *Folmarus* de *Wicherhouen*. De Miniſterialibus,
*Waltmannus* & Filius eius *Fridericus* de *Holenſtain*.
*Adeloldus* de *Dorinpach*. *Siboto* de *Paccarn*.

*Rhodolphus* de *Puobenhuſen. Heinricus Felix puer. Gotefridus Pincerna.* Milites. *Waltencannus* de *Holenſtein. Helphrich, Siboto, Heinricus, Pernhardus* de *Veringen. Ortvvinus* de *Chumezdorff*, de *Friſinga, Mazelinus* & alii quamplures. De *Monechen, Wernherus Guoman. Engilſcalcus Monetarius. Wernherus Thelonearius, Wernherus* de *Mamminga, Conradus* de *Scönengou, Conradus Rufus, Albertus* & *Vlricus* & alij quam plures. Actum *Friſingæ* Anno ab incarnatione Domini M. C. LXIX. Anno autem Domini Alberti *Friſingenſis* Epiſcopi X. Indict. ---------- feliciter, Amen.

IN Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* Dei gratia *Friſingen.* Eccleſiæ Epiſcopus ſecundus. Ob hoc diſponente Domino ſumus ad regimen Eccleſiarum aſſumpti, vt earum indigentiis curâ paſtorali prouidendo, non ſolum ea quæ nos ob amorem diuinum ipſis donaria largimur; verum etiã quæ piæ memoriæ Anteceſſores noſtri diuinitus eis inducti contulerunt, priuilegiorum noſtrorum atteſtatione confirmanda roboremus. Nouerit itaq; tam præſentium quam poſt futurorum Eccleſiæ noſtræ filiorum ſagacitas, q. dilecti filij noſtri *Heinricus* videlicet *Scheſtlarenſis* Eccleſiæ Præpoſitus, ſuiq; confratres ad nos accedentes, humillima precum apud nos obtinuerunt inſtantia, q. nos traditiones Anteceſſorum noſtrorum Dñi ſcil. *Ottonis*, ac Dñi *Adalberti* Reuerendorum Antiſtitum, quibus eandem Eccleſiam largâ donatione ditauerant, pariter cum his quæ & nos pro modulo noſtro ipſi contulimus, priuilegij noſtri renouatione cõfirmarem⁹, ſubſcripta diſtinctione determinando, quid iſte vel ille eidem Eccleſiæ contulerit Epiſcopus. Siquidem Dominus *Otto* qui primus in eadem Eccleſia *Præmonſtraten.* initiauit ordinem, paternâ ſollicitudine deliberans, qualiter ibi Deo famulantium ſuſtentationi ſuccurreret, Eccleſias ei adiacentes, quæ in Priuilegiis antiquiorib. monſtrantur adnotatæ, priuilegiata atteſtatione pariter cum monte qui dicitur *Wakkerſperch* aſſignauit: ex indulgentia ſuæ auctoritatis hoc adiiciens, vt ſi forte poſſeſſionum earundem Aduocati plus debito memoratos Fratres moleſtare niterentur, poteſtatem habeant alium ſiue alios inſtituendi. Similiter & Dominus *Adalbertus* ſuprà memoratus Antiſtes propriæ ſaluti conſulens, Decimationes apud *Ilbungeshouen* & *Cheuerloch* prætaxatis Fratribus legitimè contradidit, ſcriptis & Priuilegiatis eandem & ipſe traditionem corroborans. Cui cum nos permiſſione diuina ſucceſſiſſemus, cupientes etiam eorundem Fratrum indigentiis ex aliqua parte ſubuenire, placuit vt ad petitionem ipſorum quaſdam Decimationes apud *Bozan*, quæ noſtris quondam deputatæ fuerant Dominicalibus, & quæ nos à quodam *Egilolſo Auguſten.* Eccleſiæ Miniſteriali feudali jure exemimus; ad communem eorum vtilitatem conferremus, & Capellam apud *Straſſloch*. Præterea ſicut ab antiquo eis indultum fuerat, & nos indulgemus, vt quicunque Miniſterialium Eccleſiæ noſtræ teſtamentum faciens aliquid eis de prædio ſuo voluerit impertiri, ratum à nobis & ſucceſſoribus noſtris obſeruetur; & quicunque moriens ſepulturam apud eos elegerit, licite ab eis & ſine contradictione ſepeliatur. Hæc autẽ omnia quamuis aliis alibi priuilegiorum inſtrumentis cõmunita reperiantur; Nos tamen nihilominus ob maioris cautelæ prouidentiam, vt ita deinceps rata & inconuulſa permaneant præſenti pagina renouamus, impreſſione ſigilli noſtri corroborata. Teſtes, *Ortvvinus* Matricis Eccleſiæ Decanus. *Chuonradus Felix puer* & S. *Viti* Præpoſitus. *Ortolfus Inticenſis* Præpoſitus. *Chuonradus* Cuſtos. *Gotefridus* S. *Andreæ* Canonicus & Capellanus. Actum *Friſingæ*, Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCV. feliciter Amen.

GRegorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij in *Scheftelarn*, per Præpoſitum ſoliti gubernari *Præmonſtratenſis* Ordinis, *Friſingen.* Diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à Prædeceſſoribus noſtris *Romanis* Pontificibus, ſiue per Priuilegia ſeu alias indulgentias Monaſterio veſtro ſeu vobis conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſtè ac pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Lugduni* Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno tertio.

ALbertus Dei gratia, *Friſingen.* Epiſcopus. Sacra loca & venerabiles perſonas nos conuenit honorare, præſertim quorum ſuffragio & precibus juuamur in cælis, & deuotis obſequiis frequentamur in terris. Eapropter notum eſſe volumus his, qui literas has inſpexerint, legerint, vel lectas audierint, Quod nos venerabili & dilecto Fr. *Hainrico* Præpoſito de *Scheftelaren* decimationem in curte ſua apud *Cheuerloch* reſignatam nobis à parochiano *Conrado* de *Brunnen*, tam in grano quam in nutrituris pecorum conceſſimus, tum quia eandem Curtem propriis ſuis ſumptibus excoluit, & excolit, tùm etiam quia in propria perſona noſtro ſeruitio fideliter inſudauit. Volumus itaque vt eandem decimationem libere & abſque cuiuſdam contradictione poſſideat, fratrum ſuorum pauperum Chriſti ſemper vſibus profuturam, nec aliquis Sacerdotum qui poſt *Conradum* Eccleſiæ vel parochiæ *Brunen* præficiendi ſunt, ei de hoc vllam attemptet mouere quærimoniam quod noſtra benignitas eidem fruendum conceſſit. Vt autem hoc noſtrum beneficium illi ſtabile maneat, hanc exinde chartam ei conſcribi, ac ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus, teſtibus qui in celebri noſtro Capitulo fuerant, ſubternotatis. Quorum hæc nomina ſunt. *Engilſenlch* Præpoſitus maioris Eccleſiæ, *Alberon* Præpoſitus S. *Caſtuli*, *Hainricus* Præpoſitus S. *Andreæ*, *Ravvinus* Præpoſitus S. *Viti*, *Bertholdus* Præpoſitus S. *Zenonis*, *Vlricus* Præpoſitus S. *Arſacij*, *Richart* Præpoſitus de *Vndieſtorff*, *Conrad* Præpoſitus de *Sliedorff*. *Heinricus* quoque de *Slierſee* Præpoſitus & Archidiaconus in illis locis laudauit & conſenſit. De Abbatibus iſti. *Robertus* Abbas *Tegrius*, *Robertus* Abbas *Aprimontis*, *Rapotho* Abbas S. *Stephani*, *Lotharius* Abbas *Roten*, *Eberhardus* Abbas de *Sckyrn*, *Hainricus* Abbas de *Atile*, & plures alij. Actum *Friſingæ* anno Dominicæ incarnat. 1170. anno Domini *Alberti Friſingen.* Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi XII. feliciter Amen, Amen.

IN Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* diuina fauente gratia Dux *Bauariorum*, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Nouerit tam præſens ætas, quam futura poſteritas, præſentem paginam intuens, quod nos *Otto* Dux præfatus *Bauariorum* Cœnobio S. *Dionyſij Scheftlarn* dicto, in remedium animæ noſtræ ac progenitorum noſtrorum hanc fecimus gratiam ſpecialem, volentes vt omnes hæredes noſtri, nobis in Ducatu ſuccedentes eandem gratiã infringere non attemptent, videlicet quod Dñs *Heinricus* Præpoſitus eiuſdem

Cœnobij

Cœnobij & omnes ſucceſſores ſui Præpoſiti, auctoritatem noſtram habeant plenariam, judicandi ſingulos exceſſus in omnibus & grangiis quocunque nomine cenſentur Cœnobio prædicto attinentibus, exceptis tribus exceſſibus, ſcilicet, Pogentzbluot, Notzogen & furtis, quos noſtro judicio decreuimus reſeruandos. In cuius ſpecialis gratiæ teſtimonium ac cautelam, Cœnobio S. *Dionyſij* præfato literas præſentes dedimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Actum & datum apud *Landshutam*, Anno Domini M. C. LXXXIII. Indict. I. Regnante Domino *Friderico Romanorum* Imperatore glorioſiſſimo, & Domino *Heinrico* Cœnobij ſæpedicti Præpoſito exiſtente. Huius rei teſtes ſunt, *Otto* Palatinus de *Wittelinſpach*, Comes *Heinricus* de *Plaie*, Comes *Heinricus* de *Frantonhauſen*, & alij quamplures, qui præſentes aderant, fide digni.

NOs *Ludouicus* DEI gratia, Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ*, tenore præſentium recognoſcimus & ad notitiam plurimorum cupimus peruenire, quod in noſtram protectionem pariter & defenſionem ſpecialem recepimus villam *Peygarten*, quam à *Sighardo* Dapifero de *Friſinga* emit ac etiam comparauit Dominus *Gervvicus* venerabilis Præpoſitus & Conuentus Cœnobij in *Scheſtlaren*, ab ipſo Cœnobio jure proprietario, cum omnibus ſuis attinentiis in perpetuum poſſidendam. Concedentes eidem Cœnobio per præſentes literas quod dictam villam *Peygarten* poſſidebit perpetuò in judiciis & aliis, eo jure quo alias villas ipſi attinentes pleno jure poſſidet ac poſſedit pacificè ac quietè. Verùm quia quòd ſpecialiter exprimitur plus memoriæ commendatur quàm quod generaliter inhibetur; adiicimus ad cautelam, quod in eadem villa Iudices & præcones noſtri, nullam exceptis in tribus caſibus, videlicet Pogentzbluot, Notzoch. & furtis, juriſdictionem ſeu Iudicium exercebunt. In cuius rei perpetuam memoriam, ſcripta præſentia dedimus, ſigilli noſtri munimine roborata. Datum in *Monaco*, An. Dñi 1277. 4. Id. Februarij.

RVdolphus DEI gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ* Thelonearìo ſuo in *Wolfrathuſen*, qui pro tempore fuerit, vel qui in futurum erit gratiam ſuam. Mandamus tibi firmiter & præcisè, vt omnes res quæ vel de montibus vel alibi Eccleſiæ in *Scheſtelern* adducuntur, ſine theloneo in *Wolfrathuſen*, & omni alia exactione dimittas liberè pertranſire, ſiquidem noſtram indignationem volueris euitare. Datum *Monaci*, Anno Domini 1297. in craſtino beatæ *Catharinæ*.

RVdolphus & *Ludouicus* DEI gratia Comites Palatini *Rheni*, Duces *Bauariæ* Iudici in *Dachavve*, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit gratiam ſuam. Intuentes fidelia & deuota ſeruitia, nobis per Dominum *Chunradum* honorabilem Præpoſitum in *Scheſtelern*, & ſuum Monaſterium exhibita, ac in poſterum exhibenda, ipſis hanc gratiam fecimus, vt Curia dicta *Ilmungeshof* in tuo officio ſita, quæ ipſum Monaſterium proprietatis titulo reſpicit, Stiuris, exactionibus, vel aliis ſeruitiis quibuſcunque libera eſſe debeat in futurum. Mandamus tibi firmiter & diſtrictè, quatenus ipſi Præpoſito & ſuo Monaſterio præfatam gratiam eis per nos factam ratam teneas & inuiolabiliter obſerues, maximè cum idem Monaſterium de vniuerſis bonis ſuis ſtiuras annis ſingulis nobis ſoluat. Dantes ſibi has noſtras litteras noſtris ſigillis ſigillatas in teſtimonium ſuper eo. Datum. *Monaci* An. Domini M. CCC. ſexto, in craſtino B. *Michaelis* Archangeli.

WIr Ludwig von Gottes genaden Römiſcher König ze allen zeiten Mehrer deß Reichs. Thun Kund allen die diſen Brieff anſehent oder hörent leſen. Daß wir durch vnſers ſelbers hail / vnd durch Ablaß vnſer vnd vnſer vodern Sünde / den geiſtlichen Mannen dem Probſt vnd der Sammunge ze Schefftlarn / die wir mit beſundern genaden vnd gunſt vmberangen haben / beſtättiget haben / vnd auch beſtättigen / das Selgerat daß der veſte Mann Chunrad der alte Pairprunner / mit dem Hof ze Pulach / mit dem Hof ze Geiſenprunn / mit dem Hofe ze Podem / vñ mit dem Hofe ze Tötenhauſen / Lauterlich durch GOTT gethan hat / mit Otten ſeines Suns gunſt vnd willen / als wir geſehen haben völliglich an ſeinen Brieff verſigelt mit ſeinem Inſigel. Darüber ze vrkunde geben wir jhm diſen Brieff mit vnſerm Inſigel verſigelten / der geben iſt ze München an dem Freytag nach vincula Petri. Da man zalt von Chriſtes geburt dreuzehenhundert Jahr / darnach in dem zway vnd zwanzigſten Jahr. In dem achten Jahr vnſers Reichs.

WIr Ludwig von Gottes genaden Römiſcher König ze allen zeiten Mehrer deß Reichs / veriehen offentlich an diſem Brieff / wanne es mit pöſter gewonhait herkommen iſt / daß auff dem Hofe ze Cheuerlor / der ze dem Cloſter ze Scheffſtlarn gehöret / an Sand Gilgen Tag als Tult da iſt / vnſer Richter von Schwaben mit ſeinen Dienern ein Mal da namb an dem ſelben Tage / vñ ein Münchner Muthabern / vnd ein pfund Münchner Pfening / daß jhm alles deß Hofs verweſer / der danne da was geben mueſt / durch Gott / durch das Recht / vnnd durch vnſer vnd vnſer vodern Seelhailes willen / haben wir abgenommen mit diſem Brieff / vnd nemmen auch abe dieſelbe gewonheit vnd demſelben dienſt / vnd wöllen vnd gebieten dem Richter ze Schwaben / ze Wolfratzhauſen / vnd allen vnſern Richtern die nun da ſind / vnd auch kommenther-nach veſtiglich bey vnſern Hulden / daß ſie fürbas den vorgeſchribnen dienſt weder Mal Habern noch Pfening von dem Hofe ze Cheuerlor von dem Pfleger daſelbs nach von dem Cloſter ze Scheffſtlarn / den wir allen mit diſen Brieff abnemmen / fürbas weder vodern nach nemmen in kein weiß / nach durch keinerley ſache. Vnd darüber ze vrkunde geben wir diſen Brieff verſigelt mit vnſerm Königlichen Inſigel / der geben iſt ze München da man zalt von Chriſtes geburt dreyzehen hundert Jahr / darnach in dem fünff vnd zwaintzigſten Jahr / deß Ertags vor S. Bartholomeus Tag / in dem Ailfften Jahr vnſers Reiches.

WIr Ludwig von Gottes genaden Römiſcher Kayſer / ze allen zeiten Mehrer deß Reichs / thun Kund allen den / die diſen Brieff anſehent / oder hörent leſen. Daß wir durch GOtt vnd auch fleiſſige bette / deß geiſtlichen Mannes Chunrads deß Probſts ze Scheffſtlarn / vnſers lieben diemütigen demſelben Cloſter die beſunder genad gethan haben vnd thun / daß wir wöllen vnd erlauben einer Mül die gelegen iſt ze Schwäbing die daſſelb Cloſter zu Scheffſtlarn angehört / daß ſie einen Mülwagen haben ſoll vnd hab / in allen den Rechten / als die Mül vnſer Statt ze München habent / an all jrr vnd hindernuſſe / vnd dauon gebieten wir vnſern Amptleuten / vnd andern vnſern getrewen / wie die genant ſind / daß ſie die vnſer genad ſtet haben vnd nit geſtatten / daß ſie von jemand oberuarn werde vmb kainerley ſache / vmb lieb in vnſer genade vnd füderung ſein. Vnd darüber ze vrkunde geben wir diſen Brieff mit vnſerm Kayſerlichen Inſigel verſigelten. Der geben iſt ze München / do man zalt von Chriſtes geburt dreyzehen hundert Jahr / darnach in dem dreyſigſten Jahr / deß Freytags vor dem weiſen Suntag / in dem Sechzehenden Jahr vnſers Reichs / vnd in dem dritten deß Kayſerthumbs.

WJr Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer ze allen zeiten Mehrer deß Reichs. Thun kund allen den/ die diſen Brieff anſehent oder hörent leſen. Daß wir von beſondern gnaden/ die wir zu dem Cloſter ze Schefflarn haben/ vnnd durch vnſer Seele heiles willen geben haben/ vnd geben mit diſem Brieff/ allen den Zol/ der von aller Kauffmanſchafft gefallen mag ze Chenerloch an Sant Egidien abent/ vnnd an ſeinem Tag/ ſo ze Kirweich iſt/ alſo daß der Brobſt vnd der Conuent deß vorgenanten Cloſters ze Schefflarn/ denſelben Zol alle Jahr Ewiglichen nemmen ſollen zegleicher weiſe als wir vnſern Zol ze München nemmen. Wär auch jemand/ der jhn denſelben Zol entfüert/ der ſoll ſchuldig ſein dem vorgenanten Brobſt vnnd ſeinem Cloſter die Bueſe/ die der ſchuldig iſt/ der vns vnſern Zol ze Müchen entfüeret. Vnnd daß das vorgenante Cloſter an denſelben Zol ſicher ſey/ vnd vngerieret beleibe/ So gebieten wir veſtiglichen bey vnſern Hulden/ vnſern Vitzum/ der jetzt iſt/ oder hernach wirdt/ daß er dem obgenanten Brobſt von Schefflarn/ der jetzt iſt/ oder hernach wird ſchirme vnnd jhme beholfen vnnd gerathen ſey/ daß jhm derſelbe Zol gefalle gar vnnd gäntzlich in aller der weiſe/ als vorgeſchriben ſteht/ mit allen den rechten/ die wir auff vnſerem Zol ze München haben. Vnd darüber ze vrkunde geben wir jhnen diſen Brieff verſigleten mit vnſerm Kayſerlichen Inſigel/ der geben iſt ze München an dem negſten Pfintztag nach dem Oſtertag. Da man zalt von Chriſtes geburt dreyzehen hundert Jahr/ darnach in dem ain vnd dreyſigſten Jahr/ in dem Sibenzehenden Jahr vnſers Reichs/ vnd in dem dritten deß Kayſerthumbs.

WJr Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer ze allen zeiten Mehrer deß Reichs. Verichen offentlichen an diſem Brieff/ wann der veſt Mann Albrecht der Glapfenberger vnſer Maiſter ze dem Etal/ Krieg vnd anſprechung hintz Ch: dem Brobſt ze Schefflarn vmb Gebharden Stromayr der ſein aygen Mann geweſen ſolt ſein/ haben wir durch guet vnd durch friedes willen/ dem vorgenanten Chunraden Brobſt ze Schefflarn vnſern lieben diemütigen/ vnd ſeinen Gottshauß geben ze rechten aygen an deß vorgenanten Stromayrs ſtatt/ vnſern aigen Mann Berchtolden den Ackerſteyn/ Diemunden ſein Haußfrauen vñ ſein Erben. Alſo daß der vorgenant Gebhard Stromayr ſein Haußfraw vnnd ſein Erben/ deß vorgenanten Mayſters vñ deß Gottshauß ze vnſer Frawen Etal aygen ſein ſollen/ vnd daran ſoll daſſelb Gottshauß von niemand kein jrrung haben. So ſoll auch den vorgenanten Brobſt vnnd das Gottshauß ze Schefflarn fürbas an dem vorgenanten Ackerſteyn ſeiner Haußfrauen/ oder jhren Erben/ niemand hindern noch jrren mit keinen ſachen. Ze vrkunde diſes Brieffs der geben iſt ze München an S. Gregorij abend in dem Sechs vñ zwaintzigſten Jar vnſers Reichs/ vnd in dem dreyzehenden deß Kayſerthumbs.

Adſunt & aliæ Conceſſiones, Confirmationes & Priuilegia aliorum *Bauariæ* Ducum plurimæ, quas omnes huic operi inſerere nimis longum foret.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterij *Schöfftlarn*.

I. ENGELBERTVS eligitur an. 1140, confirmatur ab *Innocentio* II. Pont. Max. reſignauit poſt an. 13.

II. EBERHARDVS ſucceſſ. an. 1153. præf. an. 7.

III. ARNOLDVS elect. fuit an. 1160. deceſſit anno regiminis ſui 4.

IV. HENRICVS elig. an. 1146. vir pius & religioſus, ac Monaſterio vtilis in plurib. Bibliothecam & multa bona acquiſiuit, tandemq; anno prælaturæ ſuæ 37. mortem obiit.

V. WERNHERVS, an. 1200. ad clauum euehitur, ædificiis & ornamentis eccleſiaſticis monaſterio profuit; Capellam etiam B. Virginis conſtruxit, fato ſublatus an. prælaturæ 18.

VI. CON-

VI. CONRADVS denſ. acquiſiuit monaſterio multa bona, vir grauis, & frugalis, ob. an. ſuæ prælaturæ 21.
VII. LVITTANNVS electus an. 1239. tertio anno poſt reſignauit.
VIII. VDALRICVS natione *Sueuus* ſufficitur; qui & ipſe quoq; anno octauo poſt prælaturâ ceſſit.
IX. CONRADVS II. dictus *Wiſshaimer Vdalrici* ſucceſſor datus an. 1249. diebus ſolummodo decem ſuperuixit.
X. BERCHTERVS eodem anno electus, deuotus pater, poſt an. 10. prælaturæ munere ſe abdicauit.
XI. HEINRICVS *Gotzinger* an. 1259. præſulatu decoratus, ſex menſibus tantùm eod. fungitur.
XII. SIGHARDVS locum ſui anteceſſoris ſubintrat, & anno 5. reſignat.
XIII. DIETRICVS *ſueuus*, eligitur an. 1264. qui ex patrimonialibus ſuis bonis Monaſterio multa elargitus eſt, reſignauit anno regiminis ſui nono.
XIV. BERECHTERVS ſupra decimo loco commemoratus, iterum eligitur ob. anno quarto pòſt.
XV. GERVICVS ſuffectus an. 1277. obiit anno gubernationis ſuæ quarto; & tam breui temporis ſpacio bona monaſterij plurimùm auxit, ac *Peügarten* acquiſiuit.
XVI. FRIDERICVS de *Schvväbing*, deuotus pater eligitur, & anno nono poſt, humiliter reſignat.
XVII. CONRADVS III. elig. an. 1286. acquiſiuit *Selachen*, ac benè rem gerens moritur anno 4.
XVIII. CONRADVS IV. cogn. *Widſeit* an. 1290. electus ac conſecratus, annum prælaturæ agens quintum reſignauit.
XIX HEINRICVS *Gieſinger* an. 1295. aſſumptus ad præſulatum reſign. anno 7.
XX. FRIDERICVS in cedentis locum repetitur, acquiſiuit *Planckenhouen*, moriturq; anno quinto.
XXI. VDALRICVS *Teufelhart*, an. 1305. el. bonus paterfam. moritur poſt menſes nouem.
XXII. CONRADVS de *Schvväbing* eod. an. ſubrogat. locupletauit monaſterium & ædificiis auxit, defun. an. 13.
XXIII. RVDOLPHVS el. an. 1317. tertio anno poſt obit.
XXIV. CONRADVS *Sachſenhauſer* Cæſ. *Ludouici* IV. conſiliarius & familiaris, an. 1320. præſul factus, monaſterio & fratribus ex ſuo proprio plurimùm profuit, vini redditus annuos acquiſiuit, chorum ædificauit, anniuerſarium quatuor anni temporibus celebrandũ fundauit; & mortuus eſt poſt an. 26.
XXV. BERCHTOLDVS el. an. 1346. Monaſterio ſcribendo vtilis fuit, & præſulatum ad tertium annum produxit.
XXVI. WERNHERVS ſequitur an. 1348. monaſterium in libris & bonis auxit: *Vichhauſen* acquiſiuit, mortuus anno 4.
XXVII. HEINRICVS *Phöner*, vir pius el. an. 1352. ædificauit Capellam S. *Eraſmi*, & poſt an. 18. reſignauit præpoſituram.
XXVIII. *Vdalricus Oſterhoffer* vir placidus el. an. 1363. ob. an. reg. 17.
XXIX. IOANNES *Pfaler* ſubrog. an. 1380. acquiſiuit Eccleſiam & decimas in *Scheyringen*, ob. anno 30.

XXX. IOANNES à *Droſperg* an, 140, ſuffectus, ædificauit multa vtilia & ad ornatum ſpectantia; reſignauit poſt an, 28.

XXXI. HEINRICVS, an. 1483. euectus, benefactor monaſterij an. 19. poſt defungitur.

XXXII. WILHELMVS *Oberdorffer* el. an, 1457. ædificãdo ad flum. *Iſaram*, præpoſituram quoque, & alia monaſterio vtilis fuit mor. an. 7.

XXXIII. ERASMVS *Golbuetter* vir deuotus, bonuſq; paterfam. el. an. 1463. ob. an. 4.

XXXIV. LEONHARDVS *Volckel*, ipſe quoque ædificando & rem bene gerendo monaſterio vtilis, reſignauit anno 8.

XXXV. GEORGIVS *Staſſer* deuotus & religioſus pater, an. 1476. præpoſitus factus, ornauit templum, Altare in Choro fieri fecit, ob. an, 13.

XXXVI. LEONARDVS *Schmidt*, grauis vir ſucceſſit an, 1490. Sacram ſuppellectilẽ pretioſã, Tenebræ fundauit, præclara multa ædificia fecit, parochias in *Deining* & *Daigſteten* Monaſterio acquiſiuit, infirmatorium conſtruxit, aliaq; multa vtilia præſtitit, ob. an, 34.

XXXVI. GEORGIVS *Vögger* el, an, 1527. ſub cuius præſulatu monaſterium incendio periit, quod induſtria ſua breui tempore maiori cum ſplendore reſtituit, & ſuppellectile ſacra ornauit, ob. an. reg. 17.

XXXVIII. IOANNES *Egger* vir monaſterio vtilis el. an. 1544. ædificauit Capellã Saluatoris & domum parochialem in *Scheyringen*, & anno ſuæ gubernationis 12. viuere deſiit.

XXXIX. GEORGIVS *Pachperger*, aſſum. an. 1556. ædificauit tabernam in *Erthauſen*; aliiſque modis Monaſterio profuit. ob. an. ſexto.

XL. LVDOVICVS *Holzmaier* el. an, 1562. vir pius & benignus, ædificiis ad fl. *Iſaram* monaſterio vtilis, reſignauit poſt prælaturã an. 29. bene adminiſtratã, & vitã exceſſit an. 1595.

XLI. LEONHARDVS *Klotz*, Conuentualis *Scheffilarien.* plebanus in *Scheyring* vnanimi omnium conſenſu eligitur prædicto an. 1591. die octaua Martij vir pius, circumſpectus, & rei familaris gnarus. Impetrauit à Sum. Pont. Clemente VIII. benedictionem *Ferrariæ* die 23. Octob. an. 1598. Auctoritate etiã & patrocinio Ser. mi *Boiar.* Ducis *Guilielmi* V. præpoſituram Monaſterij ad Abbatiam euexit; vt diploma Clementis VIII. oſtendit.

## CLEMENS PP. VIII.

Dilecte fili ſalutẽ, & Apoſtolicam benedict. Expoſcunt tuæ ſynceræ in nos, & Apoſtolicã ſedẽ deuotionis affectus, ac pietatis, & Religionis Zelus, vt te, ac iſtud Monaſter. Scheftlarn ordinis Præmonſtratenſ. cui præeſſe dignoſceris, meritis, honoribus, & prærogatiuis libenter decoremus, prout diuini cultus augmento, ac alias in Domino ſalubriter conſpicimus expedire, Supplicationibus igitur dilecti filij Nobilis viri Guilielmi Bauariæ Ducis, ac tuo nominibus Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ex ſententia quoq; venerabiliũ Fratrum noſtrorũ S.R.E. Cardinalium Congregationi Sacrorũ Rituum Præpoſitorũ, tibi, tuiſq; ſucceſſorib. dicti Monaſterij Abbatibus pro tẽpore exiſtentib⁹, vt Mitra, Anulo, & baculo, ac aliis Pontificalibus inſignibus, nec non in Monaſterio, ac aliis Eccleſiis eidẽ Monaſterio ſubiectis, ſeu ab eo dependen. in quibus tu, & ſucceſſores p̃ti in Pontificalibus pro tempore celebrabitis, benedictionem ſolemnem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum, ac aliorum diuinorum officiorum ſolemnia ſupra populum ibi tunc intereſſentem, dummodo aliquis Antiſtes, ſeu ſedis Apoſtolicę legatus præſens non fuerit, vel ſi præſens ſit, illius expreſſus ad id accedat aſſenſus, elargiri liberè, & licitè valeas, & valeant Apoſt. auctoritate tenore pœnitentium de ſpeciali gratia licentiam, & facultatem concedimus, pariter, & indulgemus. Non obſtantibus, conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum ſub Annulo piſcatoris die XVII. Martij M. D. XCVIII. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

Conſecratus in Abbatem an, 1599. die 26. Septembr. Prouincialia *Boiariæ* munera per annos viginti ſex gnauiter obiuit: nec interim Monaſterio ſuo vlla in re defuit: ſacram ſupellectilẽ apprimè auxit, obiit tandem omnibus charus ac deſideratus, die 20. Septem. an. 1619. munere ſuo egregiè functus an. 28, mens, 6. d. 4.

XLII. MICHAEL Abbas II. qui hodieq; Cœnobio cum laude præeſt, & vt diu feliciterq; præſit ex animo vouemus. Eligitur V. Octobr. an. clɔ. Iɔc, xix. Conſecratus Friſingæ XVII. Nouembris eiuſd. anni.

## *SCHEYRN.*

SCHYRVM ſiue Schyrenſe Monaſterium ord. S. Benedicti ſupra Pfaffenhouen ſitum, Comitum initio Schyrenſium magnificum caſtrum fuiſſe legitur, quod conſtruxit Arnolphus Comes Schyrenſis, filius Arnoldi mali. In *Auent. in Annalibus fol. 624.*

 Mona-

Monaſterium verò conuerſum eſt hoc modo : Inchoata erat ab Ottone & Alberto, nobilibus viris, ſolitudinemq; amantibus hominibus, in horum ipſorum Comitum ac Principum Schyrenſium ditione, montanis videlicet Bauariæ, juxta altiſſimum eius Prouinciæ jugum, quod Accolæ den Wendelſtein vocant, Eremitica quædam cella & Eccleſiola, Annum Chriſti circiter 1077. conſentiẽtibus, Ottone Schyrenſi Comite, eiuſq; vxore, Domina Haziga, Aragonum Regis filia, & vtriuſq; filiis, Ecchardo, Bernhardo & Ottone, Principibus Schyrenſibus. Hæc cella juſſu Ellenhardi, Friſingenſis Epiſcopi, ea tempeſtate ægrotantis ac grauiter decumbentis, à Pontifice quodam Polenſi conſecrata eſt. Decedente verò paulò pòſt ex hac vita Principe Ottone, An. nimirum Chriſti 1079. Domina Haziga, relicta Ottonis coniunx, iterum jam vidua facta (habuit enim prius maritum Hermannum, Comitem de Caſtl & Sulzpach) cum filiorũ ſuorum conſenſu, ex humili ac Eremitarum domo ac Eccleſiola, celebre Monaſterium conſtruere, & in memoriam mariti ſui liberaliter dotare decreuit.

TRANSTVLIT verò Monaſticám ſedem in paulò amœniorem locum, qui hodie adhuc à præterfluente piſculentiſſimo fluuiolo Viſchbachavv dici ſolet, & quatuordecim miliaribus à Schyro, ſeptem à Monaco, duobus à S. Quirini Tigurino Monaſterio abeſt, ad pedem montis Khuezagel cognominati in Aiblingenſi diſtrictu ſitum, vbi adhuc hac tẽpeſtate duo ſunt templa, quorum aliud S. Martino, alterum B. Virgini dicatum eſt, & Præpoſitura Monaſterio Schyrenſi incorporata. Hunc locum Domina Haziga fundatrix & pagis & vineis plurimis ditauit, in hoc loco cœpit Monaſtica D. Benedicti congregatio; in hoc Domina fundatrix mortua & humata, at poſteà Schyrum tranſlata eſt. Sed nec iſte locus diu ſatiſplacuit, poſt ſex enim annos à prima tranſlatione, iterum mutata eſt ſedes: & ſecundò tranſlatum Monaſterium è montanis, in paulò liberiorem agrum ad Glanum fluuium, qui non procul inde in Ambram cadit, Vſenhofium, antiquitus Glanegk à fluuio dictum, tribus miliaribus à Schyrenſi Monaſterio ſitum. Illîc in monte S. Petri (vbi hodie adhuc Templum viſitur, ab Ottone, Hazigæ fundatricis filio, & à Bertholdo Comite de Burggheim ante duas aras ibidem ſepultis, conſtructum) tertiò inchoatum eſt Monaſterium, ſub primo adhuc Abbate Erchenboldo. Quo loco cùm ſedecim annis manſum & propter aquarum in ſublimi monte, S. Petri defectum, locus iſte etiam parum commodus Monachis viſus eſſet: quartò tranſlatum eſt Cœnobium nuper inceptum, in ipſam Principum Schyrenſium (vnanimi eorundem omnium conſenſu) auitam arcem ac ſedem, amplam illam quidem, ſed admodum ruinoſam ac ferè deſertam, & ad extremam prorſus internecionẽ ſpectantem. Hæc Schyrenſis Monaſterij initia ſunt & exordia certiſſima. Monumentorum nihil ampliùs ibi eſt celebrium, quàm in media Eccleſia ſublimis tumulus Ottonis fundatoris, ac D. Hazigæ fundatricis.

IN ingreſſu domus Capitularis eſt alius de terra eleuatus tumulus, ſub quo 120. vtriuſque ſexus Comitum ac Principum Schyrenſium corpora ſita, & in ſubterranea crypta, quaſi ordine collocata eſſe dicuntur. Nomina ipſa Comitum ac Principum iſtorum interciderunt, ſed præcipuorum huius loci fundatorum ac benefactorum extant. Ludouicus Imperator dedit huic Monaſterio omnimodam juriſdictionem in ſuos ſubditos, exceptis homicidio, ſtupro violento ac furtis, & hoc propter maxima damna pro Imperatore perpeſſa, Anno 1315. Confirmat hoc Ludouicus Marchio Brandenburgeñ. filius, vnà cum aliis Cœnobij priuilegiis, Anno 1348. &c.

SEQVI-

## SEQVITVR CATALOGVS ABBATVM DICTI MONASTERII.

ERCHENWOLDVS primus Abbas à Guilielmo Hirſaugienſis Cœnobij I.
Præſule mittitur, cum 12. fratribus, fundatrici D. Hazigæ, Anno 1096. Præ-
fuit is in Viſchbachavv annis 6. Poſteà Cœnobium transfert ad Eyſenhouen, cõ-
ſenſu Conradi Comitis Schyrenſis & aliorum D. Hazigæ Nepotum, vbi iterum
piè prefuit annis 8. Deceſſit ſenex, anno 4. Sub eius gubernatione obiit Domina
fundatrix Haziga, Aragoniæ Regina, cuius filius Otto Comes multis reliquiis
hunc locum donauit & illuſtrauit.

BRVNO vir egregiæ nobilitatis, filius nimirum materteræ Heinrici Im- II.
peratoris, ſucceſſit Erchenboldo, accitus ex Hirſaugia, quod magnificum & po-
tentiſſimum eſt Benedictini inſtituti Cœnobium in Ducatu Wirtenbergenſi ad
Nagoldum amnem, inter Kalbium & Thermas Cellenſes, in nigra ſylua ſitum.
Præfuit in Eyſenhouen 8. annis, poſteà tranſlato Monaſterio, vt dictũ eſt, Schy-
rum, ibi iterum annis 8. Obiit Anno 1127.

VLRICVS, ſiue Hildericus primus, ſubrogatur Brunoni: Præfuit per III.
vnius tantùm anni ſpacium & remouetur à Principibus Schyrenſibus.

VLRICVS ſecundus, vir nobilis admodum religioſus, duobus tantùm IV.
annis functus eſt munere Abbatis. Obiit Anno 1130.

MARQVARDVS ſucceſſit Vlrico ſecundo, ſed non diu præfuit, vix e- V.
nim completo vno anno, per Principes gubernaculo amouetur: cauſa literis
mandata non eſt.

GOSOLDVS quinque præfuit annis, & ab adminiſtratione, fortaſſe nõ VI.
abs re, amouetur iterum, Anno 1135.

VLRICVS tertius, vir & prudens & religioſus admodum, ſubrogatus VII.
Goſoldo ſapienter & piè præfuit annis 25. Impetrauit mitram & ſandalia à Põ-
tifice Alexandro IV. Cæcus tandem factus, contra omnium voluntatem magi-
ſtratu ſe abdicans, Viſchbachuni reliquum vitæ exegit, vbi & ex hac vita emi-
grauit & ſepultus eſt.

EBERHARDVS, alibi Eckhardus, vnanimi fratrum conſenſu electus VIII.
Anno 1160. vir natalibus quidem clarus & genere nobilis, ſed leuitate & ſuper-
bia infamis, quæ communia ſolent eſſe degeneris nobilitatis vitia. Amouetur
igitur anno ſuæ gubernationis vndecimo, per Comites & Principes de Witte-
leinſpach, Anno Chriſti nimirum 1171. quo 12. Calen. Februarij igne combuſtũ
periit totum ferè, hactenus tantùm ligneum Cœnobium.

BALDEMARVS eligitur omnium fauore poſt depoſitum Eberhardum. IX.
Præfuit ſapienter & prudenter 32. annis, vir Eccleſiaſticarum rerum perquàm
ſtudioſus, hoſpitalis, & pauperum non vulgaris patronus. Inſtaurauit igne col-
lapſum Monaſterium non infœliciter. Homo admodum ſeuerus, qui legitur nõ
carne tantum, ſed & adipe ad mortem vſq; abſtinuiſſe. Obiit Anno 1203.

HARTOMANNVS, vir ſenio penè confectus, à Ludouico Boiorum X.
Duce vix exoratus, Abbatiæ clauum accepit, anno, quo Anteceſſor inter viuos
eſſe deſiit; cùmq; tribus annis præfuiſſet, iterum ceſſit, malens priuatus viuere
in quiete, quàm tanta dignitate conſpicuus cum tanta inquietudine.

CONRADVS conſtituitur Abbas, An. 1206. conſecratur in feſto Simo- XI.
nis & Iudæ, præſente Duce Ludouico. Erat iuuenis ſimplex, ſed præſentia Prin-
cipis excitata adoleſcentis ſimplicitas præclarè ſeſe poſteà exercuit, familia-
remq; rem & Eccleſiaſticam gnauiter adminiſtrauit. Sub eo Monaſterium hoc
Deiparæ virgini cõſecratum, 7. Iduum Octobris, ab Ottone III. Epiſcopo Friſin-
genſi, An. 1215. Diuo Martino templum lateribus coctis ædificauit, Sacellumq;

omnium Sanctorum, quod dedicatum eſt à Patriarcha Aquilegienſi. Romam iuit, vnde purpuram deportauit. Palæſtinam voti reus iturus, ab Archiepiſcopo Salisburgenſi voto ſoluitur. Præfuit annis 20. & reſignauit liberè, præſentibus, Ludouico Bauarorum Duce, & Epiſcopis, Ayſtetenſi & Friſingenſi, ſub eo claruit Cunradus Monachus & Prior, diligentiſſimus & indefatigabilis innumerorum librorum ſcriptor, & Schyrenſium Chronographus.

XII. HEINRICVS eligitur Anno 1226. conſecratur in feſto S. Matthiæ. Præfuit annis 33. Extruxit turrim quadratam, Sacellum S. Catharinæ, granarium, & valetudinarium, aliaque plurima, multa etiam vetera inſtaurauit, abalienata redemit & recuperauit, ac etſi tunc temporis varia eſſent inter Principes & Epiſcopos bella, tamen omnibus exæquo chariſſimus fuit, quia hoſpitalis & munificus. Reſignauit tandem ſenio grauatus, Anno 1259.

XIII. RVDOLPHVS Abbas in Thierhaupten præfuit Monaſterio Schyrenſi vix per vnum annum, & amouetur iterum, quòd inutilis eſſet, & negligens rerũ Cœnobij gubernator.

XIV. LVDOVICVS deſignatur Abbas, Anno 1260. Præfuerat antea Cœnobio Weichenſtephenſi. Præfuit hic annis 13. ſatis negligenter, idcirco etiam parum honorificè dimiſſus eſt à Principibus.

XV. ARNOLDVS ſubrogatur Ludouico, An. 1273. ſed imperitus adminiſtrationis rei familiaris, ſeptimo anno ab electione ſeſe Magiſtratu abdicauit.

XVI. FRIDERICVS, Prior S. Emerani Ratiſponę, omniũ ſuffragiis declaratur Abbas Schyrenſis, an. 1281. vir in literis ſatis doctus, ſed in procuranda re familiari parũ fœlix, adeò vt ſub eo Cœnobiũ ad extremã inopiam redigeretur. Vendidit plura, quàm emit. Præfuit annis decẽ. Exautoratus deinde Ratiſponam rediit, vbi non ſine ignominia dicitur apud ſanctum Emmeranũ ex hac vita emigrâſſe.

XVII. VLRICVS quartus, cognomento Perchtinger, ex Cœnobio S. Quirini in Degernſee accerſitus, fœliciſſimè præfuit annis 20. Emit vineas in alpibus. Obiit Anno 1315. ſepelitur apud S. Quirinum, juxta aràm S. Eraſmi.

XVIII. CONRADVS ſecundus, cognomento Perger, pręfuit cum omnium dolore, & querimonia annis 13. inutiliſſimè. Obiit Anno 1323.

XIX. VDALSCALCVS præfuit ꝑ vnum ſaltem annum, nec tamen integrũ.

XX. VLRICVS quintus, cognomento Leutzenauer, eligitur Anno 1324. Præfuit annis ſex, & aliquot menſibus parum vtiliter. Lapſus equo expirauit, Anno Domini 1330.

XXI. CONRADVS Leutzenauer, Germanus frater Vlrici quinti, ex Abbate Wiltsburgenſi, conſtituitur Schyrenſis Monaſterij pater, vnanimi conuentualium conſenſu. Præfuit annis 15. laudabiliter & vtiliter. Conſequutus eſt ab Imperatore Ludouico quarto, Bauaro Parochiam oppidi vicini Pfaffenhofenſis ad Ilmium fluuiolum ſiti, ſenex tandem imbecillis ſe magiſtratu abdicat.

XXII. WOLFGANGVS vir quidem genere Nobilis, ſed non proinde virtute, homo ſuperbus & leuis, præfuit inutiliſſimè 7. annis, nihil gerens memoria dignum, conflans æs alienum grande. Obiit Anno 1353.

XXIII. VLRICVS ſextus, cognomento Morſpack, vir prudens reiq́; familiaris adminiſtrandæ, cum ſingulari laude & fœlicitate peritiſſimus. Præfuit ſapienter & vtiliter annis penè 23. Obtinuit apud Ludouicum Marchionem Brandenburgenſem, Ludouici Imperatoris filium, Parochiam oppidi Voburgenſis ad Danubium ſiti. Obiit Anno 1376.

XXIV. VLRICVS ſeptimus, cognomento Münnenbeckius, ꝑ̄fuit annis 24. fideliter & fœliciter. Conſecutus eſt à Pontifice Maximo Vrbano ſexto confirmationem ſupradictarum donationum, Parochiarũ Voburgenſis & Pfaffenhouianæ,

CVN-

CVNRADVS de Mur præfuit annis 12. vir bonus & manſuetus. Ophtalmia deinde grauiter laborans, Abbatiam Conuentui reſignauit. XXV.

CVNRADVS quintus, cognomento Tegernbachius, deſignatur Abbas, Anno 1413. Præfuit annis 8. inutiliſſimè, quibus magnum æs alienum cõtraxit. XXVI.

LVDOVICVS Walchius cum magno Cœnobij detrimento præfuit annis ſex, prædia oppignorans, vſum fructum vendidit: Obæratus itaque amouetur, Anno 1427. XXVII.

CONRADVS ſextus, cognomento Wieckmannus, vir callidus, & ingenio verſuto pditus, pertinaciæ tamen ſingularis. Habuit graues concertationes cum Conuentu, difficulter tandẽ compoſitas per arbitros, autoritate Concilij Baſilienſis datos, Ioannem Grinebaldum Vicarium Friſingenſem, & Ioannem Tulbeckium. Præfuit parum vtiliter annis 9. amouetur tandem Anno 1436. XXVIII.

IOANNES Degernbeckius, vir eloquens & ſingularis induſtriæ, præfuit annis 13. augens æs alienum. Condidit duo ſacraria & ſupremæ aræ delubrum. Obiit Anno 1449. XXIX.

WILHELMVS Krenberger ex Tigurino Monaſterio in Abbatem Schyrenſem vocatus, præfuit annis 18. Fuit vir religioſus & eruditus, qui Bibliothecam præclarè auxit, obſeruantiamq; ſecundùm Benedicti inſtitutum Cœnobio intulit. Obiit Anno 1467. ſepelitur in media Eccleſia prope tumulum fundatorum, Ottonis Comitis, & D. Hazigæ. XXX.

GREGORIVS, cognomento Sperlin, ex Parochia Schyrenſi pauperibus quidem ſed honeſtis parentibus prognatus, vir multis præclaris virtutibus prędi tus, pfuit ſapienter & vtiliſſimè annis 22. Quibus & Bibliothecã pclarè auxit, & plurima ædificia pulchrè conſtruxit, Sacellum videlicet D. Ioan. Baptiſtæ, ſacrarium minus, zytharium ſeu praxatorium, & ambitûs duas partes cocto latere cõcamerauit, muro latericio cinxit hortum, magnam ęris alieni partẽ diſſoluit. Calculo laborans obiit ætatis ſuæ anno 68. Chriſti verò 1489. XXXI.

PAVLVS, cognomento Prevv, patria Voburgus, vir integer & religionis Benedictinæ obſeruantiſſimus, præfuit 16. annis. Obiit Anno 1505. Monaci in Conuentu fratrum minorum ictus Apoplexia, Dominica poſt conuerſionem S. Pauli, còrpus Schyrum refertur, & honorificè ſepelitur. XXXII.

M. IOANNES, cognomento Turbeyt, ex Patauino Epiſcopatu oriundus, communi omnium ſuffragio eligitur, Anno 1505. vir, qui honeſtis literis & Philoſophiæ, vſq; ad ſupremam palmam in Ingolſtadiano Gymnaſio operam dedit. Rerum Eccleſiaſticarum, reique familiaris adminiſtrandæ, ſuprà quàm dici poteſt, peritus & gnarus, vnde grande æs alienum à maioribus conflatum 2000. aureorum nummum diſſoluit. Opera incepta à ſuo Anteceſſore perfecit, & ipſe de integro multa extruxit, portas vtraſq; cum domibus cohærentibus magnificè ædificauit. Fuerat priùs Præpoſitus in Viſchbachau, vbi egregium theſaurũ cumulauit, quod nemo alius antea fecerat; plurimum auxit Clenodia, argenteaq; monumenta, vir vitæ integritate nemini ſecundus, Principibus chariſſimus, præcipuè Alberto Principi prudentiſſimo ac eloquentiſſimo, Maximiliani Imperatoris genero, qui per eum pleraq; D. Benedicti Cœnobia ad ſeuerioris religionis jugum reuocauit. Literatorum & literarum fautor maximus, Auentini Chronographi Boiorũm ſingularis Mecœnas. Præfuit laudabiliter & omnium optimè annis 30. Obiit Anno 1535. 8. Calend. Aprilis, ſepelitur in medio Templo prope mauſeolum fundatorum. XXXIII.

ANDREAS, cognomento Geishouerus, vir religione & deuotione inſignis, bene pfuit annis duodecim. Ob. an. 1547. 21. Decembr. ſepelitur in medio ferè Templo, cum præclaro monumento, quod illi pio affectu erigi juſſit Succeſſor. XXXIV.

XXXV. IOANNES Chryſoſtomus, cognomento Hirsbeckius, vir procera corporis ſtatura præditus, literis verò & virtute clariſſimus, eligitur An. 1547. Habuit Germanum fratrem Paulum Hirsbeggium, ſacræ paginæ Doctorem, & Ratiſponenſis ſummæ Baſilicæ Concionatorem. Hic Capellam in ambitu, quam Capitularem vocant ſepulturam Comitum Schyrenſium, è fundamentis extruxit, ac figuris illorum decorauit. Obiit Anno Domini 1558.

XXXVI. GEORGIVS Neupeck ex Wolnzach, Bauarus, expulſus Werdeæ Monaſterio ſanctæ Crucis in Principum bello An. 1552. exul Schyram venit, vbi benignè receptus, ita ſe geſſit, vt Viſchpachauenſi Eccleſiæ præficeretur, hinc defuncto Ioanne Chryſoſtomo, concordib⁹ votis in Abbatem electus eſt, an. 1559. Hic tanquàm bonus Oeconomus Templum Schyrenſe renouauit, ac Monaſteriū multis neceſſariis, ac pulchris ædificiis exornauit. Obiit Anno Dñi 1574.

XXXVII. BENEDICTVS Prummer Monaceñ. eodem anno electus, hoc 1581. Anno adhuc præeſt, quod Deus ſibi ac Monaſterio bene vertat, &c.

## *ADDITIONES.*

E primis ac ſplendidiſſimis *Bauariæ* Monaſteriis vnum eſt *Schirenſe*, commutata arce SCHIRA, olim Principum ſede in cænobium, ſicut ex hiſtoria *Boica* patet. Nos hic, ad ea, quæ Dn. *Hundius* tradidit, Diplomata Pontificum, Imperatorum, & Principum quorundam proferemus; haud omiſſis quoque nonnullis, quæ illuſtrandæ rei, & tractandę Principum Boiorum pietati ſeruiunt.

P Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto in Chriſto filio *Erchinberdo* Abbati venerabili monaſterij ſancti *Martini* quod in loco qui *Viſchpach* dicitur ſitum eſt, eiuſq; ſucceſſoribus, regulariter promouendis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri quatenus & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apoſtolicæ portum confugiens, eius tuitionem deuotione debita requiſiuit, nos ſupplicationi tuæ clementer annuimus & B. *Martini* monaſterium, cui DEO authore præſides ſub tutelam apoſtolicæ ſedis excipimus, & præſentis priuilegij pagina communimus. Quod videlicet cœnobium ab ipſis fundatoribus *Haziga* Comitiſſa & eius filiis *Ekkardo*, *Bernhardo* & *Ottone* Comitibus B. *Petro* oblatum eſt. Per præſentis igitur priuilegij paginam Apoſtolica authoritate ſtatuimus, vt quicquid in præſentiarum ad idem Cœnobium legitimis fundatorum donationibus pertinet, & quæcunq; in futurum cōceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſtè & canonicè poteris adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum B. *Benedicti* regulam elegerint. Chriſma, oleum ſacrum, cōſecrationes altarium ſiue baſilicarū, ordinationes monachorum, qui ad ſacros ordines promouendi fuerint, ab Epiſcopo, in cuius dioceſi eſtis, accipietis. Siquidē gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine prauitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis

adire

adire antiſtitem, & ab eo conſecrationis ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ ſedis fultus autoritate, quæ poſtulatur indulgeat. Poſtea eiuſdem Cœnobij Aduocatum conſtituimus *Ottonem* egregiæ ſtrenuitatis Comitem, eiuſque poſt eum, qui maior natu erit filiũ, ſi tamen in patris probitate permanſerit. Sin autem veſtri erit arbitrij quem placuerit eligere veſtri Cœnobij idoneum protectorem, qui ſine lucri ſæcularis exactione, id diuinæ ſeruitutis obſequium ſtrenuè ac reuerenter exhibeat. Vos igitur in Chriſto filij chariſs. op. regularis diſciplinę inſtitutioni ſollicitius ac deuotius inſudare, vt quanto eſtis à ſæcularibus tumultibus liberi, tantò ſtudioſius placere Deo totius mentis & corporis viribus anheletis. Ad indicium autem perceptæ à *Romana* Eccleſia libertatis, quot annis *Lateranenſi* palatio Bizantium aureum perſoluetis. Si quis ſanè Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ inſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Beneuenti* per manum equitij vicem Cancellarij vndec. Kal. Decemb. indict. vndec. Incarnationis Dominicæ an. M. C. III. Pontificatus autem Domini *Paſchalis* ſecundi Papæ, anno quarto.

P Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili filio *Erchinberto Vſinhouenſi* Abbati, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Auſt. terram in habitantibus per Prophetam Dominus præcipit cum panibus occurrere fugientibus. Idcirco vos filij in Chriſto chariſſimi de ſæculo fugientes gratanter excipimus, & per ſancti Spiritus gratiam ſedis Apoſtolicæ munimine confouemus. Veſtræ ſiquidem congregationis ſedem apud *Vſinhouen* locum perpetuo manere decernimus. At quęcunque prædia, quæcunque bona *Perichtold* & *Otto* Comites ſeu bonæ in Chriſto memorię *Huziga* cum duob. filiis *Bernhardo* & *Ekkardo* Comitib, pro ſuarum animarum ſalute B. *Petro* cuius nomine locus veſter inſignis eſt, at congregationi veſtræ obtuliſſe noſcuntur. Quæcunque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, & oblatione fidelium iuſtè & canonicè poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſorib, & illibata permaneant. Decernimus ergo vt nulli omninò hominum liceat idẽ Cœnobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere. vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Chriſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſiue baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi ab Epiſcopo, in cuius Diocœſi eſtis, accipietis. Siquidem gratiam atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, ac ſi ea gratis ac ſine prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire Antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate quæ poſtulatur indulgeat. Obeunte te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſilio, vel fratrum pars conſilij ſanioris vel de ſuo vel de alieno ſi

 opor-

oportuerit collegio ſecundū Dei timorem ac beati *Benedicti* regulam elegerint. Porro ſepulturam loci veſtri omnino liberam eſſe ſancimus, vt eorum qui illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Sane Aduocatum vobis ſupradictum *Perichtoldum* Comitem, vel poſt eum *Ottonem* concedimus, filium quoque *Ottonis* quē potiſſimum elegeritis. Cæterum nec ipſis nec aliis Aduocatiam loci liceat quaſi hæreditariam vendicare, alioquin quem vtiliorem Monaſterio Abbas, fratreſque prouiderint, apoſtolicæ ſedis auctoritate promoueant. Si quis ſanè in craſtinum Archiepiſcopus vel Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Iudex aut Eccleſiaſtica quælibet ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire attemptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſs. corpore ac ſanguine Dei ac Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Laterani* per manum *Ioannis* ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ſeptimo Idus Nouembr. Indict. 13. Anno Dominicæ Incarnationis M.C.IV. Pontificatus autem Dñi *Paſchalis* ſecundi Papæ anno ſexto.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia quintus Rex Romanorum. Omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium præſentium ac futurorum cognoſcat induſtria, quod in Regno noſtro regulare quoddam Monaſterium ſitum eſt, in prouincia ſcilicet quæ dicitur *Norica*, in Epiſcopatu *Friſingenſi*, in pago *Vgeſovve*, iuxta fluuium qui dicitur *Glana*, in Comitatu *Vſen* quod *Vſenhouen* antiquitus, modo autem mons ſancti *Petri* nuncupatur. Iſtic compendioſa vt poſſumus relationi rei geſtæ ſeriem perſtringimus, & qualiter vel à quibus Monaſterij huius ſtructura primitus cœperit memoriæ poſterorum quorumcunque tradimus. Magni nominis duo Comites, *Otto* videlicet vnus & alter *Pericht.* nomine præfati Monaſterij locum communem inter ſe à parentibus vt pluribus patuit eatenus habuere, vt conſtructo eodem inibi Monaſterio à Comite ſcilicet *Pericht.* partium termini vtrorumque infra murorum ambitum clauderentur, & altare quoddam in orientali theca poſitum itidem, & in honore B. *Petri* conſecratum, parti *Ottonis* cæderet. Aliud verò ex aduerſo occidentalis plagæ conſtitutum altare in parte alterius Comitis locatum appareret. Sed vt paululum iſtic à directo narrationis tramite diuertamus ſæpe iam dicti Comitis parens p. m. *Haziga* Comitiſſa cum reliquis duobus filiis ſuis Comitibus *Bernhardo* ſcilicet & *Ekkardo* ſupra reliquias B. *Martini* Præſulis & aliorum item ſociorum, quas vndecunque collegerat bona vel prædia longè ſeu propè poſita ſub Chyrographo, & multis coram teſtibus donarat. Poſt aliquot autem decidentis temporis ſpacium ſupra memoratus iam ſæpenumerò Comes *Otto* matre ſua & fratribus feliciter ex mundi huius naufragio tranſlatis, ante iam dictas S. *Martini* reliquias clauſit cum prædiis mancipiiſuè ad eas pertinentibus in dedicatione templi ſub ſigillo altaris, quod locatum iam diximus in parte *Pericht.* com: & locum ad ſe illic pertinentem cum aliquibus agrorum & ſyluæ adiacentis iugeribus ſine aliqua prorſus contradictione ſupra eiuſdem ſanctuarij reliquias in proprietatem ſub teſtimonio tradidit. Exinde Comes *Pericht:* iam nil moratus præcipuam prædiorum partem ſuorum mācipiorum, cen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cenſorum, pecuniarum, ſeu quarumcunque rerum ex toto ſuper altarè idem
S. *Martini* delegauit, contradidit Domino Deo S. *Mariæ* S. *Petro* Apoſtolo, ſancto
*Benedicto* in proprietatem & prædicti Monaſterij Abbati temporis *Erchenbol-
di*, eiuſq; poſt hac ſucceſſorib. in diſpoſitionem liberam cellæque neceſſariam,
fratribuſque Deo ſub regula monaſtica inibi ſeruituris ad vtilitatem. Et ne vn-
quam à poſteris eorundem Dei ſeruitium deinceps illic deſtrui poſſit, pruden-
ter prorſus decreuère & conſtituère ambo præfati Comites eandem cellam cũ
oĩbus ſuis pertinentiis tum collatis & de hinc conferendis ab ea die non ſubdi
iugo alicuiꝰ terrenæ perſonæ, vel ditioni, niſi ſolius Abbatis dominationi: & ſic
totius libertatis iure eam adampliauère & in Chriſto ſtabiliter ſublimauère.
Dehinc iure omni & ſeruicio prædicti Monaſterij ipſi ſeſe penitus abdicauere.
Sed hoc reuera totum felices negotiatores prudenter effecère: primùm ob ſpẽ
& præmium vitæ æternæ, ob remiſſionem peccatorum ipſorum & parentum
ſiue poſterorũ quorumlibet ſuorũ & omnium ad ſe pertinẽtium, ob memoriã
quoq; Regum ſeu quorumuis in Eccleſia ordinum, & præcipuè ſtatum cellæ de-
fendentium, & quod prout poſſe ſuberit Chriſti pauperib. beneficium illic pa-
tefiat receptaculũ. Ad hoc etiam vt fratres Cœnobij ipſius nũc inibi congregati
& adhuc in Chriſto congregandi tutiùs ac liberiùs Domino Deo in ſancta pro-
feſſione ſeruire poſſint huiuſmodi eos per nos libertate donari imperauere, vt
quandocunq; patre ſuo ſpiritali orbati fuerint ipſi habeant liberam poteſtatem
ſecundum regulã S. *B*. inter ſe vel vndecunq; ſi opus fuerit Abbatẽ ſibi non ſolũ
eligendi, ſed etiã conſtituendi, quem dũ fratres regulariter elegerint, de hinc vt
ſolet ad conſtituendũ eum in choro Monaſt. conueniãt, & vna clero populoq;
aduocato ſecretario p̄ſẽtib. accipiat iugera regiminis de altari S. *Martini*, quẽ to-
ta fratrũ congregatio ſibi elegerat. Hic ſubinde Abbas canonicè ordinatus ſine
alicuiꝰ ꝑſonę donatione & impedimẽto ſuſceptũ miniſteriũ per poſſe & ſcire ſu-
um impleat, ſoliq; Deo iuxta ordinẽ ſuũ liberè ſeruiat, liberamq; oĩno rerum ſi-
bi comiſſarum intꝰ & foris poteſtatẽ habeat, quaſi fortè præter neceſſitatẽ Mo-
naſterij & cōmunem fratrũ vtilitatẽ ſacrilegus, q abſit, licentioſè & ſæculariter
abuti p̄ſumpſerit cõceſſa libertate familia bonis rebusuè Monaſterij & ob id fra-
trũ admonitiones contẽnens ad ſuã ſuorumuè priuatã cupiditatẽ & libitum
temerè diſſipauerit, vel ſi beneficia quibuslibet ꝑſonis niſi neceſſariis Monaſt,
ipſiꝰ ſeruitorib. pręſtiterit: aut ſi Regibus, Epiſcopis, ſeu quibuſcunq; ꝑſonis cõ-
ſenſerit, ſi fortè libertatẽ Monaſterij ꝑmutare, ſibiq; locũ ſanctũ ſubiicere attẽ-
ptauerint, ſiue alr q ſeruitij ſtatutũ inde ſibi fieri exegerint, mox poſteri ſupra-
dictorũ paulò ante dominorũ fratrum precib. accerſiti familię & oĩum bonorũ
ritè accuſatũ, itẽque cõuictum dignitate ſua abiici ꝑficiant, aliumq; iuxta p̄di-
ctã libertatẽ & S. B. regulã fratrẽ ſibi eligant, & abſq; omni cõtradictione ꝓ illo
ſubſtituãt, Rogant etiã p̄dicti Com. ꝑ nos concedi p̄dictę Cellę Aduocatũ vnum
ex ipſis *Ottonẽ* ſcil: Com: nunc & poſt eum ſeniorẽ duntaxat filium eius *Ottonẽ*, ſi
ſicut ipſe Comes pro remedio animæ ſolummodò ſuæ Monaſterium, & ad hoc ꝑ-
tinẽtia, defendere ſatagerit, Cętèrũ nõ ipſis nec aliis Aduocatiã loci liceat quaſi
hæreditariã vendicare. Hi deniq; Abbate petẽte accipiant bonũ à Regib. legi-
timũ, & tunc in ãno ſi neceſſe fuerit, aut in ipſã Cellam, aut vbicunq;, vel quan-
do Abbati placuerit, inuitati ab illo veniãt, & ibi placitũ iuſtũ ꝓ cauſis & neceſ-
ſitatib. Monaſterij ritè peragãt. Nullum aũt aliud ſeruitium, ius aut beneficium
ſibi ꝓ hoc concedi recognoſcant, niſi tertium bãnum conſuetudinariã iuſtitiã
& legẽ quem cæteri Aduocati in aliis Monaſteriis itẽ libris habent. Sup funes p̄-
ter viam & cẽſuales, & cætera talia & in illis triũ placitorum dieb. in vnoquo-
que vnum maltrũ de frumẽto, & ad hoc quodlibet iuxta ius gẽtium pertinẽtia,
Pręterea item rogant per nos decerni vt Aduocatus idem non Aduocatum

pro ſe faciat, non prorſus aliqua qualibet ratione calumniam perſuaſionem Monaſterio, Abbati vel familiæ faciat. Conſtituimus quin etiam eorundem petitione, vt ſi quiſpiam in poſterorum ſuorum, vel cuiuslibet homo perſonæ, vnam vineam, vnum manſum aut talium quæque à ſupradicta Cella vi abſtulerit, vt noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus, tria auri talenta ad *Gazophilazium* Regis perſoluat, primitus reddito Eccleſię quod detraxerat. Si verò quilibet illorum quod abſit curtim vnam aut villam inde per vim alienauerit, ſiue manifeſtus inuaſor bonorum ipſius Cellæ extiterit, vel ſi hoc teſtamentum traditionis quocunque ingenio permutare vel infringere niſus fuerit, decem auri talenta ad regiam item perſoluat Cameram, & quod ablatum eſt ſecundum leges primitus Eccleſiæ componat, & ſic intentio eius irrita fiat. Miniſtris quoque eandem concedimus legem & ſeruitutem quam cæterę in Regno noſtro Abbatiæ liberè habent, vt tanto fidelius Prælatis ſuis per omnia ſeruiant. Super hæc omnia Comites ſæpedicti ampliſſimi cum priuilegium acquiſiêre & conſtituere, vt vnus aureus quem Bizantium dicimus ſingulis annis Romam ad altare S. *Petri* ab Abbate prædicti Monaſterij perſoluatur, & ſi vno vel duobus vel tribus ſaltim negligatur, quartò pleniter componatur, ea nimirum cautione, vt libertatis iſtius & traditionis ſtatuta tantò perennius inconuulſa amodò permaneant, & vt prædictum Cœnobium ſub Romanæ Eccleſiæ mundiburdio & maieſtate inconcuſſum ſemper ſtabiliatur, ſi fortè quiſpiam Regum vel conſanguineorum eorundem, ſeu cuiuslibet homo perſonæ quod abſit teſtamentum hoc vlla fraudulenta arte infirmare vel infringere præſumpſerit. Si aut id quod abſit à quolibet illorum inſtigante Diabolo fieri rogant ijdem Comites noſtra indulſione & omnino teſtificantur apoſtolicum Pontificem, per Chriſtum & per ſanctum *Petrum* Apoſtolum, & S. *Martinum* Epiſcopum, & per omnes ſanctos Dei, & per tremendi examinis diem, vt illum Dei & ſanctorum eius deſpectorem & teſtamentariæ huius conſcriptionis annullatorem niſi reſipuerit, tradet omninò ſatanæ & anathematizet eum, ac profanet à Conſortibus & filiis Eccleſiæ ſanctæ Dei & hæredibus vitæ æternæ, vt & auferat Deus memoriam illius de terra viuentium, & deleat nomen eius de libro vitæ; & vt eum Dathan & Abyron, quos terra aperto ore deglutiuit, & viuos inferus abſorbuit perennem incurrat damnationem, & niſi reſipiſcat, *Petrum* regni cœlorum Archiclauigerum cum ſancto *Martino*, & tota cœleſti militia portæ paradyſi obſtitorem in æternum habeat. Amen. Data eſt tertio Non. Ian. anno Dominicæ Incarnationis M.C.VII. Indictione decima quinta, anno autem ordinationis Dñi *Heinrici* quinti Regis nono, Regni ſecundo, actum *Ratiſponæ* feliciter amen.

C. Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio *Brunoni* Abbati Monaſterij S. *Mariæ*, quod in *Friſingenſi* Epiſcopatu, in loco qui dicitur *Schyren* ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Omnibus nos debitores eſſe apoſtolica doctrina inſinuat. Verumtamen religioſis viris ſollicitius ſubuenire, commiſſæ nobis adminiſtrationis auctoritas exhortatur. Tu ſiquidem fili chariſſime, ſicut veridicorum virorum atteſtatione didicimus, vna cum ſuis fratribus in Monaſterio in loco qui Vſenhouen dicitur degens, pro nimia ipſius loci incommoditate aquarumuè inopia, nec tuæ nec illorum poteras ſaluti proficere. Vnde habito venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum *Adalberti Moguntini* videlicet Apoſtolicæ ſedis Legati & *Chunradi Saltzburgenſis* conſilio, habitationem veſtram in *Schyren* transferre decreuiſtis. Qui nimirum locus ab *Ottone* Palat. Comit. conſentiente egre-

gia

gia fœmina *Petriſſa* Comitiſſa & aliis V. Comitibus in cuiuſdam *Schyrotecæ* in-
ueſtitione per manus noſtras Deo & B. P. oblatus conuerſationi monaſticæ a-
ptus, & fratrum videtur vſibus oportunus. Nos itaq; veſtræ dilectionis & chari-
tatis intuitu veſtris humillimis ſupplicationibus accõmodantes aſſenſum, mu-
tationem hanc ſeu translationem ad honorem Dei & religionis augmentum
firmamus, vt cauſſam prioris loci, qui Beati *Petri* Iuris eſt nullo modo amitta-
tis. Eundem inſuper nouæ habitationis locum beati *Petri* munimine con-
fouemus, & vos tanquam dilectos in Domino filios defenſionis noſtræ brachiis
ſuſtentamus, per præſentis igitur Decreti paginam Apoſtolica auctoritate ſta-
tuimus, vt quæcunque prædia, quæcunque bona nobilis memoriæ *Haziga*
cum filiis ſuis *Ekkahardo, Bernhardo, Ottone* Comitibus, ſeu Illuſtris recordationis
Comes *Perichtoldus*, Comes etiam *Chunradus*, & frater eius *Otto* & fratres *Otto,
Bernhard,* & *Ekkardus* aliique fideles Chriſti pro ſuarum animarum ſalute, con-
gregationi veſtræ de ſuo iure obtuliſſe noſcuntur. Quæcunque etiam in futu-
rum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium
iuſtè atque canonicè poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus &
illibata permaneant. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat ve-
ſtrum Cœnobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas
retinere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruen-
tur, eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt vſibus
omnimodis profutura. Chriſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium
ſiue Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines
promouendi, ab Epiſcopo in cuius Diocœſi eſtis accipiatis. Siquidem gratiam
atque communionem Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine praui-
tate exhibere voluerit: alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adi-
re antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolicæ
ſedis fultus auctoritate, quæ poſtulatur indulgeat. Obeunte te nunc eius
loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurre-
ptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſen-
ſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, vel de ſuo vel de alieno ſi oportuerit col-
legiò, ſecundum Dei timorem & B. B. regulam elegerint. Porro ſepulturam lo-
ci veſtri omnino liberam eſſe ſancimus, vt eorum qui illic ſepeliri deliberaue-
rint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati ſint, nullus ob-
ſiſtat. Sanè Aduocatum vobis ſecundum veſtri arbitrium, aliorumque religio-
ſorum, & ſani conſilii virorum, quem potiſſimum elegeritis, concedimus,
qui timoris amoriſque Dei, reſpectu veſtræ vtilitati benigne prouideant.
Ipſe tamen ſi moleſtus vobis extiterit, noſtra auctoritate liceat vobis idoneum
conſtituere. Porro non ipſi nec aliis facultas ſit Aduocatiam loci veſtri
ſibi quaſi hæreditariam vendicare vel vobis renitentibus poſſidere. Si quis
igitur in futurum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex,
Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes. Iudex aut Eccleſiaſtica quælibet ſæcu-
lariſue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere
venire temptauerit, ſecundo tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua
emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino
Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & de ſacratiſſimo corpore
ac ſanguine Dei & Dñi redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extre-
mo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta obſer-
uantib. ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic fructum boneç actionis
percipiant, & apud diſtrictum judicem prẹmia æternæ pacis inueniant. Amen.
Data *Laterani* per manum *Hugonis* ſanctę *Romanæ* Eccleſię Subdiaconi, ſeptimo
Kal.

Kal. Aprilis, Indictione I. Incarnationis Dominicæ an. M.C.XXIII. Pontificatus autem Domini *Kaliſti* ſecundi Papæ, anno quinto.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Heinricus* Dei gratia *Romanorum* Imperator Auguſtus. Eccleſiarum conſulere vtilitatibus conſtat acceptum eſſe coram Deo & hominibus. Vnde ad fidelium Chriſti tàm futurorum quàm præſentium transfundimus notitiam, quod in regno noſtro quidam magni nominis Comites *Perichtold* & *Otto* cum coniuge ſua *Haziga* & filiis ſuis *Ekkehardo* & *Bernhardo* quoddam Monaſterium in Epiſcopatu *Friſingenſi* in pago *Ouskovve* iuxta fluuium *Glana* in Comitatu *Huſen*, quod *Vſenhouen* dicitur pro remedio animæ ſuæ fundauerunt. Tranſacto autem tempore dum idem locus inhabitationi & conuerſationi Cænobitarum nimis difficilis & ineptus eſſet, neceſſitati & petitioni eorum condeſcendentes prædictorum virorum, nepotes videlicet Comitiſſa *Beatrix* & filiis eius Comites *Cunradus* & *Otto* de *Dachavve*, nec non Palatinus Comes *Otto*, & patrueles ſui *Otto Bernhard Ekkehardus* prædictum Cœnobiũ *Schyren* transferri fecerunt, & per manum fideiuſſoris ſui ad altare S. *Petri* apud *Romam* obtulerunt, multa beneficia & prædia largè & beniuolè addentes, & pro remedio animæ ſuæ omni proprietario & hæreditario iure & ſeruitio eiuſdem Cœnobij ſe abdicantes *Brunoni* Abbati & eius ſucceſſoribus ad vtilitatem fratrum inibi Deo ſeruientium liberam diſpenſationem & adminiſtrationem delegauerunt, ea conditione vt omnia quæcunque ad ipſius Monaſterium *Vſenhouen* pertinuerunt, ad iſtud quoque Monaſterium *Schyren* pertineant. Et vt idem Cœnobium perpetualiter ſub *Romano* mundiburdio & tutela permaneat, ſtatuerunt vt ſingulis annis ab Abbate eiuſdem Cœnobij aureus nummus, quem Bizantium ad altare S. *Petri Romam* perſoluatur. Qui nummus ſi vno, vel duobus, vel tribus annis negligatur in quarto pleniter componatur. His votis piorum virorum Eccleſiæ Dei fundatorum cooperatores & participes eſſe cupientes ex petitione eorum donamus omnimodam libertatem prædicto Cœnobio ab omni ſæculari dominio. Mortuo Abbate fratres Cœnobij liberam poteſtatem habeant inter ſe vel vnumquemque ſi opus fuerit eligendi & conſtituendi ſibi Abbatem, Abbas electus & regulariter conſtitutus clero populoque Aduocato & ſecretario præſentib. accipiat jugera regiminis de altari S. *Mariæ.* Deinde canonicè Abbas ordinatus juxta ordinem ſuum liberè Deo ſeruiat, liberamque omninò rerum ſibi commiſſarum intus & foris poteſtatem habeat. Qui ſi forte diſſipator Eccleſię ſibi commiſſæ factus fuerit, vel oppreſſor, vel ſi quibuslibet perſonis conſentiens libertatem Monaſterij inuertere ſtuduerit, ſi Conuentus accuſatus, iuſtèque conuictus incorrigibiliter permanſerit, deijciatur, alterque abſque omni contradictione ſubſtituatur. Aduocatiam eiuſdem Cœnobij nemo niſi Dominus *Otto* Palatinus Comes & filij eius ſucceſſoreſque filiorum eorundem abſque omni contradictione habeant, tunc in anno placitum ibi habeat. Si fortè pro neceſſitate fratrum ab Abbate inuitatus fuerit, & ibi placitum iuſtum pro cauſis & neceſſitatibus Monaſterij ritè peragat, nec aliud ſeruitium, jus aut beneficium ſibi poſt hoc concedi poſtulet aut exigat, niſi tertium bannum & conſuetudinariam iuſtitiam & legem quam cæteri aduocati in aliis Monaſteriis, item libris habent. Super fures & proteruos & cenſuales & cætera talia, detur ei tantum in illis trium placitorum diebus, in vno quoque maldrum frumenti & cætera ad hoc pertinentia. Nullum prorſus pro ſe ſubaduocatum ponat, nec vllam quauis occaſione calumniam perſuaſionem Monaſterio, Abbati vel familiæ faciat. Præterea decernimus ſi quiſquam vel hæres fundatorum vel alter cuiuslibet perſonæ

homo

homo vineam vel manſum vllum de prædicta Cella vi abſtulerit, reddito prius Cellæ quod abſtulit ad fiſcum Regis tria talenta auri perſoluat. Si quis curtim aut villam perinde alienauerit, ſiue manifeſtus inuaſor bonorum Cellæ fuerit, vel ſi teſtamentum traditionis peruertere vel infringere niſus fuerit, decem talenta auri ad Cameram Regis perſoluat, & quod abſtulit primitus reſtituat. Miniſtris quoque eandem legem concedimus, & ſeruitutem quam cæteræ in Regno noſtro Abbatiæ liberè habent. Hæc prædicta ſi quis inuertat, irá Dei omnipotentis ſentiat niſi reſipiſcat. Inſuper nos ea ſigilli noſtri impreſſione ſtabilimus, & corroboramus. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ M.C.XXIV. Indictione decima tertia in Curia *Babenberck*, ſeptimo Kal. Maij feliciter amen, temporibus *Heinrici* quarti Imperatoris.

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis. *Hermannus* Dei gratia ſacroſanctæ *Auguſtenſis* Eccleſiæ Eps. Nouerint omnes fideles Chriſti præſentes & futuri, qualiter nos Eccleſiaſtico profectui operam dantes propter debitas & neceſſarias pauperũ Chriſti conſolationes dedimus tertiam partem decimationis de tota parochia quæ dicitur *Perga* in communem vſum quibuſdam Chriſti pauperibus, videlicet his qui in *Schyrenſi* Cœnobio ſub regula S. *Benedicti* Deo militant Monachis, & eorundem ibidem in eadem profeſſione ſucceſſoribus. Hanc verò prædictam conſolationẽ tradidimus in manum dilecti fratris noſtri *Vdalrici* Abbatis eiuſdem Cœnobij mediante dilecto filio noſtro *Hildiberto* illius regionis Archidiac. Ipſe quoq; præfatus Abbas & fratres tui omnes vnanimiter per manum Pal. Com. *Ottonis* contradiderunt in manum noſtram hubam vnam in *Sulzimos* ſitam delegatam ad altare S. *Dei genitricis* virg. *Mariæ* in *Auguſta* ciuitate, volẽtes per hoc noſtræ & omnium ſucceſſorum noſtrorum memoriæ firmiter imprimere, & indelebiliter inſcribere, quaſi quoddam prælibatæ traditionis teſtimonium coram oculis bonorum oĩum. Vnde nos quoq; im̃obilem & inconuulſam eſſe volentes prænotatam cõſolationem, quam eorum neceſſitati impendimus hanc Epiſtolam conſcribi & conſignari iuſſimus, hoc ſimul decernentes & ſtatuentes, vt Archidiac. noſter, quotiens prænominatam parochiam ſynodaliter viſitare curauerit, inueniat ibidem ſeruicium ſuum vno anno à prædicti Cœnobij Abbate, alio anno ab ipſius Eccleſiæ Sacerdote in prætermiſſæ præparatum. Huius rei Teſtes ſunt ex Eccleſ: noſtræ fratrib. *Chunr.* Prępoſ. *Wernher* Decan. *Sigeboto, Vto, Wernher, Heinrich* Archidiac. *Herman* Cuſtos Eccleſiæ *Sizo Wigolt* presb. Ex Eccleſiæ militib. *Friderich* de *Schiringen*. Ex miniſterialib. *Witigovve* Vrbis Præfectus, *Diepolt, Herman, Vlrich, Marquart* Camerarius, *Adalpreth Sigevolck*. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. C. XXIX. Indictione ſeptima. ſeptimo Kal. Aug. Præſidente Papa *Honorio*, Regnante Romanorum Rege *Lothario* ſecundo.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis *Otto* Dei gratia *Friſing*. Eps. Quia diſpenſatorum tenemus locum, quorum eſt officium res com̃iſſas prudenter & fideliter diſpenſare vel com̃utare, perſpecta communi vtilitate placita cum *Vdalrico Schyrenſium* Abbate ſuiſq; fratrib. concambiũ facere, quod & fecimus. Itaq; eiſdẽ fratrib. decimas apud *Schyren* & per *Cuuillingin* tàm frumenti quam aliarũ rerũ quæ decimari ſolent eodem iure, quo prædeceſſorũ noſtrorũ beneficio poſſederunt, nos quoq; concedimus, & in perpetuum confirmamus. Retradidit nobis præfatus Abbas vnanimi conſenſu Monachorum ſuorum per manum Aduocati ſui *Ottonis* Pal. Com. duos Curtiferos apud *Vihehuſen*. aliiſq; reb. Monaſterij ſicut placuit meliorib. hanc recompenſauit diſpenſationem, Stabilimus

igitur auctoritate noſtra, & in perpetuum inuiolabilem permanere ſancimus hoc concambiũ: Neue poſſit obliterari vetuſtate vel à ſucceſſoribus noſtris incautè violari, literis notari, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecim⁹. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C. XLII. Indict. quinta. Anno autem Domini *Ottonis Friſingen:* Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi quarto, præſentibus & in teſtimonium ductis his *Chuno* de *Megelingen* & filius eius *Chuno, Otto* de *Iringesb: Eberhard* de *Herrenh: Robert* & frater eius *Pabo* de *Frichend: Iſinrich* de *Lobkirchen, Waltman* de *Pasberch* & frater eius *Rudolf, Adlhart* de *Priſingen, Witilo* de *VVartenberch, Heinrich Choph.*

OTTO Dei gratia *Friſingen.* Eccleſię Epiſcopus. Dilecto & Venerabili fratri *Vlrico Schyrenſium* Abbati, eiuſque fratribus regularem & Monachicam vitam in eodem Cœnobio profeſſis in perpetuum. Quia diuina diſpoſitio nos in hoc mari magno fluctuantes, virorũ religioſorum & pauperum Chriſti conceſſit orationib. ſubleuari, eorũ quieti & vtilitati prouidere quantũ poſſumus & volumus & debemus. Quocirca iuxta petitionem tuam frater chariſſime interuentu Aduocati tui viri Illuſtris *Ottonis* Pal. Com, Monaſt. tuum à ſtrepitu populari ſequeſtramus, & plebem inde in vicinam S. *Martini* Eccleſiam eiuſdem Monaſt, fundo ſuper ædificatam transferimus & transmutamus, Statuimus itaque vt plebanus Sacerdos in hac ipſa Eccleſia populo miſſas celebret & ſepulturas faciat de plebe, ſalua tamen in omnib. Monaſt. tui reuerentia, videlicet in baptiſmate conſecrando, & palmis benedicendis & in viſitandis cum cruce reliquiis ſanctorum in dieb. rogationum, hanc potiſſimum honori matris Eccleſiæ ſucceſſoribus tuis in memoriam relinquimus & iuſtitiam. Nam miniſteriales *Schyrenſium* vel quoslibet illorum diuina compunctione attentos, ſic ut aliqua conſuetudo habet, apud vos & à vobis ſepeliri concedim⁹. Hoc autem pro amore Dei & pro dilectione tua vt fratres inibi Deo famulantes perpeti quiete fruantur, tibi tuiſque ſucceſſorib. ſancimus & in perpetuum per præſentia ſcripta corroboramus. Verum ne huius præcepti noſtri pagina in perpetuum ab aliquo violetur, ſigilli noſtri eam jmpreſſione inſigniri, manuque propria, vt infra apparet confirmantes. Teſtes qui aderant ſubternotari fecimus: quorum hæc nomina ſunt. *Chuno* Decanus, *Engilſchalchus* Scholaſticus, *Herrandus* Archidiaconus, *Vlricus* Præpoſ. S. *Candidi* & Archidiaconi. *Burckhardus* Præpoſ. S. *Viti, Vlricus* Præpoſ. S. *Gaſtuli.* Magiſter *Guicmannus* Præpoſ. ſancti *Andreæ* & Archidiaconus *Sigemarus* Abbas. *Hermannus* Præpoſitus. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M. C. XLIV. Indict. 6. anno autem Dñi *Ottonis Friſing.* Eccleſiæ venerabilis Epiſcopi ſeptimo. Data *Moſeburch* per manum *Reguini* Cartularij, quinto Idus Decembris.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis *Vlrico* Abbati Monaſt. S. *Mariæ Schyren,* quod in Epiſcopatu *Friſingenſi* ſitum eſt, eiuſq; fratribus tàm præſentib, quàm futuris regulàrem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, vt fidelis deuotio celerem ſortiatur effectum. Huius rei gratia dilecti in Domino filij Prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ *Paſchalis* & *Caliſti Romanorum* Pontificum veſtigiis inhærentes, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Beatę Dei genitricis ſemperque virginis *Mariæ* Eccleſiam in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati *Petri* & noſtræ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in præſentiarum iuſtè atque canonicè poſſidetis, aut in futurum

con-

conceſſione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium ſiue aliis iuſtis modis poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque Succeſſoribus & illibata permaneant. Locum *Viſpachaue* & *Vſinhouen*, in quibus prius habitaſtis ſicut per præfatos prædeceſſores noſtros confirmata ſunt. Quæcunque etiam in parochiis & in decimis ab Epiſcopis vobis conceſſa ſunt. Et quicquid *Otto* Palatinus Comes eiuſdem loci fundator conſentiente nobili fœmina *Petriſſa* Comitiſſa, & aliis quinque Comitibus & quicquid *Haziga* cum filiis ſuis *Ekkhardo Bernhardo* & *Ottone* Comitibus, ſeu etiam Illuſtris recordationis Comes *Perichtoldus*, Comes etiam *Chunradus* & frater eius *Otto*, *Bernhard*, & *Ekkenhardus* aliique fideles Chriſti pro ſuarum animarum ſalute congregationi veſtræ de ſuo iure obtuliſſe noſcuntur, per præſentis ſcripti paginam vobis in perpetuum confirmamus. Chriſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſiue Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Dioceſano accipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine prauitate exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationū ſacramenta ſuſcipere, qui Apoſtolicæ ſedis fultus auctoritate, quæ poſtulatur, indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars Conſilij ſanioris vel de ſuo vel de alieno ſi oportuerit collegio, ſecundum Dei timorem & Beati *Benedicti* Regulam elegerint. Porro ſepulturam, loci veſtri omnino liberam eſſe ſancimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati niſi fortè excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Sanè Aduocatum vobis ſecundū veſtrum arbitrium, aliorumq; religioſorum, & ſani Conſilij virorum, quem potiſſimum elegeritis, concedimus, qui timoris, amoriſque Dei reſpectum, veſtræ voluntati benignè prouideat. Ipſe tamen, ſi moleſtus vobis extiterit, noſtra auctoritate liceat vobis alium idoneum conſtituere. Porro nec ipſi nec aliis facultas ſit Aduocatiam loci veſtri ſibi quaſi hæreditariam vendicare vel vobis renitentibus poſſidere. Ad indicium autem huius à ſede Apoſtolica præceptæ protectionis Bizantium aureum nobis, noſtriſuè ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur eorum pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita fuerit, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatinus & hic bonæ actionis fructum percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data *Viterbi* per manum *Roberti* ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ presbyteri, Cardinalis & Cancellarij ſecundò Kal. Maij, Indict. octaua, Incarnationis Dominicæ anno M, C, XLV. Pontificatus verò Domini *Eugenij* tertij Papæ Anno I.

VDalſchalchus Dei miſericordia *Auguſt*. Eccleſiæ miniſter humilis, præſentib. & futuris omnib. Chriſti fidelibus perpetuam in Dño ſalutem. Cum ſit Iuris omnium Eccleſiaſticorum neceſſitatib. compati omnium, & maximè pauperum Chriſti nos zelo Dei & cura pauperum Chriſti Deo ſeruientium in Cœnobio *Schyren* ad petitionem Abbatis *Baldemari* eiuſdem loci ad ſtipendium & & ſolatium Eccleſiam in *Etelshuſen* authoritate qua fungimur condonauimus eos vtique fructus qui ad Sacerdotem eiuſdem villę plebanum videntur attinere, ita tamen vt ipſe Vicarium vtilem populo cum Archidiacono eiuſdem Prouinciæ intendat ordinare, ad quem idem Vicarius reſpectum debet habere. Et licet prædictum Cœnobium noſtræ diocœſi in obedientia non teneatur, ob inſtantem tamen petitionem rationi nō diſſonam, & ob meritū deuotæ circa nos & Eccleſiam noſtram ſeruitutis, maximè denique neceſſitatis Monaſterij cura & ſalutis noſtræ recordatione apud locum illum memoriam noſtri fieri deſtinauimus, & factum pagina præſenti & ſigillo authoritatis noſtræ confirmauimus, Acta ſunt autem hæc anno Dominicæ Incarnationis M. C. XCV. Si quis autem hanc noſtræ traditionis paginam infringere ſtuduerit, odium Dei omnipotentis ſe incuſurum agnoſcat: cum id quod nos in bonum cogitamus fieri, ipſe ſibi exitium ſtudet mereri. Sunt autem hi Teſtes: *Reinbot, Vlrich, Lunfrit, Vlrich, Dietrich, Heinrich, Eberhard* & alij quam plures qui audierunt & viderunt, & feliciter teſtantur. Hanc igitur paginam traditionis coram futuris in perpetuum confirmamus.

RApoto Dei gratia Præpoſ. de *Illenminſter, Perichtold* Decan: de *Petendorf*, Iudices à ſede Apoſtolica delegati, oībus Chriſti fidelib. hanc paginā inſpicientibus & inſpecturis in vero ſalutari ſalutem. Vniuerſitati veſtræ ſub aſſertione veritatis ſignificamus, quod cum ius patronatus Eccleſiæ in *Pergen Auguſtenſis* diœceſis iure antiquę donationis à Comite *Perichtold* de *Purgekk* factæ, & Imperatoris *Heinrici* quinti priuilegio confirmatæ ad *Schyrenſe* Cœnobium veraciſſimè pertineret, eo tamen tempore quo Dñs *Hartvvicus* de *Lierhaim* Epiſcopali Cathedræ *Auguſtæ*, & Dñs *Paldemarus* Abbas memorato Cœnobio præſedit, cum Eccleſiam prædictam vacare cōtingeret Dñs *Vlricus* de *Riſinperch*, eo, quod in eadem villa Aduocatiam à Dño *Ottone*, tunc Palat: de *Witelinſp.* in feodo poſſideret, Ius etiam patronatus in eadem Eccleſia nitebatur ſibi in quantum potuit vſurpare. Tandem lis illa in præſentia Dñi *Hartvvici* memorati *Auguſtenſis* Epi & Capituli taliter eſt ſopita, quod Dominus *Vlricus* memoratus ad petitionem ipſius Epiſcopi pro remedio animæ ſuæ liti ceſſit, iuri & quod haberi videbatur, Aduocatia tamen ab aduerſa parte ſibi recognita, cum eo iure quod Dñs feodi in bonis eiuſdem Cœnobij conſueuit habere. Cumq; taliter prædictum Cœnobium eiuſdē Iuris patronatus diutina poſſeſſione gauderet, & eandem Eccleſiā *Sigefrido Auguſt.* Epo præſidente iterum vacare cōtingeret, Dñs *Chunr.* tunc *Schyrenſis* Abbas, cum ipſe quendam clericum *Ludvvicum* de *Perge*, ad eandem Eccleſiam præſentaſſet, Domino *Brunone* de *Eberſtal* fratre prædicti *Vlrici* litem denuò ſubintrante & Magiſtrum *Vlricum* de Sancto *Mauritio* ad eandem Eccleſiam præſentante, ſedem Apoſtolicam appellauit, & eandem proſequutus, litteras comiſſionis ad nos ſuper hoc impetrauit. Verum partib. in noſtra pſentia ſecundū legitimā citationē conſtitutis, & veritate negotij aliquantulū diſcuſſa, nos, ſicut noſtri fuit officij, ab initio ipſas ad pacē & concordiā diligēter fuim⁹ exhortati. Quod illę benigno aññuentes animo vtrinq; in arbitros, fide interpoſita, cōpromiſerunt. vt quicquid illi nobis mediātib. ſup hoc comuniter ordinaretur, ratū, à partibus haberetur. Si verò arbitri nō cōuenirent, ad noſtrū rediretur examē. Tandē per Dei gratiā & noſtrā diligentiā in hāc cōpoſitio-

ſitionis formam arbitri conuenerunt, quod Dominus B. cum *Heinrico* filio ſuo præſente ius patronatus Eccleſiæ memoratæ Abbati & Cœnobio prædicto, ſicut frater ſuus Dñs V. de *Riſinſperg* piæ memoriæ quondam fecerat, pro remedio tàm animæ ſuæ quàm fratris ſui recognoſceret, Aduocatia tamen eiuſdem Eccleſiæ ab aduerſa parte ſibi recognita, & ab ipſo ſine quæſtione retenta, cum eo iure quod D. *Ludouicus* Dux *Bauariæ*, qui tunc Dñs eiuſdem feodi exiſtebat in prædiis *Schyrenſis* Cœnobij conſueuit habere. Inſuper arbitratum fuit, quod Mr. *Vlricus* de S. *Mauritio*, quem idem P. ad eandem Eccleſiam vacantem præſentauerat, ſed ipſe donum altaris propter appellationem interpoſitam non p̄ceperat, liti cederet liberaliter, & de laborib. & expenſis ſuis Abbatis gratiam exſpectaret. Quæ oĩa fideliter à partib. ſecundum quod in arbitrio dictum fuerat, ſunt impleta. Deinde Abbas memoratus de Conuentus ſui conſilio & coñiuentia in recompenſationem laboris & expenſarum quas idem Magiſter V. tàm in curia romana quàm alibi cauſſam proſequendo fecerat, & maximè vt ſuo Cœnobio eum perpetualiter obligaret, ipſi duas Curias in *Imenchenhouen* cum pleno iure poſſeſſionis & vſusfructus ad ſui ſolius perſonam conceſſit, ita vt in ſignum proprietatis apud clauſtrum permanentis vnus denarius *Auguſt.* vel Ratiſp. monetæ ſoluatur: Inde in feſto *Purificat.* B. *Virginis* annuatim. Vt autem hæc omnia inconuulſa permaneant, nec per temporis diuturnitatem humanam excedat memoriam, nos formam compoſitionis conſcribi fecimus, & ſigillorum Dñi Ducis, qui Aduocatus & Fundator eſt ſæpedicti Cœnobij, & noſtrorum ſigillorum, qui mediatores & auctores compoſitionis fuimus munimine raborari. Huius rei teſtes ſunt hi, *Chunradus Ratisbonenſis* Canonicus, *Heinricus, Griſo* Sancti *Mauritij* Canonici, *Dietricus* Canonicus in *Illenminſter, Diepoldus* Plebanus de *Hohenvvart, Algotus* presb. *Eberhardus* presb. *Cunradus* Diac. *Eberhard* de *Witelinſpach*, Diepolt de *Affingen, Heinricus* & *Arnoldus Camerarij*, *Fridericus* de *Burtenbach, Heinricus* de *Waltpach, Gebehart* de *Gehage, Gebehart* de *Ahuſen*, *Sigefridus Focke*, & *Chunradus* frater eius, *Perchtold Pincerna*, *Arnoldus Scilvvaz*. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis M.CC.IX. Indict. duodecima apud *Aichach* pagum *Bauariæ*, oct: Id. April, regnante Illuſtri Rege *Ottone*, *Sigefrido Auguſtenſi* Epiſcopo præſidente.

CHunradus Dei gratia *Mogunt.* Archiepiſcopus, *Sabin.* Epiſcopus Vniuerſis ad quos præſens pagina peruenerit, perpetuam in Domino Salutem. Vniuerſitati veſtræ notum facimus, quod dilectus nobis filius videlicet *Baldemarus* Abbas de *Scheyren*, in noſtra & venerabilis fratris noſtri Dñi *Vdalſchalci Aug.* Epiſcopi, necnon Iudicum noſtrorum in *Mogunt.* ſcilicet *Cunradi* Maioris Præpoſiti, *Heinrici* Dec: *Rucheri* Cuſtodis, *Gotefridi* Cantoris & Abbatis de S. *Albano* & aliorum Iuriſperitorum præſentia. Ius patronatus Eccleſiarum in *Holzkirchen* & *Etelhuſen*, obtinuit per ſententiam quam nos approbantes per paginam præſentem ſigillo noſtro inſignitam, cenſuimus ratione Iuſtitiæ roborandam.

SIgefridus diuina miſeratione *Auguſtenſis* Eccleſiæ miniſter humilis omnibus Chriſti fidebus hanc paginam inſpicientibus & inſpecturis in vero Salutari Salutem. Dignum eſt & rationi conſentaneum, vt ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris in fauorem religionis conceſſa ſunt à nobis rata debeãt conſeruari. Hinc eſt quod nos ad petitionem Domini *Chunradi Schyrenſis* Abbatis, & maximè propter indigentiam & neceſſitatem eiuſdem Cœnobij nobis cognitam, ad ex-

emplum Dñi *Vdalſcalci* & Domini *Hartvvici* prædeceſſorum noſtrorum felicis recordationis omnem vſumfructum Eccleſiarum in *Ecelshuſen*, & *Holzchirchen* ad communem vſum & præbendam fratrum ibi Deo ſeruientum conceſſimus, ita tamē vt honeſtus Vicarius, cui animarum cura committatur de conſilio Archidiacon: eiuſdem loci inibi ordinetur. Vt autem idem Conuentus noſtri perpetuam in Dño habeat memoriam, hanc conceſſionem facimus, & vt tam ſub nobis quam ſub noſtris ſucceſſoribus inconuulſa permaneat, eam noſtri ſigilli munimine duximus roborandam. Teſtes hi ſunt *Sigefridus* Præpoſ. Maioris Eccleſiæ, de *Heinricus Mantichingen*, *Albertus* de *Rauenſtan*, *Hermannus* de *Wartorfſtetten*, *Heinricus Vehinch*, *Rapoto* Præpoſitus de *Illenminſter*, *Vlricus* Canonicus de Sancto *Mauritio*, *Heinricus* presbyter.

COmes *Ekkehardus* de *Schyren* dedit nobis curiam vnam in *Slibesheim* & 2. manſus. Teſtes *Otto* Dux *Bauariæ*, *Fridericus* & *Otto* fratres ambo Palatini, *Badvvinus* & filius eius, *Baldvvinus* & *Maagrvvardus* de *Schyren*, Heinricus & *Marcholt* de *Puigarn*, *Gotfrid* de *Schyren*, & alij quam plurimi.

CHunrado Duce de *Dachavve* apud *Schyren* ſepulto, *Vdilhilt* eius vidua cum conſenſu miniſterialium ſuorum tradidit nobis *Hantishouen* cum ſylua *Lutenloch*, & quicquid ipſe Dux habuit in *Tievvigin*. Ipſa die *Fridericus* quondam Palatinus obtulit S. *Mariæ*. prædium vocabulo *Sulzibach*, vt die ac noctæ lumen iugiter ardeat ante altare S. *Mariæ*.

OTto Dux *Bauariæ* huius loci Aduocatus viam vniuerſæ carnis ingreſſurus, dedit nobis quicquid habuit in *Tiemenhuſen* tàm homines quam res. Hoc *Ludvvicus* eius filius & *Agnes* eius vidua in die ſepulturæ eius delegauerunt ſuper altare S. *Mariæ*.

IPſa die *Cunradus* Comes de *Valeie* vt ſupra dictum eſt, abſoluta omni conditione obtulit prædium quod habuit in *Hohenkurchen*. Teſtes *Fridericus* Dux *Sueuiæ*, & frater eius tunc puerulus ambo filij *Friderici* Imperat. *Fridericus* quondam P. C. *Arnoldus* Comes de *Dachavve*, *Chunradus* Comes de *Valeie*, *Heinricus* Comes de *Dornberch*, *Chunradus* Comes de *Moſeburch*, *Heinrich* de *Staupf*, *Wernher* de *Laber*, *Hoholt* de *Woltmusa*, *Altman* & frater eius *Eberhart* de *Abenſperch*, *Eberkard* de *Meiſa*, *Wernher* de *Starcholtshouen*, *Luttoldus* de *Hagenavve*, *Luitoldus* de *Avve*, *Otto Choph* & *Sifrit* frater eius. Quid multis morer, à minimo vſque ad maximum Miniſterialium, plures enim conuenerant, extranei quoque teſtes ſunt.

REcurrente anniuerſario eiuſdem Ducis *Agnes* eius vidua dedit nobis manſum vnum in *Haga* vt die noctuque in Baſilica S. *Ioannis* Euangeliſtæ lumen lucernæ non deſit. Ipſa eadem Duciſſa pia deuotione pleniſſima in die dedicationis Baſilicæ S. *Ioannis* Euangeliſtæ obtulit ſuper ipſum altare cum filio ſuo *Ludvvico* prædium vnum apud *Pachaupt*, ob remedium animæ Ducis defuncti. Teſtes *Fridericus* Palat. *Arnoldus* Comes de *Dachavve*, *Trietcicus* & frater eius, *Bernhard* de *Moſen*, *Luitoldus* de *Avve*, *Perchtold* de *Eſchilbach*, *Vlrich Rudiger*, *Heinricus Friderich* fratres de *Sahrobenhuſen*, *Arnoldus* de *Yſhuſen*, *Walther* de *Voheberch*.

LVdvvicus Dux *Bauariæ* in die ſepulturæ matris ſuæ *Agnetis* Duciſſæ dedit nobis prædium vnum dictum *Stetpach Frid.* Teſtes Dux ipſe *Ludvvicus*, Palat. *Vlricus* Marchſch: *Perchtold* de *Eſchilbach*, *Heinricus* de *Stauſe*, *Gerungus* & filius eius *Gerungus* de *Perge*, *Ilias* de *Entichouen*, *Palduinus Marchvvart* de *Schyren*, quod ſoluit annuatim nouem ſol.

COmes *Perichtold* de *Scauenberch*, quæ eſt ſita apud *Rhenum* in *Germania* co-
gnatus illius *Perchtold* de *Purgekke* fundatoris Cœnobij *Vſenh.* acceptis tri-
ginta talentis ab Abbate *Paldemaro* conſentiente omni congregatione tradidit
ſuper altare ſanctæ *Mariæ* prædium cum hominibus quod habebat in alpibus in
*Aſſeiterpach*, quę villa ſita eſt in *Luichental.* Teſtes ipſe *Perchtold* Comes, *Irmſit* mi-
niſterialis eius, *Cunradus* liber quidã de *Michiluelt* apud *Rhenum*, *Gerungus* de *Per-*
*ge*, *Herman* de *Lantfritsh*, *Gotfrid* de *Stainich*, *Otto* de *Volckbrateſdorf*, *Vlrich* de *Pen-*
*prunne*, *Perchtold* negociator, *Vlrich* pellifex, *Gerungus* Pell. *Cunradus*, *Priizez*, *Rapo-*
*to Priue Chunradus Iunckfrau*, omnes iſti de familia S. *Mariæ.*

COmes *Pernhard* filius Dominę *Hazigæ* fundatricis dedit nobis prædia in par-
tibus iſtis ſita, *Heithuſen* Curtiferum vnum, *Moſaha* beneficia quatuor, *Velt-*
*mochingen* Curtiferos duos, *Huſen*, Curtiferum vnum, *Mittelſteten* duos, *Otinigen*,
*Harta*, *Prule* Curtiferum vnum, Cenſus eorundem prædiorum ſubter notatur,
*Mittelſteté* ſoluit. 14 modios ſiliginis vnũ tritici duos modios hordei octo Auenę
vnum, mod. fab. & bis. quinq; met. olei vnum mod. rap. viginti caſ. centum oua,
ſex pullos, duos anſeres, porcum ſagin. Fronchuſe LXII. halbfriſch. vel. 16. den.
De alia Curia vnum m. t. X m. ſilig. vnum Hordei ſex, auenæ viginti caſ. centum
oua ſex pullos duos anſeres vnum mod. rap. vnum Sephel bis. porcum ſagin. v-
num halbfriſch. vel decem den. Curia *Huſen* ſolut. 2. m. tritici, 15. mod. ſiliginis,
2. hordei, 10. Auenæ. 1. m. fab. & bis. viginti caſ. centum oua. 6. pullos duos anſ. 1.
m. rap. porcum ſagin. 2. halbfriſch. vel 24. den. 5. met. olei. Curia *Otingen.* 2. m. tri-
tici. 14. m. ſiliginis 2. hordei 10. m. auenæ. 1. m. molendinum in *Huſen* duodecim
m. omnis generis porcum vnum 10. pullos 100. oua. Ibidem huba ſoluit 7. ſolid.
fab. & bis. viginti caſ. 100. oua. 6. pullos, 2. anſeres 1. m. rap. 5. met. olei, porcum

*L. den. ſoluit. & aliæ etiã huba. L. den. de Salingberge. 30. den. & caſ. 10. hohench. Villicus de huſen habet beneficium Sala quod ſoluit 20. den.*

ſagin. 1. halbfriſch, vel 16. denarios, duæ Curiæ in harda ſoluerunt dim. frumen-
tum, & inferior Curia dat. 20. caſeos & 20. denar. 100. oua & 6. pullos, ſupe-
rior 10. caſeos, 100. oua ſex pullos. Ibidem huba vna Comes *Otto* & filius Do-
minæ H. hæc nobis contulit prædia *Hohenchirchen* & ad h. pertinentia. *Vberſe*
curtif. vnum & duos manſos.

OTTO Palatinus Comes de *Wittelmſpach* ſepultus apud *Vndinſtorff* contulit
nobis prædium vnum apud *Hadpretshuſen*. Huius filius *Otto* Palatinus Co-
mes qui *Philippum* Regem *Babenberg* occidit, dedit nobis duas curias in *Schyren.*
Harum donationũ omniũ teſtes ſubternotantur *Eberhard* de *Witeleſpach*, *Arnold*
de *Sandizelle*, *Sigefridus Foke*, *Arnold* & filius eius *Perchtold* de *Cammer*, *Perchtold* de
*Snaipach*, *Gerungus* fratres: *Vlricus* de *Perge*, *Perchtold Stumpf*, *Perchtold* de *Mulhuſen*
*Vlricus* de *Chammer*, *Marquardus* de *Schyren* fratres: *Paldvvinus* de *Schyren*, Wimer⁹
de *Izendorf*, *Sifridus* & *Gotfridus* fratres: de *Stanninch.* *Rudiger Fridericus* fratres:
de *Stangruſt*, *Vlrich* de *Perge*, *Vlrich Ioter*, *Heinrich* de *Ainlingen*, *Perchtold Wile* &
*Perchtold Gigao* de *Geboltſpach*, Winhart & *Heinrich* de *Rorbach*, *Wernhart* de *Starchol-*
*tesh.* *Wernher* de *huſen* *Conrad* & filij eius duo de *Geberne.*

AGnes Duciſſa *Bauariæ* vna cũ filio ſuo *Ludvvico* Duce *Bauariæ* aſſignauit man-
ſum vnum qui vulgò dicitur huba cuidam *Richardo* & *Heinr.* filio ſuo in villa
*Briſingen* pro debito octo librarum. Eadem *Richard.* collectas habebat octo mar-
cas Colon. monetæ, quas dedit Duci *Ludvvico* & Duciſſæ pro obligatione præ-
dicti manſi ſiti in villa *Briſingen* tali conditione vt poſt mortem ſuam & filij ſui
h. omne jus q, in præfato haberent: ad clauſtrum *Schyren* tranferretur in reme-
dium animæ: Domini *Magunt.* Epiſcopi *Chunradi*, cuius gratia eaſdem habebat
collectas marcas ſuæq; animæ & filij ſui. Huic ordinationi interfuerunt Comi-
tes de *Pleie*, *Luitoldus* de *Avve*, *Vlricus* de *Scrobenhuſen*, *Perchtold* de Eſchib, *Wima-*
*rus Dapiſer*, *Arnoldus Pincerna Luip.* de *Aſinsk.* *Hermannus* de *Innech*, & alij quam-
plures.

VIam vniuerſę carnis ingreſſo Duce *Ludvvico Noricorum* & apud nos ſepulto, præſente reuerendo Archiepiſcopo *Eberhardo Saltzburgenſi*, qui & deuotus Eccleſiæ exequias exhibuit cum duobus ſuffraganeis ſuis Epiſcopis videlicet, *Chimſenſe* & *Sekuenſe*, nec non etiam Epiſcopis *Auguſt.* & *Friſingen.* c. His inquam præſentibus poſt humationem tanti Principis *Otto* filius eius tradidit ad altare ſanctæ *Mariæ* prædia ſubſcripta; *Schyren.* 3. curias; *Pulnhuſen* hubam, in *Wihſe* molendinum; *Paldenvvis* curtem, *Lutvvigeſriet* hubam, *Hentihouen* hubam, *Karlsberch* curtem: *Schœnberch* curtem: *Goldenhouem.* 3. hubas. *Teiſingen* curtem. Teſtes ſunt *Eberhardus* Archiepiſcopus *Saltzburgenſis* cum Epiſcopis ſupradictis, *Laodomia* Duciſſa, *Agnes* Duciſſa: *Chunradus* Comes de *Wazzerburch*, *Otto* Comes de *Valeie* *Cunradus* Comes de *Plain*; *Cunradus* & *Hainricus* Comites de *Moſeburch*:
Lupurch. *Cunradus* nobilis de *Lupach*: *Heinricus* nobilis de *Starcholteshouen*: *Vlricus* nobilis de *Wickershouen*, *Marquardus* nobilis de *Steringen* *Luitoldus Pincerna* de *Ogia* & filij
Stauingen eiuſdem; *Vlricus* & *Ludvvicus*: *Percht*: *Marſchalcus* de *Schiltperg*, & frater eius *Liutoldus*: *Albardus* de *Briſingen* & alij quàm plures.

## M. CC. XXXI.

LVdouicus Dux *Boariæ* filius *Ottonis* pronepotis *Hazigæ*, in *Kelhaim* à quodam morione (quem naturalem fatuum vulgo vocant) interficitur, *Schiraq́* ſepelitur. Interfuêre exequiis, *Eberhardus* Archiepiſcopus Salisburg. Epiſcopi *Chimenſis*, *Secouienſis*, *Friſingen.* *Auguſten.*

*Otto* filius eius tradit *Schirenſi* cœnobio *Wichſen* molam, *Ludvvigſriet*, *Paldenvvis*, *Hentihouen*, *Karlsberg*, *Schonberch.*

Teſtes *Laodamia* vxor *Ludouici*, *Agnes* vxor *Ottonis* Ducis, *Chunradus* Comes de *Waſſerburg* *Otto* Comes de *Valeia*. Hic *Ludouicus* extruxit collegium ſacerdotum *Otingæ.*

Eius vxor *Laodamia* (ex qua vnicum filium *Ottonem* genuit) Cœnobium ſanctarum virginum *Selingental Lantshutæ* ædificauit vbi ſepulta eſt.

Hic *Ludouicus* Anno Chriſti M. CC. XV. impetrauit palatium *Rheni* à *Friderico* ſecundo, mortuo *Heinrico* palatino *Rheni*, cuius filiam *Agnetem* nuptum dedit filio ſuo *Ottoni*. Ita hactenus Principes noſtri ſeſe palatinos *Rheni* nuncupant & ſunt.

## *SCHLECHDORF.*

COLLEGIVM Canonicorum regularium S. Auguſtini. Hoc monaſterium ſitum ad radices alpium in ſuperiori Bauaria, conſtitutum ſeu fundatum eſt cum Beurn, Polling ac aliis Monaſteriis, à Landfrido, Waldramo & Elilando, fratribus, Comitibus ab Antorf & Loyſa, ſub Vtilone Duce Bauariæ; deuaſtatur per Vngaros, ſub Ludouico Imperatore, circa Annum 907. Auent. fol. 482. reficitur per Heinricum Ducem Boiorum, & Ottonem Epiſcopum Friſingeñ. fratrem eius, vnà cum Schliers & Scheftlarn, circa Annum Domini 1140. Auent. fol. 630. alibi Auentin. in Annalibus fol. 292. ponit: Schlechdorf & Polling poſt Vngarorum deuaſtationem receperunt regulam S. Auguſtini. Nam ab initio erant Ordinis S. Benedicti. Tenues ſunt hoc tempore huius Monaſterij cenſus ac redditus, vt vix tres aut quatuor Canonicos alere poſſit. Dicitur ibi requieſcere corpus S. Tertulini Martyris, viri induſtrij ac Nobilis Romani, ſub ſummo Altari.

ADDI-

## ADDITIONES.

CVm fragilitas humani generis pertimeſcit vltimum vitæ tempus die ſubita-
nea tranſpoſitione ventura, vt non inueniat vnumquemq; imparatum, ne
ſine aliquo boni operis reſpectu migret de ſeculo, niſi dum ſuo jure & poteſta-
te conſiſtat, præparet ſibi viam ſalutis, dum precium in manibus habet, per *
quam ad ęternam valeat beatitudinem peruenire. Ideoque ego *Gaio* in Dei no-
mine cogitans pro remedio animæ meæ & remiſſione peccatorum meorum,
vt veniam in futuro conſequi merear, trado omnem hæreditatem, quam mi-
hi ob vitæ parentum meorum obuenit, villas nuncupatas in pago qui nuncu-
patur *Procipintal*, id eſt, *Obreinhoue*, & in Cyreolo ſeu foras montes, in loco
qui nuncupatur *Pettenpach*, vel vbicunque viſus ſum habere, cum terris do-
mibus, ędificiis, mancipiis, accolabus, alpis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis,
aquis, aquarum decurſibus, adiunctis adiacentiis appendenciis peculium v-
triuſque ſexus mobilibus & immobilibus trado ad monaſterium quod nun-
cupatur *Slechdorf*, vbi corpus Sancti *Tertuliani* quieſcit, & *Atto* Epiſcopus
ibi præeſſe videtur vna cum monachis ibi degentibus, & recepimus à vobis in
beneficium illam terram quam habetis in *Pettenpach* de parte *Otilonis* & bo-
ues IV. & ea ratione vt cenſum ſoluere debeam dimidium ſolidum denario- *IV.
rum in argento aut in grano, & ipſa loca quæ ſuperius prænotauimus nec ven-
dere nec alienare nec vllum naufragium imponere, ſed emelioratas ad ip-
ſum monaſterium reuocare. Si quis vero quod futurum eſſe non credo huic
voluntati noſtræ de quibuslibet adinuentionibus aliquis de hæredibus meis,
vel quislibet perſona qui contra huius traditionis firmitatem frangendi reper-
tus fuerit, à conuentu omniũ Chriſtianorũ, vel à limitibus Sanctarũ Eccleſiarũ
extraneus habeatur, & Iudę traditoris Domini noſtri Ieſu Chriſti fruatur cõſor-
tiũ. Inſuper etiam inferat partib. ipſius monaſterij, vel fratrũ ibi conſiſtentium
auri libras duas, ne ſic quoque quod petit vindicare non valeat, & nihilominus
præſens traditio quæ propitiatione Dei & amore Chriſti conſcripta eſt firma &
inuiolata omni tempore valeat permanere. Hij ſunt teſtes, *Reginhart* Comes,
alius *Reginhart*, *Alprich*, *Rubo* Diaconus, *Zotto* Diaconus, *Engelprecht*, *Helmprecht*,
*Nothart*, *Etti*, *Corrat*, *Engilprecht*, factum eſt hoc regnante Domino noſtro Rege
in *Baiovvaria* Anno 12. V. Calen. Nouembr.

REſidentibus miſſis Domini *Caroli* Magni Imperatoris, *Arno* ſcilicet Archie-
piſcopo ipſius vnacumque *Orend*.[lo] judice in loco publico *Friſing*.[e] xami-
nandas cum juſtitiam multorum aduenientium cauſas, ibique adueniens de
præſente aduocatus *Attonis* Epiſcopi nomine *Lantfrid*, interpelle*bat alium
quendam hominem, ſimiliter nuncupatum *Lantfridum* filium *Irminfridi* cuiuſ-
dam nobilis viri dicens quod iniuſtè poſſidet res Sancti *Petri* de monaſterio
*Slechdorf* quas prædictus *Irminfrid* poteſtatiuo jure tradidit ad prædictum mo-
naſterium pro ſalute animæ ſuæ, loca nuncupata *Starantia* cum appendiciis
ſuis in *Flurmig*, in *Pollingen*, in *Slechdorf*, in *Houenhaim*, in *Sindolfiſdorff*, in *Giſin-
gen*, in *Paſingen*, in *Greſolfingen*, quæ omnia tradidit *Irmfrid* pater eius DEO &
Sancto *Petro* ad ipſum jam dictum monaſterium temporibus Domini *Pipini* re-
gis & *Taſsilonis* Ducis eorum conſenſu tunc ipſe *Landfridus* præſens aſtabat &
hoc nequaquam excuſare præualens, quod ipſi miſſi prædictum hoc factũ ita
eſſe diligentiſſimè inquirentes per veraces & fideles homines inuenerunt. Ea
vero ratione vt ipſe *Irmfrid*. legitimos hæredes filios procreaſſet, ipſi filij ſui ſe-
cundũ legem inde haberent portionẽ, & portio Irminfridi ad ipſum monaſter.
ſtabilis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtabilis eſſet. Super hoc autem contentioſe agens ipſe ſupradictus *Lanntfrid* tē-
ptabat medietatem ipſius altaris de *Starantia* opus ſuum exquirere. Tunc ipſi
miſſi vna cum his, qui in ipſo placito affuerunt præcogitantes ſtultitiam eius,
vt etiam ſine graui damno euaderet mercedem ſanctæ Dei Eccleſiæ & Domi-
ni Imperatoris rogantes ipſum venerabilem *Attonem* Epiſcopum complacita-
uerunt vt licuiſſet ei ſine impoſitione legitima res prædictas ſanctæ Eccleſiæ
ſana manu etiam ſine compoſitione emunitatis regis & ſine debito regali red-
*regie dere. Eo vero tempore hoc factum eſſet vt nunquam amplius quidquam re-
peteret de ipſa jam dicta Eccleſia, nihilque de prædictis rebus ſibi amplius vin-
dicaret, & hoc ita coram teſtibus confirmatum & aſcriptum eſt, quorum no-
*II. mina in libro Tradit. habentur. Actum in *Friſingen* loco publico die conſule II.
Non. Aug. anno ------ Imperij autem *Caroli* Sereniſſimi Auguſti Indict. X.

CVM reſidiſſent venerabiles miſſi Domini *Caroli* Magni Imperatoris, *Arno* ſci-
licet Archiepiſcopus, *Adaluinus* coëpiſcopus eius & *Orendil* judex ad exa-
minandas diuerſorum terras cum lege, atque juſtitiam terminandas in loco
*Friſingen*, mallo publico. Ibique veniens aduocatus epiſcopi *Attonis* nomine
*Lantfrid* interpellabat quendam hominem *Reginbertum* filium *Statonis*, eo quod
iniuſte vſurparet ſibi res ſanctæ Eccleſiæ Dei ad ſanctum *Tertulianum* traditas
ad monaſterium *Slechdorf*, quas *Keio* patruus prædicti *Reginberti* ibidem pro re-
demtione animæ ſuæ coram teſtibus tradidit, & ipſe *Reginbert* præſens aſtabat,
& ipſas in hæreditatem propriam habere cæperat. Tunc præſentes inuenti ſunt
teſtes, qui teſtimonium inde proferebant, dicentes ſe ſcire atque aſtare quod
*Keio* ipſas res poteſtatiua manu pro remedio animæ ſuæ ad ipſum locum ſan-
ctum tradidit, quidquid de*propria ſua in portionem ſuam contra fratres ſuos
pertinere debuiſſet. Tunc prædicti miſſi *Arn* Archiepiſcopus, *Adaluinus* Epiſco-
pus atque *Orindil* Iudex ipſos homines qui hoc teſtificauerunt, in medium vo-
cauerunt, & per Sacramentum fidelitatis quod Domino *Carolo* Imperatori ipſo
*anno præſente *Arno* jurauerunt, atteſtati ſunt eos, vt omnimodis abſque vlla fraude
vel ingenio, ita vt veraciſſimè de ipſa cauſa ſcirent, ita in palam adnunciaue-
runt & dixerunt. Scimus quod tres germani fuerunt, & vno defuncto duo ſu-
perſtites fuerunt, & diuidere debuerunt æqualiter inter ſe hæreditatem defun-
*Popo cti fratris *Scato* & *Poapo*, ſed antequam diuiſio hæc facta eſſet, mortuus eſt *Poapo*,
*nolente, relinquens portionem ſuam filio ſuo *Keyone*, & ipſe *Keyo* bene valens portionē
vel moriē- quæ ei accedere debuit contra patruum ſuum tradidit Deo & Sancto *Tertuliano*
te. ad *Slechdorf*. Sed molente *Keyone* retinuit omnia hæc *Statto*, & retinuit filio ſuo
*Reginberto*. Tunc ipſi miſſi cum *Orindilo* judice & cæteris veracibus hominibus
tractauerunt pro qua cauſa *Reginbert* poſſidere debuiſſet portionem nepotis ſui
*Keyonis* hæreditariam, quam ipſe pro anima ſua Deo tradidit, & ſanctis eius.
Tunc conuictus cum lege & juſtitia *Reginbertus* de præſente reddidit aduocato
ipſius Epiſcopi *Ellenmodo* loca nuncupata *Allingas*, *Kiſſingen* & *Germariskaurie*, vt
amplius eas poſſiderent præſules loci illius abſque vlla contradictione euindi-
catas jure perpetuo & ita finita eſt contentio coram reſidentibus & aſtantibus
multis, & teſtes vſu *Baioariorum* per aures ex vtriuſque partibus tracti vt am-
plius examen firmum eſſet, nomina teſtium in libro Tradit. habentur. Actum
& confirmatum eſt hoc in loco publico *Friſingen*, in mallo publico, regnante
& imperante Domino *Carolo* magno Imperatore XXXV. & in *Baioaria* ſecun-
do, Indict. X.

Cata-

Catalogus Prælatorum huius Monaſterij alius exhiberi non poteſt, præterquam qui ſequitur.

*Ioann. Hyrn*, gubernauit an. 1496.
*Ioann. Coci*, an. 1508.
*Auguſtinus Hohenleütner*, an. 1550.
*Georg. Sedlmayr.* an. 1561.
*Wolfgangus Puecher*. an. 1607.
*Chriſtophorus Elvvanger*. modernus Præpoſitus.

## SCHLIERS.

DE inſtitutione & fundatione huius Monaſterij, ordinis Canonicorum Regularium, ad lacum Schliers, inter Oenum & Mangualdum flumina ad radices alpium ſitum, ſcribit Auent. in ſuis Annalib. lib. 3. fol. 303. Adalund, Hildeuald, ſiue Hiltpold, Odacer, Garioualda, ſiue Gariobald, Antonius, claris orti natalibus, ad Sylurnum lacum, Monachis atris, hoc eſt, Benedictinis templum ædificarunt, Aribo Epiſcopus Friſingenſis dedicauit, Berchtoldum iuris diuini conſultum ipſis Patrem dedit, & hoc ſub Teſſalone, Duce Bauariæ, circa Annum Domini 760. De hac fundatione ſcriptum reperio in libro magno traditionum Friſingæ, cuius ſtylus non omnino congruus eſt, &c. Regnante in perpetuo Domino noſtro Ieſu Chriſto; Ego itaque in Dei nomine Adalunc ſimul cum fratribus noſtris, nomine Hilcipalt ſeu Kerpalt, nec non & Antonij, ſiue Otakir, inſpirante diuina gratia, ſecularia negotia deſerentes, locum nobis elegimus de communi hæreditate noſtra, ſiue parentum noſtrorum in vaſta ſolitudine Eremi, quæ dicitur Schlierſee, & ibidem, adiuuante domino Deo noſtro, cellulam more ſolito conſtruximus. Nam & oratorium cum conſenſu Epiſcopi Dñi Aribonis ædificauimus, deinde aduocante prędicto Epiſcopo ad conſecrandam prædictam Eccleſiam ita factum eſt. Deinde ſub ditione ipſius Epiſcopi noſmetipſos commendauimus per omnia, & inde de manu Epiſcopali electum nobis Magiſtrum, virum venerabilem, nomine Berchtcol, in noſtro ſuſcepimus Magiſterio, deinde poſt biennium complacuit fratribus eligere p̄dictum Berchtcol ibidem Abbatem per conſenſum fratrum, adduximus eum ad prædictum Epiſcopum, iuxta ordinem regulæ S. Benedicti, electum ordinauit & nobis poſuit Abbatem. Ideoque decernimus cum conſenſu ipſius prædicti Epiſcopi noſtri, vt ſecundùm autoritatem S. Benedicti regulam regerent, & ibidem regulariter de ipſis fratribus ſibimetipſi eligerent Abbatem, ipſo ordinante Epiſcopo de domo S. Mariæ. Si ibidem forſitan defuerint tales intra ipſos fratres, de domo Epiſcopali eligant Abbatem, ordinante Epiſcopo. Actum in prædicto Monaſterio Schlierſee, ſub die conſul. quod fuit 12. Calend. Februar. Indict. XII. regnante Dño Taſſilone, anno 32. Et ipſi ſubſcripti fratres inuicem teſtes extiterunt. Hos fundatores puto fuiſſe familię Waldecenſium Dñorum, tametſi enim hoc Monaſterium, cum aliis plerifque, circa Annũ 907. per Vngaros vaſtatum, per Ottonem Epũm Friſingeñ. cum fratre Heinrico, Duce Bauariæ, ex familia Leopoldorum Auſtriacorum Marchionum, vnà cum aliis Monaſteriis Bauariæ, circa Annum 1140. reſtauratum ſit, translatis eò Canonicis regularibus, nihil tamen pręcipui contulerunt, vt puta qui in Bauaria nihil proprij habebant, atque ibi modico tempore regebant, vnde pro fundatoribus huius Monaſterij non habendi, ſed potiùs Dñi Waldecenſes.

PRO-

PROPTER vetuſtatem huius familiæ, quæ omnia circum circa poſſedit, poſt deuaſtationem antiquæ arcis Waldeck, cuius rudera in præalta rupe, ſupra lacum adhuc extant in Schliers & Wallenburg habitauit, merum ac mixtum, Imperium vnà cum Aduocatia Monaſterij imò etiam in pleriſque Monaſterij prædiis, à maioribus ſuis datis, partem cenſuum, vulgariter **die Stifftpfenning**, in ſignum Dominij retinuit & habuit, vnde ab ipſis Canonicis in libro de origine & fundatione Monaſterij Anno 1378. ſcripto, in pleriſque locis fundatores illius nominantur, qui ibidem ſua ſepulchra anniuerſaria ac ſacra habent. Itidē in quodam laudo inter Canonicos & Dominum Wolfgangum de Waldeck, vltimum illius familiæ, per Sixtum Friſingenſem Epiſcopum, & Albertum Bauariæ Ducem, Anno 1467. prolato cautum eſt, vt prædictus Wolffgangus pro altero fundatore inſcriberetur, ita vt prædixi, puto, ſaluo tamen aliorum iudicio. Poſt obitum Waldecenſium translatum eſt hoc Monaſterium, autoritate Pontificia per Albertum, Ducem Bauariæ, vnà cum Yllmünſtrenſi Monachiū, & vnione facta, inſtituta eſt ibi collegiata Eccleſia ad diuam virginem Mariam, Anno Domini 1495. Vbi latiùs de hac re.

## ADDITIONES.

REgnante in perpetuum Domino noſtro Ieſu Chriſto. In Dei nomine. Ego *Adalung* ſimul cum fratribus meis *Hyltivvaldo, Gerbaldo, Antheno, Otachro*, inſpirante diuina gratia, ſecularia negocia deſerentes, locum nobis elegimus cōmuni hæreditate noſtra ſeu parentum noſtrorum, in vaſta ſolitudine eremi, quæ dicitur *Slyrſe*, & ibidem adiuuante Domino Deo noſtro, cellulam more ſolito conſtruximus & oratorium cum conſenſu Epiſcopi Dn. *Arbonis* ædificauimus. Deinde aduocauimus prædictum Epiſcopum ad conſecrandam Eccleſiam, & ita factum eſt. Poſtea ſub ditione ipſius Epiſcopi noſmetipſos commendauimus per omnia, & de manu Epiſcopi electum nobis magiſtrum virum venerabilem nomine *Perchkos*, in noſtrum ſuſcepimus Magiſtrum. Poſt bienniū verò complacuit fratribus eligere prædictum *Perchkos* ibidem Abbatem, & per conſenſum fratrum adduximus eum ad prædictum Epiſcopum, & juxta ordinem regulæ S. *Benedicti* electum ordinauit, & nobis poſuit Abbatem. Ideoque decreuimus cum conſenſu eiuſdem Epiſcopi, vt ſecundum authoritatem S. *Benedicti* regula teneretur ibidem, & regulariter de ipſis fratribus ſibi eligerent Abbatem ordinante Epiſcopo de domo S. *Mariæ*, ſi ibidem forſitan defuerit talis inter ipſos fratres, de domo Epiſcopali eligerent Abbatem, ordinante Epiſcopo. Actum in prædicto Monaſterio 12. Calen. Febr. Indict. 12. regnante Dn̄o *Theſſalone*, anno 32. cum ipſi ſupradicti fratres inuicem teſtes extiterunt, Anno Domini 1343.

ARBO Epiſcopus quartus, qui noſtris prædictis antiquis fundatoribus monaſterium in *Weſtenhouen* conſtructum ab ipſis quinque fratribus conſecrauit, & ipſis vitam, ordinem & regulam S. *Benedicti* in amorem Dei impoſuit, ſicut tenor prædictæ literæ ſuperius ſonat.

OTTO Magnus, Epiſcopus *Friſingen*. XX. qui poſt deſtructionem Monaſterij in *Weſtenhouen* ac heu aliarum Eccleſiarum in *Bauaria*, ex malitia & duritia vnius Ducis, qui dictus *Arnolfus*, natus cum barba, tunc regnauerat, deſolatæ fuerant; & poſtea à Saracenſis combuſtæ erant, & ita fortaſſis centum annis magis inhabitabiles erant. Modo prædictus Dn. *Otto* Epiſcopus, ex diuina gratia & inſpiratione S. Spiritus monaſterium ex nouo, nunc in loco *Slirſenſi* exiſten-

exiſtente, conſtruxit, & in omnibus bonis, in honore S. *Sixti* & *omnium Sanctorum*, in remedium ſibi & omnium Epiſcoporum, & omnium fidelium defunctorum recuperauit, in quibus potuit; quia in amore Dei hunc locum recuperandi dilexit. Poſtea Eccleſiam in *Weſtenhouen* præſentibus in loco recuperauit ad oblagium eorundē. Sciendum eſt etiam quod eodem tempore Dn. de *Waldecke* vocauit, & ipſum pro aduocato & defenſore conſtituit. An. Dñi 1141. *Otto* Epiſcopus XX.

## SCHÖNENFELD INFERIUS.

MONASTERIUM Monialium Ciſtercien. ordinis, Berchtoldus Comes à Graiſſpach, huius nominis ſecundus, cum vxore Adlhaid (quam quidam Regis Cypri filiam nominant) Burckhaimij Monaſterium D. Georgio dicant, Virgines ſanctas ibi collocant, ſed quòd is locus minùs idoneus pietati eſſet ſolitudinem amantium, Sibothonis Epiſcopi Auguſtani licentia, precibus Conradi Cæſaris, conſentiente Berchtoldo atque vxore Adlhaide, fundatoribus, translatio facta eſt, ad hunc locum Schönenfeld, non longè ab hoſtiis Lici, Anno Domini 1241. &c. Auentin. lib. 7. Annalium, fol. 682. Sibothonem Epiſcopum Secueltam nominat, ſed hunc in familia Secueldenſium Dominorum non reperio, vt Bruſchius in Metropoli Moguntinenſi notauit. Fuit de familia Dominorum de Gundelfingen, quod veriùs puto, & Auentinum fortè in eo deceptum, quòd Gundelfingenſes Domini caſtrum Secueld in Bauaria aliquanto tempore poſſederunt. Sed hoc centum ferè annis poſt hunc Sibothonem, vt in libro meo Stemmatum Bauariæ latiùs inuenitur. Quoniam huic Monaſterio ferè, paucis exceptis, Nobiles Virgines præfuerunt, libet illorum Catalogum breuibus annotare.

ANNO 1242. venit in Schönenfeld Kunegundis Weikmanin, cum aliis ſororibus ex Grauen Burckhaim Magiſtra.

ANNO 1268. Irmengardis de Meilnhart fit Magiſtra.

ANNO 1274. Domina Eliſabetha de Neiffen fit Prioriſſa.

ANNO 1275. Iuditha Truckſäſſin de Graiſſpach eligitur Prioriſſa.

ANNO 1283. eligitur Domina Gertraud de Lechſperg, prima Abbatiſſa.

ANNO 1306. Guta de Stras.

ANNO 1324. Domina Anna, Comitiſſa de Neiſen.

ANNO 1337. Gertrudis Marſchalckin de Dornſperg.

ANNO 1343. Agnes de Muor. Sub iſta Ludouicus Marchio Brandenburgenſis, Dux Bauariæ, vniuit Monaſterio Parochiam in Burckhaim cum pertinentiis, Anno 1358.

ANNO 1367. Vrſula de Schmiehen.

ANNO 1377. Eliſabeth Comitiſſa de Nyffen.

ANNO 1392. Agnes de Pfalhaim.

ANNO 1400. Clara de Holzhaim.

ANNO 1411. Eliſabeth Hirſchlacherin.

ANNO 1423. Affra de Gumppenperg.

ANNO 1445. Martha Marſchalckin de Dornſperg.

ANNO 1464. Anna de Knöring.

ANNO 1487. Lucia Zennerin. Obiit 1513.

ANNO 1513. Barbara Gentnerin.

ANNO 1534. Anna Hauſnerin de Stetperg.

ANNO 1541. Lucia Ebranin.

Anno 1559. Margreth Leutgebin, quæ reſignauit facta Abbatiſſa in Kiembſee.

Anno 1565. Vrſula Groſſin de Trockhau, dicta Pfersfelderin eligitur, quę hoc Anno 1579. adhuc laudabiliter regit.

Sepulti ſunt ibi Nobiles de Straſs, qui ibi propriam Capellam habent in Capitulo.

Item Nobiles de Gumppenperg, nunc Domini.

## *ADDITIONES.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen. *Sibotto* Dei gratia *Auguſt.* Eccleſiæ Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ totique Conuentui in *Schönfeld*, ſalutem in Spiritu Sancto. Et ex iniuncto nobis incumbit officio, & ſanctorum nos patrum prouocant exempla, vt animarum ſaluti ꝓpenſius intendentes in grege nobis commiſſo vitam beatam, diſciplinæ formam, religionis regulam quantum poſſumus dilatemus pariter & firmemus. Quapropter dilectæ nobis in Chriſto filiæ, veſtris piis deſideriis imo Illuſtris Domini *Chunradi Romanorum* Regis, nec non & veſtrorum fidelium fundatorum nobilis Comitis *Berchtoldi* de *Greiſelpach*, ac vxoris ſuæ Dñæ *Adelhaidis* obnixis precibus inclinati, de conſilio & aſſenſu confratrum noſtrorũ licentiam dedimus & gratiam, vt propter cauſas quaſdã neceſſarias & graues, q̃ ſpiritualibus obſeruantiis incõmodabant ibidem de Eccleſia Sancti *Georgij* in *Burckham* transferentes in campo ſpecioſo, qui vulgariter *Schönfeld* dicitur, reſidentiam ibidẽ habeatis in ꝑpetuum Deo famulaturæ ſub regula B. *Benedicti* in habitu & ordine *Ciſtertien.* eiuſdemq; ordinis correctione, viſitatione pariter & priuilegiis à ſede Apoſtolica conceſſis in Dño gaudeatis. Hoc tamen pacto vt in ſignũ reſpectus & reuerẽtiæ matricis Eccleſię B. *Mariæ* sẽper virginis in *Auguſtæ*, in feſto Natiuitatis eiuſdẽ in Eccleſiæ ſuæ luminaria libram ceræ annis ſingulis perſoluatis. Verum cõmutationẽ illam q̃ ꝓ loco veſtro, qui in *Lechſgemünde* ad parochialem Eccleſiam ꝑtinebat, de aſſenſu plebani eiuſdẽ *Heinrici* nomine facta eſt, cũ area vna in *Marxhaim* approbamus & cõfirmamus vos & locũ veſtrum, & omnia bona vobis attinentia, q̃ nunc habetis, ſeu poſthac fueritis habiturę, p̄cipue prædium in *Hermanenshöfen*, prædiũ in *Hulmting*, Curiam in ſuperiori *Burckham*, prædium in *Oſtrodelshauſen*, Curiam in *Mittelſtetten*, p̄dium in *Faulvvinkhl*, p̄dium in *Schönberckh* p̄dium in *Hirſchpach*, p̄dium in *Teitingen*, curiam in *Steteberckh*, curiam in *Wldorf*, cum aliis omnibus veſtris ſub B. *Mariæ* ꝑpetuæ virginis & noſtrã protectionẽ recipimus ſpecialem. Pręterea ipſam donationẽ q̃ prędict⁹ Comes nobilis & vxor eius præſentibus nobis fecerunt, videlicet, vt idẽ locus veſter cum omnibus ſuis ꝑtinentiis, quę nunc conſtructa ſunt, ſeu de cætero conſtruentur in eo, necnon & omnia bona veſtra tam mobilia quam immobilia, quæ in præſentiarum poſſidetis, vel in futurum fueritis quocũq; modo rationabili poſſeſſione ab ipſis, & ab vniuerſis hæredibus ſuis, ab omni jure aduocatitio libera ſint & exempta. Renunciantes quoque pro ſe, & pro omnibus ſuis, ſicut dictum eſt, hæredibus omni juri quod in eis habuerant, vel habere poterant, hæc omnia ad eorum inſtantiam in Domino confirmamus, Statuentes vt nullus veſter ſeu quorumcunque bonorum veſtrorum ſit aduocatus perpetuis temporibus, ſed ob memoriam noſtri, & in ſalutem benefactorum veſtrorum, conceſſa vobis per nos & Eccleſiæ veſtræ fundatores libertate plena *Ciſtertien.* Ordinis ſicut jam prædictum eſt, in Domino gaudeatis. Inſuper cum ſæpedictus Comes in augmentum ſuæ ſalutis, miniſterialibus ſuis, & omnium ſuæ familiæ tam ſuæ

quam hæredum ſuorum ipſe liberam contulerit poteſtatem conferendi bona ſua tam mobilia quàm immobilia vobis & veſtris ſororibus ſucceſſuris ibidem in perpetuum Deo degentibus, prout cuique Dominus inſpirârit, Nos ipſam conceſſionem confirmamus in Chriſto, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Vt autem hæc rata & inconuulſa debeant permanere, & illibata obſeruari, literam præſentem ad petitionem veſtram, & ſæpe dicti Comitis, & eius vxoris inſtantiam conſcribi fecimus, & in noſtræ confirmationis ac donationis eorundem euidens teſtimonium tam noſtro quam ipſorum ſigillis conceſſim⁹ communiri. Si quis autem his ritè peractis ſcienter voluerit contraire, voſque in rebus aut perſonis, ſeu jure veſtro turbare præſumpſerit, omnipotentis Dei de perpetrata malitia non effugiat vltionem. Omnibus autem benefactoribus vobis tranquillitatis veſtræ ſeu juris veſtri cõſeruatoribus ſit ſalus & pax & gaudium ſempiternum, Amen. Datum *Auguſtæ*, Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo Ducenteſimo XLI. Quinto Idus Ianuarij.

SIBOTTO Dei gratia *Auguſten.* Eccleſiæ Epiſcopus. Omnibus literæ præſentis inſpectoribus, ſalutem in Domino. Notificamus vobis quod hoſpitali apud *Murnavv*, & hoſpitale apud *Burckham* in principio conſtructionis eorum ſic connexa fuiſſent & vnita, & ſub vno magiſterio, ſub vno quoque titulo hoſpitalitatis ac religionis adinuicem eſſent connexa, poſtmodum propter nimiam locorum diſtantiam & perſonarum domus hinc inde ſeparationem cottidiano patebat experimento, quod taliter neutrum eorum vix ab his qui vtrique affines exiſtebant nec non in poſſeſſionibus ſeu rebus mobilibus propter locorum diſtantiam recipere poſſet per opera caritatis incrementum. Vnde ad perſuaſionem Domini Comitis *Berchtoldi* de *Lechſgemündt*, & Dominæ Comitiſſæ Vxoris ſuę, & aliorum virorum diſcretorum hoſpitalia ipſa à vinculo fraternitatis quo connexa fuerant ab inuicē ſeparauimus, ſub diſtinctione quoq; poſſeſſionum quas habebant. Ita quod hoſpitale *Murnavv* bona & poſſeſſiones ſibi adiacentes, & alterum in *Burckham* ſibi adiacentes penitus ab inuicem diuiſa perpetuo in quieta tenerent diuiſione. Ne vero in his in poſterum aliqua poſſet controuerſia ſuboriri, in horum teſtimonium literam hanc fecimus conſcribi & ſigillo noſtro communiri. Acta ſunt hæc apud *Auguſten.* Anno Milleſimo Ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Menſe Martio.

I*Nnocentius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterij in *Schönfeld*, eiuſq; ſororibus tàm præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eas à propoſito reuocet, aut robur quod abſit religionis eneruet. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sanctæ Dei genitricis & Virginis *Mariæ* in *Schönfeld Auguſt.* Diæceſis, in quo diuino eſtis obſequio mancipatæ, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio cõmunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes vt ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & B. *Benedicti* regulam atque inſtitutionem *Ciſtertien.* fratrum à vobis poſt Concilium generale ſuſceptam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, ꝑpetuis ibidē temporibus obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis ac quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus perti-

nentiis ſuis. Garangiam quam habetis in *Hermanneshouen*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Poſſeſſiones quas habetis in locis *Burckham, Artlſingen, Illichdorff, Culmendingen, in ſuperiori Beuchingen, Tottingen, Nandershaim, Fautvvinckhl, Stenenbach, Marxhaim, Vegedſvverde, Mittelſtetten*, vulgariter nuncupata, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vſuariis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè noualium veſtrorum quę propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de hortis & virgultis, ac de piſcationibus veſtris, ſeu de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere pręſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas à ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eas abſq; contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper vt nulli ſororum veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abbatiſſę ſuę licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſeu alio modo alienari abſq; conſenſu totius Capituli, vel maioris aut ſanioris partis ipſius. Si quæ verò donationes vel alienationes aliter quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ne vllus Epiſcopus vel quælibet perſona, ad ſynodos vel Conuentus forenſes vos ire, vel judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantiâ, vel poſſeſſionibus ſubiacere compellat, nec ad domos veſtras, cauſa ordinis celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conuentus publicos euocandi venire præſumat, nec regularem electionem Abbatiſſę veſtræ impediat: aut de reſtituenda vel remouenda quæ pro tempore fuerit, contra ſtatuta *Ciſtercien*. Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecrationibus altarium verò, vel Eccleſiarum, ſiue ꝓ oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo, quicquã audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus veſter impẽdat: alioquin liceat vobis quemcunq; malueritis Catholicum adire antiſtitem, gratiam & cõmunionem apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate, vobis ꝙ poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Diæceſani Epiſcopi forte vacauerit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere liberè & abſq; contradictione poſſitis, ſic tamẽ vt ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præiudicium generetur. Quia verò interdum proprij Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum, Romanæ ſedis vt diximus gratiã & cõmunionem habentẽ, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorũ & veſtium, & monialium, & conſecrationes altarium auctoritate ſedis apoſtolicæ recipere valeatis. Porro ſi Epiſcopi vel Eccleſiarum alij rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgauerint, ſiue etiam in mercenarios veſtros, pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſoluitis, ſiue aliqua occaſione eorum quæ ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros, pro eo ꝙ aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adiuuerint in illis diebus, in quibus vos laboratis & alij feriantur, eandem ſententiam protulerint, ipſam tanquam cõtra Apoſtolicæ ſedis indulta prolatam decernimus irritandam. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, nihilominus liceat vobis in veſtro Monaſterio excluſis excommunicatis & interdictis diuina officia celebrare. Pari quoque etiam tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorum

ſiue

ſiue *Crangiarum* veſtrarum, nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem tenere, capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus & decernimus. Nulli ergò omninò hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſeruentur earum, pro quarū gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura. Salua ſedis Apoſtolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundo tertioue commonita, niſi erratum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui careat dignitate, reamq; ſe diuino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Neap. li*, per manum *Guill.* magiſtri Scholaris *Parmen.* S. R. Ec. Vice Cancellarij. VI. Calen. Decembr. Indict. XIII. Incarnationis Dominicæ anno M. CC. LIV. Pontificatus verò Domini *Innocentij* Papæ IV. anno duodecimo.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Berchtoldus* Dei gratia Comes de *Lechſgmündn.* Cunctis in perpetuum præſentem paginam inſpecturis, Salutem. Quoniam omnium facta mortalium temporalem motum ſequuntur, & pereuntib. hominibus ſimul ipſorum facta intereunt, neceſſe eſt, vt quæ ſua natura tendunt ad interitum, literarum adminiculo fulciantur, & ab obliuionis interitu defendantur. Notitiæ igitur poſterorum tranſmittimus præſentis ſcripti teſtimonio, quòd nos pro remedio animę noſtrę ac deceſſorum noſtrorum, Cænobio in *Schonfelt* de nouo nob. inchoantibus talem donauimus gratiam ꝑpetuò tam à nobis quam à noſtris hæredibus poſſidendam, vt omnes homines ibidem Deo ſeruientes cum ſua familia tam per ſtratas quam nauigia ſeu etiam omnia loca in noſtra juriſdictione conſtituta ſecuri & indemnes incedant. Si verò iam dicti cęnobij homines res ſuas de loco in locum perducere contigerit, nullus officiatorum noſtrorum cenſum vel theoloneum neq; in pontibus, nec in aliis locis in æternum ab ipſis recipiet. Hanc verò donationem à nobis factam ab aliquo irritari nolentes, pręſentem paginulam conſcribi, & ſigilli noſtri teſtimonio fecimus roborari, vt ſic omnium ſuccedentium nobis calumniam excludamus, & noſtra viuat memoria in æternum. Huius rei teſtes ſunt, *Heinricus* de *Vogelſperg*, *Heinricus* de *Weiſpurg*, *Remigius* de *Marchaim Chunradus Ruffus* minor *Heinricus* Notarius, *Chunradus* de *Fünffſtatt* junior, *Remoldus* de *Kheutſperg* & alij multi. Datum apud *Graiſpach*, anno ab incarnatione Domini Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo ſecundo. Indict. XV.

NOs *Rudolphus* Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ad vniuerſorum tam præſentium quam futurorum notitiā volumus peruenire. Quod nos honorabiles & religioſas perſonas Abbatiſſam & Conuentum Monialiū de inferiori *Schönfeldt Auguſten.* Diœceſ. dilectas deuotas noſtras pij fauoris plenitudine proſequentes, ipſis hanc gratiā duximus faciendam, quod ipſa feoda,

quæ tenentur à nobis & Imperio, ſeu quęcunq; bona alia, ſiue per emptionem, vel ex teſtamento, aut ex donatione, vel alio quocunq; juſto modo ad eas, vel Monaſterium earum deuenerint, vſq; ad valorem reddituum triginta Marcarum argenti puri, de noſtro conſenſu regio, & beniuola voluntate pacificè & quietè perpetuo valeant liberè poſſidere. In cuius rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & maieſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Huius autem rei teſtes ſunt *Sifridus* Archiepiſcopus *Colonien. Gotfridus* Epiſcopus *Patauienſ.* Fr. *Heinricus* Epiſcopus *Baſilien. Ludouicus* Palatinus Comes *Rheni*, Dux *Bauariæ*, *Albertus* Dux *Saxoniæ*, *Fridericus* Burggrauius de *Nürnberg*, *Ludouicus* Comes de Oettingen, *Fridericus* Comes de *Truhendingen*, *Eberhardus* Comes de *Cazenellenbogen*, *Iohannes* Comes de *Sponheim*. Frater *Conradus* de *Vinchtban* præceptor domus *Theutonicorum* per *Alemaniam*, *Iraſto* de *Hohenlohe*, *Vlricus* de *Tuuers*, *Gotfridus* de *Hohenloh*, *Herdegeno* de *Grindelavv* & alij quàm plures qui interfuerunt. Datum *Nürnberg*, quarto Non. Aprilis, Indict. XIII. Anno Dñi 1285. regni verò noſtri an. 12.

A*Lbertus* Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis ſacri Romani Imperij fidelibus, præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Quamuis maieſtatem deceat regiam ſubditorum ſuorum humilibus precibus inclinari, & eorum juſtis petitionibus tam benignum præbere cõſenſum, vt eorum fidelis deuotio, & deuota fidelitas ad ea q̃ honoris ſunt imperij, promptiori ſtudio feruentioribus animis ſe diſponant. Ideò dignum judicat noſtra Serenitas, & congruum arbitratur, vt perſonas Deo famulantes, quæ ob celebris vitæ ſuæ fragrantiam Deo ſe reddant amabiles & hominibus gratioſas, gratioſiori affectu prę cæteris proſequamur. Hinc eſt quod honorabilium & religioſarum Sanctimonialium Abbatiſſæ & Conuentus Monaſterij in *Schönfeld* inferioris ordinis *Ciſtertien.* deuotarum noſtrarum dilectarum, quarum ordinẽ tamquam commendabili ſanctitatis flore florentem gratioſo fauore complectimur, votiuis precibus de benignitate regia fauorabiliter annuentes ipſis omnes libertates, donationes, conceſſiones & gratias à diuę recordationis Roman. Imperatorum & Regum, Illuſtrium, & præcipuè Dñi *Rudolphi* Regis Romanorum quondam prædeceſſoris & genitoris noſtri Chariſſimi traditas & conceſſas, prout ritè & prouidè ſunt traditæ & conceſſæ, confirmamus & approbamus & innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Datum in *Conſtantia* XVII. Calen. Aprilis, Anno Domini M. CC. XCIX. Indict. XII. Regni verò noſtri Anno primo.

F*Ranciſcus* miſeratione diuina Sancti *Euſtachij* SS.tæ Rom. Eccl. Diacon⁹ Card. *Senen.* in partibus *Alemanniæ* & *Germaniæ* ac terris ſacro Roman. Imperio ſubiectis, Apoſtolicę Sedis Legatus, ad futuram rei memoriã. Dignum ſiquidẽ arbitramur & congruum, vt ea ſpecialibus fauoribus & gratiis ꝓſequamur, ꝑ q̃ diuina dedicata ſeruitio ac Monaſteria & pia loca in tẽporalib⁹ & ſpiritualib. votiuæ ꝓſperitatis ſucceſſib. valeant gratulari, & q̃ pro illorum cõmodo ritè facta comperimus, noſtræ cõfirmationis munimine ꝑcipuè cum humilitate poſcentibus roborem⁹. Nuper ſiquidẽ ꝓ parte dilectarũ nobis in Chriſto Abbatiſſæ, monialiũ & Conuentus Monaſterij in Nidernſchönfeld *Ciſtercien.* Ordinis, *Auguſten.* Diœceſis fuit nobis humiliter ſupplicatũ, Quod cũ dictũ Monaſteriũ plurimas libertates, exẽptiones, immunitates, priuilegia, indulta, plurimaſq; poſſeſſiones, terras, vineas, hortos, vſus, decimas & alia bona, tã à Romanis Pontificib⁹ quã aliis Principibus & Chriſti fidelibus ſibi conceſſa iam dudum ꝑ longa tẽpora quietè

& paci-

& pacificè poſſederint, ſicut poſſident de præſenti, vt ea omnia in futurum firma & illibata permaneant, & à nullo ſuper illis * exitari contingat, pro ipſorum maioris roboris firmitate confirmare dignaremur. Nos igitur qui iuſta petentibus libenter annuimus, & pro Eccleſiarum augmento libentius cuncta peragimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate noſtræ legationis omnia & ſingula priuilegia, indulta, libertates, exemptiones, immunitates, omneſque & ſingulas decimas quas habere dinoſcitur, poſſeſſiones, terras, vineas, hortos, vſus, & alia bona ſibi à quocunque, præterquam ab Apoſtolica ſede conceſſa, ſicuti iuſtè & pacificè poſſident, rata & grata habentes, approbamus, confirmamus, & præſentis noſtri ſcripti patrocinio communimus. Quæ non eidem Monaſterio ab Apoſtolica ſede ritè & Canonicè ſunt conceſſa, ab omnib. & ſingulis perpetuis futuris temporibus firma & illibata tenore præſentium ſeruari mandauimus. Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi quid quauis inferiori auctoritate contra præmiſſa attemptatum forſan eſt hactenus, aut in futurum quomodolibet attemptari contingat, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. In quorum fidem & teſtimonium has noſtras præſentes litteras fieri, noſtrique ſigilli appenſione iuſſimus communiri. Datum *Ratisbonæ* in domibus noſtræ reſidentiæ, anno incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringẽteſimo ſeptuageſimo. IV. Id. Iulij, Pontificat⁹ ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Pauli* diuina prouidentia Papæ ſecundi, anno ſeptimo.

PIVS Eps ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiab. Abbatiſſæ & Conuentui Monaſt. in *Schönfeld* ordinis *Ciſtercien. Auguſten.* Diœceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à Romanis Pontificibus prædeceſſorib. noſtris ſiue per priuilegia vel alia indulta, vobis & eidem Monaſterio conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis præfatoque Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem terras, agros, hortos, prata, paſcua, ſyluas, nemora, aquas, aquarũ decurſus, domos, grãgias, poſſeſſiones, iura, iuriſdictiones, aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſicut ea iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Mantuæ*, an. incarnationis Dominicæ M.CCCC.LIX. XIII. Kal. Ianuar. Pontificatus noſtri anno II.

PAVLVS Epiſcopus ſeru⁹ ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiab. Abbatiſſæ & Conuentui Monaſterij in *Nidernſchönfeld*, ordin. *Ciſtercien. Auguſt.* Diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilectæ in Chriſto filię, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pon-

nisPontificibus ſiue priuilegia vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & eidem Monaſterio indulta, ſpecialiter autem poſſeſſiones, terras, domos, vineas, ortos, & alia bona veſtra ſicuti ea omnia iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Marcum*, Anno incarnationis Dominicæ M. C. D. LXVI. X. Kal. Iun. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## Adſunt præterea litteræ Confirmat: ſubſequentes.

*Rudolphi* Ducis *Bauar.* Com. Pal. *Rheni* an. 1324.
*Ludvvici* Marchion. *Brandenburg.* Duc. *Bauar.* an. 1359.
Ducis *Stephani* Senioris, an. 1363.
*Ioannis Bauariæ* Ducis, an. 1375.
Duci *Friderici* an. 1370.
*Meinhardi* March. *Brandenburg.* Duc. *Bauar.* an 1362.
*Stephani* & *Friderici* Ducum *B.* an. 1368.
Ducis *Heinrici.* an. 1447.
Ducis *Ludouici* an. 1451.
Ducis *Georgij*, an. 1479.
Ducis *Friderici*, an. 1508.
*Ottonis*, *Heinrici* & *Philip.* Com. Pal. *Rhen. Bauar.* Ducum an. 1523.

## Catalogus Abbatiſſarum Monaſterij *Nidernſchönfeld.*

I. KVNEGVNDIS *Weicknerin*, an. 1242. } Magiſtrę ſororum.
II. IRMEMGARD. elig. an. 1268. }
III. ELISABETHA Comitiſſa de *Nyſſen*, an. 1274. } Prioriſſę.
IV. IVDITHA de *Straſſ.* an. 1275. }
V. GERTRVDIS eligitur prima *Abbatiſſa*, an. 1283.
VI. GVTTA de *Straſſ* an. 1306.
VII. AGNES Com. de *Nyſſen.* an. 1324.
VIII. GERTRVDIS ex *Marcſchalcis* de *Dornſperg* an. 137.
IX. AGNES de *Mur*, an. 1343.
X. VRSVLA à *Schmihen*, an. 1367.
XI. ELISABETHA Com. de *Nyſſen*, an. 1377.
XII. AGNES de *Pſalham*, an. 1392.
XIII. CLARA ab *Holzham*, an. 1401.
XIV. ELISABETHA *Herſchlaterin.* an. 1411.
XV. AFFRA à *Gumpenberg*, an. 1423.
XVI. MARTHA ex *Marſchalcis* de *Oberndorf.* an. 1445.
XVII. ANNA à *Knöringen.* an. 1464.
XVIII. LVCIA *Zennerin.* an. 1487.

XIX. BAR-

XIX. BARBARA *Ganterin* an. 1513.
XX. ANNA *Hauſnerin*, an. 1534.
XXI. LVCIA *Ebronin*, an. 1541.
XXII. MARGARETHA *Leitgebin*, an. 1559.
XXIII. VRSVLA *Pferſfelderin*, an. 1565.
XXIV. VRSVLA *Hausnerin*, an. 1583.
XXV. BARBARA *Lungin*, moderna Abbatiſſa el. an. 1597.

## SEELIGENTAL

MONASTERIVM virginum Ciſtercienſis ordinis. Ludomia, alias vulgariter Ludmilla, Duciſſa Bohemiæ, vxor primò Alberti à Pogē, tertij huius nominis, potentiſſimi Comitis ante ſiluam Bohemicā, ex quo tres filios habuit, Luipoldum, Berchtoldum & Albertum quartum, ſecundò nupta Ludouico Duci Bauariæ, filio Ottonis de Witlſpach, primi Ducis, ex quo vnicum filium Ottonem ſuſcepit, viduata An. 1231. anno ſequenti Landeshoutę in ſuburbano ſacratis feminis Monaſterium conſtruxit, Ciſtercienſib. initiauit, dotē ſuam dedit, vbi eius ſepulchrum nec non cæterorum Principum inferioris Bauariæ oſtenduntur. Extat diploma, cuius tenor ſequitur. *Ancnt. lib. 7 fol. 666.*

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Cum ad effodiendum & inueniendum cæleſtem theſaurum Chriſtum, in agro ſanctæ Eccleſiæ abſconditum & comparandam pretioſam margaritam, vitam ſcilicet contemplatiuā, quibusdam bonæ voluntatis hominib. debilitate & conſuetudine contradicentibus, corporis vires non ſufficiant, neceſſe eſt delicatis huius ſeculi & diuitibus, qui corporali exercitio & labore proprio bene operando, caput Chriſti diſcumbētis in conuiuio vngere nequeunt, de mammona iniquitatis, quaſi capillis pedes eius, videl. pauperes ſaltem tergant, & eos ſibi inde amicos faciant, vt cum defecerint, eos in æterna tabernacula recipiant. Verè enim tunc homo deficit, cū gratiā quam peccando perdidit, per bonū corporis exercitium recuperare nequit, & tunc in æterna tabernacula eum recipit, qui accepto ab eo eleemoſynarum beneficio Deū pro peccatis ſuis orando reconciliare minimè deſiſtit, vt tunc opus miſericordiæ ſuppleat, quod carnalis fragilitas elaborare recuſat: ſic ſcriptum eſt. Peccata tua eleemoſynis redime, quia ſicut aqua extinguit ignem ita eleemoſyna peccatū. Et iterum: Date eleemoſynas, & oīa munda erunt vobis. Nouerint igitur vniuerſi tàm pſentes quàm poſteri, ꝙ ego Lodomia Duciſſa Bauariæ de portione ſubſtantiæ, ꝗ ex hæreditate parentū meorū me contingit, cum vidua illa Euangelica, ne vacua appaream in conſpectu Dei omnipotentis, aliquid in gazophilaciū Dñi mittere cupiens, annuente & conſentiente dilecto filio meo Ottone, Illuſtri Duce Bauarię & Palatino Comite Rheni, ad inſtaurationem Conuentus Virginum ſanctimonialiū Ciſtercienſiū ordinis, ꝗ inter religiones cæteras, quaſi ſtella matutina fulget in medio nebulæ, & quaſi ſol domum Domini, ſanctam videlicet Eccleſiam illuminat, quamuis in eodē ſexu, in partibus heu Bauariæ minime ſit cognitus, in hoſpitali Landeshut, in finibus Ratisbonenſis Diocæſis, vt quaſi cuſtodes ſuper muros Hieruſalem cōſtitutæ, tota die ac nocte pro beneficio impenſo laudare, & pro peccatis meis & delictis, & maritorum meorum defunctorum, videlicet Ludouici Ducis Bauariæ & Adalberti Comitis de Pogen, pro ſalute & incolumitate filiorum meorum, prædicti ſcilicet Ducis & Adalberti Comitis, & ſucceſſorum noſtrorum, nomen Domini non ceſſent deprecari, quaſi Domino minuta has

quinq;

quinque villas, ſitas in Parochia de Chambe, ante ſyluam Bohemicã, contuli ſcilicet Schvvartzenbach, Zlemungen, Vieztir ſuperius & Vieztir inferius, & Riſenride; ita videlicet, vt prædictarum villarum conhabitatores nunquam ad aliquod ſeruitium, tàm taliarum quàm cenſuũ ſiue exactionum, niſi ad exſolutionem viginti & vnius libræ, & dimidiæ minus duodecim denariis, & duarum ſcapharum, vnius tritici & vnius ſiliginis in perpetuum cogantur ab aliquo. Et, vt prædictarum villarum filius noſter ſæpe dictus, Dux & ſucceſſores, ſine omni talionis vel actionis, ſiue alterius quocunque nomine cenſeantur ſeruitij, quibus pauperes à ſuis iudicibus vel Aduocatis ſolent grauari, perpetui ſint iudices & defenſores. Acta ſunt hæc anno Gratiæ, Milleſimo, Ducenteſimo, triceſimo ſecundo, Indictione quinta, præſiden. Ratiſponenſi Eccleſiæ venerabili Domino, Sifrido, eiuſdem Vrbis Epiſcopo, & dilecto filio noſtro ſæpe dicto Ottone, Ducatum Bauariæ & Palatinum Comitatum Rheni tenente. Quorum ſigillorum & noſtro teſtimonio præſentem paginam fecimus roborari. Teſtes autem, qui huic dationi interfuerunt hi ſunt. Leutoldus Pincerna, Hermannus de Curia, Gotfridus Stöſsl, Heinricus de Chazpach, Vlricus de Taphheim, Ludovvic de Nortvvinaere, Diepold de Hachenſtorf, Purckhart de Hachesdorf, Marquardus de Schyr, Heberhardus de Ilmardorf, & frater Hainricus de Lengenfeld, & plures alij.

HAINRICVS & Otto, Duces inferioris Bauariæ, dederunt huic Monaſterio, in quo ipſi cum progenitoribus ſuis ſepulturam habent, priuilegium immunitatis ſal per Burckhauſen & Schârding abſque teloneo & muta vehendi, an. Domini 1319.

Wulphingus de Goldeck cum conſenſu filij ſui Vlrici Ottonis de Goldeck, & aliorum propinquorum, de dit huic Monaſterio ius 32. plauſtra, vulgariter. 32. Fuder Nachhets Saltz/ annuatim ac perpetuò ex ſua ſalinaria ſartagine in Hellel, intra tempus *Paſchæ* ac Pentecoſtes tollendi, anno Domini 1331. ſub ſigillis amborum, patris & filij.

Sunt ibi ſepulturæ Principum Landshuotenſium,

Item Nobilium de Preiſing, qui ibi in porticu propriam Capellam, añiuerſarium & Miſſam habent.

Nobilium Feuer de Pfetrach.

Nobilium Kärgl de Sueſpach.

## *ADDITIONES.*

LVDWICVS Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ*. Vniuerſis fidelibus Miniſterialibus, Iudicibus, Officialib. & hominibus ſuis in Ducatu *Bauariæ*, conſtitutis, Gratiam ſuam & omne bonum. Quia ea quæ ad profectum corporis & augmentum honoris ac tutelam terræ noſtræ ſpectant, per res veſtras nobis ſæpè & efficaciter ſimul & voluntariè conabamur exhibere; nunc cum ſalutem animæ pro poſſe noſtro Dei gratia perpendamus, omnium veſtri fidelitatem circa nos puro corde requirimus, attentius rogantes quatenus in ſalutem veſtram ad nouam ſtructuram in *Sælaintal*, clauſtrum videlicet *Cyſtercienſis* ordinis, quod ob remedium animæ noſtræ ac progenitorum noſtrorum fundare inchoauimus, eleemoſynam veſtram nobis & vobis proficuã & honeſtam non differatis manu & mente libera erogare. Nos enim latorem præſentium vniuerſitati veſtræ dirigimus, vt ea quæ vnuſquiſque veſtrum pro ſalute noſtra & ſua dicto Cœnobio contulerit, intitulet, quod viuentes pro fidelitate tali ſibi gratias exhibentes & referentes, mortui de ſalubribus ipſorum oblatio-

oblationibus fiduciam habeamus. Datum *Monaci* Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Quinquageſimo octauo in feſto vndecim Millium virginum, prima Indictione.

VRBANVS Eps ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conuentui Monaſterij *Vallis felicis Ciſtercienſis* ordinis *Ratisbonenſis* Diœceſ. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impertiri. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus, Principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & Monaſterio veſtro prædicto indultas ſicut eas iuſtè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Ianuæ*, III. Non. Iulij, Pontificatus noſtri anno Nono.

LVDOVICVS Dei gratia *Rom.* Rex ſemper Auguſt. Vniuerſis ſuis & patruorum ſuorum chariſſimorum *Heinrici, Ottonis & Heinrici* Illuſtrium Ducum *Bauariæ* Nobilibus, Vicedominis, Iudicibus, Officialibus, cæteriſque fidelibus & ſeruitoribus, quibus præſentes fuerint exhibitæ, gratiam ſuam & omne bonum. Quia Deo ſeruientib. beneficium negari non cõuenit, ſed deuotionis eorum feruorem decens eſt largiflua principum beneuolentia vberius confouere, quatenus fructu bonorum operum ſuorũ terreni principis culmen per regem regum & principem æternum ad meliora ſalubriter dirigatur. Hinc eſt quod nos Dei contemplatione & religionis feruore deuotas in Chriſto ſanctimoniales Abbatiſſam & Conuentum *Felicis Vallis* in *Landshuta Ciſtercien.* Ordinis affectione benigna regalis clementiæ proſequi cupientes, vt & liberius conditoris inſiſtant ſeruitiis, quibus nobis optata ſuffragia ſperamus apud Dñm elargiri, ipſas ac Monaſterium ſuum, in quo ſunt diuino cultui mancipatæ, homines ſuos, & bona quæ in præſenti poſſidẽt, & in futuro iuſtis modis fauente Dño poterunt adipiſci, in defenſionem noſtram & gratiam recepimus ſpecialẽ. Volentes vt nullus eaſdem in rebus & hominib. ſuis aliquib. moleſtiis grauaminib. ſeu diſpendiis quomodolibet * recomendent ſub obtentu noſtræ gratiæ & fauoris. Omnes etiam libertates, priuilegia, iura & gratias per recolendæ memoriæ patruos noſtros Illuſtres *Ottonem* Regem *Vngariæ*, *Stephanum* Ducẽ *Bauariæ* ac ipſorum progenitorum ipſis conceſſas & traditas, prout prouidæ ſunt & rationabiles, noſtro & tutorio nomine patruorum noſtrorum prædictorũ approbamus & confirmamus: Vobis vniuerſis & ſingulis iniungentes firmiter & diſtrictè, ne ipſas in reb. ſuis & hominib. aliquo turbationis genere turbare vel offendere præſumatis, ſicut grauem noſtræ indignationis offenſam volueritis euitare. In cuius rei teſtimonium præſentes noſtræ Maieſtatis ſigillo iuſſimus cõmuniri. Datum *Landshutæ*, XVI. Cal. Iunij, Ann. Dñi M.CCC.XV. Regni verò noſtri anno primo.

Wir Ludwig von GOTTes Gnaden / Römiſcher König / zu allen zeiten mehrer deß Reiches / Bekheñen offentlich mit dieſem Brieff / das wir den Geiſtlichẽ Frawẽ / der Abbteſſin vñ dẽ Conuent deß Cloſters zu Landshut / vnſern Andechtigẽ getrewen die ſunder gnade gethon habẽ / vnd thun / das wir nicht wöllen / das ſie

jeman

jeman in vnſerm Lande/ vnder vnſer ſwer die ſein/ oder ſwie ſie genannt ſeyn/ für vnſern Vetter Hertzog Heinrichen pfende/ an jhren Leuten oder Güttern/ vnnd dauon wöllen wir vnd gebieten allen vnſern Ambtleuten/ Vitztumē/ Richtern/ die jetzo ſint oder noch werdent/ vnd allen andern vnſern getrewen/ das ſie die vorgenanten Abbteſſin/ den Conuent, vnnd das Cloſter fürbas nicht pfenden/ für vnſern ehegenanten Vettern Hertzog Heinrichen/ auch ſie nicht beſchedigen/ an jren Leuthen oder gueten fürhin/ mit dhainen Sachen/ ſondern das ſie in diſe vnſer gnad ſtet behalten/ vnd ſie dheines wegs daran bechrenchen/ zu vrkhund diß Brieffs / der geben iſt ze München deß . . . . . aller heiligen tag/ in dem zwelften Jahr vnſers Kayſerthumbs.

WIr Heinrich Otto vnd Hainrich von Gottes gnaden Pfaltzgraffen bey Rein/ Hertzogen in Bayrn/ verichen offenbar an dem Brieff/ das wir der Erſamen Abbteſſin vnnd Conuent deß Frawen Cloſters ze Landshut geren vnnd williglichen ſtätt wöllen haben/ vnd auch ſtätten mit dem Brieff alle die recht vnnd gewonheit/ die vō alter gewonheit/ zu jren Aembtern habent gehörent/ vn̄ die ſi von vnſern Vorfordern/ vnd auch bey vns vntzher mit gewonheit habent bracht. Alſo daß wir wellen/ das ſie daran weder vnſer Burger zu Landshut noch andern mit icht/ was icht enge noch jemand jrre/ vnd das jn das alſo ſtät vnd vnzerbrochē verpliebe/ darüber zu einem vhrkūd geben wir in den Brieff verſigleten mit vnſern Inſigln/ der iſt gegeben ze Straubing/ da von Chriſtes Geburt waren dreyzehenhundert Jahr/ vnnd darnach in dem ſiben vnd zwanzigiſten Jahr/ an S. Peters tag deß zwölff Potten.

WIr Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer/ zu allen zeiten mehrer deß Reichs/ geben allen vnſern Ambleuthen/ Vitztumen/ Pflegern/ Richtern/ vnd allen ander ſwie die genant ſeynt/ die jetzo ſint/ oder fürbas werdent/ vnſer huld/ vnd alles Gutt. Vns hant gethan die Erſamen Geiſtlichen Frawen/ die Abbteſſin vnnd der Conuent, deß Cloſters ze Landshut deß jn vnter jren Ambtleithen die Recht die ſie von vnſern Fordern ſeeligen habend/ vnd die wir jn haben beſtätt/ größlich vberfahren werden/ das ſie alle Sachen vber jhr Leuth habent zerichten ohn die/ die an den Todt gend/ daran machen ſie bechrencht/ das vns vnbillich duncket/ wöllen vnd gebietten wir jn veſtiglich bey vnſern hulden/ das jr ſie bey den Rechtē beleiben laſſet/ die ſie langher gehabt habend/ vnd ſie darā nit beſchwert noch bechrencht. Gebē zu München am Mittichen nach Georgi in dem zwai vnnd dreiſſigiſten Jahr vnſers Reichs/ vnnd in dem neunzehenden deß Kayſerthumbs.

WIr Ludwig von GOTTes Gnaden/ Römiſcher Kayſer/ zu allen zeiten mehrer deß Reiches/ Bekhennen offentlich mit dieſem Brieff/ vnd thuen khund allen den die jhn ſehend oder hörent leſen/ das wir den Erbern Geiſtlichen Frawen/ der Abbteſſin vn̄ dē Conuent gemeinlichē ze Säldenthal bey Landshut vnſern liebē dietmütigen beſtettigt haben/ vn̄ beſtettigen jn auch mit diſem Brieff jr gros handueſt/ vn̄ auch all ander jhr Brieff vnd Recht/ die ſie von König Otten/ Heinrichen vnd Otten Gebrüdern vnſern Vettern ſeeligen/ vnd auch von allen andern jren Vorfahren Herſchafften ze Bayrn habent/ in aller der weiß vnd maß/ als die Brieff ſagent/ die ſie darüber geben habent. Vnnd deß zu einem Vrchund geben wir in diſen Brieff verſiglt mit vnſerm Kayſerlichen Inſigl/ der geben iſt zu Landshut am Erchtag nach Gregorij, nach Chriſtus Geburt dreyzehenhundert Jar/ darnach in dem ain vnd vierzigiſten Jar/ in dem ſiben vnd zwainzigiſten Jahr vnſers Reichs/ vnd in dem vierzehenden deß Kayſerthumbs.

WIr Albrecht von Gottes gnaden Pfaltzgraue bey Rein/ Hertzog in Bayrn ꝛc. vnd Ruewend zu Heingau/ zu Holland/ zu Seeland/ vnnd zu Frießland/ Bekhennen

ſhennen vnd thun khund offentlich mit diſem Brieff/das die Erbarn Geiſtlichen Fra-
wen/die Abbtiſſin vnd das Conuent gemeinglichen zu Säldenthal bey Landshut/ vnſer
lieb diemütigen vns fürgebracht vnd gezeigt habent einen Brieff einer Confirmation
vnd beſtettigung jhrer groſſen handueſt/ vnnd aller ander jhrer Brieff vnd Rechte beſi-
gelt/ vnnd vnſers lieben Herꝛn Vatters Kayſer Ludwigs ſeeligen von Rom Khaiſer-
lich Inſigel ſprechent vonn wort zu wort als hernach geſchriben ſteht.

WIr Ludwig von Gottes gnadē ꝛc. vñ wir Albrecht vorgenant/vmb das das in
dem vorgenanten Cloſter Gottes Dienſt deſt vleiſſiger gehalten vnnd vollfürt/
vnnd vnſer/ vnſerer Vorfordern vnnd Nachkhommen ſelig deßbas gedacht
werden/ So haben wir der vorgenannten Abbtiſſin vnnd jrem Conuent nach jhrem
vleiſſigen Gebet den obgeſchriben/vnſers lieben Herꝛn vnd Vettern ſeligen Brieff con-
firmirt/vnd beſtettigt/ vnd confirmirn vnd beſtettigen der mit dieſem vnſerm Brieff/
der geben iſt ze Straubingen am Sambſtag vor Reminiſcere/ nach Chriſtus Geburt
dreyzehenhundert Jar/darnach in dem ſechzigiſten Jahr.

WIr Allbrecht von GOTTES gnaden Pfaltzgraue bey Rhein/ Hertzog
in Bayrn ꝛc. vnnd Ruwent zu Heingaw/zu Holland/ zu Seeland/ vnnd zu
Friſeland/endtbieten allen vnſern Amptleuten/ Vicedomen/ Richtern vnnd
allen andern/ ſwie die genannt ſein die jetzo ſind oder fürbas werdent/ vnſer Huld vnnd
alles Gutt/ Wir wellen/vnd gebieten es veſtiglichen/ob das ſey/ das den Erbaren Geiſt-
lichen Frawen/ der Abbtiſſin vnnd dem Conuent gemaincklichen deß Cloſters zu
Säldenthal/ bey Landshut / dheinerley Gueth oder Vrbar von jemandt vor ew
anſprach od' claghafft wurden/ das jr doch darumben nicht erichtend/ noch jemandt
ander darumb hintz jhn zerichten geſtattent / wann wir die clag ſelb verhören/ vnd
richten wöllen/ es ware dann / das wir außwendig Landes warem / So ſoll vnſer
Vicedomb/ oder wem wir dann vnſer Land zu Bayrn empfolhen haben / dieſelben
Clag / an vnſer ſtatt verhören vnnd richten/ zegleicher weis/ als wann wir ſelbs enge-
gen wären. Tett jr es daryber / ſo wiſſent ſicherlichen / das jhr ſchwerlichen/ wider vn-
ſer Gnaden vnd Huld daran theten. Geben zu Straubing am Sambſtag vor Re-
miniſcere/ nach Chriſtes Geburt dreyzehenhunder Jahr / darnach in dem ſechzigi-
ſten Jar.

WIr Stephan der älter von Gottes gnaden Pfaltzgraff bey Rhein vnd Her-
tzog in Bayrn/Graff zu Tyrol vnd zu Görtz ꝛc. Bekhennen offentlich mit dem
Brieff/das wir heimlichen geſehen vnnd gehört haben/ die Brieff/die die Ehr-
würdige Geiſtliche Fraw/ die Abbtiſſin vnd das Conuent gemeinlich deß Cloſters zu
Säldenthal bey Landshut/ von vnſern lieben Vettern Hertzog Heinrich/ vnnd
darnach von vnſern lieben Herꝛn Vattern Kayſer Ludwig ſälig habent/ vnnd die alls
von wort ſtendt.

WIr Heinrich von Gottes gnaden Pfaltzgraff bey Rein/vnd Hertzog in Bayrn.
Entbieten allen vnſern Richtern vnnd Ambtleuten vnſer Huld vnnd alles
Gutt/wir wöllen vnd gebieten ew veſtiglichen bey vnſern Hulden/ das ewr kai-
ner nicht herwerg noch nachſold/ auff der Abbtiſſin Gut ze Landshut/ vnnd auff deß
Gottshaus Gut/ ſwo ſie icht haben/ wann wir daſſelb Cloſter ze Landshut vnnd alles
jr Gut in vnſerm beſunderē ſchirm genom̃en haben. Diſer Brief iſt gebē zu Landshut an.
Dn. MCCC. primo an dē Perchentag/ dauon wellen wir vnd gebieten ew allen auch ve-
ſtigelichen bey vnſern hulden/das jr fürbas auff obbeſagter Abbtiſſin vnnd jhres Gotts-
haus ze Landshut Gut/ſwo ſie icht habent vberal in vnſerm Land/ icht herwercht noch
nachſolden/als jhr vnſer ſwer vngnad wellet vermeiden/wañ wir vnſers Vettern Brief
als der oben ſteht geſchriben/ von wort zu wort ſtättigen/ mit dem Brieff/ der iſt geben
zu Landshut anno Domini M.CCC. viceſimo primo/an S. Dionyſien Tag. Dar-

nach ſtehet vnſers lieben Herrn vnnd Vatter Khayſer Ludwigs ſälligen Brieff von wort zu wort. Wir Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer ze allen zeiten mehrer deß Reichs empieten allen vnſern Amptleuten/ Vitzdomen/ Pflegern/ Richtern vnnd allen andern ſwie die genant ſeyn/ die jetzo ſint oder fürbas werden/ vnſer huld vnnd Gut/ wir wöllen vnnd gebieten ew veſtigelichen/ ob das ſey das den Ehrwürdigen Geiſtlichen Frawē der Abbtiſſin vnd dem Conuent gemeinclichen deß Cloſters zu Säldenthal bey Landshut dhainerley Guet oder Vrbar von jemand vor ew anſprechlich würden oder claghafft/ das jr dann darumb nit richtent/ noch niemand anders darumb geſtattet/ hinz jn zerichten/ wañ wir die clag ſelber verhören/ vnd verrichten wöllen/ tätet jr es darüber/ ſo wiſſet ſicherlich das jr ſwerlichen wider vnſer Gnad vnd Huld daran thettet. Geben zu Landshut an dem Erchtag nach Gregori/ in dem ſiben vnd zwainzigiſten Jar vnſer Reichs vnd in dem vierzehenden deß Kayſerthumbs. Geheiſſen wir der obbenanten Abbtiſſin vnd dem Conuent gemeinglichen deß Cloſters zu Säldenthall bey Landshut/ das wir in des obgenanten vnſers lieben Herrn Vettern vnd Vattern ſeeligen brieff/ die in diſem vnſerm Brieff von wort zu wort begriffen ſint/ für vns vnd vnſer Erbē vnd all vnſer Ambtleuth/ ſwie die genād ſint/ die wir jetzo haben/ vnd fürbas gewinnen/ trewlich ohn alles geuer/ ſtätt ſullen vnd wöllen haben/ vnd beſtätten/ bekhennen auch mit diſem vnſern gegenwertigen Brieff den wir jhn geben mit vnſerm Jnſigel verſiglt. Geben zu Burckhauſen/ am Erchtag vor S. Thomas tag an. Dñi M. CCC. LX, quinto.

WJr Stephan der älter/ wir Stephan vnnd Friderich Gebrüder/ von Gottes gnadē Pfalentzgraffē bey Rhein Hertzogē in Bayrn/ ꝛc. Bekhennē offentlich mit dem Brief das wir der E. Geiſtlichen Frawē der Abbtiſſin deß Cloſters zu Säldenthal gelegen zu Landshut/ vnd dem Conuent gemeinlich der Frawen daſelben/ die beſonder gnad gethon haben/ Alſo das wir jn gern vnd willigclichen ſtätt ſollen vnd wöllen haben/ vnd beſtätten jhn auch mit dem Brieff/ all die Recht vnnd gewonheit/ die von alter gewonheit zu jhren Ambten gehören/ vnd die ſie auch bey vnſern Vorfahren vnd bey vns bißher auff diſen heutigen Tag bracht habent/ Alſo wöllen wir mit gantzem ernſt/ das ſie von vnſern Burgern zu Landshut noch von andern jemand/ wie der genāt oder geheiſſen mag ſein/ icht geirrt/ geengt/ oder beſchwert werden daran/ in dhain weiß/ darzu ſollen vnd mügen ſie wol kauffen vnd verkauffen nach jhrem willen/ wie jhn das aller nutzlichiſt vnd fueglichiſt iſt/ als ſie das vor mit guter gewonheit herbracht habēt/ vnd das jhn das alles ſtätt vnd vnzerbrochen beleib/ geben wir jn obgenanten den Brieff mit vnſern anhangenden Jnſiglen verſiglet/ der geben iſt zu Burckhauſen nach Chriſtus Geburt dreyzehenhundert Jar/ darnach in dem ſiben vnd ſechzigiſten Jar/ an S. Maria Magdalena Tag.

WJr Stephan der Jung/ wir Friderich/ vnd wir Johannes gebrüder/ alle von Gottes gnaden Pfaltzgrauē bey Rhein/ vnd Hertzog in Bayrn ꝛc. bekennen offentlich mit dē Brieff/ dz wir vnſer beſonď lieb diemutig/ die Abbteſſin vnd den Conuent vnſers Cloſters/ zum Säldenthal bey Landshut vñ alles jr Gute an vnſer beſonď genad vnd ſchirm genom̄en habē/ vnd gebieten veſtigclich bey vnſern hulden allen vnſern Ambtleutten/ Vitztumen/ Pflegern/ Richtern/ vnd allen andern wie die genāt ſint die jetzo ſint oder fürbas werdē/ ob das ſey das den Ehrwürdigen vnnd Geiſtlichen Frawen/ der Abbtiſſin vnnd dem Conuent deß obgenanten Gottshaus dhainerley Gut oder Vrbar/ von jemand vor euch anſprach würde oder claghafft das jr den darumben nit richtent/ noch jemand anders darumbē geſtattet hintz jn zerichtē/ wañ wir die clag ſelb verhören vnd richtē wellen vnd dz jr fürbas auff der obgenantē Abbteſſin/ vñ jres Gottshaus ze Landshut/ wo ſie icht haben vberall inn vnſerm Landt icht herbergt noch nachtſölt/ als jhr vnſer ſchwer vngnad wöllet vermeiden. Wir geheiſſen auch das der obgenanten Abbteſſin/ vnnd jhrem Conuent, das wir jhn alle die gnad/ gutt

gewon

gewonheit/Recht vnd Brieff/die ſie von vnſern Vorfahren haben trewlich ohn allē gewärde ſtett ſollen vnd wellē haben/ vnd beſtätten ſie jn auch mit dem vnſern gegenwertigē Brieff/ für vns vnd vnſer Erben/vnd aller vnſer Ambtleut/den wir jn geben mit vnſer aller dreyer Herrn Inſigeln verſigelt/ das iſt geſchehen zu Landshut am Erchtag nach vnſer Frawen tag jrer Geburt An. Dñi M.CCC.LXXIV.

WIr Heinrich von Gottes gnaden Pfaltzgraff bey Rein/vñ Hertzog in Bayrn ꝛc. Bekhennen offentlich mit dem Brieff für vns vnd vnſer Erben vn̄ d Nachkhömen/dz wir den Ehrwürdigen Geiſtlichen Frawen/der Abbteſſin vnd dem Conuent der Cloſter Frawen deß Gottshauß zu Säldenthal/vnſern liebē diemütigen vernewert / khrefftigt vnnd beſtätt haben / vernewerten / khräfftigen vnnd beſtätten jhn auch in crafft dits Brieffs/ alle die Brieff vnnd handueſt / die ſie von vnſern Vettern/Khönigen/Kayſern/ vnſern Anherrn/Vettern vnd Vattern ſälig gedächtnuß haben/wie dieſelben Brieff von jren Rechten vnd Freyheit wegen/geen den von Landshut vnd allen andern den vnſern begriffen/ vnd von wort zu wort geſchriben ſint. Vnnd gebieten auch allen vnſern Ambtleuthen/ Vitztumen/ Pflegern/Richtern/vnd auch allē andern wie die genant ſeynt/die wir jetzo haben/oder fürbas gewinnē/das jr ſie bey denſelben gnaden/Rechten/ Freyheiten vnd guten gewonheiten behaltet/ darzu ſchirmet/ vnnd nieman geſtattet/ der in deinen kranch/jrrung oder anfahl daran thue/ als verr ſie vnſer vngenad vermeiden wöllen. Geben ze Landshut an vnſer lieben Frawen Abent ze Liechtmeſſen/mit vnſern aignem anhangendem Inſigel/ Als man zalt nach Chriſti Geburt vierzehenhundert jar/ vnd darnach in dem andern Jahr.

## Catalogus Abbatiſſarum Monaſterij Sældenthal.

I. AGNES Comitiſſ. à *Grienpach* rexit ab an. 1230. vſque 1277.
II. HEDWIGIS ab an. 1278 vſque 1280.
III. MÆCHTHILDIS *Trugkſeſſin*. an. 1285.
IV. BENEDICTA *Aindorferin*, ab an. 1298. vſque 1314.
V. ADELHEIDIS IRMGARDIS *Nothafftin*. an. 1317.
VI. AGNES à *Stralueldt* ab an. 1324. vſque ad an. 1352.
VII. CHVNIGVNDIS præfuit an. 1557. ob an, 1366.
VIII. ELISABETHA *Puchbergerin*. ob. an. 1380.
IX. ANNA *Preiſingerin*, ob. an. 1416.
X. MARGARETHA *Nuſpergerin*, an. 1417. ob. an. 1423.
XI. VRSVLA *Cammerauuerin* eligitur ann. 1423. die 9. Auguſti obiit ann. 1434.
XII. CATHARINA *Preindorfferin*. eligitur ann. 1434. die 5. Octobr. ob. an. 1443.
XIII. MAGDALENA *Fraunbergerin* elig. ann. 1443. reſignauit ann. 1354.
XIV. MAGARETHA *Gumpenbergerin* el. an. 1454. reſig. ann. 1466. die 11. Decemb. ob. an. 1477.
XV. ELISABETHA *Einzingerin* elig. die II. Decemb. an. 1466, reſign. ann. 1468. die 25. Ianuarij.
XVI. BARBARA *Gumpenbergerin* vixit. an. 1474. ob. an. 1495.
XVII. AGNES *Pôdinin* vixit an. 1489. ob. an. 1509.
XVIII. BEATRIX *Zengerin* vix. an. 1521, ob. an. 1541.

XIX. AFFRA *Langenmantlin*, ob. an. 1552.

XX. SABINA *Hauſerin*, eligitur anno 1552. die 1. Auguſt. obiit anno 1582.

XXI. APPOLONIA *Rainpacherin*, eligitur anno 1574. obiit anno 1605.

XXII. ANNA *Maluatterin* præficitur ann. 1605. deceſſit die 5. Nouemb. ann. 1617.

XXIII. ANNA *Reiſacherin* moderna Abbatiſſa eligitur die 12. Decembr. an. 1617.

Subſequentium Abbatiſſarum nomina ſolummodo reperiuntur, cæterum de illis hactenus nihil amplius conſtat:

MAGARETHA *Nusdorſerin.*
ALHEIDIS *Trugkſeſſin.*
SABINA *Planckin.*
ITTA.
IVTHA.

## *SEEMANSHAVSEN.*

ORdinis S. Auguſtini, Seemannus nobilis Bauarus Archidiaconus, ſiue Chorepiſcopus, vt alij vocant, Ratiſponenſis, Seemanshauſen in inferiori Bauaria in pago Rhodani Auguſtinianis Monachis Contubernium erexit, circa Annum, 1260.

## *ADDITIONES.*

WIr Ludwig von Gottes gnaden Pfaltzgraff bey Rein / Hertzog in obern vñ nidern Bayrn ꝛc. Bekhennen mit dem Brieff offentlich das für vns komen sindt vnser Andächtig lieb getrewen der Prior vnd Conuent vnſers Cloſters zu Semanshauſen/vnd haben vns fürbracht ſolch Gnad/Gab/Freyheit vnd beſtattung Briefe ſo jhn von vnſern vordern Fürſten zu Bayrn/auch von vnſerm lieben Herrn vnd Vatter aller löblicher gedächtnuß gegeben beſtatt vnd Confirmirt ſein/Nemblich ain Brieff von Kayſer Ludwigen das ſie vier pfund Saltzweits vnd ſechzehen pfunt eugspauts zu Scharding vnd Burckhauſen all Jar ainſt mautfrey füren mügen/vnd einen Briefe von vnſern lieben Herrn vnd Vattern Hertzog Heinrichen ſeeliger gedächtnuß der ſagt vmb ſechs Schaff Korns ab den Caſten zu Egkkenfelden alle Jar jn zegeben/ vnd ander mehr Brieffe ꝛc. Vnnd haben vns darauf als jren rechten Landsfürſten Vogt vnnd erb Herrn diemutigklich angerueft vnd gebetten in ſolch vorgeſchriben Gnad vnd Briefe gnädigklich zubeſtatten. Wann wir in allen den vnſern vnd ſunder den die ſich in dem Gottsdienſt embſiglich vben für ander mit gnaden geneigt ſeyn / ſo haben wir jhn all vnd jede jr vorgeſchriben Brieff/ Gnad/ Gab/ vnd Freyheit mit jrer jnhalt als ſi die biß an vnns herbracht haben/ vnnd beſunder die zween Briff vmb die vier pfund Saltzweits vnnd ſechzehen pfündt eugspauts vnnd auch vmb die ſechs Schaff Korns laudttend gnedigklich beſtätt/beſtätten vnnd Confirmiren inn die auch all vnnd jede mit diſen

vnſern Brieff doch vns vorbehalten vnſer Landgericht gericht vnd in allen andern Sa-
chen vns an vnſer Fürſtenthumb Gerechtigkeiten vnd Heiligkeiten vnengolten vnd an
ſchaden/ vnd gebieten darauff allen vnſern Rentmeiſtern/ Landſchreibern/ Pflegern/
Richtern/ Mautnern/ Ambtleuten vnnd allen andern vnſern Vnderthanen vnnd ge-
trewen gegenbürtigen vnd künfftigen ernſtlich vnnd veſtiglich dz jr ſie bey ſolchen jhren
Gnaden Freyheiten vnd beſtättungen vngeirret beleiben laſſet vnd keinen tranck daran
thut/ als lieb ew ſey vnſer Vngenad vnd ferrere ſtraffen zuuermeiden. Zu Vhrkunt ge-
ben wir jhn den Briffe mit vnſerm anhangenden Innſigel verſigelt zů Landtshuet am
Sambſtag vor Martini Anno Domini &c. im fünfftzigiſten.

## SEON ſiue SEVN.

EST aliud Monaſterium Sein in valle Sein Prouinciæ Treuirenſis conditum
ab Hainrico, Comite de Sein, ſub confirmatione Iohannis Archiepiſcopi
Treueren. Extat diploma de Anno 1202.

Hoc noſtrum Monaſterium, Seon ſiue Seuum vel Seuuen, ordin. S. Be-
nedicti ſecundùm vetera diplomata &c. fundatum eſt ab Arbone Comite Da-
maſiano ac Andecen. qui in Bauarica Norica, non procul à Chiemenſi lacu,
Burgilum Caſtellum ſuum in templum vertit, D. Lamperto dedicat, traditque
Benedictinis Monachis. Incolæ à lacubus, qui ibi ſunt frequentes, vocant, Soe-
um. Hainricus ſanctus, hoc & alia Monaſteria largiter locupletat. extant diplo-
mata, Auent. fol. 508. 692.

VLRICVS Abbas Seunenſis cum Conuentu elegerunt Ludouicum
Pal. Rhein. Ducem Bauariæ in Aduocatum & protectorem ſuum, vigore priui-
legiorum ſuorum, tàm Pontificiorum quàm Imperialium, ita vt poſt illius obi-
tum ſiue pater ſiue alij ipſius proximi agnati eandem Aduocatiam irreuocabi-
liter tenerent, alij verò nemini eandem concederent. Monaſterium, eius priui-
legia & jura defenderent. Extat Latinum diploma, cujus datum in obſidione
caſtri Hademarsperg, an. 1247. Teſtes Luizmanus Wernherus de Laber, Hade-
marus de Laber, Siuridus de Frovvenberch, Siuridus de Frovvenhouen, Siu-
ridus prob. Aſinus, germanicè frumb Eſel/ Vlricus de Moſen, Hainricus de Y-
ſolzried, Diethericus Pincerna de Ode, Ortholphus de Laimingen, Arnoldus
de Priſingen, Vlricus de Wildenvvart, & alij complures.

Idem Ludouicus Dux dedit Monaſterio priuilegium exemptionis à telo-
neo in Ratenberch, ratione vini, olei, caſei & reliquorum victualium, dans illi
curiam ſuam in Ahrain: è contra Abbas dedit Duci aliqua ſua iura cæterorum
fundorum in vicò Rufſtein, & intra foſſatum Ratinberch. Acta ſunt hæc apud
Chufſtein. Teſtes Albero nobilis de Pruckberg, Magiſter D. Præpoſit⁹ in Ill-
münſter, H. de Iſolzried, Vlricus de Moſen, Conradus, Pühlar, Vlricus de Fu-
insperch, & C. filius ipſius. B. Prandelinus, & alij, Anno 1257.

## ADDITIONES.

ANtiquitatem huius loci, Romanis olim non incogniti teſtantur quatuor
vetuſta monumenta ibidem reperta, & hactenus eo, quo par erat ſtudio,
conſeruata; que hic exhibere volui.

I.

*Vid. in Adverſar. hiſtor. Buan.*

BEDAIO-AVG. ET ALVONIS
SACR.
C. CATIVS SECVNDIANVS II. VIR.
IMP. ANTONIN. II. ET SACERDOTE
COS.

II.

CN. TREBONIO FIRMO ET
VAL. IANTVMARÆ.
C. TREBONIVS, FAVSTVS DVVMVIRVM
ES PRÆF. ID CIVITATIS A QVONT. PAREN-
TIB. OPTIM. ET SIBI ET TREBONIÆ MAXIM.
ET EXORATÆ CONIVGI. FEC.

III.

I. O. ND. D.
C. RESTITVTVS RESTITVTIANVS
GIEGEI IVLIA HONORATA
CONIVX EIVS.
V. S. L. L. M.

IV.

FVSCIA. PROCVLI. FILIA.
SECVNDA. OBIT. ANN. XXX.
H. S. E. HEREDES PVDENTI
MATRI FECERVNT.

S*Ilueſter* Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Si loca vel Monaſteria religioſis perſonis ac Deo deuotis conſtructa noſtro pontificali corroborare ac ſublimare conamur, hoc proculdubio ad vtriuſque beatitudinis præmium nobis profuturum fore confidimus. Quapropter nouerit omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelium, tàm præſentium quàm futurorum induſtria, qualiter *Aeribo* Comes, pro animæ ſuæ remedio ſuorumque parentũ in quodam ſuæ proprietatis loco olim *Burgili* vocato, ſed modo ab incolis *Sevva* Cella S. *Lamperti* martyris dicta, Monaſt. in honoré eiuſdem S. martyris *Lamperti* ampliſſimo benignitatis conamine conſtruxit, ad augmentãdum ſuæ ſalutis præmium, ex auctoritate S. *Petri* principis Apoſtolorũ libertatis arbitrio corroboratum fieri poſtulauit. Igitur ex hac re glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti *Ottonis* tertij piis interuẽtionibus noſtra apoſtolica auctoritas perſuaſa, præfato S. *Lamperti* Monaſterio per huius priuilegij ſeriem, liberum habere conceſſit arbitrium, vt Monachis Deo inibi ſeruientibus liceat ſecundum regulare S. *Benedicti* Abbatis decretum eligere ſibi Abbatem, Inſuper etiam placuit auctoritati noſtræ Eccleſiæ vt prælibatus conſeruator Monaſterij aduocatione vtatur, quamdiu ſuperſtes eſt. Sed poſt ipſius deceſſũ potenter eligat ſibi Abbas cum fratrib. aduocatum, quemcũq; vtilioré cõprobauerint. Et vt abſq; omni iugo & cõtradictione cuiuſcunq; perſonæ cũcta loca vrbana vel ruſtica, diuerſa prædia, culta vel inculta, cũ omnibus

nibus eorum appendiciis quæ ab aliquibus Chriſtianis conceſſa ſunt vel concedentur, cum omni ſecuritate quietus poſſideat, atque diſponat, & poſt eum vniuerſi ſucceſſores ſui abbates in perpetuum. Quapropter ratione ipſum ſæpe prælibatum monaſteriũ per defenſionem Sanctę *Romanæ* Eccleſiæ libertate noſtri priuilegij confirmamus, vt neque nos, neque vlli noſtrorum ſucceſſorum Pontificum, ſeu quilibet Imperator aut Rex vendendi ſiue præſtandi in beneficium, vel tradendi habeat poteſtatem. Et nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, ſiue aliqua perſona audeat inquietare vel moleſtare, ſiue de rebus ſuis aliquid ſine voluntate Abbatis ſibi vſurpare. Et ſub reſpectu teſtimonioque conceſſæ libertatis, ſub honore XII. Apoſtolorum XII. denarij ad limina Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* omni anno deferantur. Et ſi omni anno præſentari impoſſibile fuerit, infra ſpacium duodecim annorum perſoluantur. Et pro viuo *Romano* Pontifice ad Miſſam omni die collecta fiat, vna ſimiliter pro defunctis. Si quis autem temerario auſu, quod fieri non credimus, contra huius noſtræ Apoſtolicæ confirmationis ſeriem venire agere temptauerit, ſciat ſe Domini noſtri Apoſtolorum principis *Petri* anathematis vinculo innodatũ, & cum Diabolo & eius atrociſſimis pompis, atque cum Iuda traditore Domini & ſaluatoris noſtri IESV CHRISTI in æternum ignem concremandum, ſimiliter & in voraginem tartaream dimiſſus cum impiis deficiat. Admodum notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ſi hoc præceptum meum non potuerit iſta ſtabilitate (quod abſit) æternaliter permanere, mox abſque vniuerſorum contradictione rectorum iſta Abbatia ſub præfatæ ingenuitatis honore redeat liberaliter in proprietatem proximo hæredi de prædicti Comitis *Aerbonis* genere, ea lege, vt nec ipſe propriè vtatur, ſed fidelis ſit conſeruator, donec iterum clementer habeatur, ſicut aliæ liberales Abbatiæ regali tuitione prouidendæ. Qui vero cuſtos & conſeruator huius noſtri priuilegij extiterit, benedictionis gratiam & vitam æternam à Domino conſequatur, Amen.

Scriptum per manus Dñ. *Petri* Notarij & ſcriniarij S. R. E. Datum XIV. Calen. Maij, anno Dominicæ incarnationis 1499. Indict. XII.

I*Nnocentius* Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio *Gunthero* Abbati Monaſterij Sancti *Lamperti* martyris, quod ſitũ eſt in *Saltzburgenſi* Epiſcopatu, eiuſque ſucceſſoribus regulariter ſubſiſtentibus in perpetuum. Apoſtolicæ ſedis clementiæ conuenit, omnibus eius ſuffragium implorantibus maternæ affectionis patrocinium exhibere. Sicut autem ex ſcriptis beatæ memoriæ *Silueſtri* Papæ noſtræ prædeceſſoris agnouimus, *Aeribo* quondam Comes pro animæ ſuæ remedio ſuorumque parentum in quodã loco ſuæ proprietatis, quod olim *Burgili* vocabatur, nunc autem ab incolis *Sevva* dicitur, monaſterium in honore S. *Lamperti* martyris pro ſua deuotione conſtruxit, atque ad ſuæ ſalutis ac præmij cumulum, interuentu glorioſæ memoriæ *Ottonis* tertij Imperatoris Auguſti, eundem locum beato *Petro* oblatum Apoſtolico priuilegio fecit roborari. Nos igitur ipſius veſtigiis inhærentes, tuis dilecte in Domino fili *Gunthere* Abbas poſtulationibus impertimur aſſenſum, ipſumq; monaſterium S. *Lamperti* præſentis priuilegij pagina communimus. Statuentes vt quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fideliũ, ſeu aliis rationabilibus modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi tuiſq; ſucceſſoribus permaneant. Obeunte vero te nunc eiuſdem loci abbate, vel tuorũ ſucceſſorũ quolibet, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel

violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars cõſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem, & B. *Benedicti* regulam ſibi præeſſe prouiderint. Adiicimus etiam vt aduocatiam eiuſdem Monaſterij nulli liceat vſurpare, ſed potius pro veſtro arbitrio perſonam idoneam vobis in aduocatum liberè eligatis. Qui etiam ſi inutilis Monaſterio veſtro fuerit, abſque alicuius cõtradictione eum amouendi, & loco eius alium ſubrogandi licentiam habeatis. Decernimus ergò vt nulli liceat Eccleſiaſticæ ſecularíue perſonæ præfatum Monaſterium ſuper hac noſtra confirmatione ac conceſſione temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu alijs quibuslibet moleſtiis fatigare, ſed omnia eis integrè conſeruentur, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt omnimodis vſibus profutura. Ad indicium vero huius perceptæ à *Romana* Eccleſia libertatis XII. denarios nobis noſtriſque ſucceſſoribus annualiter perſoluetis. Iuxta inſtitutionem quoque iam dicti prædeceſſoris noſtri, pro *Romano* Pontifice, qui pro tempore fuerit, omni die ad Miſſam vna collecta fiat, ſimiliter & pro defunctis. Sancimus inſuper vt nemini fratrum veſtrorum poſt factam in eodem Monaſterio profeſſionem, abſque licentia prælati ſui ad alium locum liceat tranſmigrare. Quod ſi diſceſſerit, & canonicè commonitus redire contempſerit, facultatem nihilominus habeatis eundem à diuinis officiis interdicere, interdictum verò nullus Epiſcoporum vel Abbatum ſuſcipere audeat vel retinere. Si quis ſanè in poſterum hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo judicio diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum in *Lateran.* per manũ *Heinrici* Diac. Cardinalis & Cancellarij S. R. E. III. Idus Apr. Indict. II. Dominicæ incarnationis anno 1134. Pontificatus Dn. *Innocentij* Papę anno decimo.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Otto* ſuperna fauente gratia *Romanorum* Imperator Auguſtus. Si quid ad augmentum Dei laudis prouidemus, & ſibi ſeruientibus ſatisfaciendo conſulimus, vtriuſque felicitatis lucrum nos inde promereri, & Imperij noſtri ſtatum feliciter ſolidari proculdubio credimus. Proinde notum ſit vniuerſis fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter nos ob interuentum *Heinrici* noſtri conſanguinei dilecti Ducis *Boioariorum* & *Arbonis* Comitis quondam locum quendam *Burgili*, ſed modo cella S. *Lantperti* ac *Xevva* nuncupatum, in ſecuritatis noſtræ jus & mundiburdium ſuſcepimus, eo tenore, vt nomine & honore ac dignitate liberalis Abbatiæ idipſum Monaſterium in prædicto loco ex præfati Comitis *Arbonis* proprietate, ſub honore præſcripti beatiſſimi Dei martyris *Lantperti* conſtructum, de noſtræ Imperatoriæ conceſſionis pręcepto donatum ſit, ac deinceps habeatur, ſicut aliæ Abbatiæ liberales, per prædeceſſorum noſtrorum, Regum ſcilicet & Imperatorũ præcepta ac priuilegia ſub ingenuitatis arbitrio ſibi corroboratę, atque eidem Monaſterio omnes curtes, proprietates, prædia, & vniuerſa loca addita, vel à Chriſti fidelibus addenda, per huius noſtri præcepti paginam confirmamus, ſcilicet cum omnibus eorum vtenſilibus, areis, ædificiis, vtriuſq; ſexus mancipiis, cæteriſque appendiciis, quæ adhuc dici, inueniri, aut nominari

nari poſſunt. Tali ſtabilitatis ordine, vt *Adalbertus* venerabilis Abbas ſuique ſucceſſores, qui in eodem Monaſterio præeſſe venturi ſunt ad vtilitatem fratrũ ibidem ſecundum regulam S. BENEDICTI degentium, eadem teneant, diſponant, & cum totius tranquillitatis ſecuritate poſſideant, noſtra Imperiali, noſtrorumq; ſucceſſorum ac omnium mortalium contradictione & diminoratione remota. Monachis quoque inibi regulariter commorantibus liberam arbitrij poteſtatem ſecundum regulare decretum B. *Benedicti* Abbatis ſibi Abbatem eligendi concedimus. Inſuper etiam Aduocatum quemcunq; comprobauerint vtiliter cum voluntate Abbatis ſuper eundem locum ipſo aduocante *Arbone* ac placitante vſq; finem vitæ ſuæ cõſtituendum habeant fas atq; licentiã. Præcipientes itaq; ac deſtinantes firmiter decreuimus, vt nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, ſeu aliqua maior minorue noſtri Imperij perſona, ex prælibati Monaſterij rebus aliquid ſibi vendicare, aut in propriũ, aut in beneficium vllo ingenio, ſeu aliquam publicam functionem exigere præſumat ſine conſenſu Abbatis, ſed ſibi ſibiq; infrà vel extrà ſubiectis, ſine omni moleſtatione, ſiue rerum ſuarum inuaſione ſecurè liceat viuere, & Deo pro nobis mente inconfuſa ſupplicare. Si quis autem (quod non credimus nec liceat) hoc noſtrum præceptum in aliquo violauerit, ſciat ſe noſtrum Bannum dupliciter compoſiturum, medietatem Cameræ noſtræ, & mediam prædicto Monaſterio, reſq; inique ablatas velit, nolit reddat, & dupliciter ſoluat. Et vt hæc noſtræ corroborationis pagina ſtabilis perſeueret, hanc manu propria corroborauimus, & ſigillare juſſimus.

Datum 17. Calen. Maij, Anno Dominicæ incarnationis 1499. Indict. 12. anno tertij *Ottonis* regnantis 16. Imperij tertio, actum *Romæ*.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Chunradus* diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium Chriſti noſtrorumque fidelium vniuerſitas, qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectæ coniugis noſtræ *Giſilæ* videlicet reginæ, & *Aribonis Moguntinæ* ſedis venerabilis Archiepiſcopi quandam aream in latitudine ſex porticus, in longitudine duodecim habentem, cum omnibus ad eandem pertinentibus ædificiis, viis & inuiis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni vtilitate, quæ vllo modo inde prouenire poterit, ſitam in loco *Ratisbonenſi* in pago *Teuonichgovvi*, in comitatu *Ruotperti* ab anteceſſori noſtro *Heinrico* Romanorum Imperatore Aug. Monaſterio *Sevve* dicto, in honore S. *Lanperti* conſtructo traditam, *Gaminolfo* præfati Monaſterij prouiſori confirmamus, atque corroboramus eo ſcilicet tenore, vt prædictus *Gaminolfus*, ſuique ſucceſſores liberam dehinc habeant poteſtatem commutandi, tradendi, vel quidquid ſibi placuerit inde faciendi, ad vſum tamen eiuſdem Eccleſiæ. Et vt hæc noſtræ confirmationis auctoritas ſtabilis & inconuulſa omni permaneat æuo, hanc chartam inde conſcriptam manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini *Chun-*  *radi* Regis inuictiſſimi.

*Vdalricus*

*Vdalricus* Cancellarius vice *Aribonis* Archicapellani recognoui. Datum 16 Calen. Martij, Indict. 8. Anno Dominicæ incarnat. M. XXVI. Anno autem Domini *Chuonradi* regen. 2. actum *Auguſtæ.*

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego *Eberhardus* per Dei miſericordiam *Saltzburgenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, omnibus Eccleſiæ filiis ſalutem in perpetuum. Memores verbi cuiuſdam ſapientis qui ait: Quodcunque poteſt manus tua facere, inſtanter operare; Intelligimus nos non ſolum teneri proſpicere ad ea, quæ ſpectant ad perpetuam ſalutem animarum, verum etiam non negligere illa, quæ reſpiciunt ad temporalem Eccleſiæ nobis commiſſæ vtilitatem & decorem. Familiaritate igitur Domini *Philippi* regis *Romanorum* & ſemper Auguſti adepta Monaſterium quod *Sevven* dicitur à manu ipſius, accedente conſilio & aſſenſu multorum Principum eo tempore ſecum commorantium perpetua donatione regia liberalitate cum omni jure, quo imperio attinebat Eccleſiæ *Saltzburgenſi* traditum ſuſcepimus. Vnde attendentes illud Euangelicum, quod tibi fieri non vis, alii ne feceris; prouidentes etiam temporis futuri pericula, ſtatuimus cum communi conſilio & conniuentia fratrum noſtrorum Canonicorum & Miniſterialium, vt eidem Monaſterio priuilegia, libertates, aduocatorum juſtitiæ, & omnia jura à fundatoribus ſiue Imperatoribus vel aliis principibus hactenus tradita, à nobis & ſucceſſoribus noſtris inconuulſa permaneant; ita videlicet, vt Abbas plenariam habeat poteſtatem adminiſtrandi feoda antiqua & legitima vaſallis, & miniſterialibus inſtituendi, & fidelitates ab eis recipiendi, Officiales ordinandi, & in Eccleſiis, in fundis Monaſterij ſitis jus præſentandi, cum conſilio tamen ſanioris partis capituli hæc fieri volumus. Capitulum habeat libertatem vacante Abbatia Abbatem idoneum eligendi, miniſteriales & totam familiam antiquo jure, & à fundatoribus tradito vti deinceps concedimus. Et vt hæc noſtra inſtitutio in futura tempora illibata permaneat, hanc paginam inde conſcriptam ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Ego *Eberhardus Saltzburgen.* Eccleſiæ Archiepiſ. ſubſcribo.
Ego *Wernhardus* eiuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, ſſ.
Ego *Albertus Kimenſis* Præpoſitus eiuſdem loci Canonicus ſſ.
Ego Werinherus cuſtos ſſ. Ego *Ortolphus* ſſ.
Ego *Ruodgerus* ſſ. Ego *Henricus* ſſ. Ego *Berchtoldus* ſſ.
Ego *Wolkmarus* ſſ. Ego *Dietmarus* ſſ.
Ego *Gottſchalcus* ſſ. Ego *Otto* ſſ. Ego *Hartnidus* ſſ.
Ego *Cunradus* ſſ. Ego *Henricus* ſſ. Ego *Tiemo* ſſ.
Ego *Hartfridus* ſſ. Ego *Otto* ſſ. Ego *Hermannus* ſſ.
Ego *Rudgerus* ſſ. Ego *Hartvvicus* ſſ. Ego *Wilhelmus* ſſ.
Ego *Cunradus* ſſ. Ego *Sigehardus* ſſ.

TEſtes etiam huius rei ſunt *Rapoto* Comes de *Chreiburch*, *Chunradus* Comes de *Pleigens*, *Eberhardus* Comes de *Dornberch*, *Wernhardus* de *Hagenovve*, *Chonradus* de *Walhen*. Ex miniſterialibus verò Eccleſiæ *Saltzburg. Sigbotto* de *Surberch*, *Conradus* caſtellanus de *Saltzburg*, *Chuno* caſtellanus de *Weruen*, *Chonradus* caſtellanus de *Mildorff*, *Vdelricus* & frater eius *Chonradus* de *Chalheim*, *Eckhardus* de *Tanne*, *Chonradus* de *Grabenſtat*, *Liupoldus* & frater eius *Heinricus* de *Walde*, *Rudgerus* & frater eius *Gerlroch*, *Marquardus* & frater eius *Gerhoch* de *Berchaim*, & alij quamplures.

Actum

Actum inciuitate noſtra *Saltzburck*, Ann. incarnat. Dominicæ 1202. Indict. 4. pontif. verò noſtri an. 2.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Eberhardus* Dei gratia *Saltzburgenſis* Archiepiſcop. Ap. Sed. Legatus in perpetuum. Cum tranſcurſus temporum à memoria hominum acta plerumque expellat, obliuionis malo ſolers antiquorum prudentia ſcripturæ remedium adinuenit; ſicque fiunt notitiæ poſterorum recentia multa geſta, quæ aliàs contra à recordatione priorum fortaſſe deleſſet vetuſtas. Proinde præſenti ſcripto patere volumus tàm præſentibus quàm futuris; quod cum ex morte Comitis *Bernhardi* de *Liubenovve* ad nos eſſet aduocatia *Sevvenenſis* Monaſterij deuoluta, cum eadem domus ex abuſu poteſtatis iniuſtè per aduocatum ſuum conquereretur frequenter ſe graues iniurias & damna grandia ſuſtinere; nos quoque pro libertate Eccleſiarum pacifica & quiete pronam, imò & ſollicitam intentionem gerentes, ſed & ſuper hoc Apoſtolica ammonitione aſtricti, de Capituli & familiæ noſtræ conſilio & conſenſu aduocatiam ipſam poteſtati noſtræ duximus reſeruandam. Ius quod aduocatiæ nomine Aduocatis hactenus præbebatur, iuſtis duntaxat vſibus percepturi, ac ſi manibus ſuper altare B. *Ruberti* coram poſitis dictam Aduocatiam ſic affiximus Eccleſiæ, pro nobis & noſtris ſucceſſoribus promittentes, vt alienandi aduocatiam eandem ab Eccleſia non habeamus in perpetuum poteſtatem. Ne autem hæc prædicta vel à nobis, vel à ſucceſſoribus noſtris in poſterum infringi valeant, ſeu quomodolibet modo immutari, præſens inſtrumentum ſuper hoc confectum, quo omnis præſumptionis temeritas & dubium elidatur, noſtro & Capituli noſtri ſigillis mandauimus inſigniri. Teſtes hi ſunt, *Rogerus Kimenſis* Epiſcopus, *Simon* Abbas S. *Petri*, *Henricus* de *Bertherſgaden*, *Engelbertus* de *Hegelnvverde* Præpoſitus. *Wernherus* Comes de *Tierſtain*, *Hermannus* Sacerdos. Magiſter *Vlricus*, *Guntherus*, Capellani, *Chunradus* de *Kalheim*, *Gerhohus* de *Percheim*, *Ottmarus* de *Etcheim*, *Henricus Vicedominus*, *Vlricus* de *Wisbach*, *Heinricus* de *Vcelingen*, *Ribkerus* de *Sledorff*, *Vlricus* & *Waltherus* Comites de *Mallentin*, & alij quamplures. Idem per nos & ſucceſſores noſtros volumus & ſtatuimus cuſtodiri, vt ſi aduocatia quæcunque ab antiquo alicui infeudata vacare inceperit, ab Eccleſia noſtra ſimiliter alienari per nos & ſucceſſores noſtros non poſſit. Quicunq; igitur temerariè præſumpſerit contraire, iram omnipotentis, niſi reſipuerit, ſe nouerit incurſurum. Acta ſunt hæc *Saltzburgæ*, Data & conſcripta per manum Magiſtri *Heinrici* Notarij noſtri, mandantibus nobis, Anno ab incarnatione Domini 1229. Indict. ſecunda. 6. Calen. Maij.

IN nomine Domini Amen. *Ludevvicus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni*, Dux *Bauariæ*, vniuerſis præſentem paginam inſpecturis ſalutem. Cum ob reuerentiam Dei omnipotentis Eccleſias in ſuo nomine fundatas fouere, quantum poſſumus, debeamus, ſpecialius tamen eas pio fauore proſequimur, quæ nobis attinēt jure ſpeciali. Quoniam igitur Eccleſia in *Sevven* ex donatione facta per Dominum *Vlricum* venerabilem abbatem eiuſdē loci, qui de cōſenſu & voluntate totius Conuentus aduocatiā eius Eccleſię nobis cōtulit pleno jure, cum ipſi gratia ſedis Apoſtolicæ ac Imperiali Priuilegio roborati, liberā habeant eligendi aduocatū (quē voluerint) poteſtatē nobis ſpecialiter attinere dinoſcitur, eandē in noſtrā recepimus gratiā ſpecialē, eam ſub noſtræ defenſionis brachio gaudere volentes. Firmiter enim ꝓmittimus, & tenore pſentium ꝓfitemur, ꝙ præfatam Eccleſiam ac omnes ſibi attinentes in rebus & perſonis manutenere

pro

pro viribus ac defendere teneamur; hoc adiecto, vt nullam habeamus poteſtatem antedictam aduocatiam dandi vel cōcedendi vel ad man⁹ alienas quoquo modo de noſtris manibus conferendi. Quod ſi fecerimus, præfatæ aduocatiæ donatio nobis facta per Abbatem & Conuentum Eccleſiæ memoratæ, careat omni robore firmitatis, & ipſi juxta formam priuilegij ſui plenam habeant poteſtatem alium aduocatum quem voluerint eligendi: volumus enim, vt jus antiquum præfatæ Eccleſiæ in omnibus conſeruetur illæſum. Vt autem præmiſſa omnia robur obtineant firmitatis, præſentem paginam inde conſcribi, & ſigilli noſtri munimine fecimus roborari. Datum in obſidione caſtri *Hadermarſperch*, 13. Calen. Decembr. An. Dn. 1247. Indict. 6.

ALexander Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui Monaſterij S. *Lamperti* in *Sevven* ordinis Sancti *Benedicti Saltzburg.* Diæceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domini filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates à prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue p priuilegia, vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſa, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas; ſpecialiter autem fructus, redditus & prouentus, prædia, domos, terras, poſſeſſiones aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia, nec non omnes Eccleſias, & alia perpetua beneficia Eccleſiaſtica, quæ cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio canonicè vnita, annexa & incorporata fore aſſeritur, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, Anno incarnat. Dominic. 1496. XIV. Calen. Nouembr. Pontificatus noſtri anno quinto.

IVlius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui Monaſterij S. *Lamperti* in *Sevven*, ordinis S. *Benedicti Saltzburgen.* Diæceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum & honeſtum eſt, tàm vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati, ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus, atque noſtra; omnes quoque libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, vel alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas. Specialiter autem fructus, redditus, & prouentus, prædia, domos, terras, poſſeſſiones, caſalia, grangias, aliaque mobilia & immobilia bona ad dictum Monaſterium legitimè ſpectantia, nec non omnes Eccleſias & alia beneficia perpetua Eccleſiaſtica, quæ cum omnibus juribus & pertinentiis eidem Monaſterio canonicè vnita,

annexa

annexa & incorporata fore aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum li-ceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, año incarnat. Dominicæ 1505. VII. Idus Nouembr. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

WIr Ludwig von Gottes gnaden Römiſcher Kayſer ze allen zeiten Mehrer deß Reichs. Bekennen offentlich mit diſem Brieff / daß wir den Erbarn geiſtlichen Mannen / dem Abte vnnd dem Conuent ze Sewen die beſonder genad gethon haben / daß wir wöllen / daß fürbas niemand kainerley Erbrecht auff kein jhr Vogtey / Guet oder Vrbar nicht ziehe / inn kein weis / er hab ſein dann von den vorgenanten / dem Abt vnnd Conuent ze Sewen Brieff vnnd gut Vrkund. Vnd dauon wöllen vnd gebieten wir allen vnſern Amptleuten / Vitzdumb vnd Richtern / vnd allen andern / wie die genandt ſein / die jetzo ſind / oder fürbas werden / daß ſie den vorgenanten Abt / vnd den Conuent vff diſen vnſer genad ſchirmen / vnd nicht geſtatten / daß in die fürbas vor jemand verfarn werde, bey vnſern Hulden. Der Brieff iſt geben ze München / an Sant Johanns tag / nach Chriſtus geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem ain vnd vierzigſten Jahr / in dem ſiben vnnd zwainzigſten Jahr vnſers Reichs / vnd in dem dreyzehenden deß Kayſerthumbs.

## Catalogus Abbatum Monaſterij Sevven.

I. ADALBERTVS, vocatus an. 694. rexit annos 7. obiit autem 16. Calen. April. an. M. I.

II. SIBOTO.

III. KADALHO, ſiue Kadalhoras.

IV. GAMANOLDVS ſiue Gaminolphus.

V. HARTNIDVS.

VI. ENGILBERTVS.

VII. GEROLDVS.

VIII. EBERHARDVS.

IX. RVDOLPHVS.

X. GERARDVS.

XI. GVNTHERVS.

XII. GVNTHERVS II. el. circa an. 1102. vixit adhuc an. 1139.

XIII. HAVMO, præfuit circ. an. 1147.

XIV. ALBERTVS, inchoator, vt auguror, oblaiarum, bonus oeconom9, dedit prædia in *Stepach*, nunc fortè *Schefach*, *Alpach*, *Rudemarshaim*.

XV. VDALRICVS.

XVI. ALBANVS, fuit in ſolemni Capitulo apud *Lauffen* habito, ſub *Adalberto* huius nominis ſecundo Archiepiſcopo *Salisburgen.* ſub 17. Calen. Decembr. An. 1195.

XVII. VDALRICVS II. nobilis de *Parterhauſen*, elig. circa an. Dn. 1238. unanimi fratrum conſenſu in Abbatem, pius & religioſus præfuit & profuit vtiliſſime 20. annis. Poſtulatur deinde à *Tegernſeenſibus* an. 1248. & reſtaurat ibidem Monaſterium, & impetrat Priuilegium à *Friderico* Duce *Auſtriæ* An. 1252. ſuper exemptionem teloneorum, obiit tandem cum rexiſſet ibidem an. 13. An. Dn. 1263. Id. Iunij.

XVIII. DIETRICVS bon⁹ & pius Abbas, ob.an. 1280. vel ſeq. 11. Non Octob.

XIX. HENRICVS optimus defenſor & auctor bonorũ Monaſterij fuit, vti priuilegia, diplomata, & literæ commiſſoriales ſummorum Pontificum indicant, ob.an.1303. 11.Id. Martij.

XX. PETRVS ſucceſſit an. 1303. rexit 8. annos ob. Calen. Iulij an. 1311.

XXI. DIETRICVS, eo quo interceſſor ſuus inter homines eſſe deſiit, elig. præfuit an. 7. ob. an. 1318.

XXII. HENRICVS II. electus an. 1319. tenuit regimen Abbatiæ an. 30. ob. an. 1348. 18. Calen. April.

XXIII. RVPERTVS el. an. 1348. vel ſeq. rexit an. ---- ob. an. ---- 8. Cal. Auguſti.

XXIV. CONRADVS dictus *Schalner*, ob. an. 1374. 4. Non. April. ſepultus in ambitu ante Capellam D. Virginis. Ipſe & fratres eius dederunt prædium in *Sind. Sund.* vel *Schmidhaim.*

XXV. PETRVS II. dictus *Khienperger*, ob. an. ---------- Cal. Aug.

XXVI. FRIDERICVS.

XXVII. SIMON dictus Farcher/vltim⁹ baculat⁹ Abbas: vir omnimodo Monaſterio vtilis, el. an. 1385. vel circ. rexit an. 36. vel 37. ob. an. 1412. 13. Cal. Febr.

XXVIII. ERHARDVS Abbas primus pontificali decorat⁹ mitra, annulo &c. rexit ſumma cum laude annos 27. ob. an. 1438. in die S. *Barbaræ* Virginis & martyris, multum laborauit pro Eccleſia *Obing.*

XXIX. GVILIELMVS, verus amicus & zelator Monachorum, præfuit an. 4. ob. an. 1442. 4. Non. April. in die S. *Ambroſ.* ſepultus in Capitulo.

XXX. IOANNES dictus *Heuppel*, profeſſus huius monaſterij, vir ſingularis auctoritatis: bonus Oeconomus, vocatus ad Abbatiæ regimen ab Eccleſia *Obingen.* an. ſalutis 1442. rexit an. 34. ob. an. 1476. in die SS. *Tiburtij* & *Valeriani*, ſepultus ante Baptiſterium in medio Eccleſiæ.

XXXI. BALTHASAR electus an. 1476. præfuit an. 4. deceſſit an. 1680. 7. Cal. Septembr. primus qui poteſtatem benedicendi calices & patenas obtinuit.

XXXII. ERHARDVS el. an. 1480. ob. anno regim. 9. an. videlicet 1489. Non. Nouembr.

XXXIII. BALTHASARVS II. el. an. 1490. rexit an. 2. inter viuos deſiit an. 1492. Non. Iulij.

XXXIV. FRANCISCVS accepit Abbatiæ regimen anno quo obiit anteceſſor, rexit an. 29. ob. an. 1521. in die Epiphaniæ, ſepultus in Capella S. *Barbaræ* Virginis & martyr.

XXXV. HIERONYMVS poſt *Franciſcum* fit Abbas cum magno Monaſterij detrimento, præf. an. 8. ob. an. 1529. 9. Calen. Septembr.

XXXVI. GEORGIVS dictus *Nainhauſer*, nobilis, amoto *Hieronymo* ſurrogatur an. 1529. rexit an. 4. ob. an. 1533. ſeptima die Octobr. ſepultus in meridionali plaga templi, iuxta altare S. *Ioannis* Apoſtoli & Euangeliſtæ.

XXXVII. MARTINVS, rexit ann. ferè 25. ob. an. 1549. Id. Iulij, ſepultus ante altare S. *Dorotheæ.*

XXXVIII. HENRICVS III. dictus *Hunger*, bonus paterfamilias: ſub eo totum monaſterium, infirmario excepto igne periit, 18. April. an. 1561. quod tamen in breui reſtaurauit, rexit an. 29. ob. an. 1569. 9. Idus Iul. ſepultus in ingreſſu ſecundæ portæ templi, ſine Epitaphio.

XXXIX. WOLFGANGVS dictus *Finavver* de *Finſingen, Bauarus*, profeſſus huius Monaſterij, parochus in Lauterbach, reſignante Heinrico fit Abbas, homo

homo plus æquo auarior, rexit an. 6. & tandem propter indiſcretam Oeconomiam exauctoratus, & in Monaſterium *Tegernſee* detruſus, ibi finē viuendi fecit, An. 1581. vel ſeq. ibique ſepulturam meruit.

XL. MARTINVS II. Hunc alterum non immeritò monaſterij dixeris fundatorem, propter ingentia extructa opificia & beneficia, q̄ enumerare longum foret. Profeſſus in *Tegernſee* poſtulatus & electus an. 1576. die 25. Februarij: eodemq; anno 30. die Martij *Salisburgi* confirmatus eſt, & ſequenti die Dominica *Lætare* benedictus, poſt 14. tandem regiminis ſui annos de Deo & hominib. optimè meritus, an. 1590. prid. Cal. Mart. obiit.

XLI. PAVLVS dictus *Mānazeder*, ex inferiori *Seon* oriundus, profeſſus huius Monaſterij, liberalium artium Baccalaureus, cum ſolemni & publico totius Conuentus & principū Metropolis *Salisburg.* & *Boiorum* virorum grauiſſimorum conſenſu, juxta monaſterij Priuilegia p liberam electionē in Abbatem ſufficitur, & proclamatur an. 1590. V. Calen. April. confirmatus *Salisburgi* eodem anno. Vir Deum vero pectore amans, ſuis fidus ac gratus, exemplar multorum, & egeni cętus benignus pater. In humanis eſſe deſiit die 16. menſis Octobr. cum præfuiſſet annis 12. menſ. 6. diebus 18. an. 1602. non ſine luctu & mærore ſuorum, ſepultus juxta anteceſſorem ſuum.

XLII. BENEDICTVS, dictus ante profeſſionem *Georgius Fiſcher*, de *Plāuoldung*, profeſſor, presbyter & Prior in *Pauli* defuncti locum canonicè juxta Monaſterij priuilegia per Conuentus liberam electionem ipſo feſto S. *Chryſogoni* an. 1602. ſufficitur, confirmatuſque fuit anno ſequenti, die 2. Ianuarij, rexit annos 6. m. 5. d. 19. migrat ad Chriſtum an. 1609. d. 14. Maij.

XLIII. SIGISMVNDVS *Dullinger* de *Lauffen*, *Salisburgen.* Diœceſis eligitur an. 1619. die S. *Ioanni* Baptiſtæ ſacro, confirmatur eod. anno, die 28. Iulij, ac hodie adhuc feliciter præeſt.

## *STEINGADEN.*

VVelpho Dux Spoleti, Lycatiorū & Ambronum Tetrarcha ſeu Comes, frater Hainrici Bauariæ & Saxoniæ Ducis, Monaſterium Steingaden ordinis Præmonſtraceñ. juxta Lycum pro Præmonſtratenſibus Monachis conſtruxit, Anno Domini 1147. Vbi ipſius, necnon filij ſui Welphonis, qui ante patrem Anno 1169. obiit, mauſeola oſtenduntur, ipſe pater poſt magnam prodigalitatem, cùm liberis careret, conuerſus ad ſe, in ſumma pietate vitam finiuit, Anno Dñi 1191. De quibus vide latiùs Iohan. Auent. in Annalib. ſuis. lib. 6. fol. 620. 644. 656. De fundatione huius Monaſterij extat confirmatio Philippi Roman. Regis, de Anno 1201. & Friderici ſecundi Imper. de Anno 1220. ſequentis tenoris.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS, Philippus ſecundus, diuina fauente clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus, diuinæ remuerationis & æquitatis intuitu Eccleſiis, à progenitoribus noſtris fundatis, non ſolùm tradita beneficia conſeruare tenemur, verùm etiam de conceſſis nobis à DEO aliqua eis fœliciter erogare, & circa tranquillitatem ipſorum & augmentum, operam efficacem & curam adhibere diligentem. Ea propter omnibus Chriſti fidelibus, tàm poſteris quàm modernis, notum eſſe volumus; Quòd nos animaduertentes diuinæ religionis cultum, & honeſtam fratrum conuerſationem Monaſterij Staingadenſis, quod fundauit prædilectus Auunculus noſter, incly-

tus Dux Welpho, & propriis curauit prædiis ditare, quodq; ibi pro eo & omnibus eius poſteris preces ſine intermiſſione fundantur ad Dominum, ipſum Monaſterium cum omnibus ſibi attinentibus, in plenitudinem gratiæ noſtræ & ſub ſpecialem maieſtatis noſtræ ſuſcipimus protectionem, ad honorem Dei & ſancti Iohannis Baptiſtæ: fratribus verò illic militantibus, ex innata nobis benignitate confirmantes, quicquid antedictus Auunculus noſter & chariſſimi fratres noſtri, Hainricus glorioſus Romanorum Imperator, & Conradus Illuſtris Sueuorum Dux, pro remedio animarum ſuarum Monaſterio eorum contulerunt & confirmauerunt, & quæ nos ipſi vel alius quiſpiam eis donauit, quæué in poſterum juſto acquiſitionis titulo, procurante Domino, poterunt adipiſci. Poſſeſſiones verò, quas in præſentiarum obtinent, propriis duximus exprimendas vocabulis; fundum verò, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, totamque terram clauſtro adiacentem ab amne, qui dicitur Rotinbach, vſque ad amnem, qui vocatur Marpach, & à fluuio Lyco, vſq; ad fluuium, qui dicitur Hylache, cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis, aquarumué decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & cum omnibus pertinentiis ſuis ex integro: Inſuper prædium Dornovve, prædium Cella, prædium Schongo, prędium Hochinfurche, prædium Germaring, prædium Inginried, Sevvm, Burenchoue, Emichinried, Franckinoue, Wathinried, Franckinried, Huſen, Buren, prædium Mouthardishouen, Adilinried, Erfingen, Terinbache, Vochegovve, Vrbache, Chiſtilingen, Vrtingen, prædium in Sibeneiche, prædium in Iglingen, decimam apud Sibeneiche, quam dedit Hermannus de Mazzinſieſs, curiam Widergeltingen, cum Eccleſia & omni jure, curiam Stadlen, curiam Bittingavv, cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam Gebreine, Tullanſperg, Titinhuſen, curiam Horne, cum piſcationibus & omnibus appendiciis eius, in montanis curiam Schardis, curiam Loning, curiam Hagnache, bona Vmiſte, curiam Vmindigen, præterea nouale vnum, quod vocatur Vronrute, & prædium Langemoſs, tradita à fratribus noſtris, Friderico & Conrado, Sueuorum Ducibus. Indulgemus adhæc fratribus memoratis, vt quicunque hominum noſtrorum Fiſcaliniorum, ſiue etiam Miniſterialium offerre ſe & bona ſua ad eos volunt, liberè facere poſſint, & abſque conſenſus noſtri requiſitione, ſtatuentes, & regio diſtrictè prçcipientes edicto, vt nulla vnquam deinceps perſona, cuiuſcunq; ſit conditionis, hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſæpe dictos fratres, in bonis ſuis, aliquo inquietudinis modo grauare; quod qui fecerit, centum lib. auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt, Wolfgerus Bataurenſis Epiſcopus, Berchtoldus Dux Meraniæ, Schvvigerus de Mindilb. & alij quàm plures. ſignum Domini Philippi ſecundi, Romanorum Regis inuictiſſimi. Ego Conradus Herbipolenſis Epiſcopus & Imperialis aulæ Cancellarius recognoui, Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M. CC. I. Indict. V. regnante Domino Philippo ſecundo, Romanorum Rege glorioſo, anno regni eius quarto. Datum apud Norinberg, 12. Calend. Octobris.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Fridericus Dei gratia Romanorũ Rex ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ, diuinæ remunerationis intuitu &c. (per omnia vt ſuprà) niſi mutatis mutandis, Welphonem vocat conſanguineum, & glorioſus pater noſter inuictiſſimus Imperator Hainricus, & chariſſimus patruus noſter Conradus, Illuſtris Sueuorum Dux &c. Teſtes huius rei ſunt, Sifridus Epiſcopus, Chuno Elvvangen. & Fulden. Abbates, Berchtoldus de Tan-

de Tannenberc, Schvvigerus de Mindelberc, Engelſcalcus & Harman de Heginberg, Vlricus Præpoſitus de Möringen, & alij quàm plures &c. Signum Domini Friderici Regis Rom. inuictiſſimi Regis Siciliæ.

Ego Conradus Spirenſis & Metenſis Epiſcopus, & Imperialis aulæ Cancellarius recognoui. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini, 1220. Indict. VII. Regnante Domino Friderico Rom. Rege glorioſo, Anno regni eius VIII. Datum apud Auguſtam. XVI. Calend. Septembris.

Advocatia huius Monaſterij ad Duces Bauariæ peruenit, poſt Concilium Conſtantienſe.

Nobiles ibi ſepulti de Schvvangavv.

De Hocheneck Sueui.

## ADDITIONES.

## Confirmatio omnium bonorum Monaſterij 1156.

Adrianus Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis *Anſelmo* Præpoſito Eccleſiæ S. *Ioannis Baptiſtæ* de *Staingaden* eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis inperpetuum. Religioſam vitam eligentibus, apoſtolicum conuenit adeſſe prçſidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet, aut robur quod abſit ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam Eccleſiam ab illuſtri Duce *Guelphone* in proprio allodio fundatam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ad exempla prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ *Eugenij* Papæ, ſub *B. Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundum B. *Auguſtini* Regulam, & inſtitutionem Præmonſtratenſium, in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Nec alicui fratrum, poſt factam inibi profeſſionem, abſque Præpoſiti licentia liceat ex eodem clauſtro diſcedere, diſcedentem verò nullus audeat retinere. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: in Epiſcopatu *Auguſtenſ.* eccleſiam Ingenriech cum decimis, & aliis ad eam pertinentibus à venerabili fratre noſtro *Conrado Auguſtenſ.* Epiſcopo canonicè vobis conceſſam, Prædium quod dicitur *Sibenaich*, plebem & decimas à memorato Epiſcopo legitimè vobis conceſſas, partem quoque cuiuſdam beneficij, id eſt, octo manſos, in loco qui dicitur *Marchtorf*, quam tu dilecte fili *Anſelme* Præpoſite de manu *Theoderici* de *Pounb.* aſſenſu & conuenientia tàm venerabilis fratris noſtri *Conradi Auguſtenſ.* Epiſcopi, quàm Canonicorum & miniſterialium ipſius Eccleſiæ ſeptuaginta talentis redemiſſe dignoſceris, ſicut in ſcripto eiuſdem fratris noſtri Epiſcopi continetur, vobis nihilominus confirmamus. Sane noualium veſtrorum ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Porro conſecrationes altarium ſeu Eccleſiarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi à Dyoceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit & ea gratis ac ſine prauitate vobis voluerit exhibere.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerunt deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen juſtitia matricis Eccleſiæ. Ad hæc adiicientes cenſemus, vt Eccleſia veſtra nullum habeat aduocatum. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum DEI timorem & B. *Auguſtini* regulam ſibi prouiderint eligendum. Præterea ſi generale interdictum in parochia fuerit promulgatum, nihilominus clauſis januis, non pulſatis tintinnabulis, excluſis excommunicatis & interdictis ſubmiſſa voce diuina celebrandi officia facultatem liberam habeatis. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnibus profutura, ſalua nimirum apoſtolicæ ſedis auctoritate & Dyoceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Ad indicium autem huius à ſede apoſtolica perceptæ protectionis, vnum bizantium aureum, nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundò tertioue commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine DEI & Domini redemptoris noſtri IESV CHRISTI aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

✠ Ego *Hubaldus* presbyter Cardinalis Eccleſiæ *Praxedis*.
✠ Ego *Octauianus* presbyter Card. Eccleſiæ S *Cæciliæ*.
✠ Ego *Iulius* presbyter Card. Eccleſiæ S. *Marcelli*.
✠ Ego *Gerardus* presbyter Card. S. *Stephani* in *Cœlio monte*.
✠ Ego *Bernhardus* presbyter Card. Eccleſiæ diui *Clementis*.
✠ Ego *Ioannes* presbyt. Card. ſanctorũ *Ioannis*, *Vlrici* & Eccleſiæ *Lamachal*.

Datum *Beneuenti* per manum *Rolandi* S. *Romanæ* Eccleſiæ presbyteri Cardinalis & Cancellarij. 2. Calen. Iunij indict. 4. incarnat. Dominicæ Anno 1156, Pontificatus verò Domini *Adriani* Papæ quarti Anno ſecundo.

ALEXANDER Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Duci *Guelphoni* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſciamus honori & incremento ſacroſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ diligenter intendere ac circa perſonam noſtram multa deuotione feruere, te ſicut ſpiritualem & deuotum Eccleſiæ filium, quem ſincera in Domino caritate diligimus, cupimus honorare ac preces & petitiones tuas in quantum ſalua honeſtate noſtra poſſumus animo libenti admittere, & vtiliter affectu proſequente complere. Inde eſt quod Eccleſiam, apud quam corpus filij tui eſt tumulatum, quã venerabilis frater noſter *Friſingenſis* Epiſcopus ad preces tuas conſecrauit, ſub beati *Petri*

& noſtra

& noſtra protectione ſuſcipimus, auctoritate apoſtolica ſtatuentes, vt non liceat *Auguſtenſi* Epiſcopo vel alij de præſcripta conſecratione quæſtionem mouere aut præfatæ Eccleſiæ nouas & indebitas conſuetudines imponere, vel ipſam ſeu clericos, qui in ea domino ſeruiunt indebita moleſtatione grauare. Sane ſi omnipotens Dominus dederit, quod Eccleſia poſſit optata pace gaudere, & quod inter Eccleſiam & imperium pax ſicut credimus reformetur, *Auguſtenſi* Epiſcopo firmiter præcipiemus, ne clericis in terra tua manentibus, catholicis Epiſcopis ordinis ſuſceperunt occaſionem perceptorum ordinum per ſe vel per alios moleſtiam inferat vel grauamen, & quod ab eorum & Eccleſiarum ipſorum indebita moleſtatione penitus conquieſcat. Datum *Venetiæ* in *Riuoalto*, 7. Cal. Iunij.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Abbati & fratrib. S. *Ioannis Baptiſtæ* de *Staingaden*, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Significauit nobis dilectus filius noſter, nobilis vir Dux *Guelpho*, quod Eccleſiam veſtram, quæ eſt in ſuo fundo ædificata & apud quam filius eius tumulatus, & ipſe tumulari elegit Venerabilis frater noſter *Friſingenſis* Epiſcopus ad preces præfati Ducis & veſtras conſecrauit, quia licet Eccleſia ipſa ſit in confinio *Auguſtens.* & *Friſingens.* Epiſcopatuum, idem tamen Epiſcopus in priuilegio Eccleſiæ ſuæ reperit præſcriptam Eccleſiam ad ſuam iuriſdictionem ſpectare. Ne igitur *Auguſtenſis* Epiſcopus occaſione ipſius conſecrationis vos vel Eccleſiam ipſam indebita moleſtatione fatiget eandem conſecrationem ratam habemus & firmam prohibentes ne prædictæ conſecrationis obtentu *Auguſtenſis* Epiſcopus vobis vel Eccleſiæ veſtræ moleſtiam ſeu grauamen irrogare præſumat, adhæc officij noſtri debito prouocati & eiuſdem Ducis precibus inclinati, quomodo memoratus Dux, à principio noſtræ promotionis, vobis deuote adhæſerit, & fideliter in deuotione noſtra & Eccleſiæ perſtiterit, nihilominus ad memoriam reducentes Eccleſiam veſtram cum omnibus bonis quæ in præſentiarum legitime poſſidet, aut in futurum iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, vt non liceat *Auguſtenſi* Epiſcopo vel alij vobis vel Eccleſiæ veſtræ ſupra præſcripta conſecratione quæſtionem mouere aut nouas & indebitas cõſuetudines imponere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Venetiæ* in *Riuoalto*, 4. Idus Iunij.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Guuelpho* Dei gratia Dux &c. Quia iuſtis ſemper precibus & maximè religioſorum debent patere aures Principum. Eapropter ego Dux *Guuelpho*, vtilem & honeſtam petitionem *Conradi* venerabilis Præpoſiti de *Steingaden* fratrumque ipſius effectu dignam æſtimaui. Donationes igitur prædiorum, in quibus fundamenta *Staingadenſis* Eccleſiæ primum, ieci lapidem poſteris per me, vel per meos legitime illuc contuli, ratas & inconuulſas permanere volens, huius ſcripti firmitudine, prædicto Præpoſito *Conrado*, & eius ſucceſſoribus eas impoſterum roboraui, vt cauſſas inquietationis in futurum abſcinderem, traditione quippe legitima manuque poteſtatiua, fundum ipſum in quo Eccleſia *Staingadenſis* ſita eſt, S. *Ioanni Baptiſtæ*, Deoque illic militantibus, cum conſenſu hæredum noſtrorum dedimus, totamq; terram clauſtro adiacentem ab amne qui dicitur *Rotinbach*, vſque ad amnem, qui dicitur *Marckbach*, & à fluuio *Lico*, vſque ad flu-

uium qui dicitur *Hylahe* cum viis & ſemitis, cum pratis & agris, cum aquis & aquarum curſibus, cum montibus & nemoribus, cum mancipiis & colonis, & omnibus pertinentiis ſuis ex integro in vſum fratrum prænominatæ Eccleſiæ donauimus, prædium quoque *Dornovve*, prædium *Celle*, curiam *Schongouue*, *Germaringen*, *Ingenriet*, *Watzinriedt*, *Franckinovve*, *Seon*, *Purinchovve*, *Ellebinbach*, *Muttursboua*, *Adillinderiedt*, *Erſtingen*, *Tegirnpah*, *Nobigovve*, *Erigisrieth*, *Vrpach*, cum aliis quocunque iuſto titulo acquiſitis. prædium etiam in *Sybenaich* & prædiū in *Igilingen*, prædium in villa montana, quæ dicitur *Ardis*, curiam *Horne* & curiam *Witergeltingen*. Si verò aliqua de prædiis, quæ iure proprietatis prænominatæ ſunt Eccleſiæ collata, nomine beneficij, ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus in vſum fratrum, ea de certo libera eſſe decerno, nec quenquam ſucceſſorum meorum ad alias ea transferre perſonas volo. Hæc & alia cum omnibus ſuis pertinentiis per nos, & per miniſteriales noſtros prænominato loco iam collata, vel adhuc conferenda, collegio fratrum in *Staingaden* ſemper poſſidenda concedimus, & huius teſtamenti pagina roboramus, locum etiam ipſum cum omnibus ſuis ab omni anguria exemptum, ſoli Romanæ Eccleſiæ ſpe ſubſidij ſubiectum à grauamine aliorum liberum penitus eſſe volumus. Si quis verò hæc infringere tentauerit, regio fiſco, & Cameræ ſucceſſorū noſtrorum, centum libras Auguſtenſis monetę pro ſua contumacia ſoluere cogatur. Teſtes ſubſcripti ſunt *Hartvvicus Auguſtenſis* Epiſcopus, *Vdalricus* Comes de *Berge*, *Vieto* de *Rauenſpurg*, & filij eius, *Fridericus* de *Walburc* & filius eius, *Bertoldus* de *Vurte*, & filij eius, *VVernherus*, *Hermannus* de *VVatzenſiebe*, *Conradus Spannagel*, *Heinricus* de *Minndelbere* & filius eius *Heinricus*. Acta ſunt hæc ann. Dñi 1183. Indictione prima, regnante *Friderico* Imperatore.

*Guelpho* Dux, &c.

LVCIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Conrado* Præpoſito Eccleſiæ S. *Ioannis Baptiſtæ* de *Staingaden* eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris in perpetuum. Monet nos apoſtolicæ ſedis, cui licet immeriti præſidemus, auctoritas pro ſtatu omnium Eccleſiarum prouida circumſpectione ſatagare, & ne malignorum rapinis & moleſtiis exponantur, apoſtolicum ipſis patrocinium exhibere. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam Eccleſiam S. *Ioannis Baptiſtæ Staingadens.* in qua diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo canonicus qui ſecundum beati *Auguſtini* regulā atque inſtitutionem *Præmonſtratens.* fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarū iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo prædicta Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, prædium in *Wiedergeltingen* & Eccleſiam inibi conſtructum, *Sardis*, Eccleſiam & cætera in Montanis conquiſita, vineam & agros, prædium in *Horne*, cum piſcaturis & molendinis Alpibus & aliis ad id pertinentibus: fundum ipſum in quo Eccleſia *Steingadenſis* ſita eſt ab amne qui dicitur *Rottenbach*, vſque ad amnem qui dici-

tur *Marbach*, & à flumine *Lico* vſque ad fluuium qui dicitur *Hylache* cum mancipiis & colonis & omnibus pertinentiis ſuis, & prædium quoque *Dornovve*, & capellam cum omni iure ſuo, prædium *Celle*, curiam *Schongau*, *Germaringen*, *Ingenrieth*, & Eccleſiam cum plebe & decimis, *VVanzienriedt*, *Franchenovve*, *Seon*, *Buringovve*, *Morharckhouen*, *Huſen*, *Franckenrieth*. *Erſtingen*, *Tegrinbach*, *Vogenhovve*, *Erichsriet* cum Eccleſia, prædium in *Sibenaich*. & prædium in *Igelingen*, prædium in *Stadel*, prædium in *Hohenfurch*, curiam *Enchienriedt*, curiam in *Bulzen*. Sane noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, decimas à vobis nullus extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad confeſſionem recipere & eos ſine contradictione aliqua retinere, prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem, ſine Præpoſiti ſui licentia fas ſit de eodem diſcedere, diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione nullus audeat retinere, Chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi à Diocœſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, gratiam Apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea gratis & absque prauitate vel exactione aliqua vobis voluerit exhibere. Alioquin ad quemcunque malueritis Antiſtitem recurratis, qui noſtra fultus authoritate quæ poſtulantur indulgeat, autoritate quoq; apoſtolica nihilominus duximus prohibendum, vt nullus aduocatus locum ipſum, vel quæ ad eum pertinent grauare ſeu quibuslibet indebitis exactionibus fatigare præſumat, ſed his quæ antiquitus ſibi conceſſa ſunt, & ad iuſtitiam ſuam pertinēt contentus exiſtat. Præterea nouas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis, aliiſue omnibus Eccleſiaſticis perſonis, omnino fieri prohibemus. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat hanc præfatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Diocœſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius ab Apoſtolica ſede præceptæ protectionis aureum nummum annis ſingulis, nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſoluetis. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire præſumpſerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine DEI & Domini redmptoris noſtri IESV CHRISTI, aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri IESV CHRISTI, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen. Amen.

Ego *Lucius* Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego *Theodinus Portuenſis* & S. *Ruffinæ* ſedis Epiſcopus.
Ego *Heinricus Albanenſis* Epiſcopus.
Ego *Theobaldus Hoſtienſis* & *Vellegrenſis* Epiſcopus.
Ego *Ioannes* presbyter Card. Eccleſiæ S. *Marci*.
Ego *Laborans* presb. Card. S. *Mariæ Transtyber.* Eccleſiæ *Calixti*.
Ego *Pander* Card. Eccleſiæ *Baſilicæ duodecim Apoſtolorum*.
Ego *Albinus* presb. Card. Eccleſiæ S. *Crucis* in *Ieruſalem*.
Ego *Adelardus* Eccleſiæ S. *Marcelli* presb. Card.
Ego *Ardicio* Diaconus Card. S. *Theodori*.
Ego *Gratianus* SS. *Coſmæ* & *Damiani* Diac. Card.
Ego *Gofredus* S. *Mariæ* in *via lata* Diac. Card.
Ego *Rolandus* S. *Mariæ* in *Porticu* Diac. Card.
Ego *Petrus* S. *Nicolai* in *carcere Tullii* Diac. Card.
Ego *Radulphus* S. *Georgij* ad *velum aureum* Diac. Card.

Datum *Veronæ* per manum *Alberti* S. *Romanæ* Eccleſiæ presb. Cardinalis & Cancellarij *16.* Calend. Iulij, jndictione 3. jncarnationis Dominicæ, Anno Milleſimo Centeſimo octuageſimo quinto, Pontificatus verò Dñi *Lucij* Papæ tertij anno quarto.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Heinricus* Dei gratia Imperator & ſemper Auguſtus. Imperatoriam decet Maieſtatem juſtis honeſtorum & maximè religioſorum petitionibus virorum beneuolè aſſenſum præbere, ac libēter eas ad effectum promouere. Vnde preces auunculi noſtri *Guelphonis* illuſtris viri necnon *Conradi* venerabilis Præpoſiti fratrum in *Staingaden* ęquas attēdentes Eccleſiam S. *Ioannis Baptiſtæ* in prædicto loco fundatam, Deoq; illic ſeruituris noſtri firmitudine priuilegij communimus & in poſterum quietem habere volumus. Omnes igitur conceſſiones, omnes donationes, perilluſtrem virum *Guuelphonem* vel per Miniſteriales eius, ſeu per noſtros vel quoslibet alios prænominato loco iam legitimè factas vel perficiendas ratas & ſemper incōuulſas eſſe decernimus, & nullus quietem fratrum Deo illic ſeruientium turbare, aut eos iniuriare, angariare vllo modo præſumat, interdicimus, ſi quę & de noſtris prædiis, quæ jure proprietatis iam illuc collata ſunt, nomine beneficij ſeu feudi, ab aliquib. detinentur, illis qui ea detinent, decedentibus in vſum fratrum de cætero libera eſſe ſancimus, nec quemquam Succeſſorum ad alias ea perſonas transferre volumus. Indulgemus adhęc fratribus ibidem degentibus, vt quicunque hominum noſtrorum *fiſcolinorum* ſeu etiam Miniſterialium ſe ac bona ſua voluerit ad eos conferre liberè poſſit facere, & absque conſenſus noſtri requiſitione. Poſſeſſiones verò quas idem Dux *Guuelpho* manu poteſtatiua præfatę contulit Eccleſiæ, ſicut viua voce coram nobis in præſentia Principum ac Curiæ noſtræ publicę proteſtatus eſt, ſeu alij pro remedio animarum ſuarum eidem loco contulerunt, & quas in præſentiarum poſſident propriis duximus exprimendas vocabulis, fundum ipſum in quo prædicta Eccleſia ſita eſt, totamque terram clauſtro adiacentem ab amne qui dicitur *Rotenbach* ad amnem qui vocatur *Marbach*, & à fluuio *Lico* vsque ad flumen quod dicitur *Ilache*, cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, montibus & nemoribus, cum mancipiis, colonis, & omnibus pertinentiis ſuis ex integro præter pauca in planicie, quæ dicitur *Hylchgou* à memorato Duce alienata & infeudata, prædium in *Widergeltingen* & Eccleſiam inibi conſtructam cum decimis à Domino *Vdalrico Auguſtenſi* Epiſco-

Epiſcopo traditam, prædium in *Sybenach*, prædium in *Dornovve*, & capellam cum omni iure ſuo, prædium in *Ingenrieth*, & Eccleſiam cum decimis à Domino *Conrado* loci Diœceſano collatam, prædium *Sardis*, & Eccleſiam, ac cætera in montanis conquiſita, vineas & agros, culta & inculta, prædium in *Horne*, cum piſcaturis & molendinis, alpibus & venisferri, quod vulgo Bergrecht Berchreth dicitur, ac aliis ad id pertinentibus, prædium in *Erichsrieth*, cum Eccleſia inibi conſtructa, prædia in *Schongavv*, *Celle*, *Germaringen*, *Franckenovve*, *Seon*, *Buringovve*, *Huſen*, *Franckenriedt*, *Erſtingen*, *Tegrinbach*, *Vogengovve*, *Stadeln*, *Igelingen*, *Hohenfurth*, *Emichenrieth*, *Bulzon*, Conſtitutiones prærogatiuas libertatis, quas præfatus Dux, conſentiente & approbante piæ recordationis diuo Friderico Imperatore patre noſtro, prædictæ contradidit Eccleſiæ ſolenniter innouantes confirmamus, videlicet, vt nullus Aduocatiæ titulo grauetur, ſed à gubernatoribus regni ad petitionem Præpoſiti & fratrum illic DEO militantium Aduocatus ſeu Procurator ordinetur, qui abſque omni exactione perſonas & bona tuendo ipſorum prouideat indemnitati. Ordinatus autem, ſi poſtmodum ipſis grauis extiterit, remoueatur, & alius ſubſtituatur, qui velit tantum diuinæ remunerationis intuitu eos defenſare, & ingratitudinem regiæ maieſtatis euitare. Præpoſiti etiam, qui pro temporis qualitate eidem præfuerint Eccleſiæ, adminiſtrationem in temporalibus per ſe vel ſuos prouiſores exerceant, nec homines ipſorum pro exceſſibus, niſi eis aliquo modo cogantur reſpondere. Quo ſi fortè profugi eorum in ciuitatem vel Burgum regni, vel alterius ſub Imperio conſtituti recepti fuerint, cum omni facultate ipſorum reddantur eiſdem, nullorum locorum priuilegio libertatis obſtante: ad indicium etiam libertatis præſcriptę ſtatuit, vt eadem Eccleſia ſingulis annis aureum perſoluat Romanæ Eccleſiæ. Statuimus inſuper regio diſtrictè præcipientes edicto, vt nulla deinceps perſona, cuiuſcunque ſit conditionis, hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſæpedictos fratres in bonis ſuis aliquo inquietudinis modo grauare. Quod qui fecerint centum libras auri puriſſimi componant, dimidium fiſco, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt *Cunradus Moguntinus* Archiepiſcopus, *Rudolphus* Comes Palatinus de *Tuvvingen*, *Sigibertus* Comes de *VVerde*, *Fridericus* Comes de *Hohenberg*, *Gerhardus* de *Kelbershovve*, *Meingolt*: de *Moguntia*, *Cunradus* Capellanus de *Steffovve*, *Rupertus* Ioculator Regis. Acta ſunt hæc anno ab Incarnatione Domini 1189. indictione 7. regnante Domino *Heinrico* ſexto Romanorum Rege glorioſo. Datum *Spiræ* octauo die Septembris.

IN nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia *Romanorum* Rex & ſemper Auguſtus. Regiam decet excellentiam iuſtis petitionibus fa-

bus facilem aſſenſum præbere, ac diligenter eas ad debitum promouere ſemper effectum. Vndè preces proauunculi noſtri *Guuelphonis* illuſtris viri æquas attendentes Eccleſiam S. *Ioannis Baptiſtæ* in *Staingaden*, per ipſum in proprio ac libero fundo ſecundum B. *Auguſtini* regulam, ad inſtitutionem *Præmonſtratenſem* liberaliter conſtructam in plenitudinem grâtiæ noſtræ ſuſcipimus protectionem, ac præſentis firmitudine priuilegij communimus. Sane omnes concesſiones vel donationes, per iam dictum proauunculum noſtrum, & nobilem virum *Heinricum* Saxonum Ducem, vel etiam per miniſteriales eorundem, ſeu noſtros prænominatæ Eccleſiæ legitimè factas vel perficiendas, ratas & inconuulſas, cum omni iure ſuo ſemper eſſe decernimus. Præterea ſi qua de noſtris miniſterialibus aliqua de ſuis præfatæ contulerint Eccleſiæ, largitionem eorum ratam eſſe volumus. Præterea ſi qua de prædiis, quę iure proprietatis iam illuc collata ſunt nomine beneficij adhuc ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus, in vſum fratrum ea de cætero libera eſſe decernimus, nec quemquam ſucceſſorum ad alias ea transferre perſonas volumus. Si quis autem, quod abſit contra hanc noſtram conſtitutionem imperialem auſu temerario venire tentauerit, læſionem fratribus illatam plenariè ſtatim emendet, deinde noſtro centum libras fiſco de publica moneta ſoluere cogatur. Sunt autem hæc prædia quæ ad inſtans prædicta poſſidet Eccleſia, fundus ipſe *Staingaden* cum omnibus ſuis pertinentiis, prædium *Dornovve*, prædiũ *Celle*, prædium *Schongovve*, *Germaringen*, *Ingenrieth*, *Watinrieth*, *Franckenovve*, *Seon*, *Buringovve*, *Mutartshouen*, *Adillinderieth*, *Erſtingen*, *Tegrinbach*, *Vogehovve*, *Erichiesriet*, *Vrbach*, *Sibeneich* *Igilingen*, *Ardis* *Hornin*, *Wiedengeltingen*, cum Eccleſia *Hohenfurth*, *Emichenrieth*, *Lulanſperg*, *Vrſingen*, *Eppihaim*, *Svviſtingen*, *Buldon*, *Huſin*, *Franckenriedt*, *Omundingen*, Anno Incarnat. Domini 1189.

C*Eleſtinus* Eps ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & fratrib. Monaſt. de *Staingaden*, & ſalutem Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum & vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, Monaſterium & perſonas veſtras cum omnibus quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum iuſtis modis, Deo propitio poteritis adipiſci, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem ea quæ bonæ memoriæ *Guuelpho*, quondam Dux in Monaſterium ipſum conſtruxiſſe dignoſcitur, & dotaſſe pluribus bonis, & pia deuotione conceſſit & tradidit, vobis & per vos ipſi Monaſterio, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confimationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran*: 5. Cal. Februarij. Pontificatus noſtri an. 3.

IN nominę ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *Philippus* ſecundus diuina fauente clementia *Romanorum* Rex & ſemper Auguſtus. Diuinæ remunerationis & æquitatis intuitu, eccleſiis à progenitoribus noſtris fundatis, non ſolum tradita beneficia conſeruare tenemur, verum etiam de conceſſis nobis à Deo aliqua eis feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipſarum & augmentum operam efficacem & curam adhibere diligentem. Eapropter omnibus Chriſti fidelibus, tàm poſteris quam modernis, notum eſſe volumus, quod nos animaduertentes

tes diuinæ religionis cultum, & honeſtam fratrum conuerſationem Monaſterij *Staingadenſis*, quod fundauit prædictus Auunculus noſter inclitus Dux *Guelpho*, & propriis curauit prędiis ditare, quodque pro eo, & omnib. poſteris eius preces ſine intermiſſione fundantur ad Dominum, ipſum Monaſterium cum omnibus ſuis attinentiis, in plenitudinem gratiæ noſtræ & ſub ſpecialem maieſtatis noſtræ ſuſcipimus protectionem, ad honorem Domini & S. *Ioannis Baptiſtæ* fratrib. Deo illic militantib. ex innata nobis benignitate confirmantes, quicquid antedictus auunculus noſter & kmi fratres noſtri *Heinricus* glorioſus *Romanorum* Imperator & *Conradus* illuſtris *Sueuorum* Dux pro remedio animarum ſuarum Monaſterio eorum contulerunt & confirmauerunt, & quę nos ipſi vel alius quiſquam eis donauit, quæue impoſterum iuſto acquiſitionis titulo prę-ſtante Domino poterunt adipiſci. Poſſeſſiones verò quas in præſentiarum obtinent propriis duximus exprimendas vocabulis: *Fundus* videlicet in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt, totamq; terram clauſtro adiacentem ab amne qui dicitur *Rotenbach*, & à fluuio *Lico*, vſque ad fluuium qui dicitur *Hylahe*, cum viis, ſemitis, prædiis, agris, cultis & incultis, cum aquis aquarumq; decuribus, molēdinis, piſcationibus, montib. & nemoribus, cum mācipiis & colonis & cum omnib. pertinentiis ſuis ex integro. Inſuper prædium *Dornovve*, prædium *Celle*, prædiū *Schongavv*, prædiū *Hohenfurche* prædiū *Germaringen*, prædiū *Ingenriet*, *Seon*, *Burenchovve*. *Emichenriet*, *Franckenovve*, *Watertinriet*, *Franckenriet*, *Huſen*, *Burē*, prædiū *Mothandūhouen*, *Adillinriet* *Erſtingen*, *Tegrinbach*, *Vockegovve*, *Vrbach*, *Chiſtilingen*, *Vrſingen*. prædiū in *Sybenach*, quā dedit *Herwannus* de *Mallinſietz*, curiā *Widergeltingen*, cum Eccleſia & omni iure, curiam *Stadeln*, curiam *Beitingau* cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam *Brem*, *Lullanſperg*, *Ettinhuſin*, curiam *Horne* cum piſcationibus, & omnibus appendicijs ſuis. In montanis curiam *Scardis*, curiam *Lômun*, curiam *Hagnahc*, Bona *Vmiſte*, curiam *Omindingen*. Præterea nouale vnum quod vocatur *Vrenrute*, & prædium *Langevvil*, tradita à fratribus noſtris *Friderico* & *Conrado* *Sueuorum* ducibus. Indulgemus adhæc fratribus memoratis, vt quicqcunq; hominum noſtrorum *Fiſcalinorum*, ſiue etiam miniſterialium offerre ſe & bona ſua ad eos voluerit, liberè facere poſſit, & absque conſenſus noſtri requiſitione. Statuentes & regio diſtrictè præcipientes edicto, vt nulla deinceps perſona, cuiuſcunque ſit conditionis, hanc noſtram irritare audeat confirmationem, vel ſæpedictos fratres in bonis ſuis aliquo inquietudinis modo grauare: quod qui fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt *VVolffgerus Patauien.* Epiſcopus. *Bertoldus* Dux *Meraniæ*, *Svviggerus* de *Mindelberch*, & alij quam plures.



Signum Domini *Philippi* ſecundi *Rom:* Regis inuictiſſimi. Ego *Conradus Herbipolenſis* Epiſcopus & Imperialis Aulæ Cancellarius recognoui. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini 1201. Indictione 5. Regnante Dño *Philippo* II. Romanorum Rege glorioſo, Anno regni eius 4. Datum apud *Norinberg* 12. Cal. Octobr.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Abbati *Staingadenſi Præmonſtrat.* ordinis, ſalutem & Apoſtolicā benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum & honeſtum, tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis iuſtis poſtulationib. inclinati, vtiles conſtitutiones à bonæ memoriæ *Guelphone,* tui Monaſterij fundatore prouidè factas & rationabiles conſuetudines ibidem obſeruatas, hactenus approbantes, illas auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omniptentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Lateran:* 3. Cal. Martij. Pontificatus noſtri an. II.

HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Abbati *Præmonſtrat:* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Chariſſimus in Chriſto filius noſter F. *Siciliæ* Rex illuſtris in *Roman:* Imperatorem electus, nobis inſinuare curauit; quod cum claræ memoriæ Dux *Guuelpho* prædeceſſor ipſius Eccleſiam Beati *Ioannis Baptiſtæ* de *Staingaden. Præmonſtrat.* ordinis, pia deuotione conſtruxerit & dotauerit illam quibuſdā libertatib. & imunitatib, muniendo, tu licet prædeceſſores tui eam in ſua libertate hactenus conſeruauerunt, ſtatum eiuſdem nobilis ſuper libertatibus & immunitatib, ipſis cepiſti pro tuæ voluntatis arbitrio violare. Volentes igitur vt quod ſuper hoc piè ac prouidè factum eſt, à Duce prædicto, debitam obtineat firmitatem, diſcretionem tuam monendam duximus & hortandam per apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus Eccleſiam ipſam in ea libertate conſerues, in qua prædeceſſores tui eandem noſcuntur vſque ad tua tempora conſeruaſſe. Datum *Lateran* 3. Idus Aprilis pontificatus noſtri anno 3.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis *Fridericus* Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus & Rex *Siciliæ,* &c. Diuinæ remunerationis intuitu & æquitatis Eccleſiis, à progenitorib. noſtris fundatis, non ſolū tradita beneficia cōſeruare tenemur, verum etiam de conceſſis nobis à Deo aliqua eis feliciter erogare, & circa tranquillitatem ipſarum & augmentum operam efficacē & curam adhibere diligentem. Eapropter omnibus Chriſti fidelibus, tàm poſteris quàm modernis notum eſſe volumus, quod nos animaduertentes diuinæ religionis cultum, & honeſtam fratrum conuerſationem Monaſterij *Staingadenſis* quod fundauit prædilectus conſanguineus noſter inclitus Dux *Guelpho* & propriis curauit prædiis ditare, quodq; ibi pro eo, & omnibus poſteris eius, preces ſine intermiſſione fundantur ad Dominum, ipſum Monaſteriū, cum oībus ſibi attinentib. in plenitudine gratiæ noſtræ, & ſub ſpecialē Maieſtatis noſtræ ſuſcipimus protectionē ad honorē Dei & S. *Ioannis Baptiſtæ* fratrib. ex innata nobis benignitate confirmantes, quicquid antedictus conſanguineus noſter, & glorioſus pater noſter, inuictiſſimus Imperator *Heinricus,* & chariſſimus patruus noſter *Conradus* Illuſtris *Sueuorum* Dux pro remedio animarum ſuarum Monaſterio eorum contulerunt, confirmauerunt & quæ nos ipſi vel alius quiſquam eis donauit quæue in poſterum iuſto acquiſitionis titulo præſtante Deo, poterunt adipiſci. Poſſeſſiones vero, quas in præſentiarum obtinent propriis duximus exprimendas vocabulis, fundum videlicet, in quo ipſum Monaſterium ſitum eſt totamque terram clauſtro adiacentem, ab amne qui dicitur *Rotenbach*

*tenbach* vſque ad amnem qui vocatur *Marbach*, & à fluuio *Lico*, vſque ad fluuium qui dicitur *Hylahe*, cum viis, ſemitis, pratis, agris, cultis & incultis, cum aquis, aquarumque decurſibus, Molendinis, Piſcationibus, montibus & nemoribus, cũ mancipiis & colonis, & cum omnib. pertinẽtiis ſuis ex integro. Inſuper prœdiũ *Dornovve*, prędiũ *Celle*, prædiũ *Schongovve*, prædiũ *Hohinfurch*, prædiũ *Germaringen*, prędiũ *Ingenriedt*, *Sevvõ*, *Burenhovve*, *Emichenriet*, *Frãckenhovve*, *Waterlintrieth*, *Franckenriet*, *Huſen*, *Beürn*, prædium *Modardiſthouen*, *Adillinriet*, *Erſtingen*, *Tegrinbach*, *Vohegovve*, *Vrbach*, *Chiſtilingen*, *Vrſingen*, prædium in *Sybenach*, prædium in *Iglingen*, decimam apud *Sybenach*, quam dedit *Hermannus* de *Mallinſietzen*, curiam *Widergeltingen*, cum Eccleſia & omni iure, curiam *Stadeln*, curiam *Beytingẽ*, & Eccleſiam cum omni iure, Eccleſiam *Brehm*, *Lullanſperck*, *Dietenhauſen*, curiam *Home*, cum piſcationibus, & omnibus appendicijs eius, in montanis curiam *Scardis*, curiam *Lômun*, curiam *Hathnach*, Bona *Vmſte*, curiam *Omindingen*. Præterea nouale vnum quod vocatur *Vronrute*, & prædium quod vocatur *Langemos*, tradita à patruis noſtris *Friderico* & *Conrado Sueuorum* ducibus. Indulgemus ad hæc fratribus memoratis, vt quicquam hominum noſtrorum *Fiſcalinorum*, ſiue etiam miniſterialium offerre ſe & bona ſua ad eos voluerit, liberè facere poſſit, & abſque conſenſus noſtri requiſitione. Statuentes & regio diſtrictè præcipientes edicto, vt nulla deinceps perſona, cuiuſcunque ſit conditionis, hanc noſtram irritare audeat confirmationem vel ſæpedictos fratres, in bonis ſuis aliquo inquietudinis modo grauare, quod qui fecerit, centum libras auri puriſſimi componat, dimidium fiſco noſtro, reliquum paſſis iniuriam. Teſtes huius rei ſunt *Sifridus* Epiſcopus, *Chuno Elvvangen*: & *Fulden*. Abbas. *Bertoldus* de *Tanneberg*, *Svviggerus* de *Mindelberch*, *Engelſcalcus* & *Hermannus* de *Heginiberc*. *Vlricus* Præpoſitus de *Möringen*, & alij quam plures: Signum Domini *Friderici* Regis Rom. inuictiſſimi & Regis *Siciliæ*.



Ego *Conradus Spiren*: & *Meten*: Epiſcopus, & Imperialis Aulæ Cancellarius recognoui. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini 1220. Indictione 7. Regnante Dño *Friderico* Romanorum Rege glorioſo, Anno regni eius 8. Datum apud *Auguſtam* 16. Cal. Septembr.

FRIDERICVS Dei gratia *Rom*: Rex ſemper Auguſtus & Rex *Siciliæ*. Cum ex debito regiæ maieſtatis omnia quæ vel quærimonioſè aut aliquorum lite ad noſtram deferunt præſentiam ad tranquillitatem pacis reformare teneamur, maximè tamen Eccleſiarum Dei grauamina & iniurias præ cæteris extirpare, & contra futuros impetus malignorum hominibus ſacræ religioni dicatis, munimen protectionis noſtræ porrigere & volumus & debemus. Notum igitur eſſe cupimus præſentibus & futuris quod cũ quodã tempore de *Sibenaich* aduocatiam bonorũ Eccleſiæ de *Staingaden*, ibidem in villa ſitorum, ſibi vendicaret *Heinricus* de *Sibenaich*, quæ ſoli protectioni noſtræ & hæredum noſtrorum ſine omni exactione ſunt ſubiicienda, & à nobis nunquam alienanda, aut à noſtris progenitis ipſe *Heinricus* iam dictus & *Gebero* venerabilis prædictæ Eccleſiæ Præpoſitus, ſuper hoc apud *Auguſtam* ad noſtram conuenerit præſentiam, vbi ſæpedictus *Heinricus* recognoſcens ſe in antedicta aduocatia, ꝑ dictam

Eccleſiam indebitè & contra iuſtitiam grauare & omne ius & actionem in aduocatia bonorum ſupradictorum, ſcilicet villę totius *Sibenaich*, ab inclito Duce *Guelphone* ſeu *Manegoldo*, aut quocunque alio *Staingadenſis* Eccleſiæ illic collatorum, in manibus noſtris penitus dimittendo reſignauit, in agris, in pratis, in paſcuis, in piſcinis & nemoribus, & in omnibus pertinentiis villæ, vt nec ipſe aliquis, ab ipſo genitus, aut dolo, aut ingenio aliquis ſubintroductus, ab eo poſtmodum prædictos fratres, in aduocatia, totius futuræ malignitatis præſens ſcriptum ſigillo noſtro communitum prædicto Præpoſito *Geberone* & confratribus eius contulimus, & libertatem eiuſdem aduocatiæ ſecundum quod Magnificus progenitor noſter Dux *Guelpho* & Imperatores Auus & pater noſter ipſis vſque ad tempora noſtræ exaltationis conſeruauerunt & ſigillis & priuilegiis confirmauerunt, & nos perpetuo ipſis confirmamus, & ſtabilimus. Teſtes quoque fideles noſtros & imperij in præſentia noſtra eo tempore conſtitutos. In cuius rei teſtimonium vocauimus *Aug.* Eccleſiæ Epiſcopum, & *Heinricum* de *Niſen*, *Berchtoldum* de *Tanneberch*, *Eberhardum Dapiferum* de *Tanne*, *Suuigerum* de *Mindelberch*, *Vlricum* Præpoſitum de *Moringen*, & alios quam plures. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1220. Datum apud *Auguſtam* 3. Calendas Auguſti, Indictione octaua.

CONRADVS diui Auguſti Imperatoris *Friderici* filius, Dei gratia *Rom.* in Regem electus, ſemper Auguſtus, & hæres regni *Iheruſalem* tenore præſentium notum eſſe volumus vniuerſis fidelibus noſtris & Imperij tàm præſentibus quam futuris, quod nos piis ac deuotis ſupplicationibus *Eberhardi* venerabilis Præpoſiti Monaſterij de *Staingaden*, & fratrum Monachorum eiuſdem pium & beneuolum præſtantes aſſenſum, Monaſterium ipſum cum perſonis Deo ibidem famulantibus ac omnibus bonis ſuis ſub protectione noſtra & Imperij recepimus ſpeciali, rata ex nunc & in perpetuum habere volentes omnia priuilegia indulta ipſi Monaſterio, á quondam Duce *Guelphone* cunctiſque aliis fœlicis memoriæ progenitoribus noſtris, cum omnibus libertatibus quæ in ipſis priuilegiis ad vſum & vtilitatem ipſius Monaſterij contineri noſcuntur. Quare mandamus ex parte Imperiali & noſtra, & firmiter inhibemus quatenus nulli perſonæ liceat Eccleſiaſticæ vel mundanæ præfatũ Monaſterium contra tenorem prædictorum priuilegiorum impetere aliquatenus vel aliquibus offenſionibus perturbare. Nam ſi quis contra præſentis ſcripti noſtri tenorem venire præſumpſerit, indignationem Imperialem & iracundiam ſe nouerit incurſurum. Pro cuius rei memoria & robur impoſterum valiturum præſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtræ celſitudinis iuſſimus communiri. Datum apud *Auguſtam* anno Dominicæ incarnationis 1251. Menſe Februarij nona indictione.

IN nomine patris, & filij. & ſpiritus ſancti, Amen. Ego *Conradus* Dei gratia *Iheruſalem* & *Siciliæ* Rex ac Dux *Sueuiæ*. Tenore præſentium notum eſſe volumus vniuerſis fidelibus noſtris tàm præſentibus quàm futuribus, quod nos piis & deuotis ſupplicationibus Berchtoldi, venerabilis Præpoſiti Monaſterij de *Staingaden*, & fratrum eiuſdem, pium & beneuolum præſtantes aſſenſum, Monaſteriũ ipſum, cũ perſonis Deo ibidẽ famulantib. ac omnib. bonis ſuis ſub protectione noſtra recepimus ſpirituali, rata ex nunc & in perpetuum habere volentes oĩa priuilegia indulta ipſi Monaſterio, à quodam Duce *Guelphone*, cunctiſq; aliis felicis memoriæ progenitorib. noſtris, cũ omnib libertatib. quæ in ipſis priuilegiis, ad vſum & vtilitatẽ ipſius Monaſterij contineri,

neri noſcuntur. Quare mandamus, ex parte Dominationis noſtræ firmiter inhibemus quatenus nulli perſonæ liceat Eccleſiaſticæ vel mundanę præfatum Monaſterium, contra tenorem prædictorum priuilegiorum impetere, aliquatenus vel aliquib. offenſionibus perturbare. Nam ſi quis contra præſentis ſcripti noſtri tenorem venire pręſumpſerit, indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. Pro cuius rei memoria & robur impoſterum valiturum præſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtræ celſitudinis iuſſimus communiri. Teſtes huius rei ſunt *Volcmarus* de *Kaminatu*, & filius eius *Marquardus*, *Hermannus* de *Haiginberch*, *Cunradus* de *Schvvanegou*, *Bartholomæus* de *Waal*, *Hermannus* de *Dachſelberch*, *Cunradus* de *Baldvvide*, *Bartholomæus* de *Schvvanegou*, *Cunradus* de *Lechsberch*, & alij quã plures. Datum apud *Staingaden*, Anno Dominicæ Incarnationis 1263. 18. Cal. Maij. Indict. 6.

ALbertus Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri Romani Imperij fidelibus pręſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Ex omni parte religioſorum virorum Præpoſiti & Conuentus Eccleſiæ S. *Ioannis Baptiſtæ* in *Staingaden Pramonſtratenſis* ordinis *Auguſtenſis* Diocœſis, deuotorum noſtrorum dilectorum celſitudini noſtræ extitit humiliter ſupplicatum, quod nos priuilegium claræ recordationis *Heinrici* Regis *Romanorum* noſtri prædeceſſoris ipſis traditum & conceſſum, approbare, innouare & confirmare de benignitate regia dignaremur. Cuius priuilegij tenor talis eſt.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* Dei gratia *Romanorum* Rex & ſemper Auguſtus. Regiam decet &c. vt ſupra.

NOS itaque prędictorum Præpoſiti & Conuentus precibus fauorabiliter annuentes prænominatum priuilegium de verbo ad verbum prout ſuperius eſt expreſſum approbamus, innouamus, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui attentare præſumpſerit, grauem noſtræ maieſtatis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium & euidentiam ſempiternam, præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus roborari. Datum in *Hagenovve* Nonis Maij, indictione 12. an. Domini 1299 Regni verò noſtri anno primo.

HEinricus Dei gratia *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, vniuerſis ſacri Romani Imperij fidelibus, præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bomum. Ex parte religioſorum virorum Præpoſiti & Conuentus Eccleſiæ S. *Ioannis Baptiſtæ* in *Staingaden Præmonſtrat.* ordinis *Auguſtenſis* Diocœſis, deuotorum noſtrorum dilectorum celſitudini noſtræ extitit humiliter ſupplicatum, vnde nos priuilegium claræ recordationis *Heinrici* Regis Roman. noſtri prædeceſſoris ipſis traditum & conceſſum approbare, innouare & confirmare de benignitate regia dignaremur, cuius ptiuilegij tenor talis eſt.

Nos itaque prædictorum Præpoſiti & Conuentus precibus fauorabiliter annuentes, ipſos & Eccleſiam ſuam, cum omnibus bonis & poſſeſſionibus ſuis de nouo in noſtram & imperij protectionem ſuſcipimus ſpecialem, volentes vt nullus eis inferat iniuriam aliquam vel grauamen, & prænominatum priuilegium de verbo ad verbum prout ſuperius eſt expreſſum, ſaluo

iure noſtro & & Imperij ad inſtar diuinæ recordationis *Alberti* Rom: Regis, antecesſoris noſtri approbamus, innouamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, innouationis, confirmationis paginam infringere. vel ei aliquo auſu temerario contraire. Quod qui attentare præſumpſerit, grauem noſtræ maieſtatis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium, & euidentiam ſempiternam præſens ſcriptum conſcribi & Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus roborari. Dat. in *Nordlingen* 12. Cal. Iulij, Indict. 7. Anno Domini 1309. Regni verò noſtri anno primo.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dux *Sueuorum.* Quia iuſtis ſemper precibus, maximè religioſorum, debent patere aures Principum, Propterea ego *Fridericus* Dux *Sueuorum* honeſtam petitionem *Conradi* venerabilis Præpoſiti de *Staingaden*, fratrumque ipſius ad effectum perducere dignum duxi. Donationes igitur prædiorum, in quibus ipſa Eccleſia S. *Ioannis Baptiſtæ* in *Staingaden* fundata eſt, vel poſteris ditata ratas & inconuulſas permanere volens, huius ſcripti firmitudine, prædicto *Conrado*, & eius ſucceſſoribus eas in poſterum roboraui, vt tam in acquiſitis, quàm in acquirendis, nullas inquietationis cauſſas Deo ibi militantes imposterum ſuſtineant, Iuxta formam ergo traditionis & ſcriptæ confirmationis quam magnus Auunculus meus, illuſtris vir *Guuelpho* prædicto loco fecit, ego per omnia plenum adhibeo conſenſum & quicquid in his ratum habuit ratum habeo, & hoc inpoſterum ſcripti huius pagina confirmo. Præterea ſi quis miniſterialium meorum de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus præfato loco aliqua contulerit approbo, & libens permitto, ſi verò aliqua de prædiis, quę iure proprietatis prænominatæ ſunt Eccleſiæ collata, nomine beneficij ab aliquibus detinentur, illis qui ea detinent decedentibus, in vſum fratrum ea de cætero libera eſſe decerno, nec quicquam ſucceſſorum meorum ad alias ea transferre perſonas volo. Poſſeſſiones etiam prædicti loci nominatim expreſſas ſubſripſi, fundum *Staingadenſe*, cum omnibus pertinentiis ſuis, qui ſic extenditur, ab amne qui dicitur *Rotenbach*, vſque ad amnem qui vocatur *Marbach*, & à fluuio *Lico*, vſque ad fluuium *Ilach*, prædium *Sybenach*, *VVidergeltingen*, *Ilingriet*, *Schongovve*, *Dornovve*, *Celle*, *Horne*, *Sardis*, & alia prædia quæ plenius in Ducis *Guuelphonis* conſcripta inueniuntur. Teſtes ſunt *Guuelpho* Dux, *Heinricus* Marchio de *Rinsbere*, *Rudolphus* Palatinus de *Tubingen*. *Hartmannus* de *Kirchberc*, & filius eius *Hartmannus*, *Bertoldus* Comes de *Zolrn*, *Bernhardus* Comes & frater eius *Gebhardus* de *Tollenſtaine*, *Adelbertus* Comes & frater eius *Conradus* de *Chalovven*, Præpoſitus de *Sindolingen*, & miniſteriales Ducis *Vieto* de *Rauenſperg*, *Heinricus Tumbo*, *Hermannus* de *Mallenſietz*. *Ortolfus* & frater eius *Heinricus* de *Schmaleneck*, *Heinricus* de *Tungehovve*, *Albertus* de *Summerhovve*, *Eberhardus* de *Tanne*. Data *Hoſin* iuxta *Rhenum*. 4. Cal. April.

*Fridericus* Dux *Sueuorum.*

## Catalogus Abbatum Monaſterij *Staingaden.*

I. Dn. ANSELMVS primus huius Monaſterij Præpoſ. ex *Rothenſi* Abbatia propè *Memmingam* ſita aſſumptus, præf. adhuc Fundatore annis 15. ob. an. 1162.

II. Dn.

II. Dn. CONRADVS elig. an. 1162. ſub eius guberatione literæ erectionis erectæ & confirmatæ ſunt, præfuit an. 28. ob. an. 1190.

III. Dn. GEBESO I. el. an. 1190. præf. an. 8. deceſſit an. 1198.

IV. Dn. WALTHERVS el. an. 1198. Præpoſituræ præfuit an. 10. vitam cum morte commutauit an. 1208.

V. Dn. BERTHOLDVS I. elig. an. 1208. rexit an. 16. ob. an. 1223.

VI. Dn. GEBESO II. elig. an. 1223. præf. an. 16. defunct. an. 1239.

VII. Dn. BERTHOLDVS II. p̃ficitur an. 1239. gubernauit an. 26. ob. 1265.

VIII. Dn. MANEGOLDVS præfuit in vniuerſum an. 5. ob. an. 1270.

IX. Dn. EGENO elig. an. 1270. rexit an. 11. mor. an. 1281.

X. Dn. DIETHERIVS conſtituitur p̃poſitus an. 1281. p̃f. an. 12. ob. an. 1293.

XI. Dn. EBERHARDVS el. an. 1293. clauum tenuit reg. an. 18. defunct. an. 1311.

XII. Dn. VDALRICVS præſidere cœpit an. 1311. præf. an. 26. ob. an. 1337.

XIII. Dn. BERTHOLDVS III. el. an. 1337. præf. an. 32. vita exceſſit an 1369.

XIV. Dn. BERTHOLDVS IV. elig. an. 1369. præf. an. 10. ob. an. 1379.

XV. Dn. IOANNES I. el. an. 1379. præſedit an. 6. defunct. an. 1385.

XVI. Dn. CONRADVS II. præfic. an. 1385. rex. an. 7. deceſſit an. 1392.

XVII. Dn. VDALRICVS II. elig. an. 1392. præf. an. 8. migrauit è vita an. 1400.

XVIII. Dn. PETRVS præfuit annis duobus reſignauit an. 1402.

XIX. Dn. IOANNES II. *Sürgius*, ex nobili familia de Sürgenſtein, adſciſcitur ex monaſterio *Rothenſi* & Præpoſituræ huic præficitur, an. 1402. Hic videns cænobium ad extremam inopiam ac ruinam deueniſſe; *Martinum* V. Pont. Max. *Conſtantiæ* adiit, & ab eo literas Papales impetrauit contra omnes eos, qui Monſterij bona per vim vel fraudem occupârant, & iniuſtè tenebant: quibus mandabatur, vt bona occupata ſine contradictione redderent. Præfuit laudabiliter annis 29: vt meritò à Guelphone alter Fundator dicatur, ob. an. 1431.

XX. Dn. IOANNES III. *Scheütterer, Sürgij* ſucceſſor, tertio regiminis ſui anno Abbatis dignitatem & ornamenta conſecutus, primus huius loci Abbas numeratur, præf. an. 14. deceſſit an. 1445.

XXI. Dn. IOANNES IV. el. an. 1445. rex. an. 5. ob. an. 1450.

XXII. Dn. CONRADVS III. el. an. 1450. præf. an. 6. deceſſ. an. 1456.

XXIII. Dn. CASPARVS præficitur an. 1456. rex. an. 35. ob. an. 1491.

XXIV. Dn. VITVS conſtituitur Abbas an. 1491. p̃f. an. 9. denaſcitur an. 1500.

XXV. Dn. VDALRICVS III. al. *Sellarius* dictus, el. an. 1501. ſedit an. 23. ob. an. 1523.

XXVI. Dn. IOANNES V. dict. *Dimpt*, deſignatur Abbas an. 1523. præf. an. 12. ob. an. 1535.

XXVII. Dn. MICHAEL *Moſer* el. an. 1535. rex. an. 18. ob. an. 1553.

XXVIII. Dn. IOACHIMVS *Salicetus* præfic. an. 1553. deceſſit an. 1580.

XXIX. Dn. GALLVS el. an. 1580. præf. an. 26. ob. an. 1606.

XXX. Dn. GEORGIVS, modernus Abbas, in numero Abbatum vndecimus.

## Sequuntur aliquot confirmationes.

GRegorius Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij in *Staingaden* Ordinis *Præmonſtraten. Auguſtanæ* Diœceſis, Salutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtú eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id p ſollicitudinem

officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & Monaſterium in *Staingaden*, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum præſtante Domino, juſtis modis poterit adipiſci, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus: Specialiter autem Eccleſiam S. *Georgij* in *Sybenaich*, cum pertinentiis ſuis, quam Venerabilis frater noſter S. *Auguſten.* Epiſcopus, ſpectantem ad eum, Capituli ſui accedente conſenſu, vobis pia & prouida liberalitate donauit, prout in literis inde confectis plenius dicitur contineri, nec non terras, poſſeſſiones, & alia bona veſtra, ſicut ea juſtè omnia ac pacificè poſſidetis, vobis & eidem Monaſterio per vos auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſenouerit incurſurum. Datum *Lateran.* II. Id. April. Pontificat. noſtri an. 12.

LVdouicus Dei gratia *Rom.* Rex ſemper Auguſtus. Vniuerſis ſacri Rom. Imperij fidelibus præſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Ex parte religioſorum virorum Præpoſiti & Conuentus in *Staingaden* clementiæ regiæ humiliter ſupplicatum, quatenus literas diuæ memoriæ quondam dominorum *Heinrici* & *Alberti* Romanorum Regum prædeceſſorum noſtrorũ Illuſtrium, ſub eiuſdem Domini *Alberti* vero & pendenti ſigillo conſcriptas, & dicto Monaſterio conceſſas, cum quibuſdam bonis ipſi Monaſterio conquiſitis, & infra expreſſis confirmare auctoritate regia dignaremur: Quarum quidem literarum tenor per omnia dignoſcitur eſſe talis: *Albertus* Dei gratia *Romanorum* Rex &c. vt ſupra pag. Nos igitur religionis fauore, & vt factæ donationes dicto Monaſterio certius innouentur, ſingula in præmiſſis literis *Heinrici* eidem Monaſterio donata & conceſſa, & per dictum *Albertum* poſtmodum confirmata, cum bonis poſtmodum ipſi Monaſterio de nouo conquiſitis, videlicet poſſeſſiones in *Holzhauſen* cum Eccleſia ibidem, poſſeſſiones in *Huſen* prope *Waal*, cum Eccleſia ibidem, poſſeſſiones in *Vrſingen* ſuperiori & inferiori cum Eccleſia ibidem, Villam in *Laiſershouen* cum Eccleſia ibidem, poſſeſſiones in *Trangou* cum Eccleſia ibidem, prædia in *Kinberg*, prædia in *With*, prædia in *Rammingen*, prædia in *Ringolriet*, & in *Huſen* propè *Mindelhaim*, curiam in *Latmotingen*, curiam in *Erringen*, decimam in *Vtingen*, prædia in *Mur* & in *Emmingen*, oppidum in *Birkberg*, & duo prædia in *Wil*, prædia in *Niederhouen* cum Eccleſia ibidem, ſicut ea ritè & legitimè poſſidet, poteſtate regia ſimiliter approbamus, innouamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. In cuius rei teſtimonium præſentes literas conſcribi, & noſtræ Maieſtatis ſigillo juſſimus communiri. Datum *Auguſtæ* Nonis Decembris, Anno Dñi 1322. Regni verò noſtri anno nono.

Ead. priuilegia & conceſſ. confirmauit quoque Carolus IV. Imp. an. 1354.

SIgiſmundus D. g. *Romanorum* Rex ſemper Auguſtus, ac *Vngariæ*, *Bohemiæ*, *Dalmatiæ*, *Croatiæ* &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis, ad hoc ſummi diſpenſatione præſidij principalis Monarchiæ obtinuimus Principatum, ad hoc ſacri Imperij inſigne ſuſcepimus diadema, vtſi ad alia extrinſeca nos ſollicitudo continuo prouocet, ad ea tamẽ

quę

quæ ſtatum felicem & quietum ac incrementum iurium, gratiarum & libertatum perſonarum religioſarum proſpiciunt, tantò intendamus vberius, quanto noſtram præ cæteris mundi principibus ſolium magnificentius erexit cęleſtis prouidentia creatoris. Sanè pro parte Religioſorum Præpoſiti & Conuentus Eccleſiæ S. Ioannis *Baptiſtæ* in *Staingaden Anguſten.* Diæceſis & ordinis *Præmonſtraten.* deuotorum noſtrorum dilectorum noſtræ Celſitudini extitit humiliter ſupplicatum, quatenus ipſis & eorum Monaſterio vniuerſa & ſingula iura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, literas, bona, poſſeſſiones & prædia, ipſis à Diuis Romanorum Imperatorib. atq; Regibus, prædeceſſoribus noſtris feliciſſimæ recordationis data, donata, & conceſſa, datas, donatas, & conceſſas, & ſignanter literas quaſdā Ser. morum Principum *Heinrici* & *Caroli* genitoris noſtri, prædeceſſorum noſtrorum, & omnia in eiſdem contenta, de benignitate regia ratificare, approbare & confirmare gratioſius dignaremur. Nos itaq; ſupplicationibus huiuſmodi Maieſtati noſtræ, pro præfatis Præpoſito & Conuentu Monaſterij prælibati humiliter factis, benignius inclinati, conſiderantesq́ue petitionem ipſorum rationabilem atque juſtam, ipſis & eidem Monaſterio vniuerſa & ſingula iura, gratias, priuilegia, libertates, indulta, munimenta, literas, bona, poſſeſſiones & prædia per ipſos, à Diuis Rom. Imperatoribus atque Regibus, & ſignanter à Sereniſſimis Principibus *Henrico* & *Carolo* Rom. Regibus obtenta & obtentas, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, ſententiis, & articulis, nō per errorem aut improuidè, ſed ſano Principum, Comitum, Baronum, & Procerum noſtrorum accedente conſilio, ex certa ſcientia & de Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine approbauimus, ratificauimus, innouauimus & cōfirmauimus: approbamus, ratificamus, innouamus, & tenore præſentium gratioſius confirmamus, decernentes ea, & eas perpetuam obtinere roboris firmitatem, ac ſi præſentibus de verbo ad verbum ſeriatim eſſent inſerta, ac inſertæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, innouationis & cōfirmationis paginam infringere, aut ei quouis auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem noſtram grauiſſimam, & pænam in literis prædeceſſorum noſtrorum contentam, & ſignanter in literis dictorum Sereniſſimorum Principum *Henrici* & *Caroli*, ſe nouerit incurſurum; mediam noſtro & Imperij ſacri ærario, & reſiduam partem dictis Præpoſitò, Conuentui & Monaſterio in *Staingaden* irremiſſibiliter perſoluendam, Pręſentium ſub noſtrę Maieſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum *Tectæ, Nauienſis* Diæceſis, anno Domini 1425. 26. die Martij, Regnorum noſtrorum anno *Vngariæ* 28. *Romanorum* 15. *Bohemiæ* verò quintò.

## *SVBEN.*

IVxta Oenum in Inferiore Bauaria Engelbertus, tertius huius nominis Dux Charinthiæ de famila Comitum Ortenbergenſium vnà cum coniuge ſua Vta Comitiſſa de Sultzpach, ſeu, vt alij ponunt, de Bütten, quod veriſimilius puto, conſtituerunt, ſeu, vt vulgò dicitur, fundarunt Monaſterium Suben, pro Canonicis Regularibus S. Auguſtini, quod hodie valdè exiguos ac tenues habet reditus. In quodam ſcripto Catalogo Epiſcoporum Tridentinorum, ex Iohanne Pincio, reperio ita ſcriptum, Altemannus ex Comitibus Bauarię fundator Monaſterij Suben, Diœceſis Patauien, &c. Epiſcopus 67. Auentino plus credidérim, qui ſine dubio vetera monumenta illius Monaſterij vidit. *Auent. in annal. fol. 552.*

## *ADDITIONES.*

EX antiq. Monument. & moderni Præpoſiti *Suben.* literis apparet, haud omnino abs re eſſe, quæ de fundatoribus huius Monaſterij TVTA, & *Altmanno* Epiſcopo *Tridentino* narrantur.

Tutæ

Tutæ ſepulchrum monſtratur in templo Monaſterij ante aram S. Crucis, lapis nimirum erectus, cum hac inſcriptione: **Hie leit die Hochgeborne Chünigliches geſchlechts zu Vngern/ genant** Tuta **Stiffterin diß gegenwärtigen Gottshauß hie zu Suben geſtorben/** 1136. Calendis Maij.

DE *Altmanno* Epiſcopo *Tridentino* ex ſequentibus conſtat; & ſcriptura *Subenſis* ſic habet: Piæ memoriæ R.dus in Chriſto Pater, & Dñs *Altmannus* Epiſcopus *Tridentinus* pro diuini cultus augmentatione, & Fratrum inibi altiſſimo famulantium ſuſtentatione, de bonis ſuis patrimonialibus, quæ in dicto loco Suben habebat, ac aliis rebus & bonis ad ipſum jure hæreditario deuolutis dictum Monaſterium ſimiliter dotauit circa Annum 1226. ac pro Monaſterij proſpero & felici regimine inter alia voluit, quod in dicto Monaſterio regularis obſeruantia & monaſtica vita ſecundum regulam S. *Auguſtini*, quam in Eccleſia *Salisburgen.* pro Canonicis inibi per *Conradum* Archiepiſcopum primitus inſtitutam, & per eoſdem tunc Canonicos dictæ Eccleſiæ ſuo tempore teneri & obſeruari viderat, inſtitueretur: & etiam quod vacatione Præpoſituræ dicti Monaſterij occurrente Præpoſitos & Capitulum dictæ Eccleſiæ, in qua tunc Regularis obſeruantia vigebat, vnum ex Canonicis dictæ Eccleſiæ, in regulari obſeruantiâ & vitâ monaſticâ inſtructum, dicto Conuentui ad petitionem Decani & Conuentus mittere debeant. Et hæc quidem ſic ſe habebant, illis temporibus antiquis.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ trinitatis *Altmannus* Dei gratia *Tridentinus* Epiſcopus. Quoniam pontificalis ſedis ſublimitatem Dominica diſpoſitione cõſcendimus eccleſias pro poſſe noſtro exaltare ſiue amplificare ſummopere curauimus, notum ergo eſſe volumus tam inſtantis quam futuri tẽporis fidelib⁹, quod ego ob Dominicæ remunerationis obtentum inter cætera donaria quæ eccleſiæ *Saltzburgen.* donaui pro remedio animæ meæ & progenitoris mei *Adalſcalci* Comitis cui poſt mortem hæreditario jure ſucceſſi tradidi ad præfatam eccleſiam locum *Subene* dictum ſuper ripam Eni fluminis ſitum jure perpetuo poſſidendum cum omnibus ſuis pertinentiis quæ juſtè & legaliter habuit & in futuro largitione fidelium habiturus eſt ad inſtituendum ibi apoſtolicam vitã ſecundum regulam beati *Auguſtini* ſicut in eadem principali eccleſia Canonicos in Dei ſeruitio viuere regulariter vidi tali forma, vt in locum jam dictum *Suben* nullus Præpoſitus imponatur niſi quem Præpoſitus eccleſiæ *Saltzburgen.* cum Canonicis illius ſedis illuc deſtinauerint, & ſua auctoritate ad conſeruandum ibi regularẽ vitam ordinauerint & præfecerint. Nec habeant eiuſdem loci fratres eligendi poteſtatem ſibi magiſtrum niſi quem præfati Canonici cum Præpoſito ſuo ipſis deputauerint & ad regimen loci miſerint. Quo decedente à prænominata eccleſia humiliter magiſtrum & rectorem vitæ ſibi expetant & datum deuotè accipiant & in Domino diligant & obediant. Et illo mortuo in reliquum ſine contradictione ſicut diximus pro magiſtro ad prætaxatam ſedẽ veniant, vt in omnibus hæc noſtra ſtatuta ſequen. in Domino creſcant, vt de eis dicatur: Omnes gemellis fetibus & ſterilis non eſt in eis. Vt autem hæc noſtræ donationis & inſtitutionis confirmatio in præſenti ac in futuro tempore firma conſiſtat hoc priuilegium inde conſcriptum ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Si qui verò temerarij & Deo rebelles viri prætaxata bona inuaſerint & auſu nefario noſtram inſtitutionem diſturbare, immutare pręſumpſerint auctoritate patris & filij & ſpiritus ſancti formiduloſo anathematis vinculo vſque ad condignã ſatisfactionem conſcripti permaneant. Hæc autem acta ſunt præſente & ſuſcipiente

piente hoc R.do archiepiſcopo *Conrado* & *Gebeone* Præpoſito aſtantibus & aſtipulantibus venerabilibus fratribus *Vdalrico* videlicet Abbate S. *Petri*, *Hugone* Præpoſito *Berterſgadine*, *Gerbao* Præpoſito *Reicherſperge*, *Gumaro Babone*, *Hainrico Ottone*, *Lamperto*, *Lintoldo*, *Rudberto*, *Leone* & vniuerſis eiuſdem *Saltzburgen.* eccleſiæ Canonicis & aliis quã plurimis probis & honeſtis clericis & laicis ſubſcriptis *Heinrico* de *Chatſe*, *Meingoto* de *Sureberg*, *Adalberone* de *Dyetmaningen*, *Lutoldo* de *Sirſdorff*, *Wiſunt* de *Wonegoue*, *Ottone* cognato eius & aliis quã pluribus eiuſdem eccleſiæ miniſterialibus. Acta ſunt hæc in *Saltzburg.* eccleſia Anno ab Incarnatione Domini M. C. XLII. Indictione quinta feliciter Amen.

Hi ſunt tributarij ad Subunam pertinentes. *Decindorf*, *Walther* & frater & ſoror eius, & filius materteræ eius, *Manegolt* & frater eius *Heinricus* de *Stoufinberch*. *Adalheide* filię tres & filius eiuſdem *Diemarus*, *Hartliep*, & frater eius *Ekkerich*, *Perchtolt*, *Richmut*, *Meginolt*, & ſoror eius. *Pezela*, *Germut*. *Marcvvart*, & filij eius, duo *Chunibrech* de *Aſchach*, *Marcvvart*, *Adalmut*, *Perchtolth Kuntheri* filius, *Perchtolt*, *Eberhardus*, *Kerolt* de *VVegiſceda*, *Richart* de *Strach*, *Richart* & ſoror & fratres eius. *VVolfger* de *Heinpare*, *VVezil* & fratres eius quatuor & ſorores eiꝰ quatuor, *VVikker* & filij eius. *VVikkeri* filius *Adalbero Altman* & filius eius & frater eiuſdē *Altmanni* de *Ahalttin*, *Perchtolt* & ſorores eius duæ. *Ekkehart* & frater *Perchtoltdi* de *Diehalmingin*, *VValther Heinrici* frater & ſororis eiꝰ filia *Iuta*, *Chunradi* vxor de *Reinimpach*, *Pezela* & filij & filiæ eius de *Stainpach*, *Vdalſcahl*, *Mathilt* de *Snellindorf* & ſoror eius *Mathilt* de *Subuna* & *Adalheit*, *Perhtha* & filia eiꝰ *Hichela Vbe* ſoror *Vemonis*. filię duę *Englbrech* & ſorores & mater eius. *Reginsvvint* & ſoror eiꝰ, *Chunigunt Kerolt*, *Heilrat*, *Fridrun*, *Kiſila*. *Liukarde* filia *Kotilindin* & filiæ eius duæ, *Heilca* & filiæ eius tres, *Rapoto*, *Vdalrich*, *Azela* & filia eius. *Sunlinus* & filius eius *Perhtolt Hecini* filius, *Vdalſcalchi* filius *Adalbero*. *Peringer* & frater eius *Vdalſcalh*, *Pertha* & filij & filiæ eius, *Vdalſcalchi* filius *Diepolt*. *Diemut* & filij & filiæ eius, *Engilman*, Liupolt, *Richart* cum tribus filiabus ſuis, *VVillahalm* & *Durinch Hazaha*, *Vdalrich*. *Diepolt* & *Pilgrim* frater eius, *Dagepreth* & frater eius. *Magins*, *Enzo*, *Ruho*, ſoror *Reginhardi VVolfger* & frater eius *VVezo*, *Engilſcalch*, *Mezilo*, *Librech*. *Adabero Liupſun*, *Hezilo*, *Heziman*. Tres filij *VVillahalmi*, *Vdalrich*, *Adalbero*. *Pezilo*, *Luipolt*, *Adalbero*, *VVikker* & filij eius *VVarmunt*, *Dietrich*, *VVikker*, *Gotfrid*. *Vdalſcalch*, *Diemarus*, *Ekkerich*, *Reginhart*, *Herdegin*, *Vdalrich Willahalmus*, *Engilmar Heinricus*, *Heinrich*, *Dietricus*, *Liebrech*, *Hezil*, *Heziman*, *Walther*. *VVikker* cum tribus filiis ſuis. *Ekkericus*, *Heinricus*. *Engilſcalch*, *Ekkihart*. *Dietmar*, *Luipolt Reginpero*, *Enzichint*, *Heriman*, *Perhtolt*, *Peringer*, *Penno*. *Fridericus*, *Adalpert*, *Adalbero*, *Pezzo*, *Pernhart*, *Gumbo*, *Peringer VVillahalmus*, *Engilman*, *Rudolf*, *Tiemo*, *VVezil*, *Peringer*, *Heinricus*, *Reginhar*, *Heridegin*. *Vdalricus*, *Gotfrid*, *Vdalſcalce*, *Ekkericus*, *VVerinhart* & mater eius *Richil*.

Quidam

Quidamnobilis *Albvvinus* de *Steine* rogatus ab *Ottone* presbytero delegauit ſuper altare S. *Lamperti Subana* tale prædium quale presbyter *Ebergerus* habuit in loco qui dicitur *Roſopach*. Huius rei teſtes ſunt *Pilgrimus* & filius *Albvvinus*, *Heinricus*, *Ludvvicus*, *Adalbret*, *Engilbert*, *Vdalricus*, *Diepoldus*, *Kerhardus*, *Hartvvicus*, *Heinricus*, *Penno*, *Helphricus*, *Pabo*, *Kerboto*, *Pilgrim*, *Dietmarus*, *Gozbreth*, *Ruho*.

Notum ſit omnib. quod *Vdalſcalcus* nobilis quidam rogatus à *Lupoldo* & filio eius *Wipodone* delegauit ad altare S. *Lamperti Methildem* cum ſua prole ad cēſum V. denariorum perſoluēdum. Huius rei teſtes ſunt *Weregant*, *Herdechen*, *Pilgrim*, *Durine*, *Gerbreth*, *Wipoto*, *Heriman*.

*Gerhardus* cognomine *Seihe* de villa quæ vocatur *Hezebach* ſororem ſuam ſed tamen propriam *Irmingarden* nomine cum poſterita te ſua ſuper altare S. *Lamperti* ad perſoluendum quinq; denariorum cenſum. Huius rei teſtes ſunt *Borno*, *Beringer*, *Walther*, *Hervvic*, *Theodericus*, *Arnolt*, *Wipoto*, *Theodericus*, *Wernart*.

Notum ſit omnib. in Chriſto fidelibus, qualiter *Adalbero* Comes filius *Vdalſcalci* Comitis tradiderit prædiū *Malentim* pro redemptione animæ ſuæ ad altare S. *Lamperti* mart. Chriſti per manum *Grimoldi* nobilis viri. Et hoc factum eſt iuſſione *Altmanni* Epi in feſtiuitate S. *Lamperti*. Huius rei teſtes ſunt *Pilgrim*, *Arbo*, *Pertholt*, *Guzvvin*, *Sigeboto*, *Iohannes*, *Adelhere*, *Gemmunt*, *Vzi*, *Pabo*, *Adalbero*, *Isker*, *Frovvin*, *Heſſo*, *Gozpreth*.

Notum ſit omnib. quod *Ebervvinus* Fr. *Ortholphi* tradidit ſuper altare S. *Lamperti* duo mancipia poſt obitum matris ſuæ *Hazaga* & *Werinhardum* in cenſum V. denariorum. Huius rei teſtes ſunt *Hortholf*, *Heridegen*, *Peringer*, *Walther*.

Notum ſit omnib. in Chriſto fidelibus tàm præſentib. quàm futuris, qualiter *Arbo* iudex Com. *Ekkeberti* rogatu filij ſui *Giſeboldi* prædium quod fuit *Wiſemanni* quod vocatur *Roſſeſpach* tradiderit ſuper altare S. *Lamperti* poteſtiua manu. Huius rei teſtes ſunt *Giſeboldus*, *Diepoldus*, frater eius *Vdalſcalchus*, *Alcherus*, nepos eius *Diethmarus*, *Adelmus* & filius eius *Wiepoto*, *Gerungus*, *Dietricus*, *Geroldus*, *Penno*, *Vzi*, *Ruzi*, *Palo*, *Aſcher*, *Gerboto*, *Pilgerimus* filiꝰ, *Gozbertus*, *Adelbertus*, *Liebfridus*, *Houemā*. Facta ſunt hæc an. incarnat. D. M.C.XXX. Indictione VIII.

Notificamus vobis fratrib. tàm pręſentib. quam futuris, quod *Ebergerus* Canonicus S. *Lamperti* martyris poteſtiua manu tradiderit *Iuditam* ſuper altare prænominati martyris Chriſti ad perſoluendum cenſum V. denariorum ſingulis annis niſi ægritudine aut paupertate detenta. Huius rei teſtes ſunt *Arbo* & filius eius *Giſiboldus*, *Pertholdus*, *Iſenricus*, *Hattfolchus*, *VVerintherus*, *Gozvvinus*, *Vdalſcalcus*, *Iohannes*, *Americh*, *Pabo*, *Gerboto*, & filius eius *Pilgerim*, *Radel*, *Marchvvardus*, *Odalricus*, *Engilſcalcus*, *VVillahalmus*, *Helphericus*, *VVikker*. Facta eſt hæc traditio, in anno M.C.XXXI. Indictione X. Hæc eſt pars mea quemadmodum contingebat ex fratrib. meis in mancipiis, *Engiſcalch*, *Hartunch*, *Megingoz*, *Reginpreth*, *Eppo*, *Volemar*, *Meginharth* quoq; fratrem eius *Gerolt*, *Dietrich*, *Pilgerim*, *Sigemar* & filios eiꝰ, *Popo* & filium eius de *Luopach*, *Amalprech*, *Homepalch*. Hi ſunt de *Gunzilinhofin*, *VVigant* & circum *Wigant*, *Hellinſtanga*, *Pilgrim*, *Ratholth*, *Willahalm* & *Merigarth*, & ſoror eius *Albrath*, *Rupreth*, *Perhtolth*, *Lanze*, *Meginhart* piſtrinum. Hi ſunt de *Hohinpurch*, Hartvvich, *Gundram*, & filius eius, & filium *Heremanni* clerici, *Sigefrith*, *Adalpreth*.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tàm modernis quàm poſteris, quod Dominus *Altmannus Tridentinus* Epiſcopus, cum aliis prædiis ſuis ad illum cum

ſamilia iure hæreditario deuolutis prædium in *Steinpach*, ſuper altare S. *Lamberti* in *Suben* pro remedio animæ ſuæ & ſuorum parentum manu libera delegauit. Quod cum quidam iniuſti poſſeſſores de familia ſua deſcendentes, proprietati ſuæ quamuis iniuſte per violentiam ſuam vſurparent, bonæ memoriæ *Pabo* tunc in *Suben* Præpoſitus conſilio & auxilio Comitis *Detrici* de *VVazerburg*, cui etiam Præpoſitus ſpadonem bonum, vxori ſuæ palafridum in teſtimonium contulit, XVI. libris illud redemit ab *Ortvvino* de *Niuenhouen*, tunc viro nobilis matronæ *Iuttæ*, tali ſiquidem compoſitione, ad S. *Egidium* in *Patauia* celebrata dictus *Ortvvinus* cum coniuge ſua & filio ſuo *Hecelone* coram *Halgrauio*, & multis viris honeſtis, iuri, ſi quod videbatur habere in ſupradicto prædio, in manum *Halgrauij* omnimodis renunciauit, ita quod *Halgrauius* idem prædium Eccleſiæ S. *Lamberti* in *Suben* denuo delegaret manu libera, quod & fecit, cuius redemptionis teſtes ſunt ſubſcripti. *Dietricus* Comes de *VVazerburh*, *Ortvvinus* de *Nibenhouen*, & filius eius *Hezelo*, *Heinricus* de *Grauendorf*, *Fridricus* cocus Comitis, *Hunbertus* preco, *Pabo* Præpoſitus, *Diepoldus* presb, *Liupoldus* plebanus S. *Egidij*, & alij plures. Cum autem idem *Ortvvinus* filium *Sibotonem* tunc paruulum habuiſſet, idem paruus factus iam adultus ſæpedictũ prædium cum fratre ſuo *Hezelone*, quamuis Eccleſia *Subenenſis* legitimè & quietè illud diu poſſederit, per tantam violentiam ſibi vſurpauit, vt eiuſdem prædij colonos captiuatos damnificaret amplius, quam ad decem libras. Diuina igitur clementia iuſtitiæ gubernatrix, dum iniuſtam tandem vellet decidere litem, matrẽ dictorũ iuuenũ de medio vocauit. Quę quia maritũ & filios inſtãter orauit, vt oſſa eius iuxta patres ſuos, ſcil. in *Suben* ſepelirentur, congregatio *Subenenſis* ipſam nequaquam voluit recipere, niſi prius pro damnis ſibi illatis ſatisfactio debita & plenaria exhiberetur. Sæpe igitur dicti filij nolentes retractare promiſſa matris mediantibus *Leucharde* de *Halſe*, & *Sornone* de *Liüthberch*, & *Vlrico* ſextario de S. *Nicolao*, *Friderico*, de *Tiuffenpach*, ... de *Chelperch*, ... tunc Capellano de *Halſe*, & aliis quam pluribus talem fecerunt compoſitionem cum Eccleſiæ fratrib. *Diepoldo*, *Hermanno*, *Romano*, vt iam tertiò liti ſuæ renunciarent, quod & factum, & tali compoſitione mater eorũ ſepulta eſt in *Suben*, ne de cætero Eccleſiã pro prædicto prædio debeant vllatenus aggrauare. Quod etiã fratribus in *Suben* damna ſibi illata remittentibus & promiſerunt præſtito ſacramento. Huic facto dum fieret in *Halſe* an. Dñi M.CC.XII. indictione XV. teſtes aſtiterunt, *Ortvvinus* de *Niunhouen*, *Rudbertus* de *Wazmanisdorff*, *Hezelo* & *Siboto* filij *Ortvvini*, *Hainricus* de *Legeriute*, *Rapoto* de *Ode*, *Albertus* de *Oede*, *Otto* de *Eſcenheim*, *Born* de *Lintberch*, *Heinricus Clhoſener*, *Liupoldus Sezzlare*, *Engilbertus* de *Hirtzpach*, *Waltherus Pamſe* & alij quam plures.

Anno Milleſimo Centeſimo Trigeſimo quinto, Indictione Decima ſeptima quarto Nonas Februarij hoc altare dedicatum eſt à Venerabili *Tridentino* Epiſcopo *Althmanno* in honore ſanctæ *Trinitatis*, & ſanctæ *Mariæ* perpetuæ virginis, & omnium ſanctorum, & eorum quorum nomina hic ſcripta ſunt. De *ligno Domini*, de *Sepulchro* Domini, *Petri* Apoſtoli, *Iohannis Baptiſtæ* & *Iohannis Euangeliſtæ*, *Blaſij* M. *Vigilij* M. *Euſtachij*, M. *Dionyſij* M. *Columbani* M. *Ouldalrici* confeſſ. *Remedij* Confeſſ. *Abrahe* Confeſſ. *David* Confeſſ. *Anaſtaſiæ* M. De *rubo* in quo Dñs *Moyſi* apparuit. De veſtimento S. *Mariæ*.

GOTFRIDVS Dei gratia *Patauien.* Epiſcopus, dilectis in CHRISTO *Heinrico* Decano totiq; Capitulo Monaſterij in *Suben* ordinis S. *Auguſtin.* Canonico

nico

nonicorum regularium noſtræ Diœceſis, Salutem in Domino. Quia nuper vacante dicto Monaſterio in *Suben* ex obitu bonæ memoriæ *Rugeri* quondam Præpoſiti illius Venerabilis in Chriſto *Eberhardus* Præpoſitus & Archidiaconus, *Ortolfus* Decanus totumque Capitulum Eccleſ. *Saltzburgen.* ad quos ius eligendi ſeu præſentandi Præpoſitum ibidem pertinere dinoſcitur, ad electionem futuri Præpoſiti proceden. Dilectum in Chriſto *Andream* de *Lampoting* presb. ipſorum Canonicum & confratrem expreſſe profeſſum in Præpoſitum & Prælatum prædicti Monaſterij in *Suben* concorditer elegerunt, ipſo quoque nobis præſentato humiliter petiuerunt, vt electionem huiuſmodi confirmare, ipſumque de præfata Præpoſitura inueſtire Dei intuitu dignaremur, & quod electionem eandem in forma debita & de perſona idonea canonice celebratam inuenim⁹ electionem ipſam de præfato *Andrea* vt præmittitur canonicè celebratam Dei nomine inuocato confirmauimus, ipſumque de prædicta Præpoſitura per librum principaliter inueſtiuimus, curam animarum & adminiſtrationem ſpiritualium & temporalium ipſius eidem iuxta officij noſtri debitum committentes, obſeruatis ſolennitatibus debitis & conſuetis, deuotionem veſtram monemus, requirimus & hortamur attentè, quatenus ipſum cum debitis recipiatis reuerentia & honore, exhibentes eidem tàm in ſpiritualibus quàm temporalibus obedientiam & ſubiectionem debitas & deuotas, tanquam veſtro Præpoſito & Prælato alioquin ſententias quas in vos tulerit & pœnas quas ſtatuerit ratas habebimus, & faciemus auctoritate Domini inuiolabiliter obſeruari. Cæterum dilecto in Chriſto *Bortoldo* de *Loſenſtein* Canonico Eccleſiæ *Salzburgen.* committimus & mandamus, quatenus præfatum *Andream* in corporalem poſſeſſionem ſæpedictæ Eccleſiæ in *Suben* ac iurium & pertinentiarum ipſius inducat, & defendat, Inductumq; ſibi faciat de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuentionib. vniuerſis & ſingulis ad ipſum ſpectantibus ab omnibus integre reſponderi. Contradictores & rebelles auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter compeſcendo. Datum *Patauiæ* ſexto Kal. Septembr. Anno Domini M.CCC.LVIII.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterij in *Suben*.

I. HARTWICVS primus huius Cœnobij Præpoſ. ob. 18. Cal. Maij, An. 1127. quot verò rexerit annis, reperiri non potuit.

II. OTTO è vita migrauit an. 1143.

III. CHVNO obiit 5. Idus Aprilis an. 1182.

IV. WIPOTO obiit Calend. Aprilis.

V. PABO obiit 13. Calend. Febr. An. 1198.

VI. THIEMO, obiit 5. Idus Martij, Anno 1203.

VII. DIETMARVS obiit 13. Calend. Iunij An. 1221.

VIII. ROMANVS obiit 19. Calend. Februarij ann. 1223.

IX. IOANNES huius nominis primus obiit Idib. Decemb. ann. 1231.

X. ALBERTVS obiit Calend. Octob. an. 1235.

XI. GREGORIVS obiit anno 1249.

XII. HENRICVS obiit pridie Nonas Aprilis, anno.

XIII. PABO huius & *Gurcenſis* Eccleſiæ Præpoſitus obiit 3. Idus Octobris, anno.

XIV. IOANNES huius nominis ſecundus obiit Non. Iunij, anno.

XV. ANDREAS huius nominis primus ob. pridie Cal. *Aug.* an.

XVI. IOANNES huius nominis tertius cognomine Capellanus, obiit 12. Calend. Decemb. an.

XVII. MEINHARDVS ob. 4. Idus Iunij, an. 1303. Iſti 5. prænominati Præpoſiti præfuerunt annis 54.

XVIII. OTTO obiit an. 1310.

XIX. ENGELBERTVS obiit 5. Calend. Auguſti an. 1331.

XX. WALCHVNVS obiit 8. Idus. Iulij ann. 1345. ſub cuius regimine noſtrum Monaſterium in ſumma inopia & paupertate fuit.

XXI. WILHELMVS obiit 4. Non. Septembr. an. 1351.

XXII. HENRICVS huius nominis ſecundus obiit 14. Calend. Aug. an. 1353.

XXIII. RVGERVS *Neunhofer* obiit 4. Calend. Aug. an. 1358.

XXIV. ANDREAS de *Lampoting*, Canon. *Salisburgen.* præſentatus & confirmatus an. 1358. 6. Calend. Septembr. à *Godefrido* Epiſcopo *Patau.* autor & inſtitutor Miſſæ die Lunæ haberi ſolitę pro Prælatis defunctis. Obiit 15. Calen. Septemb. an. 1380. præf. an. 21. menſibus 11. diebus. 25.

XXV. IOANNES de *Liebenberg* Canon. *Salisburg.* obiit 11. Calend. Iulij ann. 1390.

XXVI. VDALRICVS *Saeldt* Profeſſus in *Reicherſperg* & in hoſpitem *Salisburgenſem* receptus, obiit 17. Cal. Nouemb. an. 1421. præf. an. 31. menſib. 3. dieb. qui inſtituit quotidianam recitationem pſalmi De profundis ante Completorium in ambitu.

XXVII. SIGISMVNCVS de *Bottendorff* Canon. *Salisb.* obiit 13. Calend. Martij, an. 1422. Is fuit vltimus ex Canonicis *Salisb.* Hi ferè omnes malè præfueruut. Rexit a. *Sigis:* menſib. 3. dieb.

XXVIII. MATTHÆVS *Mermoſer* poroſeſſus in *Berttersgaden*, obiit pridie Idus Maij, an. 1456 præf. an. 34. menſibus, diebus.

XXIX. ERASMVS *VVerder* profeſſus in *Garſſ* & hoſpes Chori *Salisburg.* ob. 3. Calend. Februarij anno 1471. præfuit annis menſibus diebus.

*Vacabat Prælatura triennio, propter ipſius Prælaturæ actionem* Salisburgenſem.

XXX. HIERONYMVS *Rotenpekh* Profeſſus in *Rebdorff*, & olim in Canonicum *Salisburgen.* receptus, qui tamen nunquam in poſſeſſionem Præpoſituræ morte præoccupatus peruenit.

XXXI. LEONARDVS *Huetter* huius loci profeſſus antea Oeconomus, ob. 6. Calen. Iulij, an. 1493. qui multum laborauit pro Monaſterij libertate, atque primum om̄ium à ſuis Conuentualib. electus fuit, vir doctus, religione & deuotione inſignis. præfuit annis 19.

XXXII. IOANNES *Heivveckk* huius loci profeſſus, vir prudēs & doctus, electus fuit 9. Iulij anno quo ſupra, confirmatus primò à *Chriſtophoro* Epiſcopo *Patau.* 17. Iulij, deinde ab *Alexandro* 6. Papa, 18. Calend. Ianuarij, eodem an. ob. 5. Idus Nouemb. an. 1509. optimè quoque præfuit annis.

XXXIII. PETRVS *Dörffl* huius loci profeſſus, electus fuit 10. Nouemb. eiuſdē anni, confirmatus à Iulio ſecundo Papa 14. Calend. Febr. an. 1510. ob. 23. Iulij anno 1530. præfuit annis.

XXXIV. LAMBERTVS *Pogner* huius loci profeſſus ante Oeconomus. ob. 10. Calend. Iulij, an. 2542. præfuit, annis.

XXXV. LEONARDVS *Reutter* huius loci profeſſus, ac Plebanus in *Raāb* electus fuit 14. Iulij anno quo ſupra. Confirmatus à *Guolfgango* Epiſcopo *Pat:* 4. Septembr. eodem anno. Obiit 16. Calend. Ianuarij anno 1558. præfuit annis.

XXXVI. GEORGIVS *VVagner* elect. fuit 6. Martij, & confirmatus à *Guolfgango* Epiſcopo *Patauienſi* 6. April. an. 1559. ob. 11. Cal, Septembr. an. 1563. præſ. annis' huius loci quoque profeſſus.

XXXVII. IOANNES *Molitor* huius loci profeſſus electus fuit 19, Octobr. confirmatus ab *Vrbano* Epiſcopo *Pat.* 5. Nouemb. an. 1563. ob. 12. Cal. Febr. an. 1586. præſ. annis.

XXXVIII. PAVLVS *Fixinger* profeſſus' in *Ranshouen*, ob. 5. Calend. Iulij ann. 1586.

XXXIX. IOANNES *Ponner* profeſſus ibidem ob. Nonis Auguſti, an. 1591.

XL. MICHAEL *Hererig* Liberalium artiū Magiſter, profeſſus in *Baumburg*, alter quaſi reſtaurator & reformator Monaſterij huius, poſt octo regiminis ſui annos poſtulatus ad Præpoſituram S. *Nicolai* extra muros *Patau.* ob. ibidē 7. Calend. Decemb. an. 1602.

XLI. VDALRICVS *Rack* huius loci profeſſus & Decanus, ob. *Scherdingæ* Calend. Decemb. an. 1601.

XLII. WOLFGANGVS *Straſſer* huius loci profeſſus & Vicarius in *Raāb*, cum tempore vindemiarum in *Auſtria* cœnobij negotiis intentus eſſet, ibidem in *Roſaz* obiit. 5. Nonas Octob. anno 1602.

*Vacabat hic Prælatura duobus annis,*

XLIII. LEONARDVS *Lilius* profeſſus huius loci & Vicarius in *Taufſkirchen* vir alias pius, obiit *Scherdingæ* 4. Idus Ianuarij an. 1610.

XLIV. Huic ſucceſſit GEORGIVS *Reichenſtorfer*, ante oeconomus, & Canonicus huius loci, qui adhuc laudabiliter præeſt, vnanimiter à Fratribus 22. Martij an. 1610. electus eoq; die confirmatus fuit, vt diu etiam nobis præeſſe poſſit, magnum numen ſedulò apprecabimur,

## TEGERNSEE.

ALbertus & Ottogerion Illuſtres Boiariæ Comit. ita in Diplomate appellantur iſti duo fratres, in ſuperiori Vindelicia intra Iſaram & Oenum in faucibus Alpium, prope lacum Tigurinum, contubernium Monachis fundarunt, quorum Præſul, Boiariæ Antiſtites omnes dignitate antecellit. Nam Cœnobium foſſa, mœnibus, tormentis bellicis, & aliis huiuſcemodi inſtructum, inſtar Regiæ poſſidet, more Principum equeſtris ordinis officiales perpetuos habet, vt infra dicetur. Inſtauratur hoc Monaſterium ab Vngaris exuſtum, per Ottonem Imperatorem ſecundum & Ottonem filium Luitolphi, fratris Ottonis ſecundi, Ducem tum Boiariæ & Sueuiæ, qui Monachis Cœnobium cum prædiis reſtituunt, Hartuicum præficiunt, & prophanos qui religioſorum locum occuparant, migrare iubent, Anno 979. Fuerunt iſti Fundatores Comites de Warngavv & Tegernſee, quidem ſuſpicantur fuiſſe filios Grimoldi Ducis Superioris Bauariæ, ex familia primorum Ducum & Regum Bauariæ, occiſi in tumultu. Diploma Heinrici ſexti aſtipulatur, in quo hos fundatores Regali proſapia ortos dicitur his fratribus has ditiones inter Iſaram & Oenum Alpibus ſubditas, ſcilicet Warngevv & Tegernſee, à Carolo Martello fuiſſe traditas, autor eſt Auct: lib: tertio Annalium fol. 286. Diploma Ottonis ſecundi cuius exemplum infra in

*Auent. in Annal. fol. 705.*

in fine ponitur, habet, hos duos germanos fratres & Illuſtres Comites in ſuo & de ſuo patrimonio temporibus Pipini Regis Francorum ipſius permiſſu, condidiſſe hoc Monaſterium, vnde præſumitur, hos de antiqua nobilitate Bauariæ fuiſſe, qui vna cum fratre Vttone etiam alias ditiones in Bauaria & in Auſtria tenuerunt, Vto enim ad Illmum fluuiũ Monaſt: Illmünſter inſtituit. Ioan: Auent: fol. 291. Superiores duo fratres infra Anaſſum inſtituerunt Monaſt: S. Hypoliti, vulgò Sant Pelten. De fundatione huius Monaſt. extant quædam in libro quodam ſcripto Monaſteriorum Bauariæ & Indice Abbatum huius Monaſterij de filio Ottocari in Gallia, & filio Regis Pipini in ludo Schachorum occiſo, quæ tanquam fabuloſa Auent: in Chronica omiſit. Ego de hac re nihil certius puto inueniri, quàm quòd in priuilegiis tum Ottonis ſecundi tum Henrici ſexti & Friderici ſecundi Imperatorum continetur, quorum exemplum ſequitur circa finem.

Imperator quoque Hainricus ſanctus huic Monaſterio bona quædam ac prædia in Auſtria dedit, Item Cortem Warngevv dictam quàm Piligrinus Comes hacten⁹ in beneficium tenuerat, quæ etiam ad idẽ Monaſt: ante dotaliter pertinebant pro remedio animæ ſuæ, & Chunegundis conthoralis, nec non parentum noſtrorum Ottonis ſcilicet ſenioris noſtri tertij Imperatoris Auguſti ac aliorum, Ita ſonãt verba Diplomatis, quod datum eſt anno 1009. Imperator Fridericus primus plura priuilegia huic Monaſterio dedit, præcipuè quod ad Aduocatos & eorum iniuſtas exactiones pertinet; An, 1157. 1163. Teſtes inter alios Hainricus Comes de Wolffratshuſen, Degenhardus de Seeueld, Hainricus de Stauff, Lazarus Goliermus, Egilolphus, Heinricus, Pertoldus de Wolfratshuſen, Rupertus de Rickerſpirn, Albertus de Portæ.

Post mortem Berchtoldi Ducis Meraniæ Aduocati huius Monaſterij, Abbas & Conuentus ſecundum priuilegia ſua, volentes alium habere Aduocatum, elegerunt Fridericum ſecundum Imperatorem, qui etiam in ſuam protectionẽ eos ſuſcepit, anno 1230.

Dedere quoque priuilegia Duces Auſtriæ, Leopoldus Dux Auſtriæ, in quo priuilegio citatur inter alios teſtes, Hainricus de Hagenavv Miniſterialis, puto Auſtria cum fuiſſe, an, 1204. Item priuiligium dedit Ottockarius, Dux Auſtriæ & Stiriæ, Marchio Morauiæ. Teſtes Comes Hanricus de Ortenberch, Hainricus de Schaunberg, Gebhardus de Tolnz Liberi. Item Hainr. de Hag. Actum Krembsmünſter, an, 1252.

Item Ludouicus quartus Imperator dedit huic Monaſterio priuilegium ſuper iuriſdictione in angulo, vulgo Im Wünckhl/ in quo Abbatem Marquardum vocat, den Erbarn Fürſten/ an. 1321.

Habvit hoc Monaſterium in antiquis temporibus, quemadmodum cæteri tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares Principes Imperij, ſuos Nobiles & perpetuos officiales, Marſchalcum, Camerarium, Magiſtrum Coquinæ & Pincernam. Marſchalci officium vnà cum pertinentibus prædiis & redditibus, olim Wicknando de Irinſpurg, Otoni filio & ſucceſſoribus maſculis, anno 1286. fuit conceſſum, quibus defunctis, ſucceſſere in officio Nobiles de Thor, ſicut in caſtro Iringſpurg.

Camerarii fuere olim Nobiles de Warngevv, Hainricus Camerarius de Warngevv, an. 1273. Teſtantur litteræ illius Monaſterij, quod officium hodiè obtinent Nobiles de Pienzenavv.

Archimagiri officum, quod alias Truchſäſſen Ambt dicitur, tenebant aliquando Nobiles de Hochenrain, poſtea nobiles dicti Turndl, ſed ex gratia tantum

tantùm & precariò, Gregorius Turndl, Matthias Turndl, Anno 1500, Hodiè nobiles de Hôchenkirchen. Itidem non jure hæreditario ſed precariò.

Pincernæ ſeu Pocillatoris officium olim habebant Nobiles, dicti de Egling, Leonhardo vltimo illius familiæ defuncto, Iohannes Sunderndorffer à Mauro Abbate hoc officium impetrauit, Anno 1515. Pariter precariò tantùm, non jure hæreditario. Hinc Abbates iſti à Romanis Imperatoribus & Regibus ſæpè Principes appellati ſunt, quorum ſeries ſeu Catalogus ſequitur,

ADALBERTVS, fundator cum fratre Ottokario primus Abbas, Anno 719. CL. fratrum Pater. I.

BACHO II.
ISKERVS III.
MEGILO IV.

Iſti quatuor gubernârunt Monaſterium annis. 169. laudabiliter, vſq; ad tempora Heinrici primi ſub Annum 920. Aliud nihil de his in Faſtis ſeu Annalibus Monaſterij. Sed inter iſtos ponit Auentinus Meginhardum circa annum 795. fol. 338.

HARTWICVS Abbas S. Maximi Treuiris, per Ottonem ſecundum Imp. interceſſione Ottonis, Ducis Bauariæ, imponitur Monaſterio Tegernſeenſi poſt deſpoliationem & exuſtionem Ducis Arnolphi. Poppo Comes Aduocatus adduxit eum Anno 978. exinde Abbates fuerunt ſub tutela Imperij. Hartuicus benedicitur ab Abrahamo, Epiſcopo Friſingenſi, & reſtituitur Regularis Obſeruantia, Anno 979. Obiit Anno 982. V. *Auent. fol. 507.*

GOSPERTVS poſtulatus ex Monaſterio S. Haimerani, genere nobilis, Hartuici Succeſſor, benè & laudabiliter præfuit, Annis 20. Obiit anno 1001. Sepultus circa Altare SS. Martyrum Ioannis & Pauli. VI.

GOTHARDVS Altachenſis, & Hersfeldenſis Abbas, ab Hainrico Sancto Imper. inuitis fratribus inſtitutus Abbas, anno 1001. vt reformaret locum inſolentia Monachorum penè collapſum. Monachis verò eam translationem cōtra ſtatuta eſſe vociferantibus, Gotſchalco quoq; Friſingenſe Epiſcopo, Gothardum, quod alienæ incubaret prouinciæ carpente, Gothardus ad Heinricum redit, peruicaciam Monachorum incuſat, Hainricus Tigurinos petit, Eberhardum vel ingratis imponit. Auent. fol. 507. Reliquit Gothardus Abbatiam, poſt annum & duos menſes. VII.

EBERHARDVS primus Sueuus, per Heinricum Imperatorem & Bauariæ Ducem inuitis fratribus præfectus, anno 1002. Reliquit Abbatiam propter Monachorum inſolentiam poſt duos annos. Obiit anno 1003. 4. Nonas Martij, juxta Chronicon Monaſterij. Sub hoc Abbate S. Hainricus cum S. Künegunda coniuge, interuentu S. Gothardi, dederunt Monaſterio duos regales manſus in Leubn in Auſtria, qui etiam plura alia dedit ſub Abbate Peringerio. VIII.

PERINGERIVS concorditer electus, anno 1003. benè ac piè rexit nouem annis, Obiit Anno 1012. IX.

BVRCKHARDVS Hersfeldenſis Monachus, à B. Gothardo Abbate ſuo huc miſſus, Anno 1013. fuit bonus Paſtor, Præfuit quatuor annis, Obiit anno 1017. 3. Calend. Nouembris. X.

ELLINGERVS ex Conuentu electus, Anno 1019. Huic Hainricus Sanctus quinq; regales Manſus inter duos fluuios Pieſtnichen & Trieſtnichen ſitos, dono dedit, Anno 1020. Monaſterio poſtea ſunt intercepti; depoſitus eſt tamen Anno, 1026. ſub Conrado Franco, Imperatore. Sub eo Eccleſia in Strenberg, in Auſtria, facta eſt Parochialis, exempta ab omni ſubiectione vicinarum Eccleſiarū, dedicata à Benone Epiſcopo Patauienſi, Concedens omnes decimas illius Parochiæ, pro quo quinq; Manſus in Seiphauſen accepit. Confirmat Con- XI.

radus Imperator, vnà cum filio Heinrico, Anno 1034. Rediit ad Abbatiam poſt obitum Albini Hersfeldenſis Monachi, Anno 1031. Sub eodem Ellingero, Anno 1035. Monaſterium igne periit, & ſequenti anno à furibus ſpoliatur, Ellingerus tam de incendio, quam de rapina à fratribus falſo accuſatus, per Heinricum, Imperat. ſecunda vice deponitur, Anno 1041. & ſuſpenditur ab officio per Epiſcopum Friſingenſem, mittiturque ad agendam pœnitentiam in Monaſterium Altahenſe, ibi per tria Luſtra in ſcribendis libris egregiam operam nauauit. Tandem defuncto Hainrico Imperatore, ad Tegernſee reuertitur, ſub Abbate Seifrido, anno 1056. Eodem anno ibidem moritur: Sepelitur primò in Capitolio, deinde Anno 1236. ſub Abbate Heinrico translatus eſt in Eccleſiam, & ſepultus in abſide verſus aquilonem, vbi hodiè eſt memoria S. Viti & omnium Martyrum, cum hoc Epitaphio ornatur:

*Abba Ellingere hîc Clerum populumq́ tuêre.*

XII. ALBINVS Hersfeldenſis Monachus, depoſito Ellingero ſucceſſit, Anno 1026. Obiit, 1031.

XIII. ALTANVS, Abbas Eberſpergenſis depoſito ſecunda vice Ellingero, curam Monaſterij geſſit, per VI. Hebdomadas.

XIV. VLRICVS Abbas S. Emerani fit Abbas Tegernſeenſis, per Heinricum Regem; Anno 1041.

XV. HERRANDVS ex Conuentu electus, Anno 1042. Vir doctus, ſedit quatuor annis, depoſitus à Rege Hainrico, Obiit Anno 1046. III. Nonas Maij.

XVI. ECKBERTVS Hersfeldenſis Monachus, poſt Herrandum præfuit, ſeu intruditur. Homo ferox & ambitioſus, ad altiora ſemper aſpirans, Fuldenſibus Monachis Abbas conſtituitur, Anno 1048. quo eodem ibi moritur.

XVII. SEIFRIDVS, Hersfeldenſis Monachus, per Hainricum Imperatorem tertium fit Abbas, Anno 1048. Sub quo Abbate Anno 1053. Corpora SS. Martyrum Chryſogoni & Caſtorij à quodam fratre à Verona, ex Monaſterio S. Mariæ ad organa, ad hoc Monaſterium tranſlata ſunt, ſicut & eodem tempore corpus S. Anaſtaſiæ Virginis & Martyris ad Benedict. Buren. Monaſterium. Anno 1054. Bibliotheca eleganter ſcripto auro & argento ornata, Imperatori Hainrico tertio data eſt, pro qua reſtituit Monaſterio prædia in Vnholzing & Hettenpach, per Arnoldum Ducem quondam ablata, nihil ab eo præclarè geſtum legitur, niſi quod neceſſariis ædificiis Monaſterium inſtaurauerit, Obiit Anno 1068. anno 20. ſui regiminis, ſepelitur in ambitu, cum tali Epitaphio:

*Hæc præſens foßa multorum contegit oſſa,*
*Abbatemq́ pium claudit lapis iſte Sefridum.*

XVIII. BERNHARDVS ſecundus Abbas S. Emerani natione Sueuus, per Hainricum quartum fit Abbas Tegernſeenſis, genere & virtute Nobilis fuit, laudabiliterq́; & piè gubernauit, multa ædificia reparauit, aliqua de nouo extruxit, clauſtrum muro cinxit, Eccleſiam in Gmunden conſtruxit, obiit An. 1091. Idib. Maij, humatus eſt in medio Eccleſiæ.

XIX. VDALSCALCVS, frater Comitis Sibothonis, de Neuburg & Grueb Aduocati Monaſterij, electus per Heinricum quartum ex Conuentu. Conſtruxit ex bonis Monaſterij Dithramszellen. Monaſterium: juxta confirmationem Innocentij tertij, obiit anno 1102. Idibus Nouembris.

XX. ARBO, Obiit 12. Calend. Ianuarij, conſtruxit Eccleſiam in Egern, & priuilegium decimarum noualium in Eccleſiis Monaſt. impetrauit, Anno Domini, 1112.

CON-

CONRADVS, impetrauit priuilegiorum confirmationem, ab Eugenio XXI.
tertio, qui Monaſterium ſub protectionem ſedis Apoſtolicæ recepit, an. 1150.

RVPERTVS, Comes de Niuenburg, canonicè electus, cũ voluntate Hein- XXII.
rici, Comitis de Wolfratshauſen Aduocati, p Fridericum primum Imperatorẽ
de Sceptro inueſtitus, Obiit anno 1186. Cal. Iunij. Huius tempore Alexander
tertius Pontifex confirmat priuilegia, an. 1178. Item Vrbanus. III. an. 1186. cõ-
firmat vſum Mitræ & annuli ab Alexandro antea conceſſum.

CONRADVS hic impetrauit ab Ottone ſecundo, Epiſcopo Friſingenſe, XXIII.
vt Eccleſiæ in Tegernſee & Egern fierent parochiales. Nam antea Eccleſia in
Gmunden ſola erat Parochialis totius anguli Tigurini. Obiit. 17. Calen. Ianuar.

MANEGOLDVS, Abbas in Krembsmünſter, natione Sueuus, an. 1206. fit XXIV.
Epiſcopus Patauienſis. Ibi 5. Idus Iunij obiit. Fuit hic filius Diepoldi Com. Ber-
gen. & Giſalæ, Comitiſſæ Andecen. vide Patauienſes Epiſcopos.

PERCHTOLDVS primus. Sub hoc Abbate Tegernſee, Dietramſcell & alia XXV.
vicina Cœnobia, per Ludouicum Ducem Bauariæ, & Ottonem Comitem de
Phallai, in bello, quod contra Hainricum Marchionem Hiſtriæ, tunc Aduoca-
tum Monaſterij, geſſerunt, miſerè deſolata & vaſtata ſunt. Deinde anno 1211.
ob diſſidium Manegoldi Epiſcopi Patauienſis & cuiuſdam Rapetonis, Com. Pa-
latini Bauariæ, de familia Co. Ortenbergenſ. huic Monaſterio, cum quibuſdam
aliis, graue damnum illatum, poſteà anno 1214. tertia vice igne exuſtum eſt.
Obiit 18. Calend. Martij, anno, vt videtur, 1217.

HEINRICVS, fidelis diſpenſator Miniſteriorum Dei. Huic Otto ſecundus, XXVI.
Epiſcopus Friſingenſis, omne jus, quod in Eccleſia Säxenkam habebat, reſigna-
uit, impetrauit confirmationem priuilegiorum ab Honorio tertio Pontifice, &
Friderico ſecundo Imperatore, renunciauit Abbatiæ, anno 1242. & ingreditur
Monaſterium Salmensvveilern ordinis Ciſtertienſis.

PERCHTOLDVS ſecundus à fratribus & quibuſdam Laicis Abbas crea- XXVII.
tur, à Metropolitano Salisburgen. Eberhardo, & à Rege Conrado confirmatur,
reclamante fortiter Conrado, Epiſcopo Friſingenſe, fuit crudelis in fratres, pro-
digus bonorum vtenſilium Monaſterij; tandem exautoratus & excommunica-
tus ab Adriano Pontifice. Obiit 13. Calend. Septemb.

VDALRICVS ſecundus de Parterhauſen Abbas poſtulatur, an. 1248. fuit XXIIX.
optimus Præſul, reſtaurator Monaſterij. Impetrauit priuilegium à Friderico
Duce Auſtriæ, ſcilicet exemptionem teloneorum in Auſtria, anno 1251.

RVDOLPHVS obiit 6. Calend. Iunij, vt videtur, anno 1266. XXIX.

HAINRICVS ſecundus. Sub hoc Abbate Ludouicus, Dux Bauariæ, Mo- XXX.
naſterio dedit molendinum in Gruob, vt anniuerſarius habeatur, pro Ottone
Comite de Phalai, anno 1269. Anno 1273. fundata eſt Miſſa quotidiana ad om-
nes Sanctos, per Vdalricum Velſchlos, Equitem auratum. Quo anno idem Ab-
bas mortem obiit, 9. Calend. Octobris.

LVDOVICVS Comes in Graiſpach, primò, Weichenſtephenſis & Schy- XXXI.
renſis, pòſt Tegernſeenſis Abbas, per Conradum Epiſcopum Friſingenſem, Lu-
douicum & Ottonem, Duces Bauariæ, inſtitutus; ſub hoc Eccleſia in Gemundt
incorporata eſt Monaſterio, conſenſu Conradi Epiſcopi Friſingenſis, emit do-
mum Friſingæ: Item Monachij am Anger/ quæ adhuc hodie ad Monaſterium p-
tinet: exoluit multa debita: ſub hoc Abbate Wicknandus de Irinſpurg, Aduoca-
tus Monaſterij, renunciauit juribus & redditibus Aduocatiæ ibi, fundata ibi
Miſſa perpetua, pro qua etiam alia bona dedit; an. 1286. Quo anno officiũ Mare-
ſchalci ipſi & filio eius Ottoni, vnà cũ certis bonis & redditibus, ab Abbate con-
ceſſum eſt. Rexit laudabiliter, prim⁹ Clauſtrũ muro cinxit. Obiit an. 1286. quin-
to idus Februarij.

HAIN-

XXXII. HAINRICVS tertius. Hic cum conſenſu Conuentus conceſſit in feudũ Wicknando de Yrinſpurg, caſtrũ Eberzhauſen, juxta lacum ibi ſitum, cum quibuſdam prædiis. Eodem anno Wicknandus fundauit Miſſam Spiritus ſancti. Obiit Anno 1287. 5. Idus Aprilis.

XXXIII. MARQVARDVS, Comes de Veringen, Auunculus D. Emichonis, Epiſcopi Friſingenſis: Iſte malè præfuit. Itaq; Anno 1297. Emicho Epiſcopus Friſingenſis regimen Monaſterij per quadriennium cuidam ex fratribus, Vdalrico Perchtinger, commendauit. Eodem tempore Eccleſia in Warngevv Monaſterio eſt incorporata. Hoc tempore Hainricus Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ, Comes Tyrolis dedit Monaſterio priuilegium exemptionis Telonei pro XII. Plauſtris vini Atheniſi, pro Anniuerſario ſuo. Item aliud priuilegium dedit Monaſterio Ludouicus Imperator, ſuper Iuriſdictione in angul. Anno 1321. Obiit iſte Abbas, Anno 1323. IX. Calend. Maij. Iſte Marquardus emit Caſtrum in Heberzhauſen, quod Wicknandus de Irinſpurg emerat & ædificauerat cum prædiis & pertinentiis, ab Ottone filio Wicknandi, quod poſtea ſolotenus deſtructum eſt.

XXXIV. HAINRICVS quartus, dictus Rainer, benè gubernauit, reparauit multa ædificia, reſignauit Abbatiam amore quietis, Anno 1339. Obiit Anno 1345.

XXXV. SIBRANDVS vel Sigibrandus Geltinger, intruſus per Duces Bauariæ Anno 1339. fratres elegerant Conradum Kazpeck, cuius frater Otto ipſum Sigibrandum interemit, inter Roſenhaim & Aibling, auff dem grab weg.

XXXVI. CAROLVS Hauzendorfer, Abbas Monaſterienſis Ratiſponenſis Diœceſis, per fratres poſtulatus, anno 1347. obiit 1349. VI. Nonas Octobris.

XXXVII. CONRADVS tertius Kazpeck ante Carolum electus vt ſupra, obiit anno 1362. VII. Calend. Iunij; Hic à Principibus mediam partem Iuris Aduocatiæ redemit.

XXXIIX. CONRADVS quartus Eglinger, obiit anno 1372. III. Calendas Aprilis.

XXXIX. GEBHARDVS Taufkircher, fit Abbas anno 1375. obiit 1393. III. Idus Martij. III.

XL. OSWALDVS de Thor. Iſte impetrauit confirmationem priuilegiorum tàm à Ducibus Bauariæ quàm Auſtriæ: Item nouum priuilegium ab Erneſto & Wilhelmo Ducibus Bauariæ, quòd ciues Tolnzenſes nullum ex inquilinis Tegernſeenſibus ſine conſenſu Abbatis reciperent, obiit anno 1418. VII. Calend. Maij.

XLI. GEORGIVS Turndl. Sub hoc Monaſterium graue æs alienum contraxit, propter bella inter Duces Bauariæ, obiit anno 1423. XVI. Calend. Februarij.

XLII. HILTEPRADVS Caſtner, Sub huius regimine Anno ſecundo anterior pars Chori inter cænandum corruit, Altare S. Chryſogoni vnà cum arca, in qua Sacrum ipſius corpus aſſeruabatur comminuit ſaluis tamen Reliquiis. Huic Abbati Fridericus Archidux Auſtriæ Imperator priuilegium dedit, vina Atheſina liberè vehendi, pro quo diem anniuerſarium inſtituit, confirmatum poſtea per Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ anno 1449. reſignauit dignitatem an. 1426. obiit anno 1446. Nonis Iunij.

XLIII. CASPARVS Aindorffer Nobilis, ſicuti & cæteri Monachi omnes. hoc tempore, quod ſub hoc Abbate ceſſauit, autoritate Wilhelmi Ducis Bauariæ, poſt Concilium Conſtantienſe per Viſitatores ordinarios, per Scrutinium eligitur Iuuenis annorum. 24. ob egregia merita alter fundator dictus, Monaſterij inſtaurator, reformator, locupletator, qui totum Monaſterium ferè ex nouo conſtruxit. Sub hoc inuenta eſt vena Petrolei, quod S. Quirini vocatur; rexit annis 34. Obiit. 1461. 17. Ianuarij, ætatis 58.

CON:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONRADVS quintus Ayrnſchmaltz de Weilhaim electus canonicè mitis XLIV.
& bonus Oeconomus, emit 450. libros, 1100. lib. denariorum Monaceñ. conſtru-
xitq́; nouam Bibliothecam, Eccleſiam de nouo ædificauit, picturis & altaribus
exornauit, ædificauit granarium. Item cellam vinariam, Item foſſam cum mu-
ris & propugnaculis ad refugium ſubditorum, Item ante obitum conſtruxit no-
uam Baſilicam, ad S. Leonhardum in angulo. Item pontem lapideum ſuper flu-
uium Mangfald. Rexit Annis 31. Obiit Anno 1492. IX. Calendas Februarij
ætatis 66.

QVIRINVS primus Regler de Winſchaim Francus, eligitur canonicè An- XLV.
no 1492. VII. Idus Februarij, anno ætatis 33. æmulorum iniuria adactus reſi-
gnauit officium, anno 1500. conceſſit in Monaſterium Manſee, Ibi obiit, 1510.
VIII. Idus Iulij.

HAINRICVS dictus Khuntzner de Kuofſtain, fit Abbas anno ætatis 32. XLVI.
pius prouidus & bonus Oeconomus, deponit Abbatiã ob debilitatem an. 1512.
quam poſt Abbatis Mauri reſignationem iterum aſſumpſit, qua denuò ſe abdi-
cat, anno. 1543. Obiit anno 1544. 17. Calend. Ianuarij.

MAVRVS Leyrer, ex ſeculari Sacerdote fit Monachus, & Hainrico reſi- XLVII.
gnanti ſuccedit, ſed cum eſſet ætate & annis grauis, reſignauit officium an. 1528.
Iſte multa ædificauit, aquæductum de montibus ad dormitorium mira indu-
ſtria tranſuexit, Obiit anno 1534.

AVGVSTINVS Sturzenprugl de Schvvaz diligenter & fideliter rexit an- XLVIII.
nis 13. obiit. 1556. Idibus Octobris.

BALTHASAR Erlacher de Kônigſtorf, eligitur ætatis ſuæ anno 32. XLIX.
Obiit. 1568. Hic magnis impenſis pro pauperibus ſcholam inſtituit, & plures
eorum aluit.

QVIRINVS Reſt de Schvvaz electus Anno 1568. regit adhuc An- L.
no 1580.

## PRIVILEGIVM TEGERNSEENSIS MONASTERII, PER OTTONEM

*Secundum Imperatorem, de Anno 979.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Otto diuina fauente Clementia Imperator Auguſtus: Quia Regum vel Imperatorum pia conſuetudo ſemper fuerat, Eccleſias DEI, ob æternæ retributionis præmium ſuis condonationibus exaltare vel renouare; Idcircò & nos prædeceſſorum noſtrorum religioſam deuotionem ſectari ſtudentes, propter ſalutis æternæ mercedem, & ſtatum Regni ac Imperij noſtri Eccleſias & ſumptus Deo militantium libenter prȩaugmentare cogitamus. Vnde & notum eſſe volumus vniuerſitati fidelium noſtrorũ tam p̄ſentium quàm futurorum, qualiter chariſſimus frater noſter Otto Alemannorum & Bauarorum Dux, Serenitatis noſtræ intulit auribus, eſſe quoddam in Bauaria ſui Ducatus Prouincia, Cœnobium Tegarinſee dictum, q̄ duo Germani fratres & Illuſtres Comites, in ſuo & de ſuo patrimonio temporibus Pipini Regis Francorum, ipſius permiſſu condiderunt, & regio mundiburdio commendauerunt, & à S. Papa Zacharia, ipſi Germani fratres Adalbertus & Otgarius, quos ſupra delibauimus, corpore beati Quirini Martyris impetrato, venerabile reddiderunt, vbi omni patrimonio ſuo contradito, ipſi coma capitis depoſita, Monachico habitu ſuſcepto, vnus de duobus fratribus Adalbertus nomine, in eodẽ loco centum quinquaginta Monachorum primordialis extiterit Abbas. Hȩc nẽpè principalis & regia extitit Abbatia, & religioſis Abbatib⁹ quàm pluribus inſignis, priuilegiis anteceſſorum Regum Pipini videlicet & Caroli

Magni,

Magni, Lodouici, Carolomanni roborata & ab omnium diſtrictione perſonarum immunis, donec Laicorum tradita Dominio, Clauſtrum & officinas Monachorum cum vxoribus habitare cœperunt & ſordebant canibus clauſtra ſacrata domus, ex quo Monachis ſtipendiis ſuis ereptis, tota ibi religioſa deperiit vita & ſpurcicia atq; nefariis rebus inualeſcentibus, mox cœleſti vindicta Monaſterium & omnia eius ædificia, cum libris & Eccleſiaſtico cultu igni concremátur. Nos ergo Imperiali miſeratione huic loco hactenus prolapſo ſuccurrere volentes, per interuentum dilectiſſimi Nepotis ac fratris noſtri Ottonis Ducis, ſupradictorum Regum & Imperatorum autoritatem ſequentes, ipſi Cœnobio, Tegarinſeo dicto, in pago Sundergoe, & in Comitatu Luitpoldi Comitis ſito, & in honore Apoſtolorum, Petri & Pauli, atque Quirini Martyris dedicato, ſecundùm regularem vitam, Hartuicum nomine præfecimus Abbatem; quem etiam cum loco illi à nobis commiſſo in Mundeburdium noſtræ defenſionis ſuſcipientes, ſibi & omnibus huic loco ſuccedentibus Abbatibus, ſub regia & imperatoria tuitione manere, ac noſtra autoritate conceſſimus: ita vt ipſe præfatus Abbas, ſuiq; Succeſſores, ſub regia & imperiali defenſione, rectitudinem illius Monaſterij deinceps habeant, omnesq; res ad prædictum Monaſterium jure modò aſpicientes, vel quas Deus illuc in futuris amplificare voluerit, in pratis & alpinis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumué decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis ac inuiis, cum decimatione totius Abbatiæ, & præſenti ac futura ſyluarum extirpatione, ſub Abbatis eiuſdem loci poteſtate, abſque vllius perſonæ contradictione, perenniter ſubſiſtant. Inſuper etiam Monachis præſentibus ac futuris inter ſe eligendi Abbatem, noſtræ Maieſtatis Imperio, poteſtatem conceſſimus, & vbicunque eorum naues, ſiue carri, vel ſammarij aduenerint, abſque telonei exactione pertranſeant. Et, vt hæc noſtræ conceſſionis autoritas firma in futuris temporibus & inconuulſa permaneat, hoc noſtræ Maieſt. præceptum inde conſcribi & manu propria ſubtùs notatum, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

SIGNVM Domini Ottonis, inuictiſſimi Imperatoris Auguſti.

HILDIPOLDVS, Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Willigiſi Archicapellani recognoui. Data quarto Idus Iunij, Anno Dominicæ incarnationis 979. indictione. 6. anno verò regni ſecundi Ottonis XIV. Imperij autem II. Actum Bruomadæ fœliciter, Amen.

## *PRIVILEGIVM TEGERNSEENSIS MONASTERII, PER HAINRICVM SEXTVM & Fridericum ſecundum Romanor. Imperator. datum.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ TRINITATIS. Fridericus ſecundus diuina fauente clementia Rom. Imperat. ſemper Auguſtus, Ieruſalẽ & Siciliæ Rex &c. Si ad Eccleſias & loca venerabilia benignè dirigimus aciem mentis noſtræ, ac eorum profectibus intendimus diligenter, ne dum æternæ retributionis merita, ſed & laudis præconium conſequimur temporalis. Inde eſt igitur, quod notum volumus vniuerſis Imperij fidelibus, tam præſentibus quàm futuris, quod cùm Hainricus venerabilis Abbas Monaſterij Tegernſeen. dilectus Princeps & fidelis noſter, ad noſtræ Maieſtatis præſentiam acceſſiſſet, quoddam priuilegium eidem Monaſterio ſuo, à Diuo Auguſto Imperatore Hainrico, chariſſimo

patre

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

patre noſtro, inclytæ recordationis indultum noſtræ celſitudini pręſentauit, & humiliter ſupplicauit, vt priuilegium ipſum innouari, & quæ continebantur in eo, ipſi & Succeſſoribus ſuis, ac Monaſterio ſupradicto confirmare de noſtra gratia dignaremur. Cuius priuilegij tenor talis eſt.

HAINRICVS ſextus diuina clementia Rom. Imper. & ſemper Auguſtus. Bonam & religioſam conſuetudinem antiquorum Regum ſeu Imperatorum imitantes, honeſtis perſonis atq; venerabilibus locis Maieſtatis noſtræ defenſionem impendere ac præſidium debemus, quatenus & Imperij noſtri ſublimitas exinde clarius eniteat, & diuina gratia largius nobis ſalutis & auxilij ſuffragium impendat. Nos ſiquidem ex relatione Illuſtrium virorum & ex priuilegiis anteceſſorum noſtrorum liquidò compertum habemus, quòd duo Comites Otkarius & Albertus Regali proſapis exorti, in pago Bauariæ, qui Sundergavv dicitur, quoddam Monaſterium Tegernſee nomine, magnis atq; copioſis expenſis laudabiliter condiderunt, & diuitiis magna gloria ſublimatũ magnorũ Regum Pipini, Caroli, Ludouici, Carollomanni cõniuentia & arbitrio principalem atq; regalem Abbatiam inſtituerunt, ibiq́ue trium Martyrum corpora Quirini, Chryſogoni, Caſtorij, venerabiliter collocauerunt. Cumq; eadem Eccleſia à primo fundationis tempore, in Monachalis Ordinis diſciplina per dies multos plurimum profeciſſet, ab Arnoldo Duce Noricorum, affectante Rom. Imperium & diſcordante cum Rege Heinrico, primò redditibus deſpoliatã, & penè vniuerſa, quibus ditata & dotata fuerat per beneficium tranſierunt in vſus Laicorum in hac diſcordia ſibi famulantium. His malis imminentib⁹ & temporalibus ſtipendiis deficientibus, defecit vtiq; diuini ſeruitij cultus & diſperſis pſonis, quæ ad militandum Deo ibidem collectæ erant, Laici Clauſtrum & officinas Monachorum cum vxoribus inhabitare cœperunt, quorum porcis & canibus ſacrata loca ſordebant. Et cum multæ nefariæ res inualeſcerent, Monaſterium & omnia eius ædificia, cum libris & Eccleſiaſtico cultu, cœleſti vindicta igne concremantur, proceſſu temporis Otto ſecundus interuentu Nepotis ſui Ottonis Ducis Bauariæ & Sueuorum, aliorumq́ue Illuſtrium virorum, Imperiali miſeratione intendens prolapſo Monaſterio ſuccurrere, & quendam Hartuicum nomine præfecit Abbatem, quem etiam cum loco illi commiſſo in Mundiburdium ſuæ defenſionis ſuſcipiens, ſibi & omnibus huic Monaſterio ſuccedentibus Abbatibus, ſub Regia & Imperatoria tuitione ſubſiſtere, ſua authoritate conceſſit. Et vt ipſe Abbas præfatus, ſuiq́; ſucceſſores ſub Regia & Imperali defenſione regimen ipſius Eccleſiæ de cætero poſſideant, nihilominus indulſit, cuncta quoq́; ad præfatum Cœnobium pertinentia, vel quæ in futuro munificentia Regum & Imperatorũ, largitione Pontificum, oblatione fidelium adipiſci poterit, tam quæſitis quam inquiſitis, in pratis & in alpinis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarùmue decurſibus, venationibus, piſcationibus, molendinis, viis & inuiis, cum decimatione totius Abbatiæ, & præſenti ac futura Syluarum extirpatione ſub Abbatis eiuſdem loci poteſtate, abſq; omnium perſonarũ contradictione perenniter eſſe conſtituit. Inſuper etiã Monachis tam præſentibus quàm futuris, liberam poteſtatem & facultatem eligendi Abbatem de Maieſtatis ſuæ imperio conceſſit, & vbicunq́; eorum naues ſiue Carri vel Sammarij aduenerint, abſq́; Telonei tranſeant exactione. Nos igitur intuitu diuinæ gratiæ prædictorum Imperatorum, nec non dilectiſſimi Patris noſtri, fœlicis memorię, Friderici Imperatoris veſtigia ſequentes, cuncta quę illi ſtatuerunt, & nos eadem authoritate approbamus, Eccleſias quoque & Baſilicas in ſuis dotibus erectas, ſingulariter exprimentes, cellam beati Martini, quę Diethramicella dicitur, quam de præfato Cœnobio fundatam & dotatam eſſe cognouimus,

Eccleſias Gemunden, Egerden, Wâkirchen, Rircherſpürn, Warngevv, Walde, Holtzkirchen, Buſenchaim, Sachſenkâm, Piburgh, Hadelaching, Harde, Iſenpach, Kempnaten, Münnchen, Cronav, Phrumpach, Vaterſteten, Walchſtat, Serchingen, Vnholtzingen, Celle, Streneberck, & Baſilicas in Acheleiten, in Finſingen ad S. Leonhardum, cum fundis & prædiis adiacentibus & plebe. Confirmamus etiam huic Monaſterio authoritate noſtra hæc prædia in Leuben, in Wachavv, in Creſenpach, in Piburch, in Iſenpach, in Oſtermünchen, in Warngevv, in Otolſingen, in Hechingen, in Finſingen, Vnholdtzingen, in Hernapach.

Præterea quæcunque generantur in humo, vel quæ latent ſub terra, ſiue ſint venæ ſalis vel ferri, vel argenti vel auri, vel cuiuslibet metalli, eidem loco concedimus & corroboramus. Et quia redditus, de quibus Imperio ſeruire tenebantur, ſunt per Arnoldum Ducem ablati, neque nobis, neque alicui Succeſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, aliquod ſeruitium ab eodem Cœnobio conferri ſancimus, vt hi qui omnipotenti Deo militaturi ibidem collecti fuerint, abundantiori ſtudio valeant Deo ſeruire &c. Nouerit ergò vniuerſitas fidelium, quòd jam prædictum locum, ſic in noſtram & omnium ſucceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum protectionem ſuſcepimus, vt ſit Regalis Abbatia in perpetuum omnimoda libertate ſublimata, & ab omni ſubiectionis obligatione libera, vt nullus Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum, vel Ducum, vel Marchionum, vel Comitum, vel aliqua omninò perſona, præſumat hanc moleſtare, vel à Iuris ſui ſtatu dimouere. Si Dux Bauariæ Dei compunctus amore, vel Abbatis & fratrum placatus obſequio aliquos redditus, de antiquitus ablatis redditibus Monaſterio reſtituere voluerit, noſtro permiſſu & beneuolentia fieri concedimus & ſtabilimus, vt Dux illi in Ducatu ſuccedens, vel aliquis ſucceſſorum ſuorum, ea quæ per nos ſtatuta ſunt, nullatenus poſſit refringere. Compertum etiam habemus, decorem atque reuerentiam eiuſdem Monaſterij ex Aduocatorum importunitate & praua conſuetudine valdè imminutam eſſe, & antiquam pulchritudinem anteceſſorum noſtrorum diligentia, decenter exornatam, in eadem domo penè deletam audiuimus. Nos autem antiquorum Regum & Imperatorum inſtitutionibus honorem deferentes, & juſtis precibus dilecti conſanguinei noſtri, Manegoldij eiuſdem Monaſterij Abbatis facilem aditum indulgentes, quęcunq; in eadem domo, vitioſa conſuetudo aut iniqua exactio, ex Aduocatorum violentia, vel cæterorum hominum negligentia emerſiſſe videtur, ex conſenſu Berchtoldi Ducis Meraniæ, qui nunc in præſentiarum Aduocatus eſt, judicio atque ſententia Principum penitus reprobauimus, ſpecialiter panum & cæterarũ rerum, quæ in Epiphania Aduocato fiebant de cætero exigi & offerri prohibuimus. Statuimus quoq; vt Abbas abſque omni reſpectu Aduocati Caſtaldiones, Officiales, Villicos, Manſionarios in locis neceſſariis prouideat atque diſponat, vectores ad vinum deportandum, ſicut voluerit, exhibeat. Officiales Abbatis, coci, piſtores & reliqui quicunque in emunitate Monaſterij Abbati & fratribus miniſtrare conſueuerint, ſi rixati fuerint, coram Aduocato non cogantur inde rationem reddere, ſi vulneribus ſe inuicem læſerint & legitimis quærimoniis euocati fuerint, Aduocatus emendationem atque vindictam, abſq; odio & ſaluo honore Abbatis imponat. Sculteros & peones de cætero nullos inſtituat, ad quod officium Abbas viros aptos, quos voluerit prouideat; ab his autem quos Caſtaldiones & diſpenſatores Abbas inſtituerit, Aduocatus nihil contra voluntatem Abbatis exigat. Porrò exactiones frumenti ſiue aliarum rerum, quas Aduocatus ſingulis annis à Clericis eiuſdem Monaſterij, à Villicis &

Man-

Manſionariis facere cōſueuerat, de cætero fieri noſtra authoritate inhibuimus. Ad hæc mandando pręcipimus, vt nullus de cætero Aduocatus Miniſterialibus eiuſdem Monaſterij violentiam aut iniuriam ſtudeat inferre, quod ſi attentare præſumpſerit, noſtram Maieſtatem is qui læſus eſt, appellare non differat. Si quis Miniſterialium, extra ſui Monaſterij Collegium, matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feudo ab eadem Eccleſia conquiſito liberè, & ſine omni contradictione Monaſterio ſuccedat, nullo malo ad alienandum præueniente ingenio. Nullus etiam ibi Aduocatus hæreditario jure exiſtat, ſed Abbas cum fratrum & Collegij conſilio, juſtum & idoneum defenſorem licenter eligat, qui poſtquam de jure & rebus Eccleſiæ conſeruandis, per Sacramentum certitudinem fecerit, Bannum à Rege vel ab Imperatore ſuſcipiat, quòd ſi poſtmodum Sacramenti oblitus fuerit, & jura Eccleſiæ violauerit, & tam ipſos Monachos quàm eorum homines & poſſeſſiones, hoſpitationibus & indebitis placitis & exactionibus vexauerit, Abbas regia ſuffultus authoritate hanc plenam poteſtatem ſubrogandi ſibi meliorem Aduocatum & vtiliorem habebat, de legitimis & annalibus ipſorum Aduocatorum placitis, ſic Principũ ſententia decreuimus, ſicut coram Imperatore Heinrico quarto diffinitum habemus.

Statvtvm habemus, vt ad placitum cuiuslibet Aduocati, ſemel in anno, quando præceptum fuerit omnes pertinentes certis in locis conueniant, ibiq; in ſeruitium ſuum plus non exigat, niſi duos modios Tritici & duos porcos, tres cados vini vel medonis, decem cados ceruiſiæ, quinq; modios auenæ in pabulũ equorum triginta. Vt autem ea quæ ad vſus fratrum pertinent minus diſtrahantur, hæc ſubſcripta in vſus Aduocatorum ſunt deputata, videlicet, ſatisfactio temeritatum, ita tamen, vt ſi qua diſpendia fratres in ſuis rebus patiuntur, primò eis ſua reſtituantur, & tertia pars Bannorum ſit Aduocatorum, duæ partes ſint Abbatis & fratrum, Wergelda Abbatis & fratrum ſint, & mancipium pro mancipio. Præterea ſi Prælati Eccleſiæ, aliqua neceſſitate cogente, damnum ſibi vel rebus ſuis illatum, ſaluo ordine ſuo recuperare non valuerint, ipſos Aduocatos in competentem locum aduocent, vbi cauſas querimoniæ diligenter diſcutiant, nihilque ibi ab eis vel eorum Colonis, quaſi ſub juſtitia exigant, ſed cum charitate, hoc quod eis impenſum fuerit accipiant. Sanè fratribus eiuſdem Monaſterij præſentibus, atque futuris, imitatione dilectiſſimi Patris noſtri Friderici Imperatoris, aliorumque Anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, liberam facultatem eligendi Abbatem concedimus, electus inueſtituram à Rege, vel ab Imperatore per Sceptrum accipiat, nihil tamen dati curiæ de juſtitia exhibeat, eo quòd redditus & prædia primæ fundationis, per Arnoldum Ducem Bauariæ diſtracta ſunt, vt prædictum eſt, ſed quod daturus eſt pro ſuo arbitrio fiat & pro bona voluntate, nec cogantur ire in expeditiones Imperatorum. Inſuper quæcunq; bona ad idem Cœnobium pertinere videntur, ſiue futuris temporibus, juſtis & rationabilibus modis prouenire poterunt, ſalua & illibata eidem perpetuo jure permanere decreuimus. Et ne quiſquam hominum vniuerſa hæc nefario auſu præſumat inuadere, occupare, minuere, vel quolibet modo alienare, cuncta ſub noſtræ Maieſtat. tuitione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Si quis autem contra hanc noſtræ auctoritatis paginam temerè venire præſumpſerit, centum libras puriſſimi argenti fiſco noſtro perſoluat, & totidem ſupra dicto Monaſter. componat. Vt autem hæc noſtræ poteſtatis auctoritas firma futuris temporibus & inconuulſa permaneat, præſentis ſcripti & ſigilli noſtri atteſtatione corroboramus. Huius rei teſtes ſunt, Heinricus Wirzburgenſis Epiſcopus.

Otto Friſingenſis Epiſcopus, Conradus Abbas de Salueld, Heroldus Abbas de S. Burckhardo in Wirzburg, Berchtoldus Dux Meraniæ, Comes Albertus de Pogen, Comes Fridericus de Abenberg, Comes Vlricus de Perge, Comes Berchtoldus de Perga, Berchtoldus Burggrauius de Henneperck, Comes Sifridus de Vechingen, Waltvvinus de Steine, Berchtoldus de Iſſeldorff, Rupertus de Vrne, Cuno de Menzenbergk, Sifridus Marſcalcus de Hagenavv, Eberhardus Marſcalcus de Anebos, & alij quam plures. Acta ſunt hæc, Anno incarnationis Dominicæ, M. C. XCIII. Indictione vndecima, Regnante Domino Heinrico ſexto Romanorum imperatore glorioſiſſimo Anno Regni eius viceſimo tertio, Imperij verò tertio, Datum apud Wirzburgk, XV. Calend. Iulij.

Nos autem præfati Abbatis, dilecti Principis noſtri deuotis ſupplicationibus benigniter inclinati, attendentes quoq; deuotionem ſincerã, quam idẽ Abbas habere dinoſcitur erga noſtræ celſitudinem Maieſt. conſiderantes etiã, quòd exhibeamus obſequium Deo gratum, ſi Progenitorum noſtrorum Diuorum Auguſt. memoriæ recolendæ, veſtigia proſequentes, circa profectum prædicti Monaſt. tam liberaliter intendimus, quia libenter prædictum priuilegium, ſicut de verbo ad verbum ſuperius ſcriptum eſt, juſſimus innouari, & quæ continentur in eo prænominato Abbati, Succeſſoribus ſuis & Monaſterio ſæpè dicto de innata benignitatis noſtræ gratia, perpetuò confirmamus. Vt autem hæc noſtra confirmatio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præſens priuilegium fieri & ſigillo Maieſtatis noſtræ juſſimus communiri. Huius rei Teſtes ſunt, Berchtoldus Venetus, Patriarcha Aquilegienſis, Eberhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus, L. Regimus Archiepiſcopus, Sifridus Ratiſponenſis Epiſcopus, Carolus Sedunenſis Epiſcopus, Epiſcopus Tergeſtinus, Heinricus Præpoſitus Patauienſis, Conradus Præpoſitus Indicenſis. Leopoldus Illuſtris Auſtriæ & Stiriæ Dux, Otto Dux Meraniæ & Palatinus Burgundiæ, Bernhardus Dux Carinthiæ, Rainaldus Dux Spoleti, Rapoto Comes Palatinus & frater eius Comes Hainricus de Ortenberch, Vlricus de Pecka, Aldemarus de Kuenring, Engelhardus & frater eius Fridericus de Adelechavv, Conradus de Hohenloe, Comes Romandiolæ, Albertus Rundeſſinde, Gotfridus de Salzburgck, & alij quàm plures. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo, Menſe Aprili, tertiæ Indictionis, Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia Inuictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem & Siciliæ Rege, Anno Imperii eius decimo, Regni Ieruſalem quinto, Regni verò Siciliæ triceſimo ſecundo fœliciter. Amen. Datum apud Fogiam, Anno, Menſe & Indictione præſcriptis.

## ADDITIONES.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Conrado* Abbati Monaſterij beati *Quirini* juxta lacũ *Tegernſee*, eiuſq́; fratribus tàm p̃ſentibus quàm futuris regularem vitam ꝓfeſſis in perpetuum. Commiſſæ nobis apoſtolicæ ſedis nos hortatur auctoritas, vt locis & pſonis ipſius auxiliũ deuotione debita implorantib⁹ tuitionis p̃ſidiũ impendere debeamus. Quia ſicut iniuſta poſcentib⁹ null⁹ tribuendus eſt effect⁹, ſic legitima & juſta deſiderantiũ nulla eſt differenda petitio, p̃ſertim eorũ, q cũ honeſtate vitæ & laudabili morũ cõpoſitione gaudẽt omnipotẽti Domino deſeruire. Ea ꝓpter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationib. benignũ impertientes aſſensũ, p̃fatũ monaſteriũ, q, vtiq; à nobilib⁹ viris *Adalberto* & *Occario* germanis fratribus, Illuſtribusq́; Comitibus in ſuo fundo

conſtructum eſt, & antiquis Romanorum Imperatorum priuilegiis *Pipini* videlicet, *Caroli* & *Ludouici* decoratum, in quo deniq; corpus beati *Quirini* à prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratū requieſcere perhibetur ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & plenis ſcripti priuilegio cōmunimus. Statuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunq; bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma vobis veſtrisq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Præterea libertates ſiue immunitates ab Epiſcopis vel Regibus, ſiue etiam Principibus veſtro Monaſterio rationabiliter conceſſas, & ſcripto firmatas vobis nihilominus confirmamus, & vt nullus eas infringere, ſeu inbeneficiare audeat auctoritate apoſtolica prohibemus. In Parochialibus autem Eccleſiis, quas tenetis, ſacerdotes idoneos eligatis & Epiſcopo præſentetis. Quibus ſi idonei fuerint, Epiſcopus cum Abbatis conſenſu curam animarum committat, vt eiuſmodi ſacerdotes de plebis quidem cura Epiſcopo rationem reddant, vobis verò pro rebus temporalibus debitam ſubiectionem exhibeant. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſeu baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & ea gratis & abſq; prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire Antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prędictum Cœnobium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua ſedis apoſtolicæ auctoritate & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.




Ego *Eugenius* catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego Hubaldus presbyter Cardinal. tit. S. Praxed. ſſ.
✠ Ego Manfredus presbyter Cardinal. tit. S. Sauinæ. ſſ.
✠ Ego Aribertus presbyter Cardinal. tit. S. Anaſtaſiæ. ſſ.
✠ Ego Iordanus presbyter Cardinal. tit. S. Suſannæ. ſſ.
✠ Ego Otto Diac. Cardinal. S. Georgij ad velum aureum. ſſ.
✠ Ego Octauianus Diac. Cardinal. S. Nicolai in Carcere Tulli. ſſ.
✠ Ego Guido Diac. Cardinal. S. Mariæ in porticu. ſſ.
✠ Ego Ioannes Diac. Card. S. Sergij & Bachi. ſſ.
✠ Ego Rolandus Diac. Cardinal. S. Coſmæ & Domiani. ſſ.

Datum *Sigme* per manum Boſonis S. Romanæ Eccleſiæ ſcriptoris XI. Calend. Decembr. Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ. Anno M. C. L. Pontificatus verò Domini Eugenij Papæ, 3. Anno ſexto.

## Confirmatio præcedentis priuilegij.

ALexander Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Ruperto Abbati Monaſterij beati Quirini juxta lacum *Tegernſee*, eiuſq; fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Commiſſæ nobis apoſtolicæ ſedis nos hortatur auctoritas, vt locis & perſonis ipſius auxiliũ deuotione debita implorantibus tuitionis præſidium impendere debeamus. Quia ſicut iniuſta poſcentibus nullus eſt tribuendus effectus, ſic legitima & juſta deſiderãtiũ nulla eſt differenda petitio, pręſertim eorum, qui cum honeſtate vitę & laudabili morũ compoſitione gaudent omnipotenti Deo deſeruire. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris poſtulationibus benignum impertientes aſſenſum, præfatum Monaſterium, quod vtiq; à nobilibus viris *Adalberto* & *Occario* germanis fratribus Illuſtribusq; Comitibus in ſuo fundo conſtructum eſt, & antiquis Romanorum Imperatorũ priuilegiis *Pippini*, videlicet *Caroli* & *Ludouici* decoratum, in quo denique corpus B. *Quirini* à prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratum requieſcere perhibetur ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus ſtatuen. vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Præterea libertates ſiue immunitates ab Epiſcopis vel Regibus ſiue etiam Principibus veſtro Monaſterio rationabiliter conceſſas & ſcripto firmatas vobis nihilominus confirmamus, & vt nullus eas infringere ſeu inbeneficiare audeat, auctoritate apoſtolica prohibemus. Interdicimus inſuper ne liceat Diœceſano Epiſcopo Eccleſias ad veſtrum Monaſterium pertinentes aliquibus ſine veſtra voluntate conferre, ſed fas vobis ſit ad Eccleſias ipſas vacantes presbyteros eidem Epiſcopo pręſentare, quibus ſi idonei fuerint Epiſcopus curam animarum committat, ita quidem, vt ei de plebis cura reſpondeant, vobis autem de temporalibus debitam ſubiectionem impendant. Nihilominus etiam arcius interdicimus, ne cui Epiſcopo vel alij Eccleſiaſticæ perſonæ vos vel monaſterium veſtrum ſine manifeſta & rationabili cauſa excommunicationi vel interdicto ſubiacere liceat. Sed cum generale interdictũ terræ fuerit, fas vobis ſit clauſis januis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſubpreſſa voce diuina officia celebrare. Chriſma verò, oleum ſanctum, conſecrationes Altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promouendi à Diœceſano ſuſcipiatis Epo, ſiqui-

ſiquidem Catholicus fuerit, & ea gratis & abſq; prauitate ſymoniaca exhibere vobis voluerit, alioquin liceat vobis Catholicũ quem malueritis adire Antiſtitẽ, qui nimirum noſtra fultus autoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorũ nullus ibi quàlibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres comuni conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorẽ & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, aut aliquibus vexationib. fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ autoritate & dyoceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſeculariſue perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri redemptoris Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.




Ego *Alexander* catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. ß.
Ego Hubaldus Hoſtienſis Eps. ß.



✠ Ego Ioan. presb. Card. S. Ioan. p. tt. pinach. ß.
✠ Ego Ioann. presb. Card. tt. S. Anaſtaſiæ. ß.
✠ Ego Ioan. presb. tt. S. Marci. ß.
✠ Ego Theodorus presb. Card. S. Vitalis tt. Veſtinæ. ß.
✠ Ego Petrus presb. Card. tt. S. Suſannæ. ß.
✠ Ego Hugo presb. Card. tt. S. Clementis ß.
✠ Ego Iaco. S. Mariæ, in Coſmedin Diac. Card. ß.
✠ Ego Ardico Diac. Card. S. Theodori. ß.
✠ Ego Ramerius Diac. Card. S. Georgij ad velum aureum. ß.
✠ Ego Matthæus S. Mariæ nouæ Diac. Card. ß.
✠ Ego Ramerius Diac. Card. S. Adriani. ß.

Datum *Lateran* per manum Alberti presbyteri Card. & Cancellarij IV. Idus Martij, Indictione XII. Incarnationis Dominicæ an. M.C.LXXVIII. Pontificatus verò Dñi Alexandri Papæ III. an. XX.

## Confirmatio prædictorum II. priuilegiorum.

VRBANVS Eps ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Ruperto* Abbati Monaſt. S. *Quirini* iuxta lacum *Tegernſee* eiuſq; fratribus tàm præſentibus quàm fu-

turis regularem vitam profeſſis inperpetuum. Religioſam vitã eligentib. apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne fortè cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet, aut robur quod abſit ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationib. clementer annuimus, & præfatum Monaſterium S. *Quirini* quod à nobilibus viris *Adalberto* & *Ocario* germanis fratribus Illuſtribus Comitibus in ſuo fundo conſtructum eſt & antiquis Romanorum Imperatorum priuilegiis *Pipini* & *Caroli* & *Ludouici* decoratum, in quo denique corpus B. *Quirini* à prædeceſſore noſtro ſanctæ recordationis *Zacharia* Romano Pontifice impetratum requieſcere perhibetur. Ad exemplar fœlicis recordationis *Alexandri* Papæ prædeceſſoris noſtri ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuen, vt ordo Monaſticus qui ſecundum Deum, & beati *Benedicti* regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque Poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Cellam B. *Martini* quæ *Dietramszell* dicitur, Eccleſiam *Gmunden, Egern, VVacchergen, Reichenſpeyern, Warngen, VValde, Hardpenningen, Holzkirchen, Pieſenkham, Biburg, Hadlachingen, Harde, Imspach, Chemmäten, Minichen, Chundevve, Phrumpach, VVatterſtettin, VValchſtat, Ilchingen, Vnholzingen, Chelnpach, Finſingen*, cum fundis & adiacentibus prædiis & plebe. Libertates præterea ſeu immunitates ab Archipiſcopis, Epiſcopis ſiue Regibus atque Principibus Monaſterio veſtro conceſſas rationabiliter & ſcripto firmatas, vobis nihilomnus confirmamus, & ne vllus eas infringere ſeu inbeneficiare audeat auctoritate apoſtolica prohibemus. Interdicimus inſuper ne liceat alicui Archiepiſcopo vel Epiſcopo Eccleſias ad veſtrum Monaſterium pertinentes aliquibus ſine veſtra voluntate conferre, ſed fas vobis ſit ad Eccleſias ipſas vacantes Presbyteros Epiſcopis præſentare, quib. ſi idonei fuerint Epi curam animarum ſine prauitate committant. Salua conſtitutione *Lateranen.* concilij, ita quidem vt eis de ſpiritualibus, vobis verò de temporalib. debeant reſpondere. Nihilominus etiam interdicimus ne cui Archiepiſcopo ſeu Epiſcopo, vel alij Eccleſiaſticæ perſonæ vos vel Monaſt. veſtrũ abſq; manifeſta & rationabili cauſſa excomunicationi vel interdicto ſubiicere liceat. Cum autem generale interdictũ terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excomunicatis & interdictis nõ pulſatis cãpanis, ſubpreſſa voce diuina officia celebrare. Chriſma verò, oleũ ſanctum, conſecrationes altariũ ſeu baſilicarum, ordinationes Monachorum ſiue clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſi quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolicæ ſedis habuerit, & ea vobis gratis & abſque prauitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quem malueritis catholicum adire Antiſtitẽ, qui nimirum noſtra fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Præterea volentes te fili Abbas Eccleſiam tuam ſpeciali priuilegio decorare, ad exemplar iam dicti prædeceſſoris noſtri, tibi tuiſque ſucceſſoribus vſum mitræ & annuli in præcipuis ſolennitatibus infra miſſarum ſolennia & in proceſſionibus Eccleſiæ tuæ, nec non etiam in conciliis Epiſcoporum de conſueta clementia & benignitate apoſtolicæ ſedis concedimus, quatenus ex hoc beato

*Petro*

*Petro* & nobis tenearis deuotior permanere. Obeunte verò te nunc eiuſdē loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Deum & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfati cœnobium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationib. fatigare. Sed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ autoritate & dyoceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisuè perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſāguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.




Ego *Vrbanus* Catholicæ Eccleſiæ Eps ſſ.



✠ Ego Heinricus Albanenſis Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Tebandus Hoſtien. & Veloren. Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Ioann. presb. Card. tt. S. Marci ſſ.
✠ Ego Laborans presb. Card. S. Mariæ transtibr. tt. Calixti. ſſ.
✠ Ego Pandulfus presb. Card. tt. XII. Apoſtolorum. ſſ.
✠ Ego Albinus presb. Card. tt. S. Crucis in Hyerus. ſſ.
✠ Ego Melior presb. Card. S. Ioann. & Paul. tt. *Pagmahi* ſſ.
✠ Ego *Gratianus* S. Coſmæ & Damiani Diac. Card. ſſ.
✠ Ego Sofredus S. Mariæ in via lata Diac. Card. ſſ.
✠ Ego Petrus S. Nicolai in carcere Tulli. Diac. Card. ſſ.
✠ Ego Rudolphus S. Georgij ad velum aur. Diac. Card. ſſ.

Datum *Veron* per manum Alberti S. Romanæ Eccleſiæ presbyteri Card. & Cancellarij III. Non. Aprilis indictione 4. Incarnationis Dominicæ an. M. C. LXXXVI. Pontificatus verò Dn̄i Vrbani Papæ III. anno 1.

IN NOMINE ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Si Eccleſiis Dei eiuſque famulantibus aliquid boni vel commoditatis impendere curauerimus, nobis hic & in futuro maximè proficere procul dubio ſperamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium nouerit vniuerſitas qualiter nos diuina inſpiratione compuncti, nec non pro remedio animæ noſtræ parentumque noſtrorum Ottonis ſcilicet ſenioris noſtri tertij

Impe-

Imperatoris Auguſti acaliorum ſiue Chunegundæ contectalis noſtrę Monaſterio in loco *Tegernſe* conſtructo atque in honore S. *Quirini* Martyris dedicato quondam Cortem *Warngau* dictam, quam *Pilgrinus* Comes hactenus in beneficium habuit, quæ etiam eidem Monaſterio antea dotaliter pertinuit cum omnibus eius appendiciis ſiue pertinentiis arcis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, cultis vel incultis, quęſitis aut inquirendis, viis & inuiis, exitibus vel redditibus, ſeu cum cunctis quæ quolibet modo dici vel ſcribi poſſunt vtilitatibus per hanc noſtram præceptalem paginam, concedimus atque largimur & integre in eius ius & dominium transfundimus. Eaprôpter ratione vt præſcripti Monaſterij Abbates de iam dicta corte eiuſq; pertinentiis dehinc liberam habeant poteſtatem quidquid eis ad vtilitatem, tamen eiuſdem Eccleſiæ placuerit faciendi omnium hominũ contradictione remota. Si quis autem quod abſit hanc noſtræ donationis auctoritatem infregerit vel moleſtauerit, anathemali percuſſione in perpetuum ferietur. Inſuper verò omnes eiuſdem Monaſterij res mobiles aut immobiles confirmamus atque corroboramus, & ſub noſtræ defenſionis mundiburdio firmiter recipimus. Et vt hæc noſtræ donationis ſiue confirmationis atque defenſionis auctoritas ſtabilis & inconuulſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Signum Domini *Heinrici* Regis inuictiſſimi.



*Guntherius* Cancell. vice *Willigiſi* Archicapellani recognoui, Data XI. Cal. Iun. Indic. VII. An. Dominicæ Incarnationis M.IX. Anno verò Domini Heinrici 2. regnant. VII. Actum Ratiſponæ fœliciter. Amen.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Conradus* diuina fauente clementia Rex. Si Eccleſiis Dei eiſque famulantibus aliquid boni vel commoditatis impendere curauerimus, nobis hic & in futuro maximè proficere procul dubio ſperamus. Quapropter omnium Chriſti noſtrique fidelium nouerit vniuerſitas, qualiter nos per interuentum *Engilgeri* Abbatis Cortem *Warngau* dictam, quam anteceſſor noſter *Heinricus* Imperator videlicet Auguſtus pro remedio animæ ſuæ nec non Chunegundæ contectalis ſuæ parentumque ſuorũ ad Monaſterium in loco *Tegernſee* conſtructum atque in honore S *Quirini* Martyris dedicatum regaliter dedit, nos etiam regaliter eandem eidem Eccleſiæ cum omnibus eius appendiciis arcis, ædificiis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, cultis & incultis, quæſitis aut quærendis, viis, inuiis, exitibus & reditibus, ſeu cum cunctis vtenſilibus quæ quoquo modo ſcribi vel nominari poſſunt, affirmamus ea videlicet ratione vt prædicti Monaſterij Abbates de iam dicta corte eiuſque pertinentiis dehinc liberam habeant

beant poteſtatem quodlibet vtile faciendi ſine alicuius contradictione. Si quis autem quod abſit hanc noſtræ reconfirmationis auctoritatem infregerit, anathemate percutiatur. Inſuper omnes eiuſdem Monaſterij res mobiles aut immobiles confirmamus, & ſub noſtro mundiburdio firmiter recipimus. Et vt noſtræ confirmationis auctoritas ſtabilis & inconuulſa omni permaneat æuo, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigillo noſtro iuſſimus inſigniri.

Signum Domini *Conradi* ſecundi Regis Inuictiſſimi.



*Vdalricus* Cancellarius vice *Aribonis* Archicapellani recognoui. Datum 2. Non: Maij. Indictione VIII. ann. Dominicæ Incarnationis Milleſimo vigeſimo quinto, Anno verò Domini *Conradi* ſecundi regnant. Actum Megelendorff.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* diuina fauente clementia Rom. Imperator & ſemper Auguſtus. Conuenire videtur ad æternæ ſalutis remedium vt Eccleſiaſticas perſonas ac religioſa loca imperiali tuitione manu teneamus, & defendamus, vt in ſuis rationibus atque libertatis honore ſumma diligentia conſeruentur, quatenus per hoc laudabile ſtudium & imperialis dignitas ſalute perfruantur, & diuinę gratiæ largitate ſublimentur in perpetuum. Compertum habemus nobilium & fidelium noſtrorum relatione, & priuilegiorum atteſtatione, quod duo Comites *Adalbertus* & *Occarius* regali exorti proſapia, quoddam nobile Monaſterium *Tegernſe* dictum copioſis expenſis arbitrio & conniuentia magnorum Regum *Pippini, Caroli, Ludouici, Carolomanni* regalem atque principalem Abbatiam in pago *Bauariæ* quod *Sundergau* dicitur laudabiliter fundauerunt, ibique trium Martyrum *Quirini, Chriſogoni, Caſtorij*, corpora venerabiliter collocauerunt. Qui reſignatis terrenis dignitatib. ſimul & militari baltheo poſt graues huiuſmodi labores immutato habitu cunctorum tradito patrimonio, Vnus è duob. fratrib. *Adalbertus* nomine in eodē loco centum quinquaginta Monachorum præmordialis extitit Abbas. Cumq; in eadem Eccleſia à primæ fundationis tempore Monachialis ordinis diſciplina per dies multos plurimū profeciſſet, ab *Arnoldo* Duce *Noricorū* affectante eo Imperiū & diſcordante cum Rege *Heinrico* primo reditibus deſpoliatū & pene vniuerſa quibus ditata & dotata fuerat per beneficiū tranſierunt in vſus laicorum in hac diſcordia ſibi famulantium. his malis imminentibus, & temporalibus ſtipendiis deficientibus, defecit vtiq; diuini ſeruitij cultus & diſperſis perſonis quæ ad militandū Deo ibidē collectæ erant, laici clauſtrū & officinas Monachorum cū vxorib. inhabitare ceperunt, quorū porci & canes ſacrata loca ſordebant. Et cum multæ nefariæ res inualeſcerent, Monaſterium & oīa eius ædificia cum libris & eccleſiaſtico cultu cœleſti vindicta igne concremantur. Progreſſu

sem.

temporis Imperator *Otto* ſecundus interuentu nepotis ſui *Ottonis* Ducis *Bauarorum* & *Sueuorum* aliorumque Illuſtrium virorum Imperiali miſeratione intendens prolapſo Monaſterio ſuccurrere, ei quendam *Hardvvicum* nomine, præfecit Abbatem, quem etiam cum loco illi commiſſo in mundiburdium ſuę defenſionis ſuſcipiens, ſibi & omnibus huic Monaſterio ſuccedentibus Abbatibus ſub regia & imperatoria tuitione ſubſiſtere ſua auctoritate conceſſit, & vt ipſe præfatus Abbas ſuiq; ſucceſſores ſub regia & imperiali defenſione regimen ipſius Eccleſiæ de cætero poſſideant, nihilominus indulſit. Cuncta quoque ad præfatum cœnobiũ pertinentia, vel quæ in futuro munificentia Regum & Imperatorum, largitione Pontificum, oblatione fidelium adipiſci poterit, tàm quæſitis, quàm inquæſitis, in pratis & alpinis, paſcuis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, venationibus, piſcationibus, molendinis, viis & inuiis cum decimatione totius Abbatiæ & præſenti ac futura ſyluarum extirpatione ſub Abbatis eiuſdem loci poteſtate abſque omnium perſonarum contradictione perenniter eſſe conſtituit. Inſuper etiam Monachis tàm futuris quàm præſentibus liberam facultatem eligendi Abbatem, de maieſtatis ſui imperio conceſſit. Et vbicunque eorum naues ſiue carrri vel ſaumarij aduenerint, absque theolonei tranſeant exactione. Nos igitur intuitu diuinæ gratiæ prædictorum Imperatorum veſtigia ſequentes, cuncta quæ illi ſtatuerunt, & nos eadem imperiali auctoritate approbamus, eccleſiam quoque & baſilicas in ſuis dotibus erectas ſingulariter exprimentes, cellam ſiquidem S. *Martini*, quod *Dietrami* dicitur cella, quam de præfato Cœnobio fundatam & ditatam eſſe cognouimus. Eccleſias *Gmunden. Egern, Wacheringen, Reichenſpeyrn, VVarngav, VValde, Holzkirchen, Pieſenkham Sâchsſenkam, Piburg, Hadlachen, Harde, Imspach, Chemmaten, Minihen, Chuhunoe, Phrunpach, Vatterſtettin, Walchſtat, Iochingen, Vnholzingen,* celle *Sternberg* Baſilicas *Ablicæ* in *Finſingen*, ad S. *Leonardum* cum fundis & prædiis adiacentib. & plebe. Confirmamus etiam huic Monaſterio imperiali auctoritate hæc prædia in *Leoben*, in *VVachau*, in *Creuſpach*, in *Auſtralimonaco*, in *VVarngavv*, in *Ottlfingen*, in *Hächingen*, in *Biburch*, in *Impach*, in *Finſingen*, in *Vaholzingen*, in *Alrains*, præterea quæcunque generantur in humo vel quæ latent ſub terra, ſiue ſint venæ ſalis vel ferri, vel argenti, vel cuiuslibet metalli cum earundem rerum decimis eidem loco concedimus & corroboramus. Et quia redditus de quibus Imperio ſeruire tenebantur, per *Arnoldũ* Ducem *Bauariæ* ſunt ablati, neq; nobis neq; alicui ſucceſſorum noſtrorum Regum aut Imperat. aliquod ſeruitium ab eodẽ cœnobio conferre ſancimus, vt hi qui omnipotenti Deo militaturi ibidẽ collecti fuerint abundantiori ſtudio valeant Deo ſeruire. Nouerit ergo vniuerſitas fidelium, iam prædictum locum ſic in noſtram & omnium ſucceſſorum noſtrorum protectionem ſuſcipimus, vt ſit regalis Abbatia omnimoda libertate ſublimata, & ab omni ſubiectionis obligatione libera, vt nullus Epiſcoporum vel Archiepiſcoporum vel Ducum vel Marchionum vel Comitum, aut aliqua omnino perſona præſumat hanc moleſtare aut iuris ſui ſtatum minuere. Si Dux *Bauariæ* Dei compunctus amore vel Abbatis & fratrum placatus obſequio aliquos redditus de antiquitus per Ducem *Arnoldum* Abbatis redditib. Monaſterio reſtituere voluerit, noſtro permiſſu & beneuolentia fieri concedimus & ſtabilimus, vt Dux ille in ducatum ſuccedens vel aliquis ſucceſſorum ſuorum, ea quæ per nos ſtatuta ſunt nullatenus poſſit infringere. Et quia noſtris temporibus decorem atque reuerentiam eiuſdem Eccleſiæ ex Aduocatorum importunitate & praua conſuetudine valde im̃inutam eſſe vidimus, antiquã etiam pulchritudinem anteceſſorum noſtrorum diligentia decenter ornatã in eadem domo pene deletam inuenimus, antiquorum Regum & Imperato-

rum

rum institutionibus honorem deferentes & iuſtis precibus *Ruperti* Abbatis eiuſdem monaſterij facilem aditum indulgentes quæcunque in eadem domo vitioſa conſuetudo aut iniqua exactio ex aduocatorum violentia vel cæterorũ hominum negligentia emerſiſſe videtur ex conſenſu *Heinrici* Comitis qui nunc in præſentiarum aduocatus eſt iudicio atque ſententia Principum penitus inhibemus, 'pecialiter oblationes panum & cæterarum rerum quæ in epiphania aduocato fiebant de cætero exigi & offerri prohibemus. Statuentes quoque vt Abbas absque omni reſpectu aduocati, Gaſtaldiones, officales, villicos, manſionarios in locis neceſſariis prouideat atque diſponat, vectores ad vinum deportandum ſicut voluerit exhibeat. Officiales Abbatis coci, piſtores & reliqui quicunque in communitate Monaſterij Abbati & fratribus miniſtrare conſueuerint, ſi rixati fuerint coram aduocato nõ cogãtur inde rationem reddere, ſi vulneribus inuicem ſe læſerint & legitimis quærimoniis euocati fuerint, aduocatus emendationem & vindictã ſaluo honore Abbatis imponat, Sculteros & precones de cætero nullos inſtituat, ad quod officiũ Abbas viros aptos quos voluerit prouideat, ab his autem quos Gaſtaldiones & diſpenſatores Abbas inſtituerit aduocatꝰ nihil contra voluntatẽ Abbatis exigat. Porro exactiones frumenti ſiue aliarum rerum quas Aduocaus ſingulis annis à clericis eiusdem Monaſterij à villicis à manſionariis facere conſueuerat, de cętero fieri imperiali auctoritate interdicimus. Ad hæc mandando præcipimus vt nullus deinceps Aduocatus miniſterialibus eiuſdem Eccleſiæ violentiam aut iniuriam audeat inferre, quod ſi attẽtauerit noſtrã maieſtatem is qui læſus eſt appellare non differat. Si quis miniſterialium extra ſui Monaſterij collegium matrimonium contraxerit, eo obeunte omne patrimoniũ cum feudo ab eadem Eccleſia adquiſito liberè & ſine contradictione Monaſterio ſuccedat, nullo malo præueniente ad alienandum ingenio. Si quis Miniſterialium Abbati rebellis extiterit & ab eius gratia deciſus fuerit, coram aduocato ſi ab Abbate euocatus fuerit in *Warngau* in domo quę dinchus dicitur reſpondeat. Si quis etiam Monaſterialium de feudo & beneficiali iure impulſatus ab Abbate fuerit, nihilominus in eadem domo reddat rationem. Nullus quoque in eadem Eccleſia aduocatus hæreditario iure exiſtat, ſed Abbas communicato fratrum conſilio, idoneum defenſorem licenter eligat, qui poſtquam de iure & de rebus Eccleſię conſeruandis per ſacramentum certitudinem fecerit bannum à Rege vel Imperatore ſuſcipiat, qui ſi poſtmodum ſacramenti oblitus fuerit, & iura Eccleſiæ violare præſumpſerit, & tàm ipſos Monachos quàm eorum homines & poſſeſſiones, hoſpitationib. & indebitis placitis & exactionibus vexauerit, Abbas regia fultus auctoritate habeat plenam poteſtatem ſubrogãdi ſibi meliorem aduocatum & vtiliorem. De legitimis & annalibus ipſorum Aduocatorum placitis ſic Principum ſententia decreuimus ſicut coram, Imperatore *Heinrico* quarto Imperatorum diffinitum habemus. Statutum eſt ad placitum cuiuslibet aduocati pertinentes, vt ſemel in anno, quando præceptum fuerit omnes certis in locis conueniant, ibique in ſeruicium ſuum plus non exigat niſi duos modios tritici & duos porcos, tres cados vini, aut medonis, decem cados cereuiſiæ, quinque modios auenæ in pabulum equorum XXX. vt autem ea quæ ad vſus fratrum pertinent minus diſtrahantur, hæc ſubſcripta in vſus Aduocatorum ſunt deputata videlicet: ſatisfactio temeritatum, ita tamen vt ſi qua diſpendia fratres in ſuis rebus patiuntur, primò eis ſua reſtituantur, & tertia pars pannorum ſit Aduocatorum, duæ ſint Abbatis & ‘fratrum. Wergelda Abbatis & fratrum ſunt & mancipium pro mancipio. Præterea ſi Prælati Eccleſiæ aliqua neceſſitate cogente damnũ ſibi

vel reb⁹ ſuis illatũ ſaluo ordine recuperare non valuerint ipſos aduocatos in locũ cõpetentem aduocent, vbi cauſas quęrimoniæ diligenter diſcutient, nihilq; ibi ab eis vel ab eorũ colonis quaſi ſub juſtitia exigant, ſed cũ charitate hoc q, eis impenſum fuerit accipiant. Sanè fratrib. eiusdẽ Monaſterij p̃ſentib. atq; futuris imitatione anteceſſorũ noſtrorũ imperatorũ liberã facultatẽ eligendi Abbatem concedimus, electus inueſtiturã à Rege vel Imperat. ꝑ ſceptrũ accipiat, nihil tamen dati Curiæ de juſtitia exhibeat, eò q, p̃dia primæ fundationis vt p̃dictũ eſt ad Regni augmentũ ꝑ Arnoldũ diſtracta ſunt, ſed q, daturus eſt, ꝓ ſuo arbitrio & ꝓ bona voluntate fiat, nec cogantur ire in exceptiones. Inſuper q̃cunq; bona ad idẽ Cœnobiũ ꝑtinere videntur, ſiue futuris tẽporib. juſtis & rationabilib. modis ꝑuenire poterunt, ſalua & illibata eidẽ ꝑpetuo jure ꝑmanere decernimus. Et ne quiſquã hominũ vniuerſa hęc nefario auſu p̃ſumat inuadere, occupare, minuere vel quolibet modo alienare, cuncta ſub noſtræ maieſtatis tuitionẽ ſuſcipim⁹, & p̃ſentis ſcripti priuilegio cõmunimus. Si quis autẽ cõtra hanc noſtræ auctoritatis paginã temerè venire p̃ſumpſerit, centũ libras puriſſimi argenti fiſco noſtro ꝑſoluat & totidẽ ſupradicto Monaſterio cõponat. Et vt hæc noſtræ poteſtatis auctoritas firma futuris tẽporib. & inconuulſa ꝑmaneat, p̃ſentẽ paginã conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione iuſſim⁹ inſigniri, adhibitis teſtib. idoneis quorũ nomina hic ſunt. Conr. Patauienſis Ep̃s. Hertvvicus Ratiſp. Ep̃s. Conr. Auguſt. Ep̃s. Hartmañus Ep̃s. Brichienſis, Heinr. Bauariæ & Sax. Welfo Dux. Conr. Dux de Dachau. Frider. filius Regis Conradi. Palatini Comites Otto & fratres eius de Witelnſpach. Heinr. Comes de Wolfrazhauſen. Otto Comes de Vaialc. Gerhardus Comes de Werthaim. Demhardus de Sevvelt. Heinr. de Stovve. Lazarius, Golvvinus, Egilolfus, Heinricus, Perchtoldus de VVolfrazhauſen, Rupertus de Reichenſpeyrn, Albertus de Porthus & aliqui quam plures.



Signum Domini *Friderici* Romanorum Imperatoris Auguſti. Ego *Heinr.* regalis curiæ Cancellarius vice Domini Chriſtiani Moguntini Archiepiſcopi recognoui. Acta ſunt hæc an. Dominicæ Incarnationis M. C. LXIII. Indict. XI. Anno Regni eius nono. Imperij verò VII. Datum *Auguſtæ* fœliciter. Amen.

*Confirmauit præcedens Priuilegium Friderici I. Imp. filius eius Heinr. VI. Imp. nec non & huius fil. Friderici I. Nepos Frider. II.*

## THIERHAVBTEN.

THierhaubten Monaſteriũ Ord. S. Benedicti infra Auguſtã Vindelicorũ trib. miliaribus, non procul à Lico ad Riuum Achſitum, fundatum ac inchoatũ in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorũ, à potentiſſimo Duce Bauariæ Teſſalono, an. Dñi. 750. quo ferè tempore idem Dux Weſſespromen eiuſdem ordinis Abbatiam, inter Amperam & Lycũ fluuios erexit, auctum verè & locupletatum poſt primam incineratiõẽ & quaſi denuo reædificatum, ac ſecundariò fundadatum eſt à Lothario Imperatore, Ludouici Pij filio, an. Dñi 846. Iohan. Auent. lib. 4. Annalium fol. 378.

Tertio renouatum & auctũ à Gebhardo Ratiſp. Ep̃o, Comite Dieſſenſi & Hochenvvartenſi ſecundum Ioan. Auent. in Annalib. ſuis, f. 508. non Witlſpacẽ. vt Bruſchius in ſua centuria opinatur &c. nec nõ à fratre præd. Gebhardi Epi Comite Rapothone fundatore Hochenvvartenſis Monaſterrij ac *Hemã* eius Coniuge, quam Bruſchius alibi Duciſſam Auſtriæ, alibi verò, nempe in centuria ſua, Comitiſsã Werdeæ vocat q, veroſimili⁹ eſt, an. 1022. Contulerũt aũt huic *Monaſt.* & Witlſpacẽſes Comites, multa bona. *Matthæ⁹ Marſcalcus* de Piberpach vicino caſtro, Can. Auguſtẽ. in libro ſuo de *Calatinis*, cap. 50. & 79. refert aliquas inſcriptiones in hoc Monaſt. extãtes, de Palatin. Witlſpacẽſib. & eorũ traditionib. &c.

DOMI-

DOMINA Gebba de Pach piiſſima ac nobiliſſima fœmina ſumma huius Monaſterij benefactrix, quæ & aurea & alia precioſa ornamenta plurima dedit.

Sub Ioan. Abbate XIX. viro magni ingenij & conſilij, Ludouici Bauariæ Ducis Conſiliario benè merito, incendio perijt Monaſterium per eundem magnificè reſtauratum, anno Domini, 1403.

In bello Bauarico hoc Monaſterium, vnà cum pagis ſuis miſerè vaſtatum eſt, Albertus Dux Bauariæ pro reſtauratione ipſius dedit Teloneũ, & vngeltum, vt vocant, in villa ibi, vſq; ad ipſius & ſucceſſorũ ſuorũ renouationẽ, an. Dñi 1506. Petrus Abbas ita reſtituit ac inſtaurauit, vt eius ſecund⁹ fundator dici meruerit, qui an. 1511. ob. reuocatio deinde facta eſt prædictæ conceſſionis. Monaſterium hoc in bello Schmalcaldico bis direptum eſt, tam ab hoſtib. Cæſaris quam ab ipſis Hiſpanis, extra tamen Clenodia aurea & argentea vaſa ac ſuppellectilem meliorẽ, quæ ingruente bello, mandato Illuſtriſs. Ducis Bauariæ Wilhelmi piiſſimæ memoriæ, ad tutiora loca tempeſtiuè fuerant tranſlata ac depoſita.

Sepulti ſunt ibi Nobiles Hinterskircher de Schönleuten.

## ADDITIONES.

MOnaſterij Thierhaupten certum & indubitatum fundatorem agnoſcimus primũ Thaſſilonem *Boior.* Ducem ex *Agilolfingorum* familia vltimum; *Vtilonis* Ducis ex *Pipini Francorum* Regis ſorore filium. Tot tantaq; damna hoc ipſum Monaſt. ex bellis, incendiis, direptionibus paſſũ fuit ſæpius, vt quaſi de nouo fundari conſtruiq; opus habuerit; adeoq; nemini mirum videri debet, ſi ex veterib. monumẽtis parũ aut pene nihil ibidẽ reperiatur. An. D. M.D.XC. Lapis in Choro Monaſt. effoſſus eſt cum hac inſcriptione. *Obiit Himbrico primus Abbas, poſt nouam inſtitutionem Gebhardi Epiſcopi, an. M.XXXVI.*

De Thaſſilone *Duce vid. poſt* Velſer. Rerum Boic. 5. & P. Rad. de SS. *Bauar.* *Tom. 1. p.*

### *Abbates huius Monaſterij à Bruſchio recenſentur.*

I. VLINVS *conſtit. à fundatore ipſo Duce* Thaſſilone, *an.* 752. *al.* 772.
II. GVLIELMVS Vlini *ſucceſſor.*
III. MARQVARDVS *alib.* Madegoldus.
IV. HAYMO *poſt hunc aliqui Abbates trecentis fermè annis deſiderantur.*
V. HVNIBERTVS *al.* Himbrico *poſt nouam cœnobij inſtaurationem per* Gebhardum *Epiſcopũ factam præſidere cæpit circa annum Chriſti* 1020. *ob.* 1036.
VI. HAYMO II.
VII. ODEWINVS *vel* Ottouinus.
VIII. GODESCALCVS.
IX. ARNOLDVS.
X. MARQVARDVS.
XI. ERCHENBOLDVS *vel* Ercamboldus.
XII. HENRICVS.
XIII. VDALRICVS com. Fuchs *præf. an.* 1308.
XIV. HENRICVS II. *de* Hoechſtetten *inſtaurator Cœnobij per incendiũ collapſi, ob. an.* 1353.
XV. CONRADVS *ob. an.* 1366. *al.* 1363.
XVI. VDALRICVS II. obiit 1372.
XVII. ERNESTVS.
XVIII. GEORGIVS.
XIX. IOANNES Ludouici Bauarorum *Principis conſiliarius, ſub quo cum incendio periiſſet Monaſterium inſtauratum eſt idipſum ab eo magnificè an.* 1403. *vel* 4. *ob.* 1406.
XX. VLRICVS *de* Luzlburg.
XXI. IOANNES II. Bruno dictus ob. 1439.
XXII. FRIDERICVS *vixit circa an.* 1455.
XXIII. THOMAS *anno* 1460.
XXIV. HENRICVS III. Neff *dictus præf. ann.* 1478.
XXV. GEORGIVS *elig. an.* 1489.
XXVI. IOANNES à Weſternach.
XXVII. VDARICVS *de* Werden præf. an. 1491.

Hoc ferè tempore Monaſterium Adminiſtratores habuit: horũ vnus ſacerdos quidam de Wittelspach, alter ſecularis, tertius in *Altenmünſter conuerſus VVolfgangus* de *Sandizell*, *quartus Caſtulus Ernſt* Parochus de Neukirchen.

XXVIII. IOANNES III. Hardlieb, dictus reſignauit 1501. ob. 1505. *in Rein ſepultus, huius miſericordia & in egenos liberalitas celebratur.*

XXIX. PETRVS Wagner, *ſub quo Monaſterium flammis abſumptum: diſperſi fratres, Abbas annis duobus exul rediens cepit quæ potuit reficere.* ob. 1511.

XXX. LEONARDVS Greck ob. 1533.

XXXI. IOANNES IV. cognomine Rumpfhart. *Monaſterium ad bonũ ſtatum redeg. ob. 1458.*

XXXII. IOACHIMVS Fendt Faucenſis. *annis quinq; præf. rem auxit; maiora animo conceperat, quæ mors præmatura anteuertit, & ſucceſſori reliquit, ob. an. 1553.*

XXXIII. BENEDICTVS Gaugenrieder *præf. an. 44. primus inſula donatus à Clemente VIII. P. M. ob. an. 1597. feria ſexta. vt optabat.*

XXXIV. CASPARVS *ſucceſſit, ſub quo templum parochiale* S. Georgij *eleganter extructum eſt. præf. annis 22. an. 1619. in Aduentu Abbatiam reſignauit in capitulo.*

XXXV. IOANNES Pleib im Hauſs, Abbati Caſparo ſubrogatus, paucis vixit menſibus

XXXVI. IOANNES Nagl elig. die vigeſima prima menſ. Iulij an. 1620. cui faueat numen,

## *Ex M. SS.* Petri VVagneri *Abbatis collectaneis,*

*Anno* 1504. *die* Philippi. & Iacobi *Dux* Rupertus *occupauit oppidum* Newburg / & *abſtulit omnem ſubſtantiam in pecuniis & aliis quæ ibidem habebam.*

*Die 24. Maij, Dux* Rupertus *occupauit ciuitatem* Rain, & *compulit fratres meos ac ruſticos ſibi iurare, & me abnegare, & ſpoliauit Monaſterium* Schönfeld, *idem facturus Monaſterio meo, mihique ſcribi fecit, vt Abbatiam renunciarem, & agerem priuatam vitam cum fratribus. Sed per Ducem* Albertum *mihi commiſſum eſt, transferre me* Auguſtam *ibidemque manere donec ſedaretur negocium,*

*Anno* Domini *1504. die 8. Iunij, Stipendiarij Ducis* Alberti *in* Fridtberg & Aichach *cum ciuibus nonnullis ſubito Monaſterium adorti ictibusq; bombardarum portas ac muros deiicientes, propter continuas moleſtationes atque incendia ruſticorum meorum, penè omnia iumenta abigentes, ad* Fridtperg *ſecum ducebant. De Monaſterio abegerunt ad 700. circiter oues, 27. Vaccas 50. ſcrophas, 60 capras, & 32. equos.*

*Anno 1505. 7. Auguſti comburitur totus ferè pagus* Thierhaupten, *domus nempe 82. ac omnia Monaſterij ædificia exceptis ſtabulis duobus, Fruges ad 500.* Schober / & *100. plauſtra fœni, in vnum locum comportata idem ignis aſſumpſit. Milites enim circiter mille quingentis ex pagis* Sueuiæ, Auguſta & Werdea *traiecto, Lico paſſim omnia populabantur, ac tandem in hunc locum venientes diripuerunt & incenderunt. Cauſa, erat hæc: Tum alias ſæpe, tum hoc ipſo die ſummo mane, Duce* Arbogaſto *de* Reuttenſtein *capitaneo in* Rhain *ruſtici* Thierhauptani *tot excurſionibus vexati prædam plurimam ex vicinis* Sueuorum *pagis trans* Licum *agentes in Monaſterium introduxerunt. Interim Capitaneo partem ſuam abigente, ruſtici in Monaſterio ſuam relinquebant, donec hoſtes aduerterent, qui mox tanto numero venientes omnia incenderunt. Monaſterium ipſum hoc tempore non orationis domus, ſed prædonum locus fuit.*

*Hic de nocte, anno 1504. ipſo feſto Natiuitatis* Mariæ *ruſtici mei trans flumen* Licum *circiter 150. equos compertos trans villam ad ſiluam minauerunt, quos ruſtici* Sueui *in magno numero inſequentes, dum conſequi non poſſent, Monaſterium intrantes, in illudque ſe vlciſcentes, ipſum cum Eccleſia, domo abbatiali, ac omnibus locis conuentualibus incẽdentes, villam concremauerunt: remanſitque ſola turris cum quatuor campanis, aliis tribus quæ in Choro pendebant igne reſolutis. Remanſit & quædam parua ædicula murata & ſtallum vnum. Porro diuiniſſ. Euchariſtiæ Sacramentum manibus Laicorum vix de igne ereptum atque in fabricam portatum, ibidem ſuper incudem per noctem ſtetit.*

*Anno 1506. primo Aprilis, hic iuſſu Principum* Petrus *Abbas Monaſterio reſtitutus eſt per Nobilem virum* Michaelem Riederer; *reuolutis penè duobus annis exilij ſui.*

*VIE-*

## VIEPACH.

BERENGARIVS ſeu Beringerus Comes de Leonberg aliàs Leonſperg, cum conſenſu Agnetis vxoris, quæ dicitur fuiſſe familiæ Dominorum Pflueg ac liberorum ſuorum Hainrici & Eliſabethæ, Viepachium inferius in monte Iſaræ imminenti infra Landtshuotam, quod antea Venatorium tugurium erat, in templum commutat, 12. Virgines eò collocat, Ord. S. Auguſtini dedicat, ac Auguſtinianis Monachis Ratiſponenſibus gubernandum cõmittit, ita tamen cum ad dies vitæ ſuæ aliquos cenſus ſibi reſeruauerat, conſtituit, vt poſt ſuum obitum numerus iſte Monialium duplicaretur; & cum illa domus & Hofmarchia Viepach, à Ducibus inferioris Bauariæ feudalis eſſet, Duces Otto, Ludouicus ac Stephanus fratres, huic fundationi non ſolum conſenſerunt, verum etiam feudali Iure liberarunt; hinc etiam quaſi pro conſociis fundationis habiti ſunt, Anno Domini 1296.

BERINGERVS fundator cum coniuge ac filio ibi aliquot annis deuotè vixiſſe, obiiſſe, ac ſepultus eſſe perhibetur, obiit autem Beringerus Anno 1296. Tunc Hainricus Dux Bauariæ prioribus XII. addidit XVIII. Virgines. Auent. lib. 8. fol. 726. Alibi autem habetur, hunc Beringerum eodem anno, quo primum lapidem clauſtri poſuit, deceſſiſſe, poſtea Hainricum Ducem Bauariæ, filium Stephani erexiſſe Clauſtrum, muros, Eccleſiam, & habitacula Dominarum conſtruxiſſe, auxiſſe numerum ad triginta, ac quædam bona dediſſe. Idem Auent: fol. 790. ponit, Ludouicum Imperatorem hoc Monaſterium auxiſſe.

HAINRICVS prædictus filius fundatoris, dedit Monaſterio Vineam propinquam, eam feudi iure liberat, anno 1309.

BERINGERVS Comes de Leonſperg, fortè filius Heinrici aut patruelis, qui aliàs Bernhardus nominatur (nam hæc nomina ſæpè confunduntur) dedit Monaſterio huic, pro anniuerſario, Aduocatiam in Reiſing. Anno 1314.

CONRADVS Epiſcopus Ratiſponenſis eximit hanc Capellam ſeu Monaſterium à Parochia Kirchberg, ad quam prius pertinebat.

ALIVS Epiſcopus Ratiſponenſis eandem Parochiam Kirchperg, per Concambium pro alia Parochia Monaſterio dedit.

FRIDERICVS Dux Bauariæ, an. 1385. donauit partem decimæ Vini de Landshuet, cum LX. vrnis cereuiſiæ, ex duobus braxatoriis, & prædictum Clauſtrum pio animo defendit.

IOANNES Ratiſponenſis Epiſcopus, conſiderata magna paupertate huius Monaſterij, dedit illi Parochiam in Lozenkürchen ad Vilſam anno 1402.

## ADDITIONES.

### Fundation oder Stifftbrieff vom Herrn Graffen von Leonberg ſeeligen / das Cloſter Nidernviepach betreffent.

WIr Pernnger von Gottes gnaden Graff zu Leonberg / thue khundt für vnns / vnd vnſer Erben / allen den / die den Brieff ſehendt oder hörent / das zu ewigen zeiten / als wir / von wegen deß Allmechtigen Gottes / vnd vnſer Seelen Seeligkheith / geſtifft vnd geordnet haben / in den ehren Gottes / Mutter Mariæ vnd S. Auguſtini, in der wieß genant / Nidernviepach gelegen / an der Yſer / in dem Biſtumb zu Regenſpurg / demſelben Cloſter vnd den Frawen / die jetzo da ſeyn / vnnd hinfür zu ewigen

die Pfandtſchafft von jhn oder ſeinen Erben / vnd Gült Aichterhouen vnd Pfandſchafft
in dem aigen das mir ſteht von Gottshaus zu Paſſaw/ vñ ſchaffe jnen die Brief/ die ich
auch darüber han/das ſie dieſelbẽ pfandſchafft ſollẽ jn haben vnd nutzẽ nach d' Brieff ſag
die ich darüber hã/auch in ſolcher maß/wañ man dz aigẽ von jnẽ leſen wil/ſo ſollẽ laſſẽ an

denſelbē Gelt/dz es ſteet den zehenten pfenning zudē Paw geē Paſſaw hintz S. Stephan/
alſo ich dz vor verſchriben vnd verſchafft han. Ich ſchaf auch ob die Prapſóder oder die
Mautner abgeiengē vñ nicht leiblich Erben lieſſen/So ſolle die haab die vũ mir od' meinē
Sun wird mit ſambt jrer haab herwider Erben auff meinen Sun/oder auff mein nechſte
Erben vnd Freundt vnd das ſollen ſie meinem Sun wol vermachen vnd verbrieffen.
Dem Rotauer ſolle ich geben hundert pfundt vnd ſechtzig Regenſpurger Pfenning/dar-
für ſolle man mir geben Rainting die Veſt vnd das Paw vnd Müll vnd die Hoffmarch
daſelbſten vnd was darzu gehört ob das ſeinen Freunden nicht gefellt/ vnnd ob ſein der
Rotauer nicht meint/ ſo ſolle man Reiting behalten/ vnd ſolle nie ſein Gelt geben/ wär
auch das der Rotawer mit ſeinem Sun nicht freundtlich leben wolt/ſo hat mein Sun
vollen gewalt/dem Rottawer ſein obgenant Gelt zugeben/ vnnd Rainting zuhehalten/
vnd ſolle der Rotawer nit darwider reden/ich ſchaff dem Knaben meinē oheim Steflein
den Altenburger die hueb zu Obernpierbach vnd zwo halb hueb zu Harnartling/ vnnd
den Hoff vnd die Hueb zu Chrotheim/ dieſelben Guet vnd Gült/ mit aller zugehörung/
als ich die von dem Loſenpach gekhaufft han/ alſo das man jhn die Gült dauon ſolle für-
ſchiſſen/vnd zu nutz ſolle anlegen/ damit ſolle jhm ſein haab gemeret werde/ vnd ob der-
ſelb Knab nicht ſein ſoll/ vnnd nicht Khindt ließ/ſo ſolle die obgenant haab vnd was da-
uon bekhumbt herwider geben auff mein nechſte Erben vnd Freundt/ ich ſchaff der Ha-
gerin das man der fünfftzig pfundt Regenſpurger Pfenning geben ſolle zu einer verti-
gung/für das ich jhr hab eingenommen zu der hab vnd ſie hat/ ich ſchaff Telein Hund-
hahin dreiſſig Pfundt Regenſpurger Pfenning das man ſie damit beheyrath/ ſo mann
beſt mag. So ſchaff ich Catharin der Putdorfin ob die ſitzen will zu dem Seelhauß zu
Vilshofen das man järlich geben ſolle fünff pfund Paſſawer pfenning / jhr lebtag vnnd
ein Schaff Korns/vnd ſolle man zu woll vermachen auff vrbar/ wille ſie aber geen Vils-
houen nicht ſitzen zu dem Gottsdienſt/ſo ſolle man jhr alle Jahr geben drey pfundt Paſ-
ſauer pfenning jr lebtag/ vnd ſolle jhr gar richtig machen jhr lebtag/ich ſchaff der Mar-
tinin zu Dieſſenſtain jerlich ein pfundt Paſſawer pfenning jhr lebtag zu dem ain ſchaf
Korn/das jhr mein Bruder ſeeliger geſchafft hat / vnd ſchaff der Reindlin von Tulling
ſolle man järlich geben ein pfundt Regenſpurger Pfenning/ ich ſchaff Vlrich dem Ser-
belſtoffer zu Paſſaw vnd ſeinen Kindern hundert pfundt Regenſpurger Pfenning/ ich
ſchaff dem Nusberger den Hoff Tobel bey Minſter vnd darzu ſolle man jhm geben
dreiſſig pfundt Regenſpurger Pfenning/ ich ſchaff Vlrich dem Walpinger dem ſolle
man wider geben den Hoff zu Wachaing/den ich von jhme gekaufft hann/vnd man ſol-
le jhm dreiſſig Pfundt Paſſawer pfenning darzu geben/ ich ſchaff Rudle dem Ruſtor-
fer vnnd ſelner Wirtin/ ſechzig Pfund Paſſawer pfenning/ ich ſchaff Englkhram dem
Schonacher ſechtzig Pfundt Paſſawer Pfenning/ ich ſchaff der Schonacherin zu
Weng/das man järlich geben ſoll ein Schaff Korns jhr lebtag/ich ſchaff der Weiden-
peckin zu Oſterhouen ein Schaff Korns/järlich jr lebtag/ich ſchaff der Schotingerin
xv. Pfund Paſſauer Pfenning. Ich ſchaff Vlrich von Erichheim/ das der ſolle ledig
ſeyn der xxjv. Paſſawer Pfund Pfennig der er mir reſt vnd ſchuldig iſt/ zu ſambt dem
Gelt/vnd er mir vor auch ſchuldig iſt/ darzu ſchaff ich jhme den Hoff zu Haßlorn jme
vnd ſeinen Kindern/das er dahin ſitzen ſoll/vnd ſoll meinen Sun werdent ſeyn / der jhm
in auch ſolle empfolhen laſſen ſeyn/ich ſchaff auch ob Gott vber mich pewt / daß all mein
diener wie die genandt ſeynd ledig ſolle ſeyn vmb alles Trinckgelt / hintz hárdlein Aneim
wirdt zu Säldenaw/auch ſchaff ich daß mein Sun von allen meinen Ambtleuthen ſol-
le raittung auffnemmen / doch in der Maß daß er jhr keinen nicht ferrer bringen noch
nötten ſolle/dann hintz jren Aiden vnd treuen/da ſolle er ſich an geniegen laſſen/wann ich
ſie ſelber inn der maß gehandlet vnd gehabt han/ das ich wol waiß vnnd erkenn/ daß ſie
nichts anders ſprechent vnd fürgebendt/ dann was billich iſt/ vnnd ſoll ſich mein Sohn
von jhn angeniegen laſſen/ich ſchaff der Schlanchenpeckin ain ſchaff Korn järlich jhr
lebtag

lebtag/ vnnd ſchaff dem Pfarrer zehen pfundt Paſſawer pfenning/ da ſoll man vm̃ ain halb pfundt Meß haben/ ich ſchaff ſein zwey Geſellen zwey pfundt Paſſauer pfenning/ da ſoll jeglicher dreyſſig Meß vmb haben/ ich ſchaff meinen dreyen Marſtallern jedlichen fünff pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff Vlrich von Murhaimb ſechs pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff Lieblein dem Koch zehen pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff Zäherlein dem Maricher zwainzig pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff Peterl dem Ziech dreiſſig pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff dem Gradein xx. pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff dem Wucharte xxx pfundt Paſſawer pfenning/ ich ſchaff dē Nickhlein Hundinger x. pfundt Regenſpurger pfenning/ ich ſchaff Hertzlein dē Brobſt xx. pfundt Regenſpurger pfenning/ ich ſchaff Hanßlein dem Gnandinger/ dem ſolle man die zwey pfund Gelts deß gelten/ oder man ſolle jms zu löſen geben/ ich ſchaff dem Sichtsberger/ das der ledig ſolle ſeyn/ alles deß Gelts vnd er mir ſchultig iſt/ darzu ſchaff ich jme x. pfundt Regenſpurger pfenning/ ich ſchaff Andlein/ deß Cuntzleins Reſacher Hundtkochs Tochter/ zehen pfundt Regenſpurger. Ich ſchaff das man mir mein Gröbnuß begeen ſolle löblich ſey hintz Gott/ vnd das man mir mein Grab machen ſoll/ als ich das mit dem Gerbelſtorffer vnd mit Wuharten geret han. Ich vergich auch vmb alles dz ich geſchaft han oder noch ſchaff/ es ſey an dem Brieff/ oder an andern Brieſen geſchriben oder nit/ welcherley das iſt/ das Gottsdienſt vnd Gotts lob iſt/ es ſey die Stifft Vilshouē vnd andere Meß die ich geſchafft hann zun Clöſteren vnd zu Kirchen geſchafft han/ zu dem Seelheuſern vnd Spitallen/ zu Jartägen/ vnd zu Allmuſen vnd armen Leuten/ odē zů welcherley das ſey/ das Gottsdienſt ſey/ das ich dz gäntzlich durch Gott nach meines Peichtigers Rath thon han/ Gott zu lob vnd vnſer Frawen vnd allem himliſchen Heer vnd durch heil vnd ſölden/ vnd zu hilff vnd zu troſt/ allen den Seelen/ der Haab ich jn han vnd wie die in mein gwalt khommen ſey billich oder vnbillich/ es ſey von meinen Vorvordern oder meinen Freundt vnd meiner Haußfrawen/ oder jemandt anderen/ deß Gutt ich jn hiet/ vnd wie dz in mein gewalt khom̃en iſt/ oder wer denſelbē vnd jren Vorvordern vnd mir vnd mein Vorforden vnd Nachkhomen ſoll aller der Gottsdienſt vnd gutthat/ die von meinet wegen vollbracht wird/ von den gnaden Gottes darum̃ thailhafftig werdē vnd ſein vnd dz alles das geſchafft das ich geſchafft vnd gethon han trewlich ohngeuert vnd an alle argliſt ſtät/ gantz vnd vngebrochen beleib. Das zu einem gantzen wahren vrkhundt/ gib ich obgenanter Heinrich Tuſchel vnd mein Sun Schweickhart den Brieff verſigelt mit vnſern anhangenden Inſigel/ vnd darzu zu einer wahren ſtätten ſicherhait/ mit Herrn Georgen deß Ahamer/ allen Puechbergern/ Seitzen Püchler/ Hanſen deß Sewolffs/ Hans Sadelboger/ Hartweigen deß Dagenharts/ Petern vnd Vlrichen dē Egkher/ Leutwein deß Vſels/ Chuml deß Wacherſtain/ Lienharts deß Papenbergers vñ deß Jungen Propen/ Wilhelm vnd Steffan der Mautner/ Vlrichen deß Gerwolſtorff vnd mit Vlrichen deß Walvingers mit jhr aller angehangenten Inſigln verſigleten/ die all jr Inſigl an den Brieff gelegt habent/ durch vnſer vleiſſen bitten willen/ vnd mir der Sach zu einer wahren bezeugnuß/ vnder die Inſigl ich mich Schweickher der Tuſchel verbint mit meinē trewen zu ſambt meinē Inſigel/ alles dz geſchäfft zuendē vñ zuvolfürē dz mein lieber Vatter geſchafft hat/ vnd das an dem Brieff verſchriben iſt/ vnd das han ich meinē liebē Vattern gelübt vnd geheiſſen mit meinen trewen Es iſt auch zumerckhen ob der Inſigl ains oder mehr/ die an dem Brieff verſchriben ſeynd khän oder währ/ das ſolle dem gegenwertigen Brieff vnd dem Geſchäfft vnſchadthafft ſein/ der Brieff iſt geben da man zehlt nach Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jar/ darnach in dem ſechs vnnd ſibenzigiſten Jar deß Monats vor S. Mathias Tag deß Heiligen Zwölffbotten.

ICH Schweickher der Tuſchel von Saldenaw/ vergich offentlich mit dem Brief für mich vnd mein Haußfraw/ vnd für all vnſer Erben vnd Nachkhomen/ allen den/ die jhn anſehen oder hören leſen/ das ich lautterlich durch Gott vnnd von geſchaffts wegē meines ſeligē Vatter Heinrichs deß Tuſchl/ vnd auch durch aller vnſer

Vorvor-

Voruordern Seel Heyl willen/ mein eigen Haab/ die hernach geſchriben ſtet/ geben vnd ewigelich geaignet han/ vnd auch eigen/ mit dem gegenwürtigen Brieff/ mit allen ehren rechten vnd nutzen die darzue gehörent/ beſicht vnd vnbeſicht/ dem Stifft vnd dem Capitel zu S. Johannes zu Vilshouen/ das mein ſeeliger Vatter/ Hans Heinrich vorgenant/ vnd ich zu einem ewigen Lob vnd Dienſt vnſerm Herrn/ ſeiner lieben Mutter/ beſunderlich dem lieben Herrn S. Johannes vnd allen Gottsheiligen/ geſtifft vnd geordnet haben. Zu dem erſten vnſer aigenzehent zu Pleinting in der Pfaar vnd was darzue gehört/ beſucht vnnd vnbeſucht/ vnſer Hoff zu Vilshouen auff dem Creutz Pors/ ein güetel dargegen vber da zu den zeiten der Phentenſackh auff geſeſſen iſt/ vnſer zween Höff zu Abſtorff/ ein güettel zu Langenpruck/ ein güetel zu Tobel bey Ruembting/ ein guetel zu Vortzhing vnd darzue Nabinden vnd alles das/ das in das Ambt gehört/ daſelbſten beſonderlich zu Nabinden/ drew Gueter zu Nartling/ ſiben Gütter zu Einödt/ vier Gueter zu Craeling/ ein Guet zue Reichenbach/ vier Gueter zue Geren/ ein Guet zu Wänerſteorf/ zwey Guet zu Lontzintz/ drey Guet zu Erndorff/ drey Guet zu Höndorn/ ain Guet zu Chuefles zwey Guet zu Raitzenſperg/ ain Guet/ zu Khaltenacker/ ain Guet vnnd beſonder einen zehent der auch darzu gehört/ das alles in vorgenant Ambt gehört zu Nabinden alſo das der Brobſt vnd das Capittel deß vorigen Stiffts zu Vilshofen ewigelich die obgeſchribenen Guet ſtifften vnd nutzen ſollen/ mit allen den Ehrenrechten vnd nutzen/ als vor verſchriben iſt/ vnd ſollen auch ich mein Haußfrawen vnd all vnſer Erben vnd Nachkhommen/ noch niemandt von vnſert wegen nimmermehr dahin anſprach/ clain noch groß darzu geben noch gewinnen. Wann wir vns gäntzlich vnnd gahr verzeihen ewigelich mit dem Brieff/ aller der aigenſchafft vnnd anſprach die wir zu vorigen Güttern gehabt haben/ vnd was mir ich vnd mein Haußfraw/ vnd all vnſer Erben vnd Nachkhommen/ oder jemand von vnſert wegen fürhin mehr zu Khrieg wurden mit dem vorigen Capitel von derſelben Gütter wegen/ es wer mit Geiſtlichen oder weltlichen rechten/ haben ſi allzeit gewunnen vnnd wir verloren gentzlich vnnd gar ohne alles widerreden/ vnd auch was Brieff fürbas fürbracht wurden/ mit dem die aigen Gütter dem vorigen Stifft verkomert/ oder gehindert möchten werden/ in kheinerley weis die wären vnd ſind/ allſambt Todt vnd habent auch khein krafft mehr/ mit beſtättigung deß Brieffs/ vnd das alles ſtätt vnd vnzerbrochen beleib/ gib ich jhn den Brieff beſiglet mit meinen eigen Jnſigel/ vnd auch mit der veſten Ritter/ Herrn Hanſen deß Tegenharts/ vñ Herrn Hanſen deß Gewolf/ vñ Herrn Hanſen deß Satelbogers/ vnd Herrn Hartweig deß Tegenharts vnd Herr Peter deß Egkher vnd Herrn Vlrich Egkher/ die mit ſambt dem mein durch mein vleiſſig bitt willen jhre Jnſigel gehanget haben an den gegenwertigen Brieff jhn vnd jren Erben ohne ſchaden/ darunder ich mich mein Haußfraw vnd alle vnſer Erben vnd Nachkhommen verbinten/ mit vnſern trewen/ als das ſtätt zuhalten das an dem Brieff geſchriben iſt. Bey den vorgeſchribnen Sachen iſt geweſen der würdig vnd Geiſtlich Fürſt/ Biſchoff Albrecht zu Paſſaw/ Herr Hanß von Stiffenberg Tumbprobſt vnd das gantze Capitel deß Corſ zu Paſſaw vnd auch die veſten Ritter Herr Hertnert der Chuchler Herr Lienhart der Pappenberger/ Herr Portz vonn Wolffenberg/ Herr Wilhalm der Mautner von Katzenberg/ Herr Wilhalm von Roſtaw vnd darzue erbre Leuth genug. Das iſt geſchehen da man zahlt von Chriſtes Geburt/ dreyzehenhundert Jahr/ vnd darnach in dem ſechs vnd ſibenzigiſten Jahr/ an S. Johannes Tag vor dem Wäliſchen Thor.

ICH Schweickher der Tüſchl von Saldenaw vergich offenlich mit dem Brieff/ für mich mein Haußfraw vnd für all vnſer Erben vnd Nachkhommen/ allen den die jhn ſehent oder hörent leſen. das mein ſeeliger Vatter Herr Heinrich der Tuſchel/ bey ſeinem lebendigen Leib/ mit bedachtem Mueth/ vnd mit meinen vnnd vnſern Freund gantzen willen vnd Rath lautterlich/ durch Gott/ vnd durch aller vnſer Vord-

ter Seel

ter Seel Hall willen geſchafft vnd geordnet hat/vnſerem Stifft zu Sant Johannes zu Vilshofen/nach meinem Todt ich verſchaid mit Erben oder ohne Erben/tauſent pfund Regenſpurger pfenning/ auß aller vnſer haab/ wo wir die haben/beſicht vnd vnbeſicht/ ich ohn ſeinen geſchafftbrieff ſchon verſchriben iſt/ vnd darumb das das vorgenant geſchäfft/ meines ſeeligen Vattern/vollrecht vnd vollführt werd/trewlich vnd Göttlich als ich ſeiner Seel ſchuldig bin/vnd ſonderlich durch Gottes willen vnd auch zu troſt vñ hilff meiner Seel vnd allen vnſern Vorfordern han ich vorgemelter Schwicker der Tuſchel mit Rath vnd mit willen meiner Haußfrawen vnd aller vnſer Freund vnnd Erben in dem namen vnſers Herrn außgezaigt vnd geben/ auß aller vnſer Haab die aigen vnd die vrbar die hernach geſchriben ſtehent/mit allen den ehren rechten vnd nutzen/ die darzu gehörent/ vnſerm obgenanten Stifft zu Vilshouen zu Sant Johannes/ die wir auch darzu geaignet haben vnnd auch aignen/ mit dem gegenwirtigen Brieff/ für die ehegenanten tauſent pfundt Regenſpurger Pfenning/vnd dauon alle Jahr järlichen ewigclich hundert Pfundt Regenſpurger pfenning gefallen ſollen ewiger Gült/dem Brobſt vnnd dem Capitl deß vorgenanten Stiffts zu Vilshouen/mit der beſchaidenhait/das ich vorgenanter Schwickher dieſelben Gut vnd vrbar/ dieweil ich leb nützen vnd jnnhaben ſolle/ mit allen ehren/ rechten/ nutzen/ beſucht vnd vnbeſucht/ als ander mein aigen haab/ vnd nach meinem Tod ſollen dieſelben Gütter vnd vrbar fürbas mehr ewiglich gehören zu dem vorgenanten Stifft zu Vilshouen/alſo das der Brobſt vnd das Capitl daſelbs dieſelb Guet vnd vrbar ſtifften vnnd nutzen ewigelichen ſolle/ mit allen jren Rechten vnd nutzen/beſicht vnd vnbeſicht/ als mein ſeeliger Vatter vnd ich ſie jnnengehabt haben/ vnnd ſolle auch nach meinem Todt mein Haußfraw/ noch khein mein Erben oder Nachkhommen/noch ſonſt niemandt von vnſert wegen khain anſprach oder vorderung jmmermehr gehaben noch gewinnen zu denſelben Güttern noch zu allem dem das darzu gehört/ wie das genant iſt/ in khainerley weiß/ vnd wir auch das ſie einicherley Khrieg mit jhnen haben wolten/ von derſelben Guet wegen/ das wär ohne Recht oder mit Recht/ Geiſtlichs vnnd Weltlichs/ das haben die vorgenanten Herrn vnd das Capitl allezeit an aller ſtatt behalten/ vnd ſie gar vnnd gäntzlich verlohren ohne alle widerredt/ vnd was auch Brieff fürbas fürgebracht wurden/ von wem das wär/ die vorgeſchriben wurden mit dem dieſelben Gütter vnd Gült dem ehegenanten Stifft gehindert vnd bekhomert möcht werden/in khainerley weiß die ſeind alle todt vnd haben khein Crafft/mit vrkhundt diß Brieffs/vnd das ſein vrbar vnd die aigen/ mit namen zu dem Erſten vnſer zwo hueb zu Perg/vnſer zehent daſelbs/auch vnſer Tauern/vnd ein Guet daſelbs vnd was darzue gehört/ein Guet zu Codenheim/ ein Gut zu Schmidheim/ein Guet zu Pierbach/vnſern Hoff Ackersheim/vnſern Hoff zu Wäckheim/ein Guet von der Leitten/vnſer zwo huben zu Niderndanebach/ein Guet zu Cölnnberg/vnſern Hoff zu Hamſtorff/ auch ein hueb heiſt die Satelhueb/ auch Reiſach vnnd was darzue gehört/ auch die Schleifpenhueb/ auch die Stainhueb/ auch die Oberhueb daſelbſt zu Zeitlehrn/vier gut vnnd was darzu gehört/ ein hueb zu Chriſtorff/ vnſeru Hoff zu Münchheim vor dem Heg vnſer hueb zu Sawerſteten vnnd Müll daſelbſt/das Angerkhē zu Tätting/ zu Weitmaſperg den Hoff/ ein Gut zu Hainbuech/ein Gut zu Chabrenes/ein Gut zu Mucketobel/auch Tobel bey Vgelpach/ein Hoff zu Chriſtlenſperg/vnſern Hoff zu Chunē/vñ die Müll daſelbs/vnſern Hoff zu Haiſperg/ auch ein Gut zu Aich bey der Walſach/ ein Gut zu Jogern/ ein Gut zu Hentzenheim bey Vteley/ zu obern Tampach vnſer drew Gütter/ auch ein Gut zu Tilnpach/ vnſer zween Höff zu Thalheim auch das Ortleins Lehen daſelbs/ ein Guet inn Gruenthall/ein Guet zu Adelgering/vnd auch ein Hueb zu Kemprat bey Wolfarkirchē vnnd was zu den vorigen Güttern gehört/ clein oder groß/zu Feld/zu Dorff/zu Waſſer

oder

oder zu Holtz/oder wie das genant iſt/beſucht vnd vnbeſucht/das iſt alles mit ſambt den Güttern begriffen/vnder den Artickeln vnd puncten / als oben geſchriben iſt / vnd war auch / das an dem Brieff/ icht vergeſſen war/ damit der vorgeſchriben Stifft vnd das Capitl nicht wol verſichert wär in den Sachen vnd an der handlung als vorgeſchriben iſt/ das ſolle jhnen alles ohne ſchaden ſeyn/ vnd gäntzlich vnd gar erfüllet ſein/mit vhrkhundt deß Artickels vnd das alles ſtät vnnd gäntzlich gebleib durch einer ewigen ſicherheit willen gib ich den Brieff/beſiglet mit meinem eigen Jnſigel/vnd auch mit der veſten Ritter/ Herrn Hanſen deß Tegenharts/vñ Herrn Hanſen deß Gewolfs/vñ Herrn Hanſen deß Satelbogers/vnd Herrn Hartweig deß Tegenharts vnd Herr Peter deß Egkher vnd auch Herrn Vlrich Egkher/ Jnſigel die vns meiner vleiſſigen bitt willen jhr Jnſigel mit ſambt dem meinen an den Brieff gehangen habent jhnen vnnd jhren Erben ohne ſchaden vnder die wir vns verbinden/ ich mein Haußfraw vnnd alle vnſer Erben vnnd Nachkhommen mit vnſern trewen/ als das ſtätt zuhalten das an dem Brieff geſchriben iſt. Das iſt geſchehen da man zahlt von Chriſtes Geburt/ dreyzehenhundert Jahr/ vnd darnach in dem ſiben vnnd ſibenzigiſten Jahr / an Sant Jacobs tag deß heiligen Zwölffbotten.

JCH Schweickher Tüſchl von Saldenaw vergich offenlich mit dem Brieff/ für mich mein Haußfraw vnd für all vnſer Erben vnd Nachkhommen/ allen den er für ſehent oder hörent leſen/das ich mit bedachtem muet/lautterlich durch Gottes willen vnd auch von geſchäfft wegen/ meines ſeeligen Vatter / Herrn Hainrich deß Tuſchel / geben trewlich geſchafft hat/ vnd geaignet han vnd auch geb vnnd aigen/ mit vrkhundt diß Brieffs / mein Behauſung zu Vilshouen in der Statt mit namen das Hauß bey der Mannhartin das deß Ramſtorffers etwan geweſen iſt / das der zeiten die Tötzingerin inn geweſen / vnnd auch das Hauß niderhalb der obern Patſtuben da zu den zeiten der Schidenberger jnn geweſen iſt / vnnd das Hauß oberhalb deß rechten Pfarrhoffs da zu den Zeiten Herr Cabame Hauſe / vnnd ſonſt auch darzu alle mein Behauſung vnd Hoffſach die ich hab zu Vilshofen in der Statt/ wo die gelegen ſint vnd was darzu gehört beſucht vnd vnbeſucht/ dem Stifft vnd den Chor Herren zu Vilshouen/alſo das die Herrn daſelbs ewiglich ihr wonung vnd behauſung darinnen haben ſollen/vnd ſollen auch ewigelich von dem Stifft nicht verkhümert noch verkhauſt werden in kheinerley weiß/vnd wär auch/ das ich mein Haußfraw oder khein vnſer Erben oder Nachkhommen/oder ſonſt jemandt von vnſerent wegen/ darumb hernach kriegen wolte mit dem vorigen Herrn deß Stiffts/ das wär ohne recht oder mit recht/ Geiſtlichen oder Weltlichen/das haben die Herrn allzeit behalten/vnd gewunnen vnd nie verloren ohne alle widerred gentzlich vnd gar/vnd das dz alles ſtät vnd gäntzlich beleib / gib ich dem Brobſt vnd dem Capitl deß vorigen Stiffts den Brieff beſiglet mit meinem aignen Jnſigl/vnd auch mit dem veſten Ritter Herr Proſſen von Wolfenberg/ Herrn Wilhalbm von Rotaw vnd auch deß Erbaren Knechtes deß Mautners von Katzenberg Jnſigln / die jhr Jnſigl mit ſambt dem mein/durch meiner vleiſſigen Gebett willen an den Brieff gehangen haben / darwider wir vns verbinden alles das trewlich ſtätt zuhaben/ das vor an den Brieff geſchriben iſt. Das iſt geſchehen da man zahlt von Chriſti Geburt dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem acht vnd ſibenzigiſten Jahr an Sant Gregorien Tag.

## Nomina, Series & ſucceſſio Dominorum Præpoſitorum Collegiatæ Eccleſiæ Sancti *Iohannis Baptiſtæ* in *Vilshouen*.

Anno 1376. I. Primus poſt fundatam hanc Eccleſiam Præpoſitus fuit Reuerendus Dominus VDALRICVS de *Nusberg*, qui ob. an. Dñ. 1385.

II. HEN-

II. HENRICVS ob.an.1395.
III. ANDREAS defunctus.an.1400.
IV. SIGISMVNDVS *Aufhauſer* m. VIII. Cal. Maij an. 1403.
V. PETRVS *Wollerus* de *Küntzing* ob. an. 1412.
VI. LAMBERTVS *Seyfrid*, deſiit viuere pridie Idus Decembris anno 1418.
VII. . . . . . *Reindl* ob. in Concilio *Baſileenſi* an. 1426.
VIII. WENCESLAVS *Beham* def.an.1444.
IX. ALBANVS de *Eggenfelden*, viuere deſiit an. 1463,
X. IOANNES *Immertheuer* ob. prid. Cal. Aug. an, 1469.
XI. CONRADVS *Rindsmaul* mor. an. 1483.
XII. SIMON *Hutto*, ob. an. 1487.
XIII. GEORGIVS *Schaffmansperger* ob. ante feſtum Bartholomęi an. Chriſti 1519.
XIV. GEORGIVS Schreckeiſen. def. quarta die Octobr. an. 1521.
XV. FRANCISCVS Kirchmair / exceſſit è viuis in die S. *Viti* mart. an. 1528.
XVI. SIMON *Rudolph*, Doct. Canonicus *Friſingen.* reſignauit Præpoſituram ſucceſſori ſuo an. 1530
XVII. WOLFGANGVS *Goppinger* ob. in vigilia S. *Wolfgangi* anno Domini 1540.
XVIII. MICHAEL *Harer Eckius* ob. die 25. Sept. an. 1570.
XIX. MICHAEL *Benzius* D. Suffraganeus *Patauien.* deceſſit *Monachij* anno 1578.
XX. PAVLVS *Hugo* obiit in *Wembding.* 1599.
XXI. WOLFGANGVS *Hanneman* S. Theol. D. Canonicus ad D. virginem *Monachij* Decanus ad S. *Petrum* ob. ibid. an. 1607.
XXII. IOANNES VIETOR SS. Theol. Licent. ad D. *Petrum Monachij* Decanus, modernus Præpoſitus.

## *S. VITI.*

ORdinis S. Benedicti, Diethmarus Comes de Leonberg, ac Lungionum, fund. Leonburg, nunc Leonsberg arx eſt Inferioris Bauariæ, quam Iſera præterfluit &c. Lungionum Charinorum, pagus eſt vltra Taurum, montem, vulgariter in Lunngaw. Filius hic fuit Babonis Comitis Abenſpergen: prole 32. filiorum inclyti. Hic Dietmarus in Inferiori Bauaria, ad amnē Rot, in loco quod Elſenpazen dicitur, inſtituit Monaſterium pro Benedictinis; translatum deinde per huius filium aut Nepotem Volframum Comitem de Dornberg, ad montem S. Viti, propè vicum Neumarckt. Vnde hodie S. Viti Monaſterium dicitur. Et hoc conſenſu Adalberti Saliſburgenſis Archiepiſcopi, & Hainrici Abbatis Elſenpacenſis, quia locus hic multò commodior erat Monaſticæ quieti ac deuotioni. Et hoc anno Domini 1171. hoc tamen modo, vt in Elſenpacenſi Eccleſia nihilominus, duo vel plures fratres, ad exequenda ibi diuina officia permanerent &c. iuxta tenorem illius Archiepiſcopi confirmationis ibi. *Auent. fol. 515.*

Aſtipulati ſunt huic translationi Eberhardus de Iulbach, & Hainricus de Sehaunberg prædicti Wolframi Vxoris fratres, ad quos Aduocatia eius loci ſpectabat, qui aliquot prædiis ac aliis adminiculis Monaſterium iuuarunt.

## *ADDITIONES.*

### Catalogus Abbatum Monaſterij quondam in *Elſenbach*; poſtmodum tranſlati in montem S. *Viti* cis fl. *Rotam* prope *Neuneumarckt*.

I. VDALRICVS primus Abbas *Elſenpacen.* eligitur an. 1030. præf. an. 25.
II. RVPERTVS electus an. 1055. rex. an. 40.
III. PETRVS ſucceſſit an. 1055. & præfuit per an. nouem.
IV. ALBERTVS elig. an. 1104. gubernauit an. 16.
V. HERMANNVS an. 1120. aſſumptus præſedit an. 33.
VI. IOANNES elig. an. 1153. præf. an. 3.
VII. OTHMARVS ſuffectus in prælatura an. 1156. eandẽ geſſit annos 15.
VIII. HENRICVS I. eligitur an. 1171. qui transtulit Monaſterium *Elſenbacenſe* ad montem S. *Viti*; & rexit an. 36.
RABANVS IX. OTHMARVS II. el. an. 1207. præfuit an. 23.
X. WABRANVS conſtituitur Abbas an. 1230. rexit an. 15.
XI. BENEDICTVS ſufficitur an. 1245. præf. an. 8.
XII. WEINGOTTVS el. an. 1253. præf. an. 12.
XIII. CONRADVS fit Abbas an. 1265. rex. an. 7.
XIV. CHVNO el. an. 1272. præf. an. 5.
XV. LIEBHARDVS electus an. 1277. durauit an. 25.
XVI. CONRADVS II. cœpit an. 1500. præf. an. 10.
XVII. HENRICVS II. ſuffectus an. 1310. præſedit an. 12.
XVIII. RVGERVS el. an. 1322. rex. an. 5.
XIX. LIEBHARDVS II. an. 1327. præf. an. 4. menſ. 7.
XX. SEIBRANDVS el. an. 1332. rex. an. 14.
XXI. CONRADVS III. prælaturam ſuſcipiens an. 1344. geſſit an. 4.
XXII. WINHARDVS el. an. 1350. præf. an. 10.
XXIII. HERMANNVS an. 1360. ſurrogatus, rex an. 5.
XXIV. CONRADVS IV. cepit an. 1365. des. poſt an. 15.
XXV. IOANNES II. el. an. 1380. rex. an. 15.
XXVI. ANDREAS conſtitutus Abbas an. 1395. præfuit an. 23.
XXVII. FRIDERICVS I. el. an. 1418. rex. an. 18.
XXVIII. IACOBVS el. an. 1436. præf. menſ. 11.
XXIX. SIMON, ſucceſſ. an. 1437. durauit menſ. 6.
XXX. FRIDERICVS II. eod. an. ſubrogatus, rex an. 7.
XXXI. HENRICVS III. el. an. 1444. præf. an. 25.
XXXII. MARTINVS Abbas factus an. 1471. rexit an. 25.
XXXIII. NICOLAVS el. an. 1496. præf. an. 19.
XXXIV. STEPHANVS prælaturam ſuſcepit an. 1516. & tenuit an. 21.
XXXV. GOTHARDVS ſeq. an. 1537. obtinuit. an. 11.
XXXVI. ANDREAS II. el. ann. 1548. cui dat. Adminiſtrator, IOB ob *Andreæ* ann. 1561.
XXXVII. IOB prædictus ſubrogatur eod. an. rexitque annis duobus, quo defuncto gubernatio Monaſterij ad annos viginti vſque fuit commiſſa, nimirum.

GREGORIO.
HIERONYMO.
VITO.

XXXVIII. MO-

XXXVIII. MODESTVS el. an. 1583. rex an. 7.
XXXIX. CASPARVS ſubrogatur an. 1590. præfuitque an. 3. menſ. 4.
XL. RAPHAEL el. an. 1594. rex. an. 8.
ANDREAS III. modernus Abbas præficitur an. 1602.

## S. VITI.

PROPE Friſingam Eccleſia Collegiata. Engilbertus Comes de Mosburg, Eps Friſingenſis, hanc conſtituit Eccleſiam. qui Præpoſitum cum ſex Canonicis, quos Hitto Epiſcopus Friſingenſis, ante annos ducentos in monte dicto Temos, nunc conſecrati Stephani, vulgariter Weichenſtephan / collocauerat, tranſtulit ad Eccleſiam S Viti in vmbilico illius montis, & è contra loco iſtorum inſtituit ibi ordinem D. Benedicti & Monaſt. S. Stephani conſtruxit: quod factum eſt circa an. Dñi 1029. De quo vide Monaſterium Weichenſtephenſe, & Epiſcopos Friſingenſes.

## ADDITIONES.

### Ex vetuſtiſſimis Kalendariis Collegiatæ ſancti *Viti* Eccleſiæ *Friſingæ*.

ANniuerſarius *Nitgeri* Epiſcopi *Friſingen.* fundatoris & conſummatoris Eccleſiæ noſtræ celebratur quotannis 18. Aprilis. in die Sancti *Eleutherij.*

### Ex vet. M. S. libro.

NITGERVS der 18 Biſchoffe zu Freiſing iſt Biſchoff worden Anno 1040. vnder jme hat Kayſer Hainrich der dritte beſtättigt / was Hochlöblicher gedächtnuß Biſchoff Englbertus vnnd diſer Nitgerus auch Biſchoff geben / erkhaufft / vnd verordent haben / zu dem Stifft vnnd Altar deß heiligen Veits, auſſerhalb der Stattmaur auff dem Berg / ſambt den Brüdern die daſelbſt GOTT dienen / mit Kayſerlichen gewalt vnnd Freyheiten ewiglich zuhalten. Geſchehen Anno Domini 1051. Diſer Nitgerus hat auch von ermeltem Kayſer erlangt / ein beſtettigung aller Gütter ſeiner Thumkirchen in Freiſing / vnnd ein Schloß oder Herꝛſchafft genant Oſtermundingen / in der Landtſchafft Saltzgaw / vnd die Kürchen Vonnickhürchen / Voyringen / vnd Emlingen / mit zehen hueben vnnd andern zugehörungen. Er hat auch dem Leichnam ſancti Nonnoſi zu ſeiner Kirchen bracht / vnd das Stifft wol regirt / vnnd iſt geſtorben nach Chriſti Geburt 1053. den 13. Aprills / hat 13. Jahr regirt.

NOT. *Engelbertus* ipſius anteceſſor, wie er anno 1020. auff dem Tetmans (ſo jetzundt Weichenſtephan genant wird) das Cloſter S. Stephani Benedictiner Ordens gebawt vnd geſtifft / auch daſelbſt ein Cloſter geſtifft hat / diſer hat den Brobſt mit ſambt ſeinen Chorherzen von Weichenſtephan / auff S. Veits Berg / welchen er gegründ hat / welchen er auch vil guthat vnd wolthat bewiſen.

### Nomina quorundam Epiſcoporum *Friſingen.* ſingularium Eccleſiæ noſtræ patronorum & benefactorum.

*Geroldus* Epiſcopus *Friſingen.* dedit nobis *Sinzhauſen, Khynshauſen* & *Purſchauſen.*

*Otto* Epiſcopus *Friſingen.* dedit nobis Eccleſiam parochialem in *Anzing*.

*Albertus* ab *Hocheuburk* Epiſcopus *Friſingen.* dedit nobis Eccleſiam parochialem in *Pogenhauſen*.

HONORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito & Capitulo S. *Viti Friſingen.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos & humiles filios, ex conſueto pietatis officio propenſius diligere conſueuit; & ne prauorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine conſouere. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris juſtis precibus inclinati, perſonas veſtras & locum, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum præſtante Domino juſtis modis poteritis adipiſci, ſub Beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem de *Anzingen*, de *Synzhauſen*, & de *Purckhauſen*, & de *Chynhauſen* Eccleſias, cum earum pertinentiis, quas venerabilis frater noſter Epiſcopus *Friſingen.* de Capituli ſui conſenſu pia vobis & prouida liberalitate conceſſit, necnon alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſtè ac pacificè poſſidetis, vobis & per vos Eccleſiæ veſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ permiſſionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Anagniæ* II. Kal. April. Pontificatus noſtri anno ſexto.

*Alexander* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Præpoſito, Decano, & Capitulo Eccleſiæ S. *Viti* extra muros *Friſing.* ſalutem & apoſtolicam benedictionem

CVM à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quã ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alia indulta vobis & dictæ Eccleſiæ conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus & aliis Chriſti fidelibus vobis & eidẽ Eccleſiæ rationabiliter indultas. Specialiter autẽ decimas, primitias, oblationes, cenſus, fructus, redditus, poſſeſſiones, agros, prata, loca, paſcua, nemora, ſyluas, caſalia, grangias, molendina, aquas, aquarum decurſus, ſtagna, lacus, piſcarias, iura, iuriſdictiones, & alia bona ad Eccleſiam prædictam ſpectantia, necnon parochiales Eccleſias in *Anzing*, *Pogenhauſen*, *Dainkirchen*, & *Sinzhauſen*, eiq; annexas *Kinhauſen*, & *Purckhauſen*, Rectoriasq; & alia beneficia Eccleſiaſtica, quæ eidem Eccleſiæ S. *Viti* annexa ſeu incorporata ſeu vos in vſus proprios obtinere aſſeritis, ſicuti ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Eccleſiæ S. *Viti* auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis DEI & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud Sanctum *Petrum*, anno incarnationis Domini

Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo tertio. Quinto Idus Martij, Pontificatus noſtri anno primo.

## Catalogus quorundam Præpoſitorum Eccleſiæ Collegiatæ S. *Viti*.

Dn. ANDREAS *Zirnberger* Decretorum D. an. 1498.

VITUS *Meller* Canonicus *Auguſtanus* Iuris vtriuſque Doctor litterarum Apoſtolicarum, ſollicitator, & ſummi Pont. *Iulij*, III. familiaris fornicario opere fieri curauit templum ſancti *Viti* tum propriis, tum ſupradicti *Andreæ Zirnpergeri* conſanguinei ſui relictis bonis ac ſumptibus anno 1510.

IACOBUS *Meller* LL. Doct. Canon. *Auguſtanus* an, 1545.

LEO *Löſch* Canonicus *Friſingen.* reſignauit, factus Epiſcopus *Friſingen.* an. 1552.

GEORGIUS. *Stengl* Canon. *Friſingen.*

HIERONYMUS *Buslidius.*

CORNELIUS de *Roſenthal* Protonotarius Apoſtolicus ob. ann. 1571.

CHRISTOPHORUS *Keller* Canonicus *Auguſtanus* accepit poſſeſſionem ann. 1571.

EBERHARDUS.

LUDOVICUS à *Pienzennaur.*

NICOLAUS *Manzinger.*

CHRISTOPHORUS *Rechlinger* Auguſtan. I.V.D. Canonicus Scholaſticus & officialis *Friſingen.* modernus Præpoſitus.

## UNDENSTORF.

MONASTERIUM ad Gelonum fluuium Ordinis S. Auguſtini Canon: Regularium. Anno 1126. regnante Lothario, nobilis vir Otto Palatinus Comes de VVitlſpach maior: Pater Ottonis poſtea Ducis Bauariæ, ædificare cœpit Vndenſtorfenſe Monaſterium, in honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis, necnon SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. Anno autem 1131 ab Innocentio ſecundo confirmationem impetrauit, cuius Bulla extat. Idem quoque Innocentius Præpoſitum primum nomine Rupertum, ex quodam Monaſterio dicto Marpach, ad Ottonis prædicti preces, per Apoſtolica ſcripta poſtulari mandauit ac ſanciuit, Vt nullus Præpoſitus per violentiam, ſed per fratres ſecũdùm Regulam beati Auguſtini liberè eligatur ac conſtituatur. Prædictus Otto de VVitlſpach prædium ſuum Vndenſtorf tradidit Monaſterio, quam traditionem confirmauit Lotharius Imperator, Anno 1130, iuxta tenorem Diplomatis, quod ita ſonat:

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ TRINITATIS, Lotharius diuina fauẽte Clementia Romanorum Rex: Pauperibus Chriſti ſubuenire, & Deo in omnibus deuotè ſeruire eſt regnare. Quapropter omnium Dei noſtriq; fidelium tam præſentium, quàm futurorum nouerit induſtria, qualiter nos traditionẽ ab Ottone de Vndenſtorf de prædio ſuo ibidem ſito factam, regia poteſtate & autoritate confirmauimus, confirmatam corroborauimus. Hæc traditio ſic facta eſt; Ipſe Otto præſcriptus, totum prædium ſuum Vndenſtorf, quod ſitum eſt in Epiſcopatu Friſingenſi, & in Comitatu Hartuici de Kregelingen, Chriſti pauperibus ibidem ſub regula S. Auguſtini militantibus, in proprium tradidit,

& deſ. ao Iure & Domino in Ius & Dominium eorum penitus transfudit, remota omni contradictione, cum omnibus ad idẽ pertinentibus, cum areis, ædificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, molis, molendinis, viis & inuiis, exitibus & redditibus, quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni vtilitate, quæ aut ſcribi aut nominari poteſt. Hæc traditio vt ſtabilis & inconuulſa omni tempore perſeueret, nos hanc chartam præſentibus Principibus & Epiſcopis & Laicis, Cunrado ſcilicet Salisburgenſi Archiepiſcopo, Chunone Ratisbonenſi Epiſcopo, Ottone Bambergen: Gebhardo: Eiſteten: Reginmaro Patauienſi, Hermanno Auguſtenſi, Hainrico Duce Bauariæ, Vdalrico Duce Bauariæ, Engelberto Duce Carinthiæ, Ottone Palatino Comite, Dieboldo Marchione, Engilberto Marchione, Eckhardo Comite de Dachavv, Berchtoldo Comite de Andechſe, Adalperto Comite de Pogen, aliis quam plurimis. Inde iuſſimus ſcribi, ſubtuſq; manu propria corroboratam. Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Acta ſunt hæc an. Dominicæ incarnationis, M. C. XXX. Indict. VII. in Curia Ratiſponæ fœliciter, Amen,

Alibi anno 1146. Signum Lotharij Romanorum Regis inuictiſſimi.

OTTO fundator obiit anno 1131. Sepelitur in Domo Capitulari, inſignia habet, duos fuluos Leones in Veneto Clypeo, ita vt ſibi mutuo terga obuertant, pro vt nobiles de Rechperg Sueui mutato colore. Iſta aliàs non ſunt Witilspacen. inſignia; fortè illius prædij ſeu Dominij, vel huic Monaſterio nouiter conceſſa, ac vſurpata.

Anno 1077. Hainricus Imperator cepit Paſcalem Papam, quem Otto iſte adiuuit. Qui Otto cum eſſet Chriſti cultor, ſuam condemnationem non ferens, ſed ſaluti ſuæ potius conſulens petiit veniam à Calixto Paſcalis ſucceſſore, eamque adeptus eſt, tali conditione, vt nimirum Monaſterium pro Regularib. fratribus ædificaret, quod & fecit.

Anno 1143. Celeſtinus ſecundus ad inſtantiam Richardi præpoſiti & fratrum huius loci, ea quæ in Bulla Innocentij continebantur, Apoſtolica auctoritate confirmauit, Inſuper ſtatuit, vt ordo Canonicorum regularium perpetuis temporib. ibi ſeruaretur, inſuper indulſit, vt Chriſma, Sanctum Oleum, conſecrationes Altarium ac Baſilicarum, ac ordines Diaconorum, à quocunque Catholico Epiſcopo ſuſcipere poſſint, ſi Diœceſanus ea gratis conferre noluerit.

Anno 1173. Fridericus Palatinus filius fundatoris, in die Paſchali, in Monaſterio iſto coram ſummo altari gladium depoſuit, & omnib. ſecularib. actib. renunciauit, & ordinem recepit, ibique ſepultus quieſcit.

Anno 1217. Ludouicus Dux Bauariæ, huic Monaſterio dedit curiam in Witlspach, pro remedio tam ſui, quàm parentum ſuorum in ſepultura quondam Ottonis Palatini, qui Philippum Romanorum Regem, an. 1208. occiderat. Idemque à miniſtris Regis, nempe quodam Marſcalco de Pappenhaim, apud Oberndorff iuxta Danubium ſupra Ratiſponam occiſus, cuius corpus in ſepultum ibi aliquot annis fuerat; iuxta tenorem Diplomatis, cuius hæc ſunt verba.

Auent. fol 661.

Nouerit omnis Chriſti fidelium induſtria, tàm præſentium, quàm futurorum, quomodo Ludouicus Dux Bauariæ curiam in Witlspach, fratribus in Vndenſtorff contulerit, & in propria perſona ſuper Altare Beatæ Mariæ delegauerit, pro remedio tàm ſui, quàm parentum ſuorum, in ſepultura quondam Ottonis Palatini, qui quondam reus læſæ Maieſtatis, auſu videlicet temerario manus in Philippum Regem mittere præſumpſit, diu aggreſſæ ſepulturæ deputatus, multo tandem labore fratrum in Vndenſtorff, diuino annuente ſuffragio

Eccle-

Eccleſiaſticam Innocentio ſedem gubernante Romanam, inuenit ſepulturam, quæ traditio facta eſt, Anno Dominicæ incarnationis M. CC. XVII. regnante Friderico Rege Apuliæ, præſentibus, Petro Cardinali Presbytero ad ſanctam Potentianam, Eberhardo Salisburgenſi Archiepiſcopo, Ludouico Duçe Bauariæ, Rapotone Palatino de Ortenberg, Conrado Com. de Moſpurg, Eberhardo Com. de Dornberck, Conrado Libero de Horbach, Hainrico Pes, Eberhardo de Mutichingen, Voca de Voccenburg Stump, Arnoldo de Camer, & filio ſuo Berchtoldo, Engelramo de Dachav, Conrado de Vſenhouen, Conrad de Mülhauſen, Gunthero de Gieſenpach, Rugero de Staingrif, Rudolpho Grans de Schrâpf, Marquardo de Aichach, Berchtoldo de Mülhauſen, Ottone & fratribus ſuis de Arnpach, Haidenrico & Conrado ac Berchtoldo fratribus ibidem, Haidenrico & fratre ſuo N. de Paternhofen, Arnoldo de Windingen, Eberhardo de Sielenpach, Friderico de Weiern.

Anno 1264. tempore Vdalrici Præpoſiti, Eberhardus de Sielnpach prędio ſuo Freimanenſi Monaſterio Vndenſtorfenſi tradito, habitum Regularem ſuſcepit, eundemq; curſu confirmauit fœlici.

Anno 1272. P. Senior de Puech, factus eſt Monachus in Vndenſtorf, tempore Hainrici Præpoſiti, & prędia ſua in Puch eidem Monaſterio liberè reſignauit, præſente filio ſuo P.

Anno 1338. Hainricus Miles dictus Schmidgadner Archimagirus Ludouici Imperatoris, de conſenſu ſuorum cognatorum præfato Monaſterio bona ſua tradidit, ibiq; Monachus factus eſt.

Anno 1424. Martinus quintus, priuilegia Prædeceſſorum ſuorum huic Cœnobio conceſſa, renouat & confirmat. Idem Pontifex tempore Eberhardi Præpoſiti conceſſit omnibus profeſſis huius Monaſterij, vt autoritate Apoſtolica ab omnibus peccatis & cenſuris atq; pænis Eccleſiaſticis plenariè poſſint abſolui, per confeſſorem quem duxerint eligendum.

## *SEQVENTES ISTAE VTRIVSQVE SEXVS PERSONÆ FVNDATIONEM ET SEPVLturam habent, in dicto Monaſterio.*

OTTO Liber ab Vndenſtorf.

Mäſſenhauſer.
Chamer.
Clammenſtainer.
Eiſenhouer.
Chamerberger.
Schmidgadner.
Aurberger.
Weichſer.
Eiſolzrieder.
Heltgerzhauſer.
Stumpfen.
A Fuesperg.
Iezendorffer.
Herezhauſer.
Baiprunner.

} Milites Nobiles.

VLRICVS Liber de Weikershouen.

Watten.
Weiſbeckhen.
Peſhamer.
Iunckenhouer.
Praitenauer.
Minnenpeckhen.
Dachsperger.
Adlzhouer.
Aunpecken.
Sprunzen.
Perenpecken.
Wiſinger.
Sigmershauſer.
Prunner.
Schmidhauſer.
Heresceller.
Viechkircher.

} Milites.

Wernſtorffer.
Wagenrieder.
Mänpecken.
Weier.
Ottmarsharter.
Schvvaphauſer.

Et alij plures, qui bona ſua tradiderunt, vt habetur ibi in libro Donationum.

## ADDITIONES.

### *Vndenſis* Monaſterij exordium fabricati per magnum *Ottonem* Illuſtrem Comitem Palatinum in *Witelſpach* de mandato Sedis Apoſtolicę.

K*Alixtus* Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei, Illuſtri viro O. Comiti Palatino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dolere te & vehementer triſtari audimus eo q, in illa Regis expeditione fueris in qua Dominus noſter ſanctæ memoriæ *Paſchalis* nimis crudeliter captus fuit non tamen captioni aut retentioni eius conſilium ſeu auxilium præbuiſti, vnde gaudemus valde & omnipotenti Deo gratias agimus quod cor tuum ſancti ſpiritus viſitatione ad pœnitentiam inclinauit, vt autem de bono in melius proficias atque in eccleſiæ vnitate ſemper & obediencia perſeueres in remiſſionem tibi peccatorum tuorum iniungimus Eccleſiam regularium fratrum conſtruere quę ad honorem Dei & ſalutem animæ tuæ ſub beati *Petri* & eius *Romanæ* Eccleſię jure ac dicione in perpetuum debeat permanere: per hoc enim & omnipotentis Dei gratiam & noſtrum poteris conſilium & auxilium obtinere. Cariſſimum fratrem & conſanguineum noſtrum A. Aquenſem Epiſcopum quem in partes veſtras direximus nobilitati tuæ cõmendamus rogantes, vt ei pro beati *Petri* reuerentia ducatum & ſi qua alia neceſſaria fuerint præbeas. Datum *Laterani* 7. Cal. Iulii.

### Mandatum apoſtolicum pro Præpoſito de Conuentu *Marchbach* poſtulando.

I*NNOCENTIVS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis in Chriſto filiis Præpoſito & fratribus eccleſiæ *Marchbach*, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. juxta apoſtolicam ſententiam non tantum debemus attendere quod nobis eſt vtile ſed quod multis vt ſalui fiant atque de noſtra habundantia indigentium inopiam ſupplere debeamus. Cæterum ſicut noſtris eſt auribus intimatum eccleſia beati *Petri Vndenſtorff* de veſtro collegio ſibi expedit habere Præpoſitum. Quamobrem vniuerſitati veſtrę per apoſtolica ſcripta rogando mandamus atque præcipimus quatenus vnum de fratribus veſtris quem eadem Eccleſi a ad ſuum regimen poſtulauerit ipſius loci fratribus concedatis & eorum bonum propoſitum nequaquam impediatis. Datum apud *Barum* IV. Non. Iunij.

Priuile-

## Priuilegium libertatis pro Monaſterio & omnium poſſeſſionum apoſtolicum tempore primi Præpoſiti conceſſum, facultas eligendi Præpoſitum & aduocatum, de ſoluendo biſantio annuo ſedi Apoſtolicæ.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio *Rudperto* Præpoſito Eccleſiæ beati Petri *Vndenſdorf* quæ in *Friſingenſi* Epiſcopatu ſita eſt eiusq; ſucceſſoribus regulariter ſubſtituẽdis in perpetuum. Ad hoc nobis à Deo paſtoralis officij cura commiſſa eſt, vt & beneplacentem Deo religionem laboremus ſtatuere, & conſtitutam exacta diligentia conſeruare. Quamobrem dilecte in Domino fili *Rudperte* Præpoſite Illuſtris viri *Ottonis* Comitis Palatini precibus inclinati tuis poſtulationibus clementer annuimus & beati *Petri* Eccleſiã cui Deo auctore preeſſe dinoſceris ab eodem filio noſtro *Ottone* Comite Palatino conſtructam & beato *Petro* oblatam apoſtolicæ ſedis patrocinio cõmunimus, ſtatuentes vt quæcunq; bona, quaſcunq; poſſeſſiones pfata Eccleſia in preſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci firma tibi tuisq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. Obeũte verò te eiuſdẽ loci Præpoſito nullus inibi per violentiam niſi quem fratres ſecundum beati *Auguſtini* regulam ſubſtituendum decreuerint Præpoſitus eligatur. Porro ad ipſius Eccleſiæ defenſionẽ atq; ſalutem eligendi aduocatum quẽcunq; malueritis liberã concedimus facultatẽ. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum fas ſit pfatam Eccleſiam temerè perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut iniquis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorũ pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua nimirum Dioceſani Epiſcopi debita juſtitia ac reuerentia. Ad indicium autem perceptæ huius à *Romana* Eccleſia libertatis ſingulis annis vnum biſantium noſtro *Lateranenſi* palatio perſoluetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue cõmonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.




Ego *Innocentius* Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



Datum *Leodij* per manum *Almerici* ſanctæ *Romanæ* eccleſiæ Diaconi Card. & Cancell. V. Cal. Aprilis Indictione IX. incarnat. Domin. An. M. C. XXXI. Pontificatus verò Domini Innocentij II. Papæ ſecundo.

Aliud

## Aliud priuilegium libertatis confirmationis Apoſtolicæ Monaſterij & poſſeſſionum, & de eligendo Præpoſitum.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Beroni* Præpoſito eiuſq; fratribus tàm præſentibus quàm futuris in *Ingerbachenſi* eccleſia regularem vitam profeſſis in perpetuum. Apoſtolicæ ſedis clementiæ conuenit religioſos viros diligere & eorum loca pię protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in Domino filij venerabilis fratris noſtri *Henrici Ratiſponenſis* Epiſcopi precibus inclinati petitiones veſtras rationabiles clementer admittimus & præfatam Eccleſiam in qua diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & pręſentis ſcripti priuilegio communimus ſtatuentes vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam vt ordo Canonicus ſecundum beati *Auguſtini* regulam perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & beati Auguſtini regulam canonicè prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorumque pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundò tertiòue commonita ſi non ſatisfactione congrua emendauerit poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat reamque ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.




Ego *Innocentius* Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



Datum *Lat.* per manum *Gerardi* ſanctæ *Romanæ* eccleſiæ presbyt. & Cancellarij V. Idus Martij Indict. V. An. incarnat. Domin. M. C. XLI. Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ II. Anno XIII.

Confir-

## Confirmatio Apoſtolica ordinis Canonicorum ſub Regula S. *Auguſtini* vt Criſma, conſecrationes, ordinationes gratis pręſtentur ab Epiſcopo, alioquin alius eligatur priuilegiorum, poſſeſſionum, libertatum &c.

CELESTINUS Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filiis *Richardo* Præpoſito eccleſiæ S. *Mariæ* de *Vndenſdorf* eiusq́; fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam ꝓfeſſis in perpetuum. Deſideriũ q, ad religionis ꝓpoſitum & animarum ſalutẽ pertinere monſtratur animo nos decet libenti concedere petencium deſideriis congruũ impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis petitionibus clementer annuimus & p̄fatam eccleſiam quæ à nobili viro *Ottone* Comite Palatino in ꝓprio allodio fundata eſt & ſub cenſu vnius biſanti, nobis noſtriſq́; ſucceſſorib. annualiter perſoluendo cõmunimus. Inprimis ſiquidẽ ſtatuentes vt ordo canonicus ſecundũ beati *Auguſt*. regulam ꝑpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conſeruetur, præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona eadem eccleſia in p̄ſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum cõceſſione Pontificum, largitione regum vel principũ, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis Deo propicio poterit adipiſci firma vobis veſtriſq́ ſucceſſoribus & illibata ꝑmaneant. Criſma verò oleum ſanctum conſecrationes altarium ſeu baſilicarum ordinationes clericorum qui ad ſacros ordines fuerint promouendi à Diœceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam atq; cõmunionem ſedis apoſtolicę habuerit & ea gratis abſque aliqua prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicũ quẽcunq́; malueritis adire antiſtitem. Sepulturę quoq; libertatem præfatę eccleſiæ apoſtolica auctoritate donamus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat prędicatam Eccleſiam temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptauerit ſecundò tertiòue cõmonita ſi non ſatisfactione congrua emendauerit poteſtatis honoriſq́; ſui dignitate careat reamq́; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidẽ loco juſta ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant Amen.




Ego *Celeſtinus* Catholicæ eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



Datum *Lat*. per manum *Gerardi* ſanctæ *Romanæ* Eccleſiæ presbyteri Card. ac Bibliothecarij XII. Cal. Martij Indict. VII. Incarnat. Dom. An. M. C. XLIII. Pontificatus verò Domini Celeſtini II. Papæ anno primo.

Conceſſio

## Conceſſio ſedis Apoſtolicæ licere diuina officia celebrare ſub generali terræ interdicto.

I*NNOCENTIVS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito Conuentui Eccleſiæ *Vnden.* ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Dioceſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à Dei laudibus ſilere nō debeat lingua carnis prouideri à nobis humiliter poſtulatis ne pro aliena culpa ceſſare à diuinis officiis vos contingat, veſtris igitur ſupplicationibus inclinati vobis auctoritate præſentium indulgemus vt cum generale terrę fuerit interdictum liceat vobis ianuis clauſis excommunicatis & interdictis excluſis non pulſatis campanis ſubmiſſa voce diuina officia celebrare dummodo cauſam non dederitis interdicto, vel id non contingat vobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Lugdun.* XV. Calen. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

## Teſtamentum *Friderici* Palatini *Hieroſolimam* ſecundò pergentis.

NOtum ſit omnibus fidelibus tàm p̄ſentibus quàm poſt futuris qualiter ego *Fridericus* Palatinus pergens *Hieroſolimam* ſecundo ad viſitandum Domini ſepulchrum glorioſum, vt habeam partem in reſurrectione prima diſpoſui pro ſalute animæ meę & parentum meorum prædium in *Gündilkouen* & vineas cum omnibus appendiciis ſuis & omni jure & prædium in *Witrameſdorf* cum omni jure & tres curtes in *Schiren* & vnam curtem quam emi à *Dytrico* de *Raitpach* & vnam quam emi de *Heinrico Lotere* & vnam in *Ecke* delegata in manus *Ottonis* maioris & junioris fratrum meorum ſi non reuertar ad tributionem vniuerſis de me querelantibus ſi aliud inde fieri non rogauero. Poſtea autem quam vniuerſa fuerint compoſita & elimata pro conſilio bonorum virorum *Gundilkouen* ad *Enſdorf* quod prædictum eſt detur, tres curtes in *Schiren* ad *Schiren*, *Ecke* ad *Vndenſdorf* ad *Moſpurg*, prædium quod à *Dyetrico* emi de *Raitpach* ad *Chüabach*; prædium quod ab *Heinrico Lotere* emi ad *Tyerhaupte*: hæc prædia præfatis locis ea conditione offerri placuit vt ſi qua forte querimonia poſtea nata fuerit per ipſa clauſtra ex vſu prædiorum componatur. Proinde ſpecialiter ad cœnobium *Enſdorf* hęc dedi prędia, *Gundilkouen* vt dixi cum omni jure, *Salkendorf* cum omni iure, *Hartvvigeshouen*, *Püchenlac*, curtem *Hermarſteten* & conuicinum eius & *Haſenvviſen* quod annuatim XII. ſolidos ſoluit quæ delegata ſunt in manu fratris mei *Ottonis* Iunioris. Item vineas *Incarnia* delegatas in manus *Ilſungi* de *Weſeſteten*. Item molendinum in *Ebenvviſen* delegata. *Rupertilupi* de *Gegilbach* quod VI. talentis à *Rudigero* de *Aichbrunnen* redimi debet. Item prædium *Ergoltingen* delegatum in manus *Herandi* de eadem villa. Item prædium *Buirbach* delegatum in manus *Othmari* de *Ergoltingen*. Item prædium *Stainperck* delegatum in manus *Vdalrici* de *Salaa*. Item prædium *Trädenlenheim* cum omni jure. Item *Marpäch* delegata in manus *Ottonis* maioris. Ea autem conditione prælibata prædia obtuli ſi in hac via viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuero, vel repatrians aliud inde non diſpoſuero. Sciendum etiam quod prędium *Hermarſtetten* & conuicinum eius & *Haſenvviſen* in dotem ſtatui nouæ eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* hoc pacto vt dimidium talentum ex hoc pro concinnandis luminibus omni nocte perpetuo habeatur ac de cętero annunciatio Dominica ſolemniter celebretur nihilominus

nus pauperes Chriſti ipſo die ſuſtententur. Super omnia firmiter permaneant, vt in eccleſia prætaxata quotidie miſſa decantetur. Notandum quoque quod prædia *Trudenlenheim* & *Marbach* dedi ad reſtaurationem aurei calicis quatuor ſcilicet marcarum & ad ſoluendum debitũ Domino *Arnoldo* presbytero & *Goſvvino*, antequam in vſum fratrũ cedat, quo debito creditoribus reddito decreui vt anniuerſarius meus inde agatur & aſſumptio ſanctæ *Mariæ* ac matris ipſius, necnon & feſtum *Iohannis* ante *portam latinam* feſtiuè venerentur, omnia victualia in *Lengenuelt*, de officio *Leupoldi*, & de officio *Algodi* de *Pubach*, ita diuidantur, vt duę partes ad *Enſdorf* dentur, tertia pars caſtro remaneat. Prædium *Rotenmoſe* & *Schillmhouen Paldolteſperge* delegata in manus fratris mei *Ottonis* junioris ad *Vndenſdorf* deſtinaui. Item prædium *Kolbach* & *Aſpach* & *Hadeſprechteshauſen* delegata in manus *Vdalrici* de *Lochauſen*: prædium *Ecke* per manus *Ottonis* junioris delegatum ad eundem locum: prædium in *Deckenbach* delegaui in manus *Liſungi* de *Devveſteten*, ad inferius monaſterium *Ratiſponæ*. Item aliud prædium in *Dekenbach*, delegaui in manus *Chünonis Deuckenbinnt*, ad idem monaſterium vineas in *Kelhaim*, præter duas quę ſunt ad occidentem, delegaui in manus *Gerhardi* de *Randecke*, ad idem monaſterium, prædium & armenta *Wibiliſdorf* delegaui in manus habendi piſcatoris, ad *Weltenburck* dedi prædium in *Almetingen*, delegaui in manus *Herrandi* de eadem villa & vaccas in *Slätte*, ad eundem locum prædium in *Snaitthart* delegaui in manus *Adalberti* de *Schirlingen Scotis* dandum ad *Wiſeintepeter Ratiſponæ*. Prædium in *Wicmareſperge*, delegatum in manus *Liſingi* de *Weſteten* ad *Biburch* dandum, prædium in *Warteshouen*, cuius altera pars delegata eſt in manus *Burckhardi* de *Steine*, altera pars in manus *Chunradi* de *Tegernbach* ad *Piburck*. Prædium in *Leichilingen*, quod fuit *Friderici* parui delegaui in manus *Vdalrici Kargelonis*, Canonicis maioris eccleſię *Ratiſponæ*, tali videlicet conditione, vt *Wernherus* eiuſdem Eccleſiæ Canonicus idem prædium quoad vixerit habeat, & annuatim quod idem prædium ſoluit perſoluat. Aliud prædium in *Laichilingen* ad S *Iacobum Scotis* dandum dedi *Ratiſponæ*. Armenta in *Purchſtal* & armenta in *Litinngen*, q̃ ſunt ſuper curiam S. *Emmerammi* ad S. *Emmerammum* dedi prædium in *Ludemareſdorf* ad *Rore*, prædium in *Svvilnahe* & armentum in *Katerloch* delegaui in manus *Ottonis* junioris canonicis maioris Eccleſiæ *Friſingen*. Prædium in *Paſingen*, & molendinum delegaui in manus *Ottonis* junioris ad ſanctum *Vitum Friſingen*. Item duo prędia in *Paſingen* delegaui in manus *Heinrici* de *Luſdorf* ad ſanctum *Vitum*, prædium in *Perioch* & *Svvergeloch* delegaui in manus *Heinrici* de *Lüſdorf* ad *Scheſtilarer* dedi duas curtes in *furta* & molendinum delegaui in manus *Vdalrici* de *Lochuſen* ad eundem locum. Curtem vnam in *Krais* delegatam in manus *Heinrici* de *Luſdorf* ad *Eberſperg* dedi. Item duas alias curtes in *Krais* delegaui in manus *Eberhardi* de *Nivvertingen*: & prædium in *Tetenberg*, ad eundem locum, prædium in *Amendorf* delegaui in manus *Hainrici Caſtionarij* ad *Nüenſtifft Friſingen*. prædium in *Wenge* delegaui in manus *Hainrici* de *Schneburch* ad ſanctum *Georgium* in *Tal*, prædium in *Sevven* delegaui in manus *Wicknandi* de *Waytrishyrſchen* ad *Tegernſe*. Curtem in *Guntherishauſen* delegaui in manus *Hainrici* de *Empfenbach* ad *Malerſdorf*, prædium in *Geroltiſdorf* delegaui in manus *Ottonis* junioris ad *Berchterſgadme*: prædium in *Riute* delegaui in manus *Ottonis* junioris ad *Geiſenuelt*. Caſtrum in *Haginburch*, & omnia prædia ad ipſum Caſtrum pertinentia, quæ ſunt trans flumen quod vocatur *Manicualt* delegaui in manus *Ottonis* junioris *Chunrado Archiepiſcopo* fratri meo. Item duas hubas in *Volers* & vnum molendinum in *Steinhart* & vnam curtem in *Vndingen*, & vnam hubam in *Vndingen* delegaui in manus *Ottonis* de *Oſthaim Chunrado Archiepiſcopo*, prædium in *Luterbach* & prædium in

*Püdvvenhoſſen* quod fuit *Seyfridi* & *Woltmanni* delegaui in manus *Ottonis* junioris *Archiepiſcopo*. Aliud prædium in *Pudbenhoſſen* delegaui in manus *Eberhardi* de *Nevvuertingen Chunrado Archiepiſcopo*, prædium in *Muſſe* delegaui in manus *Alberti* de *Schirlingen*, dandum *Erneſto* Præpoſito niſi aliud inde diſpoſuero, prædium *Integilindorf Ottoni* filio *Lantgrauij* & *Adilhilde* ſorori ſuæ, prædium in *Millenhauſen* delegaui in manus *Cümpoldi* de *Millenhouen Walthero* de *Abenſperg*. Curtem in *Petendorf* & vineas delegaui in manus *Ottonis* junioris impignoraui *Walvvino* ſororio *Goſvvini* pro X X. & I. marca argenti, prædium in *Abitinhauſen* delegaui in manus *Vdalrici* filij *Erneſti* de *Oüvve Adilberoni* de *Pruckperg*, vineam in *Kelhaim* quam emi à *Liſungo* de *Weſteten* delegaui in manus *Perchtoldi* & vineas & duas ſvvaigas delegaui in manus *Wernhardi* de *Schirlingen* inpignoraui ad ſanctum *Emmerammum* pro L. marcis argenti, prædium in *Velden* & in *Salarn* delegaui in manus *Bernheri* de *Gibisdorf Hoholdo* de *Schenburck*. prædium in *Aſpach* & in *Eckenmule* delegaui in manus eiuſdem *Bernheri* Domino *Perchten* & filiis ſuis, *Eberhardum* & *Seyfridum* de *Purckeim* & *Eſchelingere* delegaui in manus *Bernheri Ottoni* juniori, prædium in *Antshouen* cum omni jure delegaui in manus *Ottonis* junioris Comiti *Arnoldo* de *Dachavv*, prædium in *Puech* delegaui in manus *Forthliebi* de *Svvanehiltdorf*. Comiti *Chunrado* de *Valeye*, prædium in *Sebe* delegaui in manus *Alberonis* de *Prucke*, eidem Comiti duas curtes in *Puch* & duas in *Hohdorf* delegaui in manus *Vdalrici* de *Lothuſen* Comiti B. de *Andechſe*, curtem in *Frechtineſried* delegaui in manus *Bernheri* de *Gibiſdorf* inbeneficiaui & inpignoraui cuidam *Chunrado* de *Tetenburck* pro X X. talentis. Armentum in *Vendenbach* delegaui in manus *Hainrici* de *Schendenburck* ad *Atele*, prædium in *harda* & armenta apud *Decenburck* delegaui in manus O. de *Ouſte* ad *Weihenſteuen*. Caſtrum in *Schendenburck* & homines qui fuerunt *Hainrici* Comitis & molendinum & armentum in *Abe* & prædium in *Rutte* & caſtrum in *Kelheim* & duo molendina ſuper *Danubium* ibidem delegaui in manus *Hademari* de *Abuſen* fratribus ſuis *Ottoni* maiori & juniori *Villicaton* ad ſuperiorem villam *Kelheim* & vnum ortum & vineas in eadem villa & vnum molẽdinum in *Gemunde* in manus eiuſdem *Hademari* X I I. Leproſis in *Kelheim* danda ſub Abbate ſeruandos de *Enſdorf*, vineam in *Graſſe* delegaui in manus *Arbonis Sculteti* inbeneficiaui domino *Ludvvino* de *Groſſe*, vnam hubam in *Murendorf* dedi in dotem S. *Mariæ* ad capellam meam *Ratiſponæ*.

## Teſtimonium ſuper conſenſu *Agnetis* Duciſſę *Bauariæ*.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Chunradus* Dei gratia *Salinenſis* Epiſcopus ſanctæ *Maguntinæ* ſedis *Archiepiſcopus* & apoſtolicæ ſedis Legatus. Notum eſſe cupimus tàm futuri quàm præſentis æui omnibus Chriſti fidelibus quod nobis ſimul in caſtro *Kalhaim* quodã tempore commorantibus cum nobili Duciſſa *Bauariæ* Domina *Agnetæ* tunc vidua quondam autem famoſiſſimi Ducis *Bauariæ* Domini *Ottonis* coniuge, præſenti quoq; illuſtri filio ipſorum Domino *Ludouico* Duce *Bauariæ*, & fratrib. noſtris Domino *Friderico* quondã Palatino & Domino *Ottone* Palatino p̃ſentibus ordinandum ſicut & roborandũ fuit hoc caritatis opus Domina *Agnes* Duciſſa nequaquam tepeſcente in ipſa coniugali affectu, jmo diligens mortuũ quem viuum dilexerat hoc ꝓ remedio animę ſuæ & ſua filijq; ſui ſalute vniuerſis miniſterialibus ſuis diſpenſatione caritatiua cũ p̃fato filio ſuo licentiabat quatenus liberã haberent poteſtatẽ conferendi p̃dia ſua indifferenter ad hæc tria clauſtra *Schyre*, *Enſdorf*, *Vndenſdorff*, ſecundum quantitatẽ voluntati eorũ diuinit⁹ inſpiratã tã diu hanc eis libertatẽ indulgens quamdiu infra annos diſcretionis filius ſuus Dominus Dux eſſet conſtitutus.

Conic-

Conſequenter autem Dominus *Fridericus* id ipſum omnibus miniſterialibus ſuis indulſit hoc ſuper addito quod toto vitæ ſuæ tempore hac fungentes libertate eccleſiaſtica ac licentia & priuilegio potiantur, vt Deo inibi deſeruituri cũ rebus & perſona liceat eis ſe transferre ſi velint ad aliquod cœnobiorum, quæ ſunt prænominata; Dominus autem *Otto* junior Palatinus ſub hac forma licentiam id ipſum faciendi ſuis miniſterialibus indulſit quod mediam prædiorum ſuorum partem indifferenter ſicut dictum eſt prædictis tribus clauſtris conferre liceret, de reliqua verò media parte nihil niſi ſuper hac requiſito ſuæ voluntatis aſſenſu licitum eſſe ordinare. Hiis ita in noſtra præſentia & aliorum, quæ magnæ & probatæ fuerunt perſonarum ordinatis ad corroborationem rei ſic diuino zelo geſtę noſtræ auctoritatis ſigillum appoſuimus aliisq; ſimiliter ſigillis ſuis factum confirmantibus.

Hęc autem ſunt nomina eorum qui huic ordinationi interfuerunt. Comes *Dyepoldus* de *Lechiſgimunde*, Comes *Arnoldus* de *Dachavv*, Comes *Hainricus* de *Altindorf*, Comes *Altmannus* de *Abenſperg* & fratres eius: *Eberhartus Hoholdus* de *Nidecke*, *Wernherus* de *Giebiſdorf*, *Crafſto* de *Lobinhauſen*, *Roto* de *Maſſingen*, *Vlricus* de *Lapida*, *Levvtoldus* de *Kelhaim*, *Seyfridus Koph* & alij quam plures.

## Conſilij Baſilien. Decretum de Annatis & primariis fratribus &c. non exigendis.

SAcroſancta generalis Synodus *Baſilien.* in ſpiritu ſancto legitimè congregata vniuerſalem eccleſiam repræſentans ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ laudabili per nos ordinatione ſtatuta ſunt decet vt noſtrarũ literarum teſtimonio pandantur de illisq; vbilibet concedantur legitima documenta. Dudum ſiquidem inter alia ſtatuta & decreta noſtra quoddam in ſeſſione noſtra publica per nos in maiori Eccleſia *Baſilien.* Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto, die Iouis nona menſis Iunij proximè præteriti celebrata ſolemniter publicatum edidimus in hæc verba.

In nomine Spiritus paracliti ſtatuit hæc ſancta Synodus quod tàm in curia *Romana* quàm alibi pro ſeu in confirmatione electionum admiſſione poſtulationum præſentationum prouiſione, collatione, diſpoſitione, electione, poſtulatione, præſentatione etiam à laycis facienda inſtitutione, ſtallatione & inueſtitura de eccleſiis etiam Cathedralibus & Metropolitanis, monaſteriis, dignitatibus, beneficiis officiisq; Eccleſiaſticis quibuſcunq; necnon ordinibus ſacra & benedictione ac pallio de cętero nihil penitus ante, vel poſt exigatur ratione literarum Bullæ ſigilli Annatarum, communionum & minutorum ſeruiciorum, primorum fructuum deportuum aut ſub quocunq; alio titulo colore, vel nomine prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti aut alia quauis cauſa, vel occaſione directè, vel indirectè ſolum ſcriptoribus abbreuiationibus & regiſtratoribus litterarum ſeu minutarum pro ipſorum labore competenti ſtillario ſoluendo. Huic autem canoni ſi quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præſumpſerit pęnam incurrat aduerſus Symoniacos inflictam & in ipſis dignitatibus & beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat. obligationes quoq; promiſſiones cenſuræ & mandata & quicquid in præiudicium decreti huius ſaluberrimi fieri continget nullas obtinere vires atq; irrita cenſeantur & ſi quod abſit *Romanus* Pontifex qui præ cęteris vniuerſalium conciliorum exequi ac cuſtodire canones debet aduerſus hãc ſanctionem aliquid faciendo eccleſiam ſcandaliſet generali concilio deferatur. Cæteri verò pro modo culpæ juxta canonicas ſanctiones per ſuos ſuperiores digna vltione puniandi-

niantur. Nos igitur volumus & auctoritate vniuerſalis Eccleſiæ decernimus quod tenori conſtitutionis huiuſmodi in judicio & extra vbicunque exhibitus fuerit, vel oſtenſus in omnibus ſtari debeat & fides adhiberi. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis decreti & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum *Baſileæ* Calen. Auguſti anno à natiuitate Domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo quinto.

*Iohannes Freudenberger.*

## Confirmatio Papæ *Martini* omnium bonorum Monaſterij.

MARTINVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui monaſterij beatę *Mariæ* in *Vndenſdorff*, p Præpoſitum ſolitigubernari ordinis ſancti *Auguſtini Friſingen.* Dioc. ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & monaſterium veſtrum beatæ *Mariæ* prædictum in quo diuino eſtis mancipati obſequio cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci ſub beati *Petri* protectione ſuſcipimus atque noſtra omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris *Romanis* Pontificibus ſiue per priuilegia, ſiue per alias indulgentias vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & eidem monaſterio veſtro indultas ſicut eas juſtè & pacificè poſſidetis nobis & per nos eidem monaſterio veſtro conceſſas auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis & communicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctos Apoſtolos XIII. Calen. Maij. Pontificatus noſtri anno octauo.

## Conſeruatorium auctoritate *Baſilien.* Concilij conceſſum Monaſteriis in *Scheyrn*, *Fürſtenueld*, *Münſter*, *Vndenſdorff*, *Geyſenfeld* & *Aug.* &c.

SAcroſancta generalis ſynodus *Baſilien.* in ſpiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, dilectis Eccleſiæ filiis Abbati Monaſterij beatæ *Mariæ* virginis aliis *Scotorum Wienn: Patauien.* Dioc. Præpoſito *Saltzburgen.* ac Decano *Auguſten.* ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Ad compeſcendos conatus nepharios peruerſorum, qui perſonas & loca Eccleſiaſtica ſuper bonis & juribus ſuis offendere & multipliciter perturbare moleſtiis non verentur tanto magis per nos decet oportuno remedio prouidere quanto per amplius turbationes huiuſmodi & moleſtiæ in diuinę maieſtatis offenſam, nec non Eccleſiæ libertatis redundare diſpendium dinoſcuntur.

Dudum

Dudum ſiquidē cum in diuerſis mundi partibus conſules ciuitatum & rectores necnō alij qui poteſtatē habere videbantur tot onera frequenter imponerent Eccleſiis vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videretur quam ſub *Pharaone* fuiſſet, qui legis diuinæ notitiam non habebat quiq; omnibus aliis ſeruituti ſubactis ſacerdotes & poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit & de publico eis alimoniam miniſtrauit. In Concilio *Lateranen.* eccleſiæ immunitati prouidendo ſub anathematis diſtrictione prohibitū extitit, ne Conſules Rectores aut alij p̄dicti eccleſias & viros Eccleſiaſticos talliis ſeu collectis aut exactionibus aliis aggrauare p̄ſumerent tranſgreſſores & fautores eorū p̄cipiendo anathematis ſententiæ ſubiacere donec ſatisfactionē impenderent cōpetentem, Et etiam deinde in generali concilio editum fuerit q, ſi Epiſcopi forte ſimul cum clericis etiā ſi tantā neceſſitatem, vel vtilitatem inſpicerent vt abſq; vlla coactione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates vbi laicorum non ſuppeterent facultates ſubſidia p̄ eccleſias laicis ducerent concedenda minime ſuper hoc conſulto *Romano* Pontifice conceſſiones & ſententiæ quæ à talibus, vel de ipſorū mandato forent ꝓmulgatæ eſſent irritæ & inanes nullo vnq̄ tēpore valituræ ac etiam in ipſo generali concilio decretū extitit illum qui infra tempus ſui regiminis propter fractionem conſtitutionum, vel ſanctionū huiuſmodi ſuſtineret anathema tanq̄ poſt illud non eſſet ad ſatisfactionis debitū cōpellendus, nec non ipſius ſucceſſorem q non ſatisfaceret cōpetenter cum ſuccederet in onere q ſubſtitueretur in honore. Poſtmodū felicis recordationis *Honorius* PP. III. Romanus Pontifex attentè conſiderans q, quondam *Fridericus* ſecundus olim Rom. Imper. tunc ſub obedientia & deuotione S. *Romanæ* Eccleſiæ p̄ſiſtens ad laudem eiuſdē Eccleſię & ſacri decus *Romani* Imperij cupiens vt expurgatis quorundā errorib. & iniquis ſtatutis penitus deſtitutis de cætero Eccleſiæ & Eccleſiaſt. pſonę plena vigerent quiete & ſecura libertate gauderent ac piè & juſtè attendens q, quorundam peruerſorum iniquitas adeo habundauerat vt non dubitarent contra eccleſiaſticam diſciplinam & ſacros canones ſtatuta ſua confringere aduerſus Eccleſiaſticas perſonas & Eccleſiaſticam libertatē edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat & pręceperat irrita nunciari & omnia ſtatuta & conſuetudines quæ ciuitates & loca poteſtates, vel conſules aut quæcunq; aliæ perſonę contra libertatē Eccleſię, vel perſonas Eccleſiaſticas ac bona huiuſmodi edere vel ſeruare temptarent contra canonicas vel Imperiales ſanctiones de ipſorum Capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicationem penitus oboleri facerent. Et ſi de cætero talia attemptarent illa ipſo jure decreuit eſſe nulla & eos ſua juriſdictione priuatos, nec non locum vbi talia deinceps præſumpta fuiſſent Banno mille marcharum auri fiſco Imperiali præceperat ſubiacere. Poteſtates verò, Conſules, Statularij & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non Conſiliarij locorum ipſorum qui ſecundum ſtatuta & conſuetudines memorata judicarent ex tunc eſſent ipſo jure infames quorum ſententias & actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere. Quodque ſi per annum præfatarum conſtitutionum inuenti forent contemptores bona eorum per totum Imperium mandauit impune ab omnibus occupari ſaluis nihilominus aliis pœnis contra tales in eiſdem generalibus Conciliis promulgatis. Et inſuper voluit idem tunc Imperator quod nulla communitas, vel perſona publica ſeu priuata collectas ſeu exactiones angarias, vel perangarias Eccleſiis, vel aliis locis aut Eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu inuadere Eccleſiaſtica bona præſumeret, quod ſi ſecus faceret & requiſita ab Eccleſia, vel imperio huiuſmodi emendare contemneret tripliciter refunderet, & nihilominus Banno Imperiali ſubiaceret quod ſine ſatisfactione

debita nullatenus remitteretur. Statuit inſuper quod quęcunque communitas vel perſona per annum in excommunicatione propter libertatem Eccleſiæ violatam perſiſteret ipſo jure ſimiliter dicto Banno Imperiali ſubiaceret, à quo nullatenus extraheretur, niſi prius ab Eccleſia beneficio abſolutionis obtento. Et inſuper ordinauerat vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili ad judicium ſeculare trahere præſumeret contra eaſdem canonicas ſanctiones & conſtitutiones Imperiales, quod ſi ſecus faceret actor à jure ſuo caderet & judicatum non teneret & judex foret ex tunc judicandi poteſtate priuatus quodque judices temporales qui clericis & perſonis Eccleſiaſticis juſtitiam denegare præſumerent tertiò requiſiti ſuam juriſdictionem amitterent. Conſtitutionem ipſam de conſilio etiam fratrum ſuorum ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium qui tunc erant auctoritate apoſtolica approbans & confirmans ipſam mandauit inuiolabiliter obſeruari. Nec non ſtatutarios & ſcriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audientiam diuæ memoriæ *Caroli* quarti etiam Romanorum Imperatorum ſemper Auguſti deducto quod nonnullæ ſæculares perſonæ in poteſtatibus & officiis publicis conſtitutę, videlicet Duces, Marchiones, Comites, Barones, milites & alij Domini temporales, nec non conſules ciuitatum opidorum, villarum & locorum Rectores in diuerſis prouinciis eiuſdem Imperij Dei timore poſtpoſito, ſtatuta ſingularia & iniquas ordinationes motu proprio & de facto contra ipſas perſonas Eccleſiaſticas & Eccleſiarum libertates & eorum priuilegia cōdiderunt illiſq; de facto & publice vtebātur contra canonicas & legitimas ſanctiones vtpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem Eccleſiaſticam transferentur. Et ne clerici in ſacris ordinibus conſtituti ad agendum & teſtificandum in ciuilibus & maximè in piis cauſis aliquatenus admitterentur, quodq; excōmunicati laici & publicè denunciati in ciuili foro minime repellerentur, & inſuper prædicti Domini temporales Conſules & Rectores ꝑ ſecularem poteſtatem res & bona clericorum occuparent, arreſtarent & oblationes Chriſti fidelium minuerent atq; reſtringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus Eccleſiarum exigerent & extorquerent, poſſeſſiones Eccleſiarum & perſonarum earundem deuaſtarent incēdiis & rapinis contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum, villarum & locorū ꝑdictorum inſcribere & ſigillare recuſarent donataque & legata ad fabricas & Eccleſiarum ſtructuras contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum intererat temere vſurpare præſumerent ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorundem clericorum, quæ non cauſa negotiationum, ſed pro eorum propriis vſibus per eorum terras ducebant ſeu duci faciebant, theolonium exigere & recipere non verebantur & confugientes ad Eccleſias & eorum cimiteria, deinde extrahere cōtra canonicas & Imperiales ſanctiones huiuſmodi pręſumpſerant & pręſumebant. Idem *Carolus* Imperator tanq̄ Chriſtianiſſimus Princeps, volens in præmiſſis prouidere de remedio ſalutari etiam de quorundam Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militū fideliumq; aliorū ſacri Imperij ſæpedicti cōſilio auctoritate Imperiali q̄cunq; ſtatuta accōſuetudines prædictas tanq̄ per canonicas & ciuiles ſanctiones expreſſe reprobata caſſauit, irritauit & annullauit ac caſſa irrita nullius eſſe voluit roborum, vel momenti præcipiens ſub imperiali Banni pœna vniuerſis & ſingulis Principibus & Dominis temporalibus Conſulibus poteſtatibus & aliis in officiis publicis in eodem Imperio conſtitutis quatenus ex tunc ipſorum ſtatuta & ordinationes ſicut in præiudicium Eccleſiaſticæ libertatis edicta fuerant, omnino reuocarent & de luce tollerent, quodque ſecundum ea non iudicarent

amplius

amplius nec ſententias dictarent aut de eiſdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro ſe & contra eandem Eccleſiaſticam libertatem potirentur, pronunciauit inſuper & eadem decreuit auctoritate quod quicunque laicus cuiuſcunque conditionis aut ſtatus exiſteret auſu ſacrilego & propriæ temeritatis audacit ſacerdotem vel clericum ſecularem vel religioſum diffidaret, proſcriberet, captiuaret, ſpoliaret, occideret, mutilaret aut in carcere detineret vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcienter receptaret vel eis fauorem præſtaret præter pœnas à ſacris canonibus & legalibus ſanctionibus in tales inflictas eo ipſo redderetur infamis & omni honore priuatus nec ad placita vel conſilia nobilium admitteretur quouis modo. hortans inſuper in Domino & requirens eccleſiaſticos prælatos in illis partibus in quibus committerentur talia conſtitutos vt legem imperialem huiuſmodi per eorum Eccleſias & ſynodos publicarent ne transgreſſores huiuſmodi per ſimulatam ignorantiam ſuam valerent in hac parte malitiam excuſſare prout in conſtitutionibus & ſanctionibus conciliorum & Honorij prædictorum ac Imperialibus præfatis plenius continetur. Cum autem ſicut lamentabili quærela dilectorum Eccleſiæ filiorum Abbatum Monachorum & Conuentuum in *Scheyrn*, ſanctæ Crucis Monaſterij in *Munſter*, ſancti *Zenonis* in *Geiſenfeld* ordinis ſancti *Benedicti*, Beatæ *Mariæ* Virginis in *Fürſtenfeld* Ordinis *Ciſtercienſis* ac Præpoſiti Decani & Capituli Beatæ *Mariæ* virginis in *Vndenſtorff* ordinis ſancti *Auguſtini* Canonicorum regularium nec non dilectarum Eccleſiæ filiarum Abbatiſſæ Monialium & Conuentuum ſanctæ *Claræ* ordinis ſancti *Franciſci* de ſecunda regula Monaſteriorum *Ratiſponenſis* & *Friſingenſis* diœceſis & aliorum eiſdem Monaſterijs tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſubditorum, nuper accepimus quomodo nonnulli Principes, Duces, Barones, Comites, Milites, & ſeculares & poteſtates eorundem conſtitutionum & ſanctionum Canonicarum & legalium forſan ignari contra ipſas ab Abbatibus Monachis & Conuentibus Præpoſitoque Decano & Capitulo nec Abbatiſſæ & monialibus Monaſteriorum prædictorum communiter vel diuiſim forſan tallias & gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorſerint, adhuc & extorquere nituntur ac etiam bona Abbatum Monachorum & Conuentuum Præpoſitique Decani & Capituli ac Abbatiſſæ & monialium Monaſteriorum prædictorum nec non eiſdem tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſubditorum communiter vel diuiſim inuaſerint arreſtauerint occupauerint detinuerint & ſuis vſibus applicauerint, nec non occupare inuadere arreſtare detinere ac eiſdem ſuis vſibus applicare ſimiliter de facto præſumant in animarum ſuarum periculum nec non Abbatum Monachorum & Conuentuum Præpoſitique Decani & Capituli ac Abbatiſſæ & monialium monaſteriorum præmiſſorum nec non eorundem tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſubditorum huiuſmodi non modicum præiudicium atque damnum. Nos in præmiſſis Abbatib. Monachis & Conuentibus Præpoſitoq; & Decano & Capitulo Abbatiſſæ & monialib. Monaſteriorum antedictorũ memoratis ſubditisq; eorundẽ tàm in ſpiritualib. quàm in temporalib. de oportuno remedio prouidere volentes diſcretioni veſtræ tenore præſentiũ in virtute ſanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus quatinus vos vel duo aut vnus veſtrũ per vos vel alios ſeu aliũ Abbatib. Monachis & Cõuentib. *Præpoſito* Decano & Capitulo ac Abbatiſſæ & monialib. Monaſt. prædictorũ eorundemq; tàm in ſpiritualib. quàm in tẽporalib. ſubditis ſæpedictis contra quoſcunq; tranſgreſſores & violatores conſtitutionũ & ſanctionũ earundem cuiuſcunq; ſtatus dignitatis & excellẽtiæ

fuerint efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis eos contra canonicas & legales ſanctiones & conſtitutiones huiusmodi indebitè moleſtari nec non eaſdem conſtitutiones & ſanctiones vbi & quando expedire videritis ſolēniter publicātes faciatis transgreſſores & violatores huiuſmodi ſi & prout iuſtum fuerit ac vbi & quotiens expedierit tam diu excommunicatos anathematiſatos publicè nunciari donec ab earundem talliarum impoſitione collectorum & quarumlibet extorſionum nec non bonorum Abbatum, Monachorum & Conuentuum Præpoſitique, Decani & Capituli ac Abbatiſſæ & monialium Monaſterium ſupradictorum eorumdemque tàm in ſpiritualibus quàm in temporalibus ſubditorum inuaſione, arreſtatione, occupatione, detentione & applicatione omnino deſiſtant, nec non etiam efficaciter reſtituant eiſdem Abbatibus, Monachis & Conuentibus Præpoſito, Decano & Capitulo ac Abbatiſſæ & monialibus Monaſteriorum ſæpedictorum ſubditiſque eorundem memoratis occaſione præmiſſorum per eoſdem communiter vel diuiſim læſis ſeu grauatis Tallias, Gabellas & exactiones ipſas ac etiam bona Abbatum Conuentuum & Monachorum Præpoſitique Decani & Capituli ac Abbatiſſę Monialiũ Monaſterium prædictorum nec non ſubditorum præfatorum eorundem arreſtata occupata detenta & applicata communiter vel diuiſim ipſis aut quæ per ſe vel alios illo prætextu quomodolibet receperint imo verius temerè & illicitè vſurpauerint à ſe liberè omnino relaxent ac in manib. veſtris iurauerint quod de cætero talia non committant & ea committentibus non præſtent auxilium conſilium vel fauorem contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam & alia iuris oportuna remedia compeſcendo inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſęcularis. Cæterum ſi forſan huiuſmodi transgreſſorũ aut violatorum vel ea fieri mandantium ipſiſq; conſentientium ſeu dantium in illis per ſe vel alios directè vel indirectè publicè vel occultè auxilium conſilium vel fauorem præſentia promonitionibus & requiſitionibus per vos de ipſis fiendis tutè ſecurè vel commodè haberi nequirent. Nos vobis monitiones & requiſitiones huiuſmodi ac citationes quaslibet prædicta publica in locis affigenda publicis de quib. ſit veriſimilis coniectura quod ad notitiam dictorum citatorum & monitorum huiuſmodi peruenire valeant faciendi plenam & tenore præſentium concedimus liberam facultatem volentes quod monitiones requiſitiones & citationes huiusmodi perinde ipſos citatos monitos & requiſitos vt præmittitur arcte, ac ſi eis factæ & inſinuatę præſentialiter & perſonaliter extitiſſent. Non obſtātibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. quibus cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatem vel diocœſim eorundem niſi in certis exceptis caſibus & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diocesis ad iudicium euocetur ſeu ne iudices extra ciuitatem & diocesim in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere aut alij vel aliis vices ſuas committere ſeu aliquos vltra vnam dietam à fine ſuæ diocesis eorundem trahere præſumant dummodo vltra duas dietas aliquis auctoritate prę̈ſentium non trahatur ac de perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis quam aliis conſtitutionibus apoſtolicis contrariis quibuſcunque aut ſi alicui comuniter vel diuiſim à ſede apoſtolica indultum exiſtat quod interdici ſuſpendi vel excomunicari vel extra aut vltra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam vel expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Dat, *Baſilee* III. Idus Octobr. ſub anno à Natiuitate Domini Milleſimo, quadringenteſimo triceſimo tertio.

Von

## Vonn Viltzſchueg wegen Hertzog Albrechts geſchäfft die nicht allen ſchuldig zegeben an Recht.

VOn GOTTES genaden wir Albrecht Pfaltzgraffe bey Rhein Hertzoge in Bayrn vnnd Graue zu Voburg bekhennen offentlich mit dem Brieffe das vns fürbracht haben vnſer liebe andächtigen vnd getrew Johannes Probſt vn-ſer Beichtvatter vnd Ratte vnd der gantz Conuent deß würdigen Gottshaus vnſer lie-ben Frawen zu Vndenſtorff wie von jhren Voruodern ein gewonheit aufferſtanden ſey vnd deß auch vnderweiſet worden ſeyn/ von jhren Eltern vnd auch von etlichen der Ge-ſchlecht die Grebnus in jhrem Gottshaus bey jn geſtifft haben das man järlich von jrem Gottshauß den eltiſten Manns Perſon eins jeglichen geſchlechts der heußlich geſeſſen iſt geeret hat mit zweyen Viltzſchuchen darumb das ſie jhr gedächtnuß vnd grebnus bey jn den benanten Gottshaus haben. Nun ſeyn der obgenanten geſchlecht vil abgeſtorben das jrs namens nit mehr iſt vnd jre Schlöß in ander Leut gewalt komen ſeyn die deßglei-chen ſolche erung meinẽ zuhabẽ/ als von rechtens wegen. Auch etliche Frawẽ perſonẽ der-ſelbẽ obgenãte geſchlechte ſolche ehrung auch meinen zuhabẽ/ die ſie von jhn jnit ſchuldig ſein/ deßgleichen etliche obgenante geſchlecht mandlich erbẽ die noch nit heußlich vñ in-hlichẽ weſen ſitzẽ auch ein recht meinẽ zuhaben die ſie doch nicht ſchuldig ſeyn zue erẽ nach altẽ gewonheitẽ vñ ſeydmalen vnſer Vorvordern ſeeleg dz obgenãt Gottshaus von an-fang durch jr Seel Haile vnd jrer Nachkomen ſeeligkait geſtifft vnd begabt habet auch löblich vor allen weltlichen gewalt beſonder vnſern liebẽ Herrn vñ Vatter Hertzog Ernſt ꝛc. löblicher gedächtnus vnd wir noch jm gefreyet haben vnd in vnſern ſcherm komen iſt vnd jrer Leut vnd Gut wir rechter Vogtherꝛe ſein. So haben vns vnſer obgenant lieb getrew angeruft ſie vor ſolchem gewalt zu ſchirmen/ haben wir angeſehen den löblichen vnnd wirdigen Gottsdienſt der in dem benanten Gottshaus behalten wirdet Tag vnnd Nacht vnd dz derſelb Gottsdienſt gemeret werde vñ nit abneme vnd nun fürbas dem be-nanten Probſt vnnd Conuent nichts vnrechtlich von jemands bezwungen oder an ge-ſucht werden als ſie auch gefreyet ſeyn. So ſchaffen wir ernſtlich vnd gepieten allen den vnſern die ſolche ſpruch vnnd vodrung von Viltzſchueg wegen mainen zuhaben das ſie die vodrung mit recht an ſie an den enden da ſie dann billig recht thun ſollen/ vnd ſie ſunſt mit kainen andern ſachen belaidigen noch beſchweren weder ſie ſelbs noch jr Leut vnnd Gut/ herauf gepieten wir allen vnſern Vitzumen/ Pflegern/ Richtern/ Amptleutẽ/ Vn-terthonen/ vnd Getrewen ſie bey ſolchen vnſern Freyheiten behalten noch niemandt ge-ſtatten dawider zuthun als lieb euch vnd vnſer Nachkomen ſwere vngenad ſey zuuermey-den. Zu vrkund haben wir in den Brieff geben mit vnſerm anhangenden Jnſigl verſi-gelten. Das iſt beſchgen zu München an Montag vor der Heiliger dreyer König Tag deß Jars als man von Chriſti vnſers lieben Herren gepürdt zelet vierzehenhundert vnd darnach in dem ſechs vnd vierzigiſten Jar.

## Catalogus Prælatorum omnium Monaſterij Vndenſtorphenſis.

I. *Rupertus* authoritate Apoſtolica ad prælaturam ex *Marbach* vocatus,
II. *Ortvvinus.*
III. *Dietricus.*
IV. *Richardus.*
V. *Henricus* huius nominis primus,
VI *Berchtoldus,*
VII. *Fridericus,*

VIII, *Hen-*

VIII. *Henricus* huius nominis ſecundus.
IX. *Wernherus.*
X. *Conradus* I.
XI. *Vdalricus* huius nominis primus.
XII. *Henricus* huius nominis tertius.
XIII. *Gotfridus.*
XIV. *Conradus* huius nominis ſecundus.
XV. *Vdalricus*. II.
XVI. *Vdalricus Vrſinger* III.
XVII. *Petrus Fries.*
XVIII. *Erhardus.*
XIX. *Ioannes Rotthuet.*
XX. *Vdalricus Schirm.* IV.
XXI *Vdalricus Protkarb.* V.
XXII. *Auguſtinus Dachavver.*
XXIII. *Sebaſtianus* de *Schöngavv.*
XXIV. *Seruatius Walthenhoffer.*
XXV. *Ambroſius Kazpöck.*
XXVI. *Paulus Kretz.*
XXVII. *Albertus Eyſenreich.*
XXVIII. *Ioannes Aigele.*
XXIX. *Caſparus Schleich.*
XXX. *Guolfgang Carolus* modernus.

## *VVALTSACHSEN.*

DE Monaſterij huius prima fundatione, & incrementis, aliiſque ſcitu dignis ſcripſit annis ab hinc C.XVI. peculiarem librum, ſeu Chronicon, quidam eius loci Conuentualis; quod nactus à bon. memor. Nobili ac Reuerendo Dñ. *Ioann, Guilielmo* de *Holdingen* in *Päring*. Canonico Cathedralium Eccleſiar. *Ratiſponen.* & *Patauien.* &c. vna cum aliis *Boicarum* rerum vetuſtis ſcriptoribus hactenus ineditis, paulò poſt, Deo fauente, publici juris faciam. Monere hîc ſatis eſt Monaſterium **Waldtſaſſen** Diocæſis *Ratiſbonenſis* apud *Nariſcos*, haud procul à ſylua *Gebreta*, ſeu *Hercynia* quam vulgo *Bohemicam* vocitant in territorio Veterum Marchionum *Vohburgen.* conſtructum fuiſſe circa an. Dn. M. C. XXXIII. pro familia *Ciſtercienſ.* & quemadmodum ex Albo ſiue matriculâ Imperiali ab antiquo conſtat, Abbas iſtius loci Abbatibus Principibus fuit accenſus. **Ein gefürſteter Abbt.** Hodie nempe poſt diuiſionem Prouinciarum per Cæſ. *Ludouicum* IV. an. 1328. inter ſuos & fratris ſui *Rudolphi* Ducis filios ac hæredes factam ſubeſt Palatinatui Veteri: & cum mutata religione ſtatum quoque mutauit priſtinum. Palatini etenim Principes, è Circulo *Bauarico* Collegium hoc principale de facto eximentes ſibi arrogarunt.

### De hoc Monaſterio in Vet. Cod. M. S. ſubſequentia legi.

NOS *Henricus* &c. Et ſpecialiter hac vice noſtrum animum excitauit, quod cum hactenus decimas noſtrorum prouentuum in *Pfreimbd*, in *Floß*, in *Parckſtain*, in *Weiden*, & in *Adlburg* ex noſtra conceſſione perceperunt, nunc benignè conſenſerunt, illas in Monaſterium *Waldſachſen* transferri, vbi propter

pter vicinitatem loci maior poteſt ex eis vtilitas prouenire &c. Dat. in *Landſhut* an. 1287. proxima ſexta feria ante feſtum B. Viti.

## VVEICHENSTEPHEN.

MONASTERIVM ord. S. Benedicti, poſitum in excelſo monte propè Friſingam, vbi olim fuiſſe dicitur caſtrum Pipini, Galliarum & Alemaniæ Regis, in quo poſtea etiam Carolomannus habitauerat, mons ille dictus Tetmons ſiue Thetonis mons, cuius ampliſſ. foſſæ arcis magnificentiam adhuc hodie ſatis oſtendunt. Hoc caſtrum poſtea anno 746. à Marſilio Sueuorum Rege euerſum eſſe, Hiſtoria Monaſterij habet. Sed Auent. lib. 3. fol. 393. 394. meminit Landfridi & Diepoldi Ducum Sueuiæ, & quod cum Vtilone circa Lycum multa bella geſſerit, ſed de Marſilio Rege & de vaſtatione Caſtri Tetmons nihil. *VVeichſant Peter vide S. Petri conſecratio.*

In hoc loco Hitto Eps Friſingenſis conſtituit Præpoſitum cum Sex Canonicis circa an. Dñi 830. poſt annos verò 200. Imperante Diuo Heinrico ſecundo, Egilbertus Eps Friſingenſis, de familia Comitum Moſpurgen. eundem. Præpoſitum cum ſuis Canonicis tranſtulit in Vmbilicū Montis ad Monaſt. S. Viti quod ipſe fundauit, & loco ipſorum inſtituit ordinem D. Benedicti, & Monaſterium S. Stephani Protomartyris conſtruxit, circa annum 1021. conſtituto ibi 1. Abbate Arnolpho. Epiſcopus Hitto ſepultus eſt in Eccleſia Cathedrali in crypta, tranſtulit Friſingam corpora Alexandri Papæ & Martyris, Iuſtini Cardinalis & Nonnoſij Monachi, de quo ſcribit beatus Gregorius in Dialogis. Imperator Hainricus S. donauit Monaſterio Weichenſtephen, ad preces Egilberti Epiſcopi caſtrum Saxaganckh in Auſtria cum ſuis attinentiis, pro quo Engelbertus per commmutationem Monaſterio dedit villam Hegelhauſen. in Diplomate Hainrici Imperatoris ſunt hæc verba; partem cuiuſdam Inſulæ Sahſonaganc, &c. in prouincia Orientali & in Marchia Adelberti Comitis ſitæ, Anno Domini, 1021. ex libro traditionum Eccleſiæ maioris Friſingenſis, vbi etiam hæc verba ſunt addita; Ad Mon. S. Stephani protomartyris ab eodem Epiſcopo Engelberto cōſtructum, pro anima dicti Epiſcopi Engilberti plures Comites ac Nobiles dederunt prædia ſua ad Altare ſancti Stephani in hoc Mo. vt puta Nobilis homo Geroldus Comes, Item Gumpoldus Comes, Vdalſcalcus Comes, Altannus Comes, Item quidam nobilis Vir Sigibolt. Item Adalbero Comes, qui dedit Hubam ea lege, vt nulli concederetur in beneficium; quod ſi fieret, tunc deuolueretur ad Monaſt. Eberſpergen. Fortè omnes præd. Comites erant de familia Moſpurgen. Comitum. Ex libro fundationis huius Monaſterij, *Auent. lib. 4. annalium fol. 376.*

### ABBATES ALIQVOT, AC GESTA NOTABILIORA *apud Monaſterium VVeichenſtephenſe.*

GERARDVS ex Monaſterio Seun aſſumptus ab Epiſcopo Friſingenſi, fit primus Abbas.

ERCHANGERVS VIII. Abbas. Sub hoc Cœnobium incendio periit, p negligentiam cuiuſdam Monachi; rurſum reſtauratum & conſecratum anno 1095. à Meginhardo Epiſcopo Friſingenſi, qui Erchangerum tandem depoſuit, poſt mortem Erchangeri, religio ac cultus diuinus valde in hoc Monaſt. defecit, pauci erant Monachi, Aduocati Monaſterij non faciebant ſuum officium; Donec Otto Epiſcopus ſub Abbate Sigmaro Monaſt. reformauit ac reſtaurauit.

ALTO XVI. Abbas. Sub hoc ſecundò concrematum eſt Cœnobium, in Maio, an. 1197. Ob id Alto reſignauit, cum XV. annis præfuiſſet,

Anno

Anno 1200. & ſic in ipſo Iubileo, ſub Eberhardo Abbate XVII. dedicatum eſt Monaſterium hoc, à Venerabili Conrado Moguntino & Sabinen. Epiſcopo, cooperante ſibi Ottone ſecundo Friſingenſe Epiſcopo, in honorem S. Michaëlis Archangeli, & Stephani Protomartyris.

Anno 1241. ſub VDALRICO tertio, Abbate, XXI. Prid. Non. Octobr. tanta Solis Eclypſis facta, vt claræ ſtellæ in Cœlo apparerent, etiam medio die. Sequenti anno Clauſtrum Dominarum, quod à prima fundatione huius Monaſterij vnà cum Hoſpitali pro pauperibus coniunctum erat, combuſtum eſt, in feſto S. Leodegarij; & ſic tertiò exuſtum eſt.

Anno 1336. in Autumno Monaſterium, cum omnib. intus & extra muros habitis rebus, tàm in prædiis quàm in ſtructuris miſerè vaſtatum & ſpoliatum eſt, per exercitum 4000. Galeatorum Ludouici Imper: per totam æſtatem Friſingæ, & circumquaque commorãtem, & ex altera parte per Hainricum Ducẽ Landshuetanum, cum ſuo & Regis Bohemiæ exercitu, 3000. Galeatorum, contra Ludo: Imp: pugnantium. Sed Imperator victor, totam Prouinciam Hainrici Ducis potenter tranſiuit, & hoc ſub Marquardo Abbate,

Anno 1348. in feſto Conuerſionis Sancti Pauli, ſole adhuc lucente & claro, circa Veſperas, tantus terræ motus circa Friſingam factus eſt, quantus à Paſſione Domini neq; viſus neque auditus eſt, de quo Bruſchius de Monaſt. plura.

LEONHARDVS, XXXVI. Abbas, genere Nobilis, familiam non inuenio, moribus & vita venerabilis. Electus anno 1380. ſub Leopoldo Epiſcopo Friſingenſi, & Friderico Duce Bauariæ. Hic Monaſterium priſtino nitori ac ſtatui reſtituit, ac ita laudabiliter præfuit, vt ſecundus huius loci fundator dici meruerit: ſedit annis 36. Obiit 1415. Sepultus in Sacello ſancti Corbiniani à ſe condito.

EBERHARDVS, XXXVIII. Abbas, eligitur anno 1417. quo etiam confirmatur, vir corpore ac mente egregius: Hic primus infulatur ab Alberto Epiſcopo Friſingenſi, incepit reformationem, vitæ regularis per omnia ſtudioſus, ædificia multa præclarè illuſtrauit & auxit. Ab eo teſtudines ante portam & in abſide Eccleſiæ ad ſanctum Andream, cum ipſa turri Eccleſiæ conſtructæ ſunt, auxilio & ope ſtrenuiſſimi Militis VVilhelmi de Fraunberg, ibi cum ſuis maioribus ſepulti. Interfuit hic Abbas Conſilio Baſilienſi, vbi ſub Infula coram vniuerſo Conſilio ſacra fecit. Sub eodem emptæ ſunt Vineæ in Kelhaim &c. Præfuit Annis, 32. Obiit, 1448. ſepultus ante Aram ſanctæ Crucis.

IOANNES XXXIX. Abbas concorditer electus & confirmatus anno. 1448. Vir diſcretus, amabilis, largus & pius. Anno 1472. poſt veſperas Turris Eccleſiæ fulmine tacta, intus tota combuſta eſt in die ſancti Iohannis & Pauli, perierunt campanæ ſex. Anno ſequenti in aurora prædicti S. Ioãnis & Pauli fulmine tactum eſt horreum maius Cœnobij, vna cum cohærentib. ædificiis, quæ vſque ad tabernam, igne perierunt. Sub hoc Abbate emptę ſunt vineæ in Auſtria. Præfuit XXXIII. annis laudabiliter ob. 1481. Sepultus ibidem circa Aram SS. Achacij & Mauritij à ſe conſtructam.

LEONHARDVS Nagl XL. Abbas, vir ſagaciſſimus, & omni laude digniſſimus, qui Abbatiam quaſi è fundamentis erexit, verum valetudinis afflictæ, ſolum triennio præfuit. Obiit anno 1484. Sepultus ante aram ſanctæ Crucis.

CHRISTOPHORVS Carinthius, Iuuenis religioſus, doctus & facundus, eligitur anno 1484. Abbas XLI, abſens, cum tempore Vindemiæ in Auſtria

ſtria Cœnobij negotijs intentus eſſet, tameſi reluctans; confirmatus & conſecratus eſt, reſignauit poſt paucos annos, amore ſtudiorum ſe Bononiã conferens, retenta annua penſione XXXII. florenorum, vbi ſacram Theologiam profeſſus, Doctor etiam Iuris Pontificij effectus, in Carinthia in Cellæ Marianæ magnifico Collegio concionator famoſiſſimus extitit, vbi quoque obiit, & ſepultus eſt, anno 1507. Paucis ante obitum annis Friſingæ fuit, & magnam pecunię ſummam Monaſterio dono dedit, ad conſtruendam Bibliothecam cum elegãti Sacello B. Mariæ virginis, cuius bona poſt obitum ipſius huic Monaſterio tradita ſunt.

WOLFGANGVS de Weichs Nobilis, reſignãti Chriſtophoro, à Sixto Friſingenſi Epo ſubſtituitur, Abbas XLII. Vir ſenex, grãdæuus, religioſorum amator, & ſummus fautor huius Monaſterij, qui iuuenis vixerat in habitu monaſtico, apud Melicenſe Cœnobium in Auſtria, vnde per amicos quaſi vi extractus, à ſuo propoſito reuocatus, habitum ante profeſſionem depoſuit, & in Friſinga Canonicus factus, ibi per XL. annos, in ſeculari profeſſione ſacris ſeruiuit. Tandem reſignans præbendam fratris filio Degenhardo, ad Monaſterium hoc ſe contulit, omnia faciens, quæ ſui ordinis hominem decent, Abbas deſignatur, multa bona fecit Cœnobio, ambitum teſtudinauit, & plura alia ædificia renouauit, ſacrarium multis ornamentis decorauit & ditauit. obiit anno 1495.

ANTONIVS XLIII. Abbas, vir manſuetus, humilis, pius & largus in pauperes, quorum, præſertim chariſtiæ tempore, nullum à ſe dimiſit abire vacuum. In bello Bauarico paſſus eſt cum ſubditis, magnam exactionem, rapinas & damna, obiit anno 1507.

BENEDICTVS XLIV. Abbas, electus anno. 1507. vir prudens, diligens & bonus Oeconomus, qui multum æris alieni perſoluit, paſſus magna grauamina & damna. Præfuit annis XI. laudabiliter. Obiit 1520.

THOMAS XLV. Abbas, vir doctus, facundus, moribus & vita inſignis, electus & confirmatus à Philippo Com: Palatino Epiſcopo Friſingenſi, anno, 1520. perpeſſus grauiſſimas exactiones, duriſſimumque iugum propter veredarios, venatores, ac falconum curatores, ferè nunquam non Monaſteria onerantes, ob. an. cum præfuiſſet Monaſterio laudabiliter.

In Weichenſtephen ſepulti ſunt nobiles aliqui, de Hagenavv, de Fraunhouen. Item de Fraunberg, & tres Milites de Aitterpach.

## *ADDITIONES.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Si venerabilibus Eccleſiarum Dei locis quoddam largimur beneficij, neceſſitateſque Eccleſiaſticas noſtro releuamus iuuamine, id profecto & animæ, & regni noſtri ſaluti prouenire nõ dubitamus. Proindè omnib. Chriſti noſtriq; fidelib. notum eſſe volumus, qualiter nos ob recordationem & eleemoſynam diui ſenioris noſtri *Ottonis* Imperatoris Auguſti, ob ſpem quoque diuinæ remunerationis tàm nobis quàm etiam dilectæ noſtræ contectali *Chunigunda* impetrandam, atq; ob fideliſſimum venerandi *Friſing.* præſulis *Egilberti* obſequiũ amoremq; dedimus quandam partem cuiuſdam inſulæ *Sahſonagaua* dictæ ad Monaſt. S. *Stephani* prothomartyris in Epiſcopatu eiuſdem egregij Antiſtitis, ab eodem Præſule conſtructum, fratribuſque inibi Chriſto militantib. in prouincia ſcilicet *Orientali*, iuxta *Danubium* & in Marchia *Adalberti* Comitis ſitam & in his terminis incluſam. A loco enim *Zuncineſprucka* inſuper ripam *Danubij*, vſq; in locum *Orta* dictum & inde vſque in ſyl-

uam, quam *Hart* vulgariter nuncupant, & à ſupradicto ponte per directum vſque in eandem ſyluam *Hart*, ipſam videlicet inſulam *Sahſonagaue*, quantum ſupraſcripro continetur termino, & quicquid reliquæ terræ cultæ & incultæ intra prædictum inuenitur terminum, cum areis, ædificiis, aquis, piſcationibus, venationibus, Sidelvveidis, paſcuis, & lignorum inciſionib. omnibus illic habitantibus, & quicquid vtilitatis inibi poterit inueniri, ea ratione hanc noſtram conceſſionem ſancto *Stephano*, & iam dictis fratribus firmantes, vt nullus Epiſcopus, ſeu alia quęlibet perſona poteſtatem habeat res eaſdem inde alienare vel auferre. Et vt hæc noſtrę conceſſionis munificentia omni æuo, ſtabili tenore firma & inconuulſa permaneat, hoc præſens præceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

ERnſt Comes de *Ortinpurg* delegauit in ſui militis *Goteboldi* ſcilicet nobilis viri ſuum prædium apud *Truhtheringin*, duas partes eiusdē prædij delegandam S. *Mariæ* tertiam partem S. *Stephano*. Quam traditionem fecit ita ipſe *Gotebolt*, vt ſibi delegata eſt, pro anima eiuſdem Comitis *Ernſt*, & omnium ſuorum parētum. Tradidit itaque S. *Stephano* partem eiuſdem prædij in *Truhtherigin* pro remedio animæ eiuſdem Comitis *Ernſt*, & ſuæ vxoris, & omnium parentum ſuorum, cunctorum fidelium, eo pacto, vt quotannis in ſuo anniuerſario aliquot pauperes hic eleemoſynentur, & vt fratres ſupra ſuum ſtatum vtcunque conſolentur. Si autem aliquis Abbas ad ipſum prædium præſtiterit alicui proximus hæres eiuſdem *Ernſt* ſoluat altari vnum bizantium, & habeat prædium. Cuius delegationis teſtes ſunt, nobiles *Arnolt* de *Skyrin*, & eius filius *Cunrat* & ipſe delegator *Gotebolt*, & eius frater *Herrant* de *Leran*, *Goteſchalck* de *Marchpah*, *Eppo* de *Neinpach Gumpolt* de *Eigilſtorff*, *Adalram* de *Pacha*. De familia *Adalperth*, *Peſili*, *Spitilo*, *Gervvich*, *Gerolt*, *Diepolt*, *Meginhart*, *Liutprecht*.

DOminus *Otto* de *Skyran* delegauit illud prædium, quod emit apud *Ypenhouen*, S. *Stephano* & illi ſeruientibus, eo pacto, vt nulli in beneficium tribuatur. Ipſe autem *Otto* habebit vſum eiuſdem prædij ad vitam ſuam. Cuius teſtes ſunt Nobiles Germanus ipſius *Ottonis*. *Pernhart*, Dominus *Cunrat*. & eius frater *Otto* de *Dachavve*, *Diemar* de *Husam*, *Eberhart* de *Neninpach*, *Guittpolt* de *Hagenouvva*, *VVerinheri* de *Frichindorff*, *Eberhart* de Hattinburch, *Nithart*, *Goteſcalh* de *Marbach*, *Dietrich* de *Vtinhouen* *Daſſolt*. *Heinprehitshouen*. De familia *Fritilo*, *Adalphert*, *VVillipolt*, *Luitphret*, *Meginhart*, *VVolſkes*, *Altrich*. Quam traditionem iterauit *Hobolt* de *VVolmotesaha* ex eiuſdem *Ottonis* petitione per *Ottonis* obitum & ſtabiliuit iſtis teſtib. *Pernhart* de *Erphanberc*, *Vdalric* de *Tannarn*, *Amalpreht* de *Zillinchen*, *Iagini* de *Giſilinga*, *VVernhart*, & eius filius *Dietrich*, *Cunrat*, *Rupert*, *Baldvvin*, *Gervig* de *Rubindorff*, *Eppo* de *Sindinhoſan*.

IN nomine S. & indiuiduæ Trinitatis, Notum ſit vniuerſis Eccleſiæ filiis, qualiter inter venerabilem *Friſingen*. Eccleſiæ præſulem *Egilbertum*, & inter Abbatē S. *Stephani* protomartyris *Arnoldum* quoddam cum concordi cleri & plebis deliberatione & voto factum eſt concambiū. Tradidit namq; idem Antiſtes cum manu aduocati ſui *Vdalſchalchi* in manum Abbatis præfati de poſſeſſionib. ſuæ Eccleſiæ, quicquid eo die iā dict⁹ Abbas in poteſtate & inueſtitura ſua habuit in pdiis, in mācipiis, in decimis, molēdinis ſcilicet *Hegilinhuſen* cum oībus appēdiciis ad eundē locum pertinētibus, *Perkah* ſub eodem iure *Mammandorff* cū Eccleſia decimata. *Oaſti* *Vparmuſſi* cum duab. Eccleſiis decimatis, *Giſilinga*, *Stroga*, *VVippanhuſen*, quod beneficium fuit *Aribonis*, *Buirra* cum Eccleſia decimata,

*Zamindorff* quod *Egino* presbyter in mutuum dedit Epiſcopo prædicto, territorium in urbe *Radaſpona*, vnam hubam cum equino territorio ad *Pullingen* territorium equinum ad *Hutichar Flahach*. Hæc omnia *Egilbertus* Epiſcopus, vt dixi, tradidit ad altare ſancti *Stephani*, & ipſius altaris ſeruitoribus, ſiue ſint Monachicæ conuerſationis ſeu canonicę pro perenni ſui & Imperatoris *Heinrici* felicitate, iure proprietatis poſſidendum. E contra Abbas *Arnoldus* cum manu Aduocati eiuſdem *Vdaſcalchi* in manum prædicti Antiſtitis *Egilberti* in recompenſationem traditionis prædictæ cum manu poteſtatiua vnius proprietatis Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Corbiniani* pari vtriuſque partis conſilio & deliberatione retradidit partem cuiuſdam Inſulæ *Sahſonagaue* dictæ in prouincia *Orientali* & in Marchia *Adalberti* Comitis ſitæ quam ob ſpem retributionis diuinæ, & ob interuentum eiuſdem Epiſcopi bonæ memoriæ *Heinricus* Imperator ſancto *Stephano*, eiusquæ ſeruitoribus ſub teſtamenro tradidit, his terminis incluſam, à loco *Zucinesprucca* inſuper ripam *Danubij*, vſque in locum *Orta* dictum, & inde in ſyluam quam *Hart* vulgariter nuncupant, & à ſupradicto ponte per directum vſque in eandem ſyluam *Hart*, ipſam videlicet inſulam *Sahſonagaue*, quantum ſupra ſcripto continetur termino, prout altari ſancti *Stephani* ſub teſtamento traditum erat, vt dixi, Epiſcopo mutua viciſſitudine retradidit. Et vt hæc commutatio ſtabilis permaneat, litterarum ſeriè veraciunque teſtium iſtic infra notatorum firmatum eſt teſtimonio, *Altman* Comes, *Hartvvic*, *Sarhilo*, *Meginhart*, *Herrant*, de familia *Heilrich*, *Mahtuni*. *Luttheri*, item *Luteri*, *Sinzo*, *Gerhart*, *Deginhalm*, *Gervvic*, *Perahtold*, *Herrich*. *Dihfrit*, *Gozolt*. *Dietpreht*, *Ebararo*, *Frouimunt*. pro cenſu quinque numorum *Sigifridus* de *Vtingen*. *Otto* Palatinus Comes, & frater eius *Fridericus*, *Chunradus* Iudex de *VVartinberc*, *Adilhardus* de *Priſingen*, *Gotefridus Pincerna*, *Pertholdus* de *Eſchelbach*. Alia vice *Luitoldus* & filius eius *Luitoldus*, de *Hagenavv*, *Dietpoldus* de *VVipenhuſen*, *Arnoldus* de *Hagenavv*, *Gebolfus* de *Eſchelbach*, *Otto* de *Serabeutter*, familia *Chunrad*, *Heribort*, *Gelfradus*.

NOuerint omnes Chriſtiani præſentes & futuri, quod in temporibus Epiſcopi *Meginvvardi* & Abbatis *Crohangeri*, *Pernhardo*, *Schyrenſe* Monaſterii S. *Stephani* aduocato *Iudita* ex Epiſcopio data eſt in concambium cum omnibus liberis ſuis tunc temporis natis, & poſtmodú eo naſcendis ad altare ſancti *Stephani* & è contra data eſt quædam *Liuzza* cum ſua poſteritate ex Abbatia in Epiſcopium, eodem Epiſcopo *Meginnvvardo* id præcipiente, & *Pernhardo* Aduocato hoc Concambium legitima commutatione faciente, & ſubſcriptis teſtibus ſtabiliente, quorum teſtium ſunt nobiles, *Diemar* de *Huſan*, *Goteſchalch* de *Marpach*, *Gotepold* & eius frater *Herrant* de *Leran*, *Adalram* de *Pachan*, *Pernhart* de *Erphenprunnin*, *Vdalrich* de *Tannaran*, *Guntipolt* de *Haganovva*. De familia iſti *Tritilo* de *Suanehiltedorff*, *Pezili* de *Iſſandorff*, *Adalbreth* de *Petinprunnin*. *Sigihart* de *Heidolſingen*, *Gervvich* de *Miltaha*, *Arnolt* de *Pupfisdorff*, *VVolfhold* de *Lohchürchen*, *Meginhart* de *Dietrihſsdorff* *Gerhart* & eius filius *Dietpolt* de *VVippinhuſan* & *Vertingenſes*, *Adalpreht*, *Sigihart*, *VVolfheri*, *Heriger*, *Adalger*, *VVillibolt*.

NOuerint omnes Chriſtiani qualiter Concambium factum ſit inter *Ottonem Friſingenſium* Præſulem, & Abbatem ſancti *Stephani Sigmarum* coram Aduocato eiuſdem loci *Ottone* Palatino Com, ad quem idem negociú taliter per-

tinebat, curtem quippe ad *Goldenhuſen*, idem Comes à maiori Eccleſia beneficiario iure poſſederat, quam eius petitione receptam prædictus Antiſtes Eccleſiæ ſancti *Stephani* cum pratis & ſylua tradidit, retraditamque ſibi à præfato Abbate vnam curtem in *Leren*, & armentarium vnum palatino Comiti in beneficium reſtituit, huius commutationis teſtes facti ſunt hi, de Nobilibus, *Gebehardus* de *Hittenburch*, *Altman* de *Siginburc*, *Megingoz* de *Prengungeſtorff*. De familia *Iſanricus* de *Lohkürchen*, & filij eius *Hainrich*, *Iſanrich*, *Altman* de *Haſalbach*, *Conradus* de *Haidolſingen*, & frater eius *Fritelo*, *Sigifrit* de *VVilbach*, *Sigefrit* de *VVolfoldeſtosf*, *Gervvic* de *Rubendorff*, *Rutlant* de *Bubinhuſen*. De miniſterialibus, Palatini Comitis, *Werinhart* de *Mettenbach*, *Adalhart* de *Friſingen*, *Gervvic* de *Camera* & fratres eius, *Adalolt* & *Vdalrich*, *Hainrich* de *VVolfoldeſtorff*, & filius eius *Hainricus*.

TAndem in quodam placito coram Domino *Ottone* Epiſcopo & *Ottone* Palatino Comite, qui & aduocatus Eccleſiæ ſancti *Stephani*, delegatum eſt idum prædium, à *Conrado Haidolſingen* ad prædictam Eccleſiam, Aduocato ſuſcipiente illud & Epiſcopo anathematizante, omnes qui aliquam violentiam de eo facere præſumpſerint, quæ quoque credantur per teſtes hos roboramus. *Adalbero* de *Starehol* *Eberhart* de *Walda*, *Rutpert* de *Iunneshuſen*, *Iſanrich* de *Lohch*: & filij eius *Heinrich*, *Isanrich*. *Konrat* de *Heidolſingen*, & frater eius *Fritelo*, *Engeldie* de *Pacham* pater *Aribonis*, *Gervvic* de *Rubendorff*, *Diepolt* de *VVippenhuſen*, *Engilmar de Herbigekürchen*, *Sigfrit* de *Wolfoldesdorff*, *Sigiboto*, *Calzo* de *Marzilinga*, *Sigiboto* de *Perge*. Hainrich de *Humpeln*, *Gervvic* de *Kamera* & frater eius *Vdalrich*, *Bernhart* de *Mettenbach*, *VVernhere* de Wilach, *Witelo* de *VVartenperc*, *Chunrat* & frater eius *Gervvic* de *Horskenhouen*, *VValther* de *Aſken*, *Gebehart* de Humpretesh. *Hiltiprant* & frater eius Hainrich de *Adelhereshuſen*. H.

QVidam *Hainricus*, de *Oſterhuſen* tradidit per manum *Vdalrici* nobilis viri de *Giebingen*, ad altare ſancti *Michaelis* & ſancti *Stephani*, quicquid in eodem loco habebat, poteſtatiuis manibus abſque omni contradictione, pro ſua Salute, parentumque ſuorum, & pro omnibus debitoribus ſuis, hac ſcilicet conditione, vt ipſi ad vitam ſuam remaneant, niſi prius vltimo dimittat, hanc delegationem ſuſcepit *Otto Friſingenſis* Epiſcopus cum Abbate *Sigmare*, adhibitis his teſtibus, præfatus *Hainricus* de *Oſterhuſen*, *Vdalricus* de *Giebingen*, qui & delegatorum *Iſanricus* de *Lohch*. *Altman* de *Haſelbach*, & filius eius *Sigehardus*, *Grun*, de *VVieren*. *Sefrit* de *VVihſen*, Herbort de *Erlhuſen*, *VVernhart* filius *Gervvici* de *Kamera*, Hainricus de *Perchach*, mortuo autem prædicto *Hainrico*, filij eius de prædio contentionem mouentib. Dñs *Rapoto* Abbas S. *Stephani*, dedit eiſdem ſuis filiis tredecim talenta, vt abdicarent, & abdicauerunt. Teſtes *Conradus* Dux & filius eius de *Dachavve*, *Volmar* & frater eius de *VVitilien*. *Pilgerim* de *Ezinhuſen*, *Ortolf* & frater eius de *Sigemarshuſen*, *Heinricus* & frater eius de *Otteshuſen*, *Amelpreht* de *Aterhuſen*, *Sigefridus Cocus*.

EPpo de *Mummendorf*, tradidit prædium, quod habuit in loco qui dicitur *Tollinperch*, ad altare S. *Stephani*, pro remedio animæ ſuæ, omniumque fidelium defunctorum abſque omni contradictione, quicquid in eodem loco poſſederat, his teſtib. per aurem tractis, *VVolfhere* de *VVolfoldesdorff*, *Ludvvic* de *Haidoluingen*, *Hainrich* de *Hersheim*, *Hainrich* de *Humpeln*, *Adalhart* de *Rotinpach*, & *Engildic*, *Starfrit* de *Armoltingen* *Eribo*, de *Pauhan*, *VVernhere* de *Irimundeſpach*, *Diepoldus* de *Pillungeſtorff*, Hainrich de *Hadariuhesdorf*, de familia *Elpinus* de *Perchach*, *Gabehart* de *Humpreteshuſen*, *VVilrichus* de *Zollingen*, conuerſi noſtri, *Hüger* *Rudiger*, *Reginpreth*.

In tem-

IN tempore Aduocati *Ottonis*, audite omnes Chriſtiani, quod quidam homo ſtultus, neſcio quis vocatus, parauit contentionem magnam propter *Richershuſen*. Et illa contentio ſoluebatur per manum aduocati, & per manum Abbatis *Meginhardi* ſexaginta denariis. Teſtes *Conradus* de *Dachoa* & eius filius, *Otto* de *Moſin*, *Iſanrich* de *Lohkürchen*, *Woluolt* de *Woluoldeſtorff*.

QVidam miniſterialis ſanctæ *Mariæ Fritilo* nomine de *Suambildorff*, emit prædium vnum, in loco qui dicitur *Wachraine* à Canonicis ſancti *Andreæ* decem talentis, & ſuſcepit idē prædium ab eis per manum Aduocati eorum *Conradi* Comitis de *Dachovve* ſibi hæreditario iure habendum vel dandum quomodocunq; vellet. Cuius rei teſtes ſunt *Conrad.* de *Haidoluingen*, *Lupolt* de *Friſingen*, *Gervvart* de *Paccharn*, *Perthold*, *Pehaim* de *Friſinga*, *Hiltprand* de *Adilherishuſen*, *Hainricus* & *Perhtoldus* miniſteriales de *Rota*, *Hainrich*, *Pelliz* de *Friſingen*.

NOtum ſit omnibus qualiter *Rudolphus* de *Pubinh.* fecerit iniuriam Eccleſiæ ſancti *Stephani*, iniuſtè vendicans ſibi prædium in *Hortilshuſen*, quo vſque ad ſua tempora Eccleſia præfata ſemper liberè poſſederat, ſed hanc Werram ſoluit Abbas *Sigmarus* hoc modo. Dedit namque eidem *R.* prædium vnum in *Suabinga*. Et è contra *Rudolphus* dedit Abbati quatuor talenta, & abdicauit ſe iniuſta vendicatione, vnà cum conſanguineo ſuo *Vdalrico* de *Hortilheim*, & delegatum eſt idem prædium ad altare ſancti *Stephani* per manus *Gervvici* de *Rubendorff*. & *Rutlandi* de *Pubinheim* coram *Ottone* Epiſcopo ſuſcipiente illud Aduocato eiuſdem Eccleſiæ *Ottone* ſcilicet Palatino Comite. Cuius teſtes ſunt *Adalbero* de *Prucca*, *Sigifrit* de *VVilbach*, *Folchart* de *Pigarten*, *Rudolf* de *Vrſinhuſen*, *Sigboto* de *Marcill*: *Eberhart* de *VVerda*, *Ainvvich* de *Elbbach*, *Dietrich* de *Straztorff*, *Pero* de *Tagoluinga*, *Gervvic* de *Rubendorff* qui & delegator, *VVolfhere* de *Perchuſen*, *Gotfridt* Cellarius Epiſcopi de *Friſinga*.

NOtum ſit omnibus qualiter prædium ad *Hortilshuſen*, Eccleſia ſancti *Stephani* ſemper tenuerit proprium, & vſque ad hæc tempora ab eius poſſeſſione nunquam fuerit alienatum, ſed quia iam Domini *Rudolphi* iniuſta vendicatione turbatur, qui ſibi prædium idem à parentibus ſuis ceſſiſſe teſtatur, quid iuris in eo parentes eius habuerint, hoc modo veraciter declaratur: *Aribo* quidam de *Hortilshuſen*, cum patre ſuo *Irminfrido*, & cum eodem prædio ad Eccleſiam ſancti *Stephani* pertinuit. Is *Aribo* duxit vxorem viduam quandum de *Pubinh* matrem *Rutlandi*, ex qua ſuſcepit filium nomine *VVolfkos*. Poſt cuius ortum, numerata inter eos conſanguiuitate diuiſi ſunt ab inuicem, & mulier reuerſa eſt *Pubinh.* ad filium ſuum *Ruthandum*. Et hac affinitate auiæ ſuæ Dominus *Rudolphus* ſe prædio noſtro adiungit. Defuncto verò *Aribone* filius eius *VVolfkos*, qui vtique ſancti *Stephani* non erat, idem prædium ſibi quaſi ex iure patris vſurpauit, ſed reſiſtente ſibi *Erchangero* Abbate adeo controuerſia proceſſit, vt ab amicis Abbatis illi pes abſcinderetur, quod propter ſe factum Abbas indoluit, & prædicto viro compaciens ei prædium idem cum decima vna in *Diemen* ad ſuum viuere conceſſit. Poſt mortem verò eius, cum filius eius *Aribo* ſimiliter ad Eccleſiam ſancti *Stephani* non pertineret, prædium idem nulla prorſus ratione potuit detinere, donec coram Epiſcopo Hainrico, & *Ottone* Palatino Comite communi deliberatum eſt conſilio, vt præfatus *Aribo* acci-

peret vxorem de familia ſancti *Stephani*, filiam ſcilicet *Reginberti* de *Nertingen* ex qua ſuſcepit filium, cum quo matre defuncta ſe ad Monaſterium ſancti *Stephani* contulit, in cuius Dominium ſic abſque vlla contradictione prædictus locus conceſſit, donec ad adueutum *Iſangrimi* Monachi & conſanguineorum illius cœpit nobis violenter aduerſari.

D*iepoltus* Marchio dedit nuptum filiam ſuam *Friderico* Comiti aduocato *Ratiſponenſium*, cum qua delegauit ei tale prædium, quale habuit in loco qui dicitur *Timenhuſen*, quod prædium dedit idem Comes *Fridericus Eberhardo* de *Sunzingen*, delegans illud in manus *Hartvvici* Comitis de *Cregilinga*, ſeruandum per eidem *Eberhardo*, aut dandum quomodo ipſe vellet. Notum ergo ſit omnibus, quomodo fratres Eccleſiæ ſancti *Stephani Friſingæ* emerint hoc prædium, ab eodem *Eberhardo*, ſuſcipientes delegationem eius hoc modo, *Gerhardus* Comes filius præfati *Hartvvici* patris hæreditarius ſucceſſor, in ciuitate ſua. *Tolnſtaine* delegauit idem prædium in manus *VVernheri* de *Giebeſtorff*, delegandum per eum Eccleſiæ ſancti *Stephani* aſſidente ibi matre Comitis & teſtificante, quia patri eius eſſet legitimè delegatum, præfato quoque *Eberhardo* iurante, quia ei hæreditariè ſucceſſit delegatio. Teſtes *Eberhardus* de *Sunzen*, *Chuno* de *Liupoldishouen*, *VVernheri* de *Niebistorff*, *VVirint* de *Obernhaibſtetn* & fratres eius *Adalbero* & *Reginmar*, Hartnit & *Hoholt*, & iterum *Hoholt* miniſteriales. *Gerhardi* Comitis. Poſtea *VVernherus* fidei ſuæ memor fecit delegationem eiuſdem prædij ad ſanctum *Stephanum* coram *Ottone* Palatino Comite Aduocato ſancti *Stephani*, qui & ſuſcepit eandem delegationem. Cuius rei teſtes ſunt *Vdalricus* de *VViefrideshouen*, *Marquardus* de *Kiſſingen*, *VVolfram* de *Aslahishuſen*, *Adilbertus* de *Tolnze*, *Hainrich* de *Empfenbach*, *VVolfinigel* de *Sandoltishuſen*, *Vdalrich* de *Giebingen*, *Rutpreht* de *Pfolspuint*, *Hartnit* de *Sandoltishuſen*, *Vdalrich* de *Kamera*, & nepos eius *Gervvich*, *Bernhart* de *Mettenbach*, *Hainrich Kopff* de *Euchenchouen*, *Herimannus Fux*, *VVitilo* de *VVartenberc*, *Rudiger* de Lintaha, *Hainrich* de *VVolfoldesdorff*, *Rudolff* de *Aichahe*, *Friſingenſes*. Miniſteriales, *Conradus* de *Haidoluingen* & frater eius *Fritilo* de *Suanchiltorf*, *Sigfrid* de *VVilbach*, *Ortolf*, & frater eius *Fritil* de *Haidoluingen*, *Pernger* de *Lenginfelt*, *Aſevvin* de *Lengindorff*.

N*Otum* ſit Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, qualiter *Richolfus* de *Flizingen* & filia eius cum filio ſuo tradiderunt ad altare ſancti *Stephani* tale prædium, quale habuerunt in eadem villa. Huius rei teſtes ſunt *Diepoldus* & filius eius *Diepoldus* de *VVipenhuſen*, *Karolus* de *Vrſchenhouen*, *VVolſchere* de *Wolfoltsdorff*, *VValchan* & *Purchart* de *Pungarten*, *Arnolt*, *Reginmar*, *Vdalricus* de *Friſingen*, *Luipolt* de *Ouſte*, ex noſtris *Pertoldus*, *Chunrat*, *Ortvvin*, *Vdalſcalcus*, *Marcvart*.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus tàm præſentibus quam futuris, qualiter *Karolus* & vxor eius *Mathilt* de *Friſingen*, tradiderunt ſuper altare ſancti *Stephani* tale prædium, quale habuerunt apud *VValtenhouen*. Huius rei teſtes ſunt, *Ortolf* & *Sigihart* de *Heidolſingen*, *VVolfart*, *Richere*, *Engilmar*, *Heinrich*, *Perhtold* de *Horskenhouen*, *Elpvvin* de, *Perchach*, *Dietmar* de *VValtenhouen*, *Rudiger*, *VVolfkoz* de *Kolbach*,

COmpertum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qualiter *Otto* Palatinus Comes & filius eius *Heremannus* iniuſtè ſibi mancipauerunt quædam mancipia S. *Stephani*

*phani*

*phani* ſcil. *Pertholdum*, *Hainricum*, *Arnoldum*, *Conradum*, *Giſilam*, *Adilhait*, & filios materteræ eorum *Himizilen*. Quæ mancipia idem Palatinus *Otto* & *Herimannus* reſignauerunt acceptis tribus talentis. Huius negotij cauſa per aures tracti ſunt *Adilpero* de *Pochſperg*, *Purchart* de *Moſpurg*, *Gervvicus* & *Werinhart* filius, *Rudolf*, *Adilolt* de *Chamere*, *Gervvic*, *Richere*, *Hainrich* de *Horskenhouen*, *Heriman* de *Aribenhouen*, *Herman* de *Perge*, *Wernhart*, *Vlrich* de *Holzenhuſen*, *Wernhero*, *Sigifrit*, *Wimar* de *Folchertesdorf*, *Friderich* de *Vergenbach*, *Friderich* de *Cella*, *Altum* de *Wolfſpach*, *Carolo* de *Horskenhouen*.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam miniſterialis Comitis *Ottonis* de *Woluerateshuſen Hartmannus* nomine tradidit ſuper altare ſancti *Michaelis* & ſancti *Stephani* tale prædium, quod habuit apud *Wetilenhem*, & apud *Aragarten* & *Wachram*, pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum ſine omni contradictione, fratribus Domino & ſanctis eius inibi ſeruientibus, & aliud prædium in prædicto vico *Aragarten* tradidit per manum delegatoris ſui *Adilberti* nobilis viri de *Puch*, & hæc acta ſunt promiſſione & commiſſo *Heinrici* Comitis de *Woluerateshuſen*. Huius rei teſtes extiterunt *Gebehardus* de *Hohenburg*, *Richere*, *Adilbero* de *Reginriede*. miniſteriales *Heinrici* Comitis de *Wolverathuſen*, *Egilolf* de *Gagers*, *Hainricus* de *Scellencheim*, *Lazarius*, *Altman*, *Gerloch* de *Vringinmannen*, *Adilbertus* idem delegator de *Puch*, *Carolus Richere* de *Horſtenhouen*, De noſtris, *Reginbote* de *Affolterbach*, *Aluvvin* de *Perchach*, *Marquart* de *Chienberch*.

NOuerint omnes Eccleſiæ filij præſentes & poſteri, qualiter quidam Comes de *Chregelingen* duo beneficia, quę jure ab Eccleſia ſanctæ *Mariæ* collata poſſederat, coram *Ottone* venerabili eiuſdem Eccleſiæ Præſule remiſit, hoc pacto, vt in miniſterium fratrum S. *Stephani* illa traderet, & loco eorum prædicti fratres duo viciſſim alia prædia Comiti reſtituerent. Reſtituta verò à fratribus ſita ſunt vnum *Morſpach*, aliud *Holzihuſen*, à Comite autem data Curia vna *Gunzenhuſen*, & hubæ duæ *Madalhartshouen* ſitæ ſunt. Inter quos ne poſtmodum fieret vlla diſſenſio, ſub teſtimonio nobilium teſtium confirmatum eſt prædiorum vtrorumq; concambium, quorum hæc ſunt nomina, *Gerhardus* Comes de *Chregiliggen*, *Conradus* Comes de *Dachovve*, *Hainricus* Comes de *Wolfrateshuſen*, *Pilgrimus* de *Wolmuthſa*, *Gebehardus* de *Homburch*, *Amalbertus* de *Lochuſen*, *Waltmannus* de *Paſperch*, *Hainricus* de *Lochchirchen*, *Chunradus* de *Haidilingen*, *Fridericus* de *Hegiliggen*, *Arnoldus* de *Zilshuſen*, *VValtherus Hirſuogil* de *Haſcha*, *Rudolphus* de *Pubinhuſen*, *Egilmarus* de *Zielhuſen*, *Fridericus* de *Pubindorf*, *Gervvicus* de *Pubinhuſen*, *Hainricus* de *Scallencheim*, *Frider*. de *Rubindorf*, *Gervvicus* de *Pubinhuſen*.

OMnes noſſe cupimus ſanctę religionis populos, qualiter *Guzvvinus* quidã *Ratiſponenſis* ciuitatis habitator tradidit monaſterio ſancti *Stephani VVihenſteuen* quondam proprietatis ſuæ Domum in *Ratiſpona* cum territorio, cui eadem impoſita Domus erat, tradidit autem hoc modo, rogando ſcilicet fidejuſſorem ſuum *Balduvvinum* cognomine *Puterich* nepotẽ ſuum, vt eam Domũ cum territorio delegaret in manum filij ſui *Guzvvini* per eum antedicto monaſterio perpetuo jure cõſeruandam. Quod teſtamentum confirmatũ eſt p̃ſentia & auctoritate Domini *Friderici* Palatini Comitis Aduocati p̃fati monaſterij ante Eccleſiam *Niderun Munſtiure Ratiſponæ* ad Curiam illam, quando diſcordia illa, quæ fuit inter *Heinricum* Ducem *Baioariæ* & Epiſcopum eiuſdem ciuitatis *Hartivvicum* pacificata eſt. Teſtes erant plurimi nobiles & electi, quorum

pauca nomina iſtius teſtamenti ſcripturæ ſubſcripſimus, quæ ſunt huiuſmodi, *Chunradus* Comes de *Ronigen*, *Purchart* de *Moſeburch*, *Adilbero* de *Starcholdeshouen*, *Otto* de *Askaim*, *Rudolphus* & filius eius *Rudolf* de *Paſtperch*, *Purchart* de *Flizingen*, *Peringerus* de *Lenginueth*, *Adilhart* de *Priſingen*, *Sigifrit* & frater eius *Oſrich* de *Wartinperch*, *Sigifrit* de *Ridingen*, *Rudigerus* & *Heinricus* de *Lintahe*, *Henricus Sibenhar*, *Palduvvinus Puterich*, *Waltherus* de *Giſinbeth*. *Sigifridus* de *Vttingen* tradidit prædium vnum in *Rennenbach* huic monaſterio. Tradidit autem in manus delegatoris Domini *Cunradi* de *Wartinperch* delegandum quomodo delegatio fiat & cedat precibus Abbatis & fratrum, quæ pactio & delegatio facta eſt p̄ſente Aduocato noſtro *Ottone* Palatino Comite, & fratre eius Domino *Friderico*. Teſtes *Vdalricus* de *Lochuſen*, *Perhtoldus* de *Pratinprun*, *Ortolfus* de *Teggrinvvane*, *Adilbardus* de *Priſingen*. *Hainricus* de *Iorhe*, & frater eius *Hartlip*. *Rudigerus* de *Lintkh*, *Heinricus* de *Wolfolſdorf*, *Gotefridus Pincerna* de *Hulſdorf Stir*. *Fridericus*, ipſe *Sifridus* de *Vttingen*, *Rahtvvinus* de *Perchach*.

NOtum ſit omnibus, veritatem quæ Chriſtus eſt indagantibus, qualiter *Otto* Palatinus de *Witilineſpach*, & filius eius *Fridericus* tradiderunt ſuper altare ſancti *Stephani*. Curiam ſitam in viculo quodam *Sindoltingen*, pro remedio animarum ſuarum & omnium debitorum ſuorum poteſtatiua manu ſine omni contradictione & ipſi cum ſubſcriptis, teſtes effecti ſunt, *Otto* de *Moſin*, *Piligrius* de *Wolmutsahe*, *Odalrich* de *Chelhaim*, *Pernhere* de *Volchrateſdorf*, *Rucher* de *Phrunpach*, *Richer* de *Horſchenhouen*, *Hartvvic judex*, & *Waltrich* de *Friſinga*.

NOuerint omnes fidelium populi, quod *Durinchart* de *Pirpoum* & vxor eius *Iuditha* cum filiis ſuis coram Rege & aduocato noſtro *Ottone* Palatino Comite abdicationem fecerunt de prædio noſtro *Tazinvvanch*, de quo contendebant hoc pacto, vt ſuſciperentur in monaſterio noſtro duæ filiæ eorum, addideruntque nobis hubam vnam *Winden* cum ſedecim mancipiis. Cuius rei teſtes ſunt, *Odalrich* de *Steine*, *Altman* de *Siginperch*, *Wernher* de *Labere*, *Reginolt* de *Otelingen*, *Wernher* de *Giebeſdorf*, *Adilpert* de *Preinnungeszouen*, *Perchtold* de *Tumprunnen*, *Adilperth* de *Steine*. *Gotefrid* de *Erlhingeshouen*, *Engilhart* de *Luterpach*, *Reginger* de *Eringeſpach*, *Herman* de *Hiſſelden*, *Herman Cropf* de *Wibinpach*, & frater eius *Conradus*, *Adilpert* de *Sanne*, *Nudunch* de *Nuiuenperch* & *Vdalrich* frater eius, *Heinricus* de *Stophe*, *Conradus* de *Werde*, *Rutlant* de *Adtenuelt*, *Hartman* de *Pacinhouen*, & *Iurinchart* frater eius, & filius eius *Hartman*, *Pertold* de *Raske*, *Odalrich Pruchel* de *Neuenperch*, *Serutolf* de *Bilbesahe*, *Luipolt* de *Grintelach*, *Hainrich* de *Pappenheim*.

PEringerus quidam de *Lenginuelt* tradidit huic monaſterio proprietatis ſuę hominem, nomine *Heinricum* in manus ipſius Aduocati noſtri *Ottonis* Palatini Comitis ſub teſtimonio horum pro tribus ſolidis, *Heinricus* de *VVolfoltesdorf*, *Gervvicus* de *Horskenhouen*, *Rahevvinus de Perchach*, *Lutherus* de *Ride*, *Reginbertus*, *Kelſrat*.

SIgiſridus de *VVartenberch* prædiolum quoddam apud *Herlingeshouen*, quodà quodam *Richero* de *Horskenhouen*, & vxore ſua nomine *Hailika* pro quinque talentis ab eo ſibi commodatis in vadimonium acceperat cum manu *Conradi* Comitis de *Valaige*, cuius miniſterialis prædicti *Richeri* vxor extitit, ad quam etiam prædiolum illud pertinuit ad altare ſancti *Stephani* pro ſua ac omniũ ſuorum ſalute parentum coram Epiſcopo *Ottone* tradidit eo pacto, vt fratres inibi Domino

Domino ſeruientes proprietatis jure illud obtinerent, quo adusq; quinq; talentis ab eis solueretur, & ſi interim ipſe *Sifridus* ab hoc ſæculo migraret, quicquid de ſuis rebus, vel bubus prædio tunc temporis ineſſe contigerit, totum in vſum prædictorum fratrum cederet, & adhuc pecuniam de redemptione ſperarent. Huius rei teſtes ſunt *Purchart* de *Moſpurch*, *Otto* de *Moſen*, *Deginhart* de *Seſelt*, *Vdalrich* de *Lochuſen*, *Vdalrich* de *Giebingen*, *Geben* de *Funſingen*, *Dietrich* de *Dorfin*, *Vdalrich* de *Holzhuſen*, *Dietrich* de *Haitinkaim*, *Sigifrit* de *Giſilinga*, *Ainvvich* de *Hittenfurth*, *Oeſerich* de *Struzdorf*, *Vdalrich* de *Chelhaim*, *Etich* de *Witilinesbach*, *Rudolf* & frater eius *Gervvic* de *Pugenhuſin*, *Hartvvic* de *Euchenchouin*, *Adilloth* de *Dorninbach*, & *Arnolt* de *Vttenburch*, *Gervvic* de *Horkenhouin*, *Hainrich* de *Perchach*.

HOc quod hic ſcribimus, notum fieri omnibus volumus, quædam videlicet mancipia ad altare S. *Mariæ Friſingæ* pertinentia apud *Linterin* conſediſſe, his *Otto* Senior Palatinus Comes fuerat ab Epiſcopo inbeneficiatus, quibus & ipſe *Bernhardus* de *Stufe* inbeneficiauit, & iterum ille *Wernherum* de *Wacheringen* ipſis inbeneficiauit. Ex his quædam in monaſterio *Admundenſi* ſunt conuerſa, & ſola germana eorum *Willibirch* in ſæculo remanſit. Hanc cum filiis ſuis interuentu *Admontenſis* Abbatis, & Abbatis *VVihenſteuenenſis* prædictus *VVernherus Bernhardo* retradidit, & iterum ille ſenior palatino cōmiſit, qui & ipſe Epiſcopo eam retradidit, qui eam cum filiis ſuis ad altare S. *Stephani* ad annualem cenſum exſoluendū dedit. Teſtes *Otto* Palatinus Comes, *Conradus* Dux de *Dachovve*, *VVernhardus* de *Stuphe*, *Deginhardus* de *Seuelt*, *Piligrinus* de *VVolmuteſahe*, *Dietricus* de *Dorſen*, *Dietricus* de *Sclavvingen*, *Henricus* de *Lochkürchen*, *VValtman* & frater eius, *Rudolfus* de *Paſtberch*, *Chunradus* de *Haidolfingen*, *Dietpoldus* de *VVippenhūſen*, *Engilmar* de *Maſſenhuſen*, *Gervvicus* de *Cammer*, *Gervvicus* de *Horſchenhouen*, *Sigifridus* de *VVartenberch*, *Rutlandus* & frater eius *Rudolfus* de *Pubenhuſen*, *Gervvicus* de *Pubenhuſen* cum aliis multis.

FIdelium Eccleſiæ innoteſcat memoriæ, qualiter inter ſe fratres de monaſterio S. *Stephani Friſingæ* ac fratres de S. *Lamperto Sevven* cōmuni aſſenſu eademque voluntate, vt duo ad inuicem prædia cōmutarent ad *Ilgiſingen* videlicet de parte fratrum S. *Stephani*, de parte verò fratrum S. *Lamperti*, quicquid proprietatis haberet eorum monaſterium in loco qui dicitur *Rimen* cōuenerūt pactamque cōmutationem coram *Ottone* Palatino iuniore, vtriuſq; loci aduocato, p̄ſentibus ſuis Abbatibus *Gunthero* de S. *Stephano*, & Domino *Heimone* de S. *Lamperto* ſub teſtamento firmauerunt. Cuius rei teſtes ſunt *Dietricus* de *Dorſen*, *Aribo* de *Piburch*, *Dietrich* de *Slivvingen*. *Pilgrim* & frater eius *Perchtold* de *VVolmutſa*, *VVernhart* de *Horbach*, *Eberhart* de *Stainbach*, *Otto* de *Holzen*, *Ainvvich* de *Hittenfurt*, *Gerloch* de *Tuingen*, *Brune* de *Sevven*, *Sigifridus* de *VVartenpereh*, *Cunrad* de *Appartingen*, *Vdalrich Sibenhar*.

ITem notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, *Hainricum* Comitem de *VVolfratehuſen* in extremis ſuis delegaſſe prædium quod habuit apud *VVernolfingen* tres videlicet hubas cum decem mancipiis in manus *Vdilſchalchi* nobilis viri de *Vffeldorf* ad tradendū ea ad altare S. *Stephani* pro remedio animę ſuę & omniū parentū ſuorum, q̄ traditionem ipſe *Vdalſchalkus* poſtea ſicut rogatus fuerat, fecit ſub his teſtibus, ipſe *Vdalſcalcus*, *Purchardus* nobilis vir de *Lobeſingen* & de *Cheskeringē*, *Aribo* de *Studach* Præpoſitus eiuſdem Comitis, *Perhart* de *VVolfratehuſen*, *Vdilrich* de *Niedergeltingen*, *Libart* de *Valeia*, *Perhtol* de *VVachinſpach*, *Gervvic* de *Leren*, *VVolfhere* de *Iahinſtorf*, *Egilolf* de *Iſmanningen*, *Gervvic* de *Khamere*, *Hainrich* de *VVolfoltesdorf*, *Hainrich* de *Perchach*, de familia *Haimo*, *Otto*, *Adilperth*, *Gotepolt*, *Timo*.

Notum

NOtum fieri cupimus, tàm futuris quàm præſentibus, Dominum *Cunradum* Ducem de *Dachovve* prædium ſuum apud *Hachingen* ſitum in manus *Cunradi* Comitis de *Valage* delegaſſe hoc pacto, vt tertiam partem ipſi prædium ad altare ſancti *Stephani* delegaret, & ipſe Dux in expeditione illa quam cum Rege *Friderico* iturus contra *Mediolanenſes* erat, obiret, & proximum hæredem ipſius Ducis in ipſo prædio jus aduocati debere retinere denunciaret. Itaque ipſo Duce in eadem expeditione obeunte, Comes *Cunradus* fideiuſſor ipſius tertiam partem prædicti prædij ſancto *Stephano* delegauit, & proximum hæredem Ducis illic Aduocatum eſſe debere denunciauit. Teſtes ipſe Comes *Conradus* de *Valagie*, *Arnoldus* Comes de *Dachovve*, *Cunradus* filius ducis *Cunradi*, *Vdalricus* de *Luchuſen*, *Vdalricus* de *Wicfrideshuſen*, *Rudolfus* de *Muſebach*, *Engilmarus* de *Guncenhuſen*, *Fritilo* de *Iſmannigen*, *Siboto* de *Pacharan*, *Heinricus* de *Otershuſen*, *Amelbertus* de *Ottershuſen*, *Volmar* & frater eius *Witilip* de *Pelehaim*, *Perhtoldus* de *Sulzimos*, *Mezilo*, *Pilgrim*, *Pezilo* de *Friſinga*.

NOtum ſit omnibus in Chriſtum credentibus, qualiter *Conrad* Comes de *Phalaige* tradidit ad altare ſancti *Stephani*, partim pro Dei amore partim pro tribus talentis, monetæ *Ratiſponenſis* nouæ, & pro vna *Karrada* vini dimidiam hubam apud *Otolteshuſen* & vinetum quoddam apud *Pozen*. Cuius rei teſtes ipſe *Cunrad* Comes de *Phaleige*, *Heinricus* & frater eius *Hartmuth* de *Haimenhuſen*, *Hainricus* de *Harenbach*, *Elbevvin* de *Perchach*, *Vdalricus* & frater eius *Eberhardus* de *Stalenchiirchen*, de familia ſancti *Stephani*, *Pehrtoldus*, *Adilbertus* faber, *Wolfherus*, *Meginhardus*. Poſtea earundem fecit abdicationem rerum vxor eius cum duobus filiis ſuis *Ottone* & *Cunrado* apud *Valeiam* vrbem ſuam præſente legato fratrum monaſterij ſancti *Stephani*, nomine *Iſimgrimo*. Teſtes *Conrad* Comes & vxor eius, & ſupra memorati filij ſui, *Otto* & *Conrad*, *Odalricus* de *Lochuſen*, *Adilbero* de *Pruke*, *Vdalricus* de *Hohenraine*, *Hartvvic* de *Richolfeſdorff*, *Otto* & *Rudolphus* frater eius de *Viſpach*, *Rudolf* de *Zale*, *Heinricus* de *Richolfeſdorff*, *Eberhart* de *Agingen*, *Hartmuth* de *Haimenhuſen*, *Konrad* de *Perge*, *Perhtold* de *Pueche*, *Vdalricus* de *Luibraſteſdorff*, *Sigehart* de *Spilberche*.

PVRCHARDVS de *Flielinga* parauit nobis Werram de prædio noſtro in *Hubendorff*, quæ compoſita eſt coram *Ottone* Palatino Comite, aduocato noſtro, traditis eidem *Purchardo* à fratribus ſancti *Stephani* tribus ſolidis, & eodem *Purchardo* abdicante ſe omni jure de eodem prædio. Cuius rei teſtes ſunt *Fridericus* filius Palatini Comitis, *Rupertus* de *Tunnesheim*, *Luitold* de *Haganoua*, *Carolus* de *Aiterbach*, *Gervvic* de *Camera*, *Gervvic* de *Horſcheim*, *Adilolt* de *Camera*, *Altman* de *Haſalbach*, *Hainrich Coſt* de *Fuch*. *Hainrich* de *Perchach*, *Hainrich* de *Wolvolteſdorff*, *VVolfhere* de *VVolfolteſdorff*, *Grimolt* de *Priſinga*, *Sigfrit* filius *VVitilini* de *VVartenperch*.

EOdem *Purchardo* contentionem mouente pro eadem cauſa coram Domino *Ottone* Epiſcopo ſententia miniſterialium abiudicata eſt ei omnis appellatio de eodem prædio. Teſtes *Engilbertus Hallenſis*, Comes, *Hartvvic* de *Ruta*, *Hainrich* de *Etilinga*, *Iſanricus* de *Lochchiirthen* & duo filij eius *Hainrich*, *Iſanrich*, *VValtman* de *Paſperch* & frater eius *Rudolf*, *Altman* de *Haſalbach* & filius eius *Sighardus*, *Ainvvic* de *Hittenfurt*, *Hainrich* de *Humpeln*, *Folchart* de *Pacharn*, *VVolfhere* de *Perchuſen*, *Pero* de *Tagoluingen*, *Adilbertus* de *Haga*, *Arnolt* de *Zielshuſen*, *Balduuin* de *Zollingen*.

Piæ

Piæ matris Eccleſiæ filij nouerint vniuerſi, qualiter ad petitionem Domini *Guntheri* Abbatis & fratrum ſancti *Stephani Wibenſteuen* Dominus *Heinricus* Comes de *Wolfrateshuſen* quandam famulam ſuam *Adilhidem* cum omnibus filiis ſuis & omni poſteritate ſua ipſis ſe daturum ſpoponderit, & ſponſionem ipſam hoc modo perſoluerit. Cauſa ipſius ſponſionis prædictus Abbas quendam Monachum *Rudigerum* dictum ad præfatum Comitem miſit, qui Comes coram miniſterialibus ſuis prædictam mulierem cum omni poſteritate ſua ad altare S. *Stephani* delegandam pro ſalute animæ ſuę & parentum ſuorum, & omnium fidelium defunctorum in manus ipſius Monachi tradidit, quam delegationem ipſe monachus absq; omni contradictione ad altare S *Stephani* fecit coram ſubſcriptis teſtibus, *Heinricus* de *Perchae*, *Elbuvvinus* de *Perchae Villibaldus* & filius eius *Pernhardus* de *Adershuſen*, de familia *Pertholdus*, *Haimo* inciſores lignorum, *Adilbertus* faber, *Wolferus*, & frater eius *Walduuinus*.

Nouerint omnes in Chriſto credentes, tàm futuri quàm præſentes, qualiter ego *Otto*, Dei gratia ſanctę *Friſingenſis* Eccleſiæ pontifex rogatu *Guntheri* Abbatis de *Wibenſteuen*, & fratrum ſuorum concambium patraui inter pręlibatum Cœnobium & Epiſcopatum foreſtis cuiuſdam euidenter determinati pro trib⁹ hubis in villa *Marcellingen* nuncupata & molendino & curtili in *Hergenuhe* & pro decem & ſeptem mancipiis. Huiuſmodi verò concambium vtrunq; recepit, & confirmauit *Otto* Palatinus Comes ſenior & filius eius *Otto*, aliis quàm pluribus ingenuis & miniſterialibus prælibatæ rei atteſtantibus. *Otto* Palatinus Comes, & filius eius *Otto*, *Cunrad* de *Dachovve*, *Pilgrim* de *Volmothſahe*, *Purchart* de *Moſpurg*, *Dietrich* de *Haitenkaim*, *Karolo* de *Atterbach*, *Eberhart* de *Frickendorf*, *Lutold* de *Hagenhoue*, *Altan* de *Sigenburch*, *Sigfrid* de *Wartenberch*, Hainrich de *Lochkürchen*, *Tanvvich* de *Hittenfurte*, *Dietrich* de *Dorfen*, *Konrat* & *Lutevvich* de *Haidoluingen*, *Odalrich* de Holzehuſen, Gervvich de *Camere*, Gervvich de *Horcſenhouen*, Hainrich, de Woluoltesdorf Getebolt & frater eius *Heinrich* de *Pieſenbach*, *Rudolf* & frater eius *Gervvich* de *Pubenhuſen*, *Purchart* de *Flizzingen*; *Aribo* & filius eius, *Aribo* de *Humpreteshuſen*, *VValtrich* & *Perthold* de *Friſinga*.

Nouerint omnes fideles Eccleſiæ, qualiter *Arnoldus* Comes de *Dachovve* prædium quoddam, *Muthſvvindenloch* vocatum, quod à quodam *Tragbotone* de *Khamere* & vxore & filiis eius, qui miniſteriales erant, prædicti Comitis alio prædio redemerat ad altare ſancti *Stephani* poteſtatiua manu pro precio quadraginta & ſex & ſemis talentorum delegauit. Teſtes *Arnoldus* Comes de *Dachovve*, *Egilof* de *Iginſpach*, *Cunrad* de *Pippenſried*, *Sigehart* de *Dachovve*, *Tragboto* & *Vdilrich* de *Camere*, *Cunrad* de *Ieſenbach*, Hartnit de *Petershuſen*, *Aſcvvin* & *VVolfolt* de *Gamelingen*, *Gervvicus* de *Horskenhouen*, Hainrich *Luther*, *Rubevvin* de *Perchach*, *Sigehart* & *Cunrad* de *Tul*.

Dietpoldus quidam de *Sindeshuſen* per manum delegatoris ſui R*udolfi* de *Pubinhuſen* tradidit ad altare ſancti *Stephani* poſt vitam ſuam quoddam proprietatis ſuæ prædiolum in villa ſitum *Iſmaningen* in præſentia aduocati noſtri *Ottonis* Palatini Comitis. Teſtes *Purchart* de *Moſeburch*, *Aribo* de *Piburch*, *Rudolfus* de *Pubinhuſen*, *Gotpolt* de *Gieſenbach Heinricho* de *VVolfolteſdorf*, *Dietpoldus* qui tradidit, & alij quàm plures.

Nouerit omnis fidelium Eccleſia, qualiter Dominus R*apoto* Abbas ſancti *Stephani* commutauit quoddam prædium *Holaren* dictum, à venerabili

*Friſin-*

*Friſingenſis* Eccleſiæ Epiſcopo *Adilperto* cum prædio alio ſitum in vico qui dicitur *Timenhuſin*. Erat autē hoc prædium in *Holaren* Domino *Ottoni* Palatino Comitià *Friſingenſi* Epiſcopo beneficiali jure conceſſum, iterumq́ue illud Dominus *Otto* homini ſuo cuidam *Eberhardo* de *Frickendorſ*, ſimiliter autem *Eberhardus* pro hominio prę̄ſtito cuidam *Dietpoldo* de *Sindeshuſin* idem conceſſerat, ex quibus duorum in fine nominatorum aſſenſum de commutatione mediante non modici precij quantitate prædictus Abbas obtinuit. Tandem in præſentia tàm Epiſcopi *Adilberti* quàm *Ottonis* Palatini Comitis vtriuſq; Eccleſiæ Aduocati, & aſſenſum vtriuſque ſupra nominati hominis concambium peractum eſt, & teſtimonio plurimorum confirmatum eſt. Teſtes *Otto* Palatinus, Comes de *Roningen*, *Piligrim* de *Wolmutſahe*, *Aribo* de *Biburch*, *Vdalſchalchus* de *Vſilndorſ*, *Dietricus Pernhart*, *Otto* de *Moſen*, *Luttold* & filius eius, *Luitold* de *Haginovve*, *Dietricus* de *Slivvingen*, *Perhtold* de *Erphenbrunnen*, *Vdalrich* de *Purgibach*, *Conrad* de *Haidoluingen*, *Rudolf* & frater eius *Gervvic* de *Pubinhuſen*, *Engilmar* de *Gunzinhuſen*, *Arnolt Saluvve*, *Eberhart* de *Werde*, *Goteſchalchus* de *Abrehteſperg*, *Sigifrit* & frater eius *Oſrich* de *Wartinberch*, *Adalbart* de *Priſingen*, *Heriman Fueß*, *Hainricus* & frater eius *Guntherus* de *Gieſenbach*, Heinrich de *Wolfoltesdorſ*, *Dietpolt* de *Sindeshuſin*.

NOuerit omnis multitudo credentium quod tres fratres *Sigfridus*, *Wimarus* & *Wernherus* de *Volchartesdorf* tradiderunt huic monaſterio proprietatis ſuæ ſeruum nomine *Rudigerum* pro ſex & ſemis talentis per manum *Ottonis VVildegraui*, fideiuſſoris ſui. Eodem die vxor prædicti *Sigfridi Gervvirch* pro denominata quoque pecunia tradidit ad altare ſancti *Stephani* vxorem antedicti *Rudigeri Haclamut* vocatam cum filiis ſuis, & cum fratre ſuo *Lanzone*, ea, qua ſibi ſeruierant, conditione annuente & petente eodem *Ottone VVildegrauio* qui eadem mancipia *Gervvirgæ* tradiderat. Teſtes *Otto* Comes, *Sigifridus* & fratres eius *VVimarus* & *VVernherus* de *Volckratesdorſ*, *Rudigerus* & filij eius *Heinricus* & *Conradus* de *Adelhereshuſen*, *Lanſo* de eadem villa, *VVolfradus* Cementarius de *Aichſteten*, *Adilbero*, *Fridericus*, *Eberhardus*, *VVolfherus*. Poſtea verò filij & filię *Sigfridi* & *Gervvigæ* eadem ſuo juri mancipia abdicauerunt. Teſtes *Sigfridus* & duo filij ſui *Sigfridus* & *Otto*, *Dietmarus* Senior, *VVernhard Rudpertus* thelonearius de *Giſinuelt*, *Heinricus* de *Eigelperch*, *Rudigerus* de *Ronevvege*, *Herimannus Svvertſurbe*. Primæ autem donationi, vbi illa mancipia à Domino *Ottone Gerbirgæ* tradita ſunt, hi teſtes interfuerunt, *Otto VVildegrauo*, *Ortolf* de *Friheim*, *Adilbero* de *Incimoſe*, *Cunrad* de *VVichſe*, *Vdalſchalchus* filius *Ottonis VVildegraui*, *Sigifridus* de *Eiterſtein*, *Goteſcalchus* de *Ebrolteſteten*.

ARnoldus Comes de *Dachovve* tradidit ad altare ſancti *Stephani* proprietatis ſuæ ſeruum *Purckhardum* pro decem ſolidis. Teſtes *Arnoldus* de *Dachovve*, *Vdalricus* de *Lochuſen*, *VVerngant* de *Lus*, *Vdalricus Puch*, *Sighardus Naph*, *Heinricus* de *Varnolteshuſen*, *Gotefridus* de Rottenbach, *Fragboto* de *Camera*, *Purckhardus* de *Flizingen*, *Dietmarus* eius miles, *Cunradus* de *Paſingen*, Hainricus de *Mundeſteten*.

SCire rogamus omnes fideles populos, pactionem noſtram quam fecimus cum prouiſoribus ſyluæ *Friſingenſis* Eccleſiæ. Illi namque ſingulis annis juſtitiam ſuam, id eſt, ſpentam importunè à nobis exigebant, nec tamen nobis noſtram ſpentam vllatenus reddere volebant. Tandem ordinante Domino *Ottone* Palatino Comite, præſente quoque Domino *Adalberto* Epiſcopo, auctoritate vtriuſque, conſtitutio inter nos & illos huiuſmodi facta & firmata eſt, vt nos illis annuatim dimidium talentum pro ſpenta in *Natiuitate* Domini daremus,

mus, & vnuſquiſque nobis ſimiliter omnibus annis ſex arbores de maioribus perſoluerent. Teſtes *Cuno* de *Megilingen*, *Conradus* de *Roningen*, *Pilgrimus* de *Wolmutesbach*, *Aribo* de *Taittindorf*, *Oſricus Svvartinberch*, & *Sigfridus*, *Vdalricus* de *Chelhaim*, *Hermannus Vuz*, *Adilbero* de *Gieſenbach*, *Gervvicus* de *Camera*, *Gervvicus* de *Horſchenhouen*, *Heinricus* de *Wolfoltesdorf*, *Conradus* de *Haidoluingen*, *Englmarus* de *Gunzenhuſen*, *Rudolphus* de *Pubenhuſen*.

QVod factum eſt concambium inter nos & *Ottonem* Palatinum Comitem, ſciant omnes quotquot audierint. Commutauimus enim ab eo vnum cruciferum in *Ratiſpona* ſuper quod poſita erat Domus cuiuſdam *Ottonis*, quod idē Palatinus Comes à *Friſingenſi* Eccleſia beneficiali donatione conceſſum habebat, cum tribus cruciferis, quæ ad poſſeſſionem monaſterij pertinebant, annuente & agente Domino *Adilberto* venerabili tunc temporis prædictæ Eccleſię Epiſcopo. Teſtes *Otto* Palatinus Comes, *Arnolt* Comes de *Dachovve*, *Pernhart* de *Moſen*, *Friderich* de *Paſperch*, *Engilvvan* de *Ahedorf*, *Gervvich* de *Pubinhuſin*, *Adilbertus Marſchalch*, *Sigfrit* de *Wartenperch*, *Vdalricus* de *Holzhuſen*, *Sigihart Napf*.

VNiuerſos Eccleſiæ fideles noſſe cupimus, qualiter *Gervvicus* de *Horskenhouen* tradidit ad altare ſancti *Stephani* omne proprietatis patrimonium, quod habuit in eadem villa, annuente & præſentialiter id efficiente Domino ſuo *Friderico* Palatino Comite vt ſtatim eo mortuo ſiue hæredes haberet ſiue non, ad prædictum altare liberè pertineret, eo pacto, vt illi à fratribus ſancti *Stephani* concederetur ad vitam ſuam alia poſſeſſio, quæ ſita eſt in eadem villa, vnde annuatim perſolueret pro cenſu talentum argenti. Dedit autem huius pacti conuentionis gratia eiſdem fratribus decem talenta. Teſtes ſunt *Fridericus* Palatinus Comes, *Cuno* de *Megilingen*, *Adilbero* de *Zakheringen*, *Wernhardus* de *Horbach*, *Cotpoldus* de *Giſenbach*, *Gervvicus* de *Horſcheim*, *Eberhardus* de *Veltmuchen*, *Wolfrem* de *Vtingen*, *Heinrich* de *Zulesdorf*, *Iſangrim* de *Leginuelt*, *Vdalricus* de *Chamere*, *Otto* de *Giſenbach*.

NOuerint omnes Chriſtiani, tàm præſentes quàm futuri qualiter quidam de familia ſanctæ *Mariæ Friſingæ*, nomine *Pero*, cum vxore ſua eiuſdem familiæ, *Bertha* nomine, communi aſſenſu & voluntate tale prædium, quale poſſederunt in loco qui dicitur *Pacharn*, tradiderunt ad altare ſancti *Stephani* prothomartyris *Wihenſteuen*, poteſtatiuis manibus, nullo contradicente, ad recreādos pauperes ipſius monaſterij Hoſpitali aduentantes.

NOuerint omnes fideles Eccleſiæ, qualiter *Heinricus* de *Wolfoltesdorf*, miniſterialis Domini *Ottonis* Palatini Comitis prædium quoddam apud *Durrenhaidolum* ſitum ab Abbate de *Wihenſteuen* Domino *Rapotone* ſeptem talentis comparauit, eo pacto vt ſibi illud ad vitam ſuam & duobus filiis *Conrado* & *Heinrico*, ſimiliter ad vitam vtriuſque remaneret, & poſt vitam illorum trium ad altare ſancti *Stephani* pro remedio animæ ſuæ pertineret. Delegauit ergò illud prædium ad altare ſupradicti Martyris ea, qua dictum eſt ratione, propria manu, manibuſque duorum filiorum ſupra nominatorum. Teſtes *Adilbertus* de *Sundenhuſen*, *Gotſchalh* de *Albretſperge*, *Hainrich* de *Tanne*, *Perhtold* de *Richershuſen*, *Wernher* de *Frimundeſpach*, *Wolfher* de *Holzhuſen*, *Vdilriho* de *Tuchingen*, *Hainrich* & duo filij eius *Conrad* & *Heinrich* de *Wolfolten*, de familia *Haimo* & *Eberhart* & alij quam plures.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

OMnium notioni fidelium ſcribimus, qualiter filij *Hainrici* de *Perchach* abdicationem fecerint prædij inibi ſiti, quo patrem ſuum beneficiatum eſſe iniuſta contentione & direptione clauſtrum inueſtauerant. Primum *Conradus* maior filius fecit abdicationem in iſto monaſterio, præſente aduocato noſtro *Ottone* Palatino Comite & fratribus ſuis *Conrado Archiepiſcopo* & *Friderico* Palatino, hac conditione, vt viginti talenta ſibi & fratribus ſuis conferentur. Teſtes *Vdalricus* de *Lochuſen*, *Perchtholdus* de *Praittenprunnen*, *Ortolfus* de *Tegernvvach*, *Iſanricus* de *Purcrain*, *Hainricus felix puer*, *Cunradus* auunculus puerorum, *Eberhardus Chaſte*, *Hainricus* de *Wolfoltesdorf*, *Gotefridus* de *Hulſtorf*, *Rudigerus* de *Lintahe*, *Hartlib* de *Giſenbach*, *Fridericus Stir*, *Hainrich* de *Adelhereshuſen*, *Arnoldus* de *Welfingen*.

CÆteri verò filij *Hainrici* abdicationem fecerunt tres ſimul in placito apud *Miltahe* ſub teſtibus iſtis, *Hainricus* de *Iorze Lutoldus*, *Adalbero*, *Lutoldus* de *Iorz*, *Cunradus* de *Pachinhuſen*, *Vdalricus Munt*, *Gelfradus* de *Cholbach*, & filius eius, *Gelfradus* de *Horskenhouen*, *Hainrich* de *Adelhershuſen*, & ſocer eius de *Aitterpach*, *Hainrich* de *Nertingen*, *Conradus* auunculus puerorum, & ipſi quatuor fratres, qui & abdicauerunt, de familia noſtra *Rahevvinus Engildie*, *Gervvicus*, *Richolf*, *Hainricus*, *Eberhart*, *Hainricus*, *Pehrtoldus*, *Eberhardus*, *Gebehardus*, hi omnes de *Perchach*, *Eppo* de *Miltahe*, *Gerunc* de *Sinneshuſen*, *Otto* de *Legendorf*, *Waltman* de *Horskenhouen*, *Perinhardus* de *Adelhershuſen* cum omnibus fratribus ſuis, *Gerboto* de *Miltahe*, *Hainrich* de *Kimberch*, *Willipoldus*, *Cunradus*, *Aribo Cunradus*, *Perinhart* de *Hegelenhuſen*.

NOuerint omnes piæ matris Eccleſiæ filij tàm præſentes quàm futuri, quod Dominus *Otto* Palatinus Comes maior de *Wartperch* aduocatus huius Eccleſiæ pro remedio animæ ſuæ & vxoris ſuæ Dominæ *Agnetis*, omniumque parentum ſuorum tradidit ſuper aram ſancti *Stephani* protomartyris per manum delegatoris ſui *Ottonis* nobilis viri de *Moſen*, prædium tale quale habuit in *Hage* ſororibus hoc in loco Deo famulantibus ipſo viuente ſpecialiter ad Cameram ipſarum deſeruiendum. Poſt ipſius verò Comitis ex hoc luce, Domino vocante, deceſſum, generaliter tàm fratribus quàm ſororibus vniuerſæ ſimul congregationi annuatim in anniuerſario ipſius depoſitionis die perpetualiter ex inde ſeruitium conſtituit perſoluendum. Teſtes huius delegationis, *Otto* de *Moſen*, *Perhtholdus* de *Erphenprunnen*, *Cunradus* judex de *Wartperch*, *Eberhardus* de *Perge*, *Siboto* de *Pacchen*, *Arnoldus* de *Adelberge*, *Gotefridus* de *Inningen*, *Geberhart* de *Holzhuſen*, *Cunradus* de *Aheim*, *Heinricus* de *Percha*, quidam ex miniſterialibus S. *Friſingenſis* Eccleſiæ *Heinricus* vocabulo de *Nordendorf* poſſederat prædium in codẽ viculo, quod à patre ſuo, qui erat ex familia S. *Stephani* prothomartyris eiuſdem Eccleſiæ proprium fuerat. Ipſe verò penuria ſibi incumbente oppoſuerat illud cuidam *Ortolfo* de *Luithartsdorf*. Volens autem renunciare ſeculo in monaſterio prædicti martyris, confeſſus eſt palam ſe illud memorato *Ottoni* oppoſuiſſe pro ſeptem talentis & tribus ſolidis, à quo Dominus *Reinboto* Abbas & fratres monaſterij huius ſoluentes dederunt illi ſeptem talenta, abdicationem primum publicè facientibus filiis præfati *Heinrici*, ipſeq; monaſterium ingreſſus eſt. Teſtes *Ortolfus* de *Luithartsdorf*, *Gebeholf* de *Eskelbach*, *Heinricus* & eius nepos, *Heinricus* de *Vbermuſſe*, *Engilbrech* de *Wttigen*, *Heinricus* de *Amiſperch*, *Arnoldus* & frater eius *Reinpertus* de *Aſche*, *Wilibolt* de *Phaphingen*, *Adilhardus* de *Steinhart*, *Pilgrimus* de *Steinhart*, *Heinricus Braſſe*, & *Arnoldus* de *Riede*, *Rudigerus* & frater eius *Dietricus* de *Eberahe*, *Svvikerus*, *Cunradus*, *Rudolfus* de *Norderendorf*, *Perchtoldus* filius ipſi' *Heinrici* qui prædium dedit, *Adilhardus*, *Heinricus*, *Meginoldus* de *Werolvvingen*.

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus tàm futuris quàm præſentibus, quomodo quidam plebanus *Vdalſchalbus* nomine de *Volkoldeſvvanck* tradidit ad altare ſancti *Stephani* prothomartyris *Wihenſteu*: omne proprietatis ſuæ patrimonium quod poſſederat in loco qui dicitur *Golznperg* per manum fideiuſſoris ſui *Engilmair* vocabulo de *Herbiſchürchen*. Inſuper & oppoſituram quandam, quæ ipſi ſtabat ſolidis decem in eodem loco ſitam. Ipſe autem prædium idem ad viuere ſuum perfruendum & per ſingulos annos in memoriam ad cenſum duodecim denariorum perſoluendum in beneficium recepit à Domino *Reginbotone* eiuſdem loci Abbate. Tradidit etiam nobis eodem die omnem facultatem ſuam cum vniuerſa ſuppellectili ſua, quam habere viſus fuerit in hora exitus ſui, tàm in rebus mobilibus quàm exiſtentibus, aut ſi fortè prius ſaniori conſilio ſæculo renunciauerit, aut vltrò dimiſerit, abdicata omni poteſtate aliunde diſtribuendi, excepto permiſſu & licentia Abbatis cuncta ſpopondit nobis relinquere perfruenda. Quæ traditio ne vllius poſteritatis eius ſucceſſione fraude ſeu violentia infringeretur, facta eſt coram Domino *Ottone* Palatino Comite maiore Aduocato huius loci. Teſtes ſubſcripti, *Cunradus* de *Moſeburch*, *Cunradus* de *Dormberch*, *Rutpertus* de *Frichendorf*, *Heinricus* de *Iorze*, *Vdalricus* & *Ortolfus* de Haitenchaim, *Engilſcalch* de *Vrach*, *Gotfrit* & frater eius *Wichnandus* de *Zulſtorf*, *Hainrich Abngrute*, *Rudigerus* de *Tuiſenbach*, *Albero Engilmar* de Herbirchirchen, & eius filius *Engilmar*, *Altum* de *Sikenhuſen*, *Gotfrit* de *Holzhuſen* *Gotfrit* de *Hulvven*, *Cunrad* de *Paichenhuſen*, *Giſolt* de *München*, *Pilgrimus* de *München*, de familia *Cunradus*, *Aribo*, *Siboto*, *Rihbolt*, *Vdalrich*.

CVnctorum notitioni fidelium ſcripto pandimus, Dominum *Reinbotonem* Abbatem & fratres ſancti *Stephani* prothomartyris *Wihenſteuen*, emiſſe prædiolum quoddam contiguum allodio ipſorum in *Horſchenhouen* à quodam *Heinrico* de *Haimenhuſen* pro ſex talentis, & ipſe idem Heinricus ratam faciens illam traditionem jam dicti prædij donauit illud remota omni contradictione, per manum Domini ſui *Cunradi* Comitis de *Valei*, cuius ipſe miniſterialis extabat ſuper aram memorati martyris, coram ſubſcriptis teſtibus. *Cunradus* Comes de *Valaie*, *Hainricus* de Haimenhuſen, *Cunradus* de *Germasvvanck*, *Cunradus* de *Sulzrain*, *Rapoto* de *Hohenoue*, *Adilbertus* de *Weſſinſprunnen*. De familia *Cunradus*, *Gelfrat*, ſerui Abbatis.

NOuerit vniuerſitas cunctorum, tàm præſentium quam futurorum quod quidam nobilis homo *Luitoldus* nomine de *Haganovve* pro remedio animæ ſuæ & filiorum, germanorumque ſuorum, totiusque parentelæ ſuæ ſalute, & pro omnium fidelium defunctorum requie tradidit ſuper aram ſancti Stephani prothomartyris per manum ſui filij *Luitoldi* totum prædium ſuum quod habebat in viculo *Sevven* vocato, tres videlicet curias quas partim comparauerat, partim ſibi à germano ſuo longè ante defuncto in hæreditariam ſortem ſucceſſerant & omne quicquid ibidem proprietatis jure poſſidebat, culta & inculta, cum exitibus & reditibus omnia donauit in vſus fratrum Domino & memorato martyri perpetualiter hoc in loco famulantium. Tradidit autem tali conditionis tenore, vt poſt ipſius hac ex luce deceſſum, eo die quo corpus eius tumulandum fuerit, & deinceps ſingulis annis in anniuerſario obitus ipſius die, tàm fratribus quam ſororibus vniuerſæ ſimul congregationi ad refectionem ſolemne ſeruitium ex ſumptibus illius perſolueretur; ſed diſſimili apparatu in *Annunciatione* ſanctę *Mariæ*, annuatim etiam exinde amminiſtraretur. Emerat autem nobis pridem prędiolum quoddam apud *Pellenhuſen*

pro quatuor talentis, & vineam apud *Studeshakker*, pro decem talentis ad præfatum ſeruitium ipſo adhuc viuente in eodem ſummo feſto *Annunciationis* impendendum, quod non plenariè, ſed mediocriter cum vino ſolummodò & piſcibus exequendum iniciauerat. Ne autem ſupradictæ traditionis pactio vllatenus in futurum euacuaretur inſcriptione ſibi & imaginis ſui quodquod factum eſt depictione confirmari fratribus precabatur ne vllius vnquam imposterum Abbatis ſeu ſui Cellarij negligentia, vel obliuionis incuria æternaliter omitteretur. Prætaxata autem traditione largitur perpetrata ipſe *Luitoldus* prælibatum prædium à Domino *Reinpotone* Abbate ad cenſum triginta denariorum in teſtimonium dandum recepit, vt ipſe ſumptibus illius, quamdiu viueret, potiretur. Et ſic demum illo viam vniuerſæ carnis ingreſſo in cõmunem vſum monaſterij recolligeretur. Sci.: collata ſic vt hæc poſſeſſio rata, auribus hi tracti teſtes ſunt ilicò facti *Conradus* Dux de *Dachovve*, *Luitoldus* filius *Luitoldi* de *Haganovve*, Heinricus *felix puer*, *Gervvicus* de *Pulenhuſen*, *Fritil* de *Iſemanningen*, *Dietpoldus* de *Wippenhuſen*, *Engilmar* de *Gunzenhuſen*, *Conradus* de Sandolteshuſen, *Heinricus* de *Humbeln*, *Bernhardus* de *Iorze*, *Perngerus* de *Gartenhuſen*, *Hainricus* & frater eius, *Hartvvicus* de *Wolſoldesdorf*, *Conradus* de *Hirſpach*, *Conradus* de *Hertishuſen*, *Hartnit* de *Sigeſmarshuſen*; *Diethoch* de *Geggenbuint*; *Wichpoto Scherp*, *Otto* de *Gramelingen*, *Sifridus* de *Erphinprunnen*, *Siboto* de *Holzhuſen*, *Conradus Iudex* de *Friſinga*, *Arnoldus* de *Hagenone*, *Siboto* de *Wippenhuſen*, *Otto Walch* de *Iorze*, *Gebolf* de *Eſchelbach*, *Vdalrich* de *Engilhalmingen*. Ex familia *Otto Schragehut*, *Geltfrat*, *Conrad*, *Reinprecht* ſerui Abbatis *Eberhart* de *Pollenhuſen*, *Cunrad* de *Kienberch*, *Conradus* de *Pietendorf*, *Conradus* de *Hundolteshuſen*, Heimo, *Meinhardus* liguarij, *Adilbero*, *Adilbertus* Commentarij *Herbordus*, *Aſcvvinus*, *Iſingrinus*, *Faber*.

REginboto Abbas ſancti *Stephaui* in *VVinſtephen*. Nouerint omnes Christi fideles, tàm futuri quàm præſentes, quia *Mathildis Rogeri* militis de *Roſpach* violentia in ſeruitutem redacta, in placito Domini *Ottonis* Palatini maioris apud *Zollingen* habito, quia de familia ſancti *Stephani* & cenſualis conditionis quinque denariorum eſſet euidentibus parentelæ ſuæ monſtrauit indiciis. Poſtmodum etiam ad nos cum præfatis cognatis & amicis ſuis deueniens, quod in præſentia Domini Palatini egerit aperuit, humillimè rogans vt conditionis ſuæ teſtimonium in ſcriptis à nobis reciperet. Cuius juſtis poſtulationibus annuentes ipſi cum filiis *Perhtoldo*, & *Heinrico*, & filiabus Hiltg, *Pertha*, Hartvvic. ac nepotibus ſuis *Heinrico*, *Pertha*, *Mathilde*, *Ottone*, *Heinrico*, *Luigart*, ac omni poſteritate quia tributariè quinque denariorum, fuit conditionis recognoſcimus, & præſentis paginæ teſtimonio ac ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Huius rei teſtes ſunt, *Ekkenhardus* de *Svvinkurchen*, *Haimo* & *Richboldus* frater eius, *Vlrich* & *Richpoldus* Carpentarij, *Meinhart* & *Vlrich* & alij quamplures.

QVidam dilectus frater noſter *Maſalinus Friſingenſis* ciuis pro remedio animę ſuæ viginti quinque talenta fratribus huius loci dedit hoc pacto, vt cum ipſis talentis fratres prædium emerent, de cuius ſumptu ipſi ſingulis annis in anniuerſario ſuo defuncti ſeruitium haberent, tamque venerabilis Abbas *Reginboto* ipſa talenta, & inſuper duo *Chunrado* de *Greben*, pro prædio quod in *Sevven* habuit dedit, & ipſe ipſum prædium coram Domino ſuo *Friderico* permiſſu eius in manus Domini *Ottonis* Palatini Comitis junioris delegauit delegandum, ad altare ſancti *Stephani* prius abdicatione

facta vxoris & fide data, vt filij ſui abdicationem facerent coram iſtis teſtibus. *Otto* Palatinus junior, *Cunrad* de *Greben*, *Grimolt* frater eius, *VValther* de *Vohburg*, *Sigfrit* de *VVitliſpach* & frater eius *Perchtold*, *Arnolt* de *Pürnpach*, *Arnolt* de *Vſhuſen*, *Cunrad* von *Ianner*, *VVernhart* de *Pucha*, *Hainrich* de *Chufringen*, *Chunrad* de *Pazinhouen*, *Palduin* von *Waſen*, *Heinrich* von *Tanner*, *Vlrich* von *Chelheim*, *Bernhart* von *Gozolteshuſen*, *Ruidger* de *Lintha*, *Sifrid* de *Wilbach*, *Meginous* von *Wachmbach*, *Heinricus Cancer*, *Rupertus* *Wolf*.

FRatres huius loci ſub Domino *Reginberto* vineam in *Studeſacher* à fratribus de *Rore* pro decem talentis emerunt, hæc ipſa vinea confirmata eſt fratribus noſtris in præſentia Domini *Ottonis* maioris Palatini Comitis aduocati noſtri, & in præſentia Domini *Altmanni* de *Abenſperch* Aduocati fratrum de *Rore* coram ſubſcripis teſtibus. *Otto* maior Palatinus, *Dietricus* Comes de *Wazirburg*, *Altmannus* de *Abinſperch*, *Engilhardus* de *Adlenburc*, *Heinricus* de *Piburg*, *Cunradus* de *Moſeburc*, *Wolfkank* de *Etneſtat*, *Katoldus* de *Reimperſtorf*, *Cunradus* de *Wartinperch*, *Rudigerus* de *Sigihartiger*, *Vdalricus Reuan*, & frater eius de *Lengenuelt*.

TRadidit idem *Gotfridus* per manum fideiuſſoris ſui nomine *Perhtoldi* de *Richershouen* Cœnobio ſancti *Stephani* ad Cameram ſororum inibi Domino famulantium perpetualiter deſeruiendum. Huius autem traditio prædij facta eſt in *Giſinuelt* in atrio monaſterij ſuſcipiente illud Camerario præfatarum ſanctimonialium *Sighardo* vocabulo coram ſubſcriptis teſtibus, *Gotfridus* de *Ilmarsdorf*, *Heinricus* de *Rugoldingen*, *Wernherus* de *Scilvvashuſen*, *Dietmarus* filius eius de *Amblebretisdorfmunſter*, *Witeber* de *Metinbach*, *Perngerus* de *Giſinuelt* Vorſtmeiſter / *Marquardus* de *Vrſingen* & frater eius *Arnoldus*, *Perhtoldus* de *Richerhouin*, *Wichmannus* de *Langinbrugg*, *Wernhardus* de *Doſtinen*, *Vdalrich* de *Heid*, *Gerungus* de *Ilmarsdorf*, *Fridericus Hunt* de *Gegiſinuelt*, *Heinricus Pellifex* de *Giſinuelt*, *Eppo* de *Wihenſteuen*. Poſtea verò paruo interiecto tempore, ne eadem traditio in futurum dolo vel fraude alicuius caſſetur, deductus eſt idem *Perhtoldus* ad præſentiam Domini *Ottonis* Ducis *Bauariæ* Aduocati noſtri in caſtrum ipſius *VVartinberi* & ibi coram ipſo publicè confeſſus eſt. Cuius rei teſtes effecti ſunt *Ortolf* de *Tegernvvarc*, *Dietricus* de *Moſen*, *Dietmarus* de *VVolmuchſabe*, *Perhtoldus* de *Eskilbach*, *Vdalrich* de *Scrouenhuſen*, *Vdalrich* de *Purgenbach*, *Cunradus* de *Tegerbach*, *Vlricus* de *VVetingen*.

QVidam ex familia ſancti *Stephani* *VVeihenſteuen*, *Hartmam* *Ratiſponenſis* in manus *Friderici* *Ratiſponenſis*, cognomento mundes, molendinum ſuper *Danubium* delegauit conſeruandum poſt mortem ipſius *Hartmanni* in vſus fratrum prędicti Martyris. Teſtes *Gozvvvinus*, *Fridericus* mit dem Munde/ *VValtherus* de *Tomeningen*, *Heinricus Luſcus* cognatus *Gozvvini*, *VValdo* ſeruus *Gozvvini*, *Otto Chleban* de familia S. *Stephani* *Otto Sgragebut* *Ratiſponenſes*, *Pehrtoldus*, *Hartmannus*, *Perhtoldus*, *Fragennare*, *Gelphrat*, *Adilbret* ſerui Abbatis.

PRæfatus verò *Marquardus* nondum frater factus in breui eſt mortuus, & Dominus *Cunradus* pœnitentia ductus, prædium cum prædicto *Eberhardo* filio *Marquardi* retinere voluit. Fratres autem quærimoniam de prædio & de puero mouentes coram Domino Duce *Ottone* in tribus curiis ſuis puerum

cum prædio productis teſtibus retinuerunt. Teſtes omnes qui audierunt hoc in tribus ipſis curiis, quæ fuerunt *Praitenvviſe*, *Pheters*, *Ratiſponæ*. Teſtes in curia quam Dominus Dux habuit in *Praitenvvis*, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Arnoldus* Comes de *Dachavvie*, *Siboth* Comes de *Neunburch*, filius eius *Chuno*, *Purchardus* de *Stein*, *Heinricus* de *Altendorf*, *Altman* de *Abenſperg*, *Gotefrid* de *Werde*, filius eius *Cunradus*, *Perhtoldus* de *Praittenbrunn*, *Leutoldus* de *Hagenavv*, *Cunrad* de *Riſen*, *Leutold* de *Chelhaim*, poſtea prædictus puer *Eberhardus* monachus factus quod Dominus ſuus confirmauit, delegans ipſum prædium ad altare S. *Stephani*.

NOuerint vniuerſi, *Woluoldum* de *Ried* in ipſo loco duas curias ſancto *Stephano* dediſſe temporibus *Erchingeri* Abbatis, vt in præcedentibus inuenitur. Poſt mortem verò ipſius Abbatis & *Woluoldi* cum religio in *Wihenſtetten* penè defeciſſet, & pauci Monachi ibi eſſent, nec aliquis aduocatus locum defenderet, tres *Hermani* de *Sindoltingen*, de genere *Woluoldi* nati, prædictas curias hæreditario jure ſibi vendicauerunt. Ex his vnus in aqua eſt ſubmerſus, ſecundus occiſus, tertius *Carolus* dictus ad mortem ſuam ipſas Curias habuit, ante autem quam moreretur temporibus *Ottonis* Epiſcopi monaſticus ordo cœpit ſub *Sigmaro* Abbate reformari, & fratres de prædicta inuaſione coram Duce *Heinrico* bis querimoniam habuerunt, licet *Carolus* ad reſponſum non venerit. Interim Dominus Dux *Heinricus* & *Otto* Palatinus Aduocatus noſter cum Domino Imperatore *Friderico* in *Longobardiam* perrexerunt judicio Comitiæ à Duce *Heinrico* & ab *Ottone* Palatino interim quo vſq; reuerterentur, *Dietrico* de *Shioingen* commiſſo, prædictus verò *Carolus* mortuus eſt, cui fratres, cum *Friſingæ* ſepeliri deberet, ſepulturá interdixerunt. Vxor autem eius fide data ſpopondit ſe in loco *Caroli* in omni judicio quo deberet, reſponſuram. Igitur coram judice *Dietrico* fratres prædictas curias retinuerunt. Domino autem Duce *Heinrico* reuerſo, ipſa mulier conqueſta eſt & iniuſtó judicio à curiis dictis ſe alienatam, quod & judicatum eſt, non debuiſſe fieri, de hæreditate præſertim, cum *Dietricus* legitimus Comes non fuerit. Itaque Dux ipſam cauſam judicio Domini *Ottonis* commiſit, & fratres coram eo data ſententia curias retinuerunt. Ex conſilio autem Domini *Ottonis* Palatini fratres mulieri octo talenta dederunt, quæ jurauit, vt *Carolum* filium ſuum, qui adhuc lactens fuit, efficeret, vt abdicationem ſupradictarum Curiarum faceret, cum ad legitimos annos veniret, ſed juramentum non ſoluit: quapropter miles cum factus fuiſſet, monaſterium noſtrum deprædatus eſt. Vno anno *Karradum* vini & ſaginam, altero anno in quatuor curiis *Vbermuſſe* & *Eskelbach* nouem equos & quadraginta boues, & duodecim ſolidos & meliores veſtes hominum, qui fuerunt ibi. De quibus omnibus cum nullus nobis exhiberet juſtitiam, in magnam expeditionem *Hieruſalem* ſe ſignans duodecim ſolidos & indulgentiam prædictæ prædæ ab Abbate *Altumone* *Ratiſponæ* accepit, & abdicationem ſupradictarum Curiarum fecit coram Domino *Ludouico* Duce, & ſubſcriptis teſtibus. Inprimus ipſe Dux *Ludevvicus*, *Fridericus* Palatinus, *Otto* Palatinus, *Adelbertus* Comes de *Pogen*, *Heinricus* Comes de *Plagen*, *Heinricus* de *Chalenbach*, *Ratoldus* de *Nidekke*, *Perchtoldus* de *Eskelbach*, *Werinherus* *Attirſtain*, *Hermannus* de *Partſperg*, *Grimolt* de *Priſingen*, *Cunradus* de *Humbel*.

OMnium præſentium & futurorum memoriæ commendamus, quod quodam *Hainrico* de *Gundilkouen* ſubito occiſo, & apud nos ſepulto vxor eius vidua, vnà cum filio ſuo *Luipoldo* tradiderunt ad altare ſancti *Stephani*

in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in *VVibenſtephen* coram Abbate *Eberhardo Friſingæ* prædium ſuum in *Richerſtorf* ſupra *Lengenhart* pro remedio animæ eiuſdem mariti ſui & omnium parentum ſuorum. Teſtes *Luipoldus*, filius eius *Herbordus*, frater eius *Vlricus*, *Vlricus Rudigerus*, *Herman*, & *Herbordus* cognati ſui, familiares eius *Heimo*, *Tepich*, *VValchum*, *Heinricus*, *Piſtor* & filius eius *Vlricus*, *Conrat*, *Reinpert*, *Fridericus*, *Sibot* cocus.

NOuerint omnes præſentes & futuri, quod quidam nobilis *Dietricus* de *Moſen* iturus in expeditionem cum Domino ſuo Duce *Bauariæ* tempore ciſmatis, quod fuit in regno ſub duobus regibus veniens in *VVibenſtephen*, tradidit eidem Monaſt. coram Abbate *Eberhardo* auunculo ſuo curtem vnam in *Leren*, cum viro qui ſuper eadem curte manebat, nomine *Cunr.* cũ vxore & liberis eiuſdem viri, eo tenore, vt ſi ipſe *Dietricus* abſq; legitimo hærede obierit, prędictũ m p̃dium fratribus in *Wibenſteuen* perpetuo deſeruiat. Teſtes ipſe *Dietricus*, *Eberhard* miles eius de *VViltenſtain*, *Pilgrimus* de *Rote*. De familia *Sieboto*, *Eberhart*, *Lüſunch*, *Cunrad Riedar*, *Perchtoldus*, *VVenege*, *Vdalricus*, *Pochel*, *Cunradus*, *Tepich*, *Vlricus Luttar*, *Vlricus Sevvar*, *Cunradus Chubechar*. Euoluto igitur tempore exiguo iſdem *Dietricus* extremitate temporum actus, mortiq; contiguus eandem curtem in poſſeſſionem Eccleſiæ noſtræ abſolutè delegauit, alia ſuperaddita in loco qui *Aiche* dicitur, quam *Leukardi* vxori ſuæ ad cenſum triginta denariorum, ad indicium proprietatis noſtræ annuatim perſoluendum quoad vſque vixerit, deputauit. Sed definito conſilio prænominata coniunx eiꝰ quo facilius, quam verebatur controuerſiæ abigeret repagulum vtriſque poſſeſſionibus ad aram S. *Stephani* protomartyris delegatis, cenſum ipſum præſentialiter exhibuit. Teſtes huius rei ſunt *Adalbero* de *Brukeberg*, *Otto* filius *Pernhardi* Comitis, *Vdalricus* de *Lapide*, *Eberhart* de *Milteſtain*, *Dietricus* miles ſupradicti *Dietrici*, *Heinricus* de *Lern* eius Præpoſitus. Ex familia qui vt ſupra & alij quam plures.

PAucis itaque interiectis diebus, dum exequias eius propter inſtantis Werræ calumniam dilatas plenius exegimus in *Ludevvici* Ducis *Bauariæ* præſentia, ipſa hæc omnia propalando ſubinſcriptis teſtibus confirmauit. Teſtes ipſe Dñs Dux *Ludeuicus* & eius miniſteriales, *Grimolt* de *Briſingen*, *Vdalricus* de *Schrobenhuſen*, *Vdalricus* iudex de *Valchenberg*, *Ludovvicus* iudex de *Wartenberg*, *Otto Choph*, *Chunradus Gurre*, & eius filius *Eberhart* de *Milteſtein*, ex familia qui ſupra.

POſtmodum cuiuſdam *Ottonis* miniſterialis Ducis ſortita connubium curtẽ quam ad cenſum receperat, eo tenore reſignauit, quatinus in prioris mariti anniuerſario toti congregationi ſolatium penderetur. Teſtes *Sifridus Choph*, *Otto Choph.* maritus eius *Pertholdus*, & filius eius *Sifridus*, *Heinricus* de *Erphenprunnen*, *Sighardus* de *Hittenfurt*, *Eberhardus* de *Perchuſen*, *Cunradus* de *Adelhershuſen*: ex familia omnes qui ſupra.

NOuerint omnes tàm præſens quàm poſteri, qualiter *Eberhardus* Abbas Monaſterij S. *Stephani* in *VVibenſteuen*, cuidam militi nomine *Sighardo* de *Hittẽfurt* prædium Eccleſiæ noſtræ in *Heidolfingen* quadraginta talentis ea conditione inuadiauerit, quò per decẽ annorum curricula nulla ſolutionis facultas ſuppeteret. Decurſa verò prę fixa temporũ quantitate triginta quinq; talentis, ſubtractis quinq; reſiduis, liberum ſoluendi pateret arbitrium. Si autem ipſe abſq; legitimo hærede vita decederet denominatum prædium licet inſolutum vſui noſtro perpetim deſeruiret. Huic ſententiæ vtriſque concordantib. Dñi *Ottonis Friſingenſis* Epiſcopi nec nõ *Ludouici* Ducis *Bauariæ* præſentia in eadem *Fri*-

*ſingenſi* matricula confirmatur. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini M.CC.III. Teſtes ipſe Dominus *Otto* Epiſcopus, *Ludouicus* Dux, *Otto* de *Moſen*, *Perhtoldus* de *Vagen*, *Volmarus* de *VViuershouen*, *Hartvvicus* & filius eius, *Otto* de *Richolſtorff*, *Fridericus* de *Svvabingen*, *Sifridus Chopf*, *Grimoldus* de *Briſingen*, ple. *Sighardus*, *Hainricus* iudex, *Chunradus* de *Pacharn*, *Magens* & *Vdalricus*, *Adalbero* ſerui Domini *Sigfridi Choph*, *Conradus Riedar*, *Conradus Tepich*, *Perhtoldus Wenig*, *Heinricus Cholb.* & alij quam plures.

INnoteſcat omnibus Chriſti fidelibus tàm præſentibus quàm futuris, de concambio celebrato inter Dominum *Eberhardum* Abbatem ſancti *Stephani* ſuosque fratres & Dominum *Hainricum* Præpoſitum de *Celle*, de quibusdam vtriusque clauſtri prædiis. Tria namque prædia videlicet *Hachingen*, *Tiſenhouen* *Wetilncheim*. Abbas & fratres *Wihenſtephenſes* aſſignauerunt Præpoſito & fratribus de *Celle*. E conuerſo *Cellenſes* curiam & dimidium manſum in *Noderndorff* ipſis aſſignari annuerunt. Hoc itaque concambium ſtabilitum eſt coram Domino *Ottone Friſingenſi* Epiſcopo & Domino *Ludouuico* Duce *Bauariæ*, & *Hainrico* marchione *Iſtriæ*.

NOtum ſit præſentibus & futuris qualiter *Heinricus* Dux *Bauariorum* frater *VVelfonis* rogatu ac conſenſu Domini *Wolfstrigel* de *Buren* decimas ſex hubarum, quibus apud *Gurchingen* eundem inbeneficiauerat, pro remedio animæ ſuæ, ſuper altare ſancti *Quirini* ſanctique *Stephani* in prædicto poſito loco potenti manu dederit. Huius rei teſtes ſunt *Rivvin* & frater eius *Habart* de *Buren*, *Ebermunt* & filius eius *Amelrich Otloch* & filius eius *Othoch*, *Ezzo*, *Perhtold* de eadem villa *Richer*, *Reginpert* de *Lattersheim*.

NOuerint omnes fideles Eccleſiæ, quod quidã *Heinricus* miniſterialis ſanctæ *Mariæ* Maioris Eccleſiæ ſponte nobis obtulit talem pro reddenda ſibi pecunia hæreditatem, qualem habuit in loco qui dicitur *Preciten* cum adiacente molendino, tandemq; à nobis duodecim talenta & equum recipiens delegauit nobis prædictas poſſeſſiones in præſentia aduocati noſtri *Ottonis* Palatini Comitis. Teſtes *Otto* iunior frater *Ottonis* Palatini Comitis, *Aribo* de *Biburch*, *Gervvich* de *Pubinhuſen*. *Vdalrich* de *Holzhuſen*, *Vdalrich* de *Purginbach*, *Gervvich* de *Kamere*, *Gervvich* de *Horskenhouen*. *Heinricus* de *Wolfoltesdorff*, *Gotpolt* de *Gieſenbach*, *Heinricus* de *Pernhach*, *Heinricus* de *Preciten*.

NOtum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuris qualiter Dominus *Heinricus* frater prædicti *Ottonis* Præpoſiti abdicauit ſe querimoniæ quam habuit de prædicto prædio *Vurte* in manu Domini *Ottonis* Palatini Comitis ſenioris aduocati noſtri, cui nos è contra ſeptem talenta intuitu eiuſdem abdicationis dedimus. Teſte *Dietricus* frater eiuſdem *Heinrici* de *Moſen*, *Dietricus* de *Slibingen*, *VVernherus*, *Otto*, *Vdalricus* de *Purginbach* *Sigfridus* de *VVartenberg*, *Oſricus* frater eius, *Adelhardus* de *Priſingen*, *Sifrit* de *Ridgen*, *Enligvvan* de *Haidorff*, *Heinricus VVefogel* & cognatus eius *Helle*, *VVernher* de *Folcrathesdorff*, *Cunrat* de *Lochchirn*.

NOuerint omnes Chriſti fideles, quod Dominus *Sigefridus* cognomine *Choph*, miniſterialis Domini *Ludouici* Ducis *Baioariæ* pro remedio animæ ſuæ & fratris ſui & omnium parentum ſuorũ tradidit prædium ſuum in *Harte*, per manũ eiuſdem Ducis Aduocati noſtri in manus *Eberhardi* Abbatis ſancto *Stephano* &

fratrib. eiuſdẽ loci perpetuo deſeruiendum. Quam traditionem fecit, cum eſſet Dux idem *Friſingæ* in domo *Vlrici Snodi*, Huius rei teſtes ſunt, *Otto* & *Heinr*, de *Purchrain* filij fratris eiuſdem *Sigefridi*, *Vlricus* Iudex de *Valchenperch*, *Rapoto* de *Gundingen*, *Heinricus* de *Chrainchſperch*, *Vlricus* de *Toufchürchen*, *Rudpertus* de *Aſcmutingen*, *Rutpertus* de *Richerſpuren*, *Heinricus* iudex in ciuitate.

## Catalogus Abbatum Monaſterij in *Weihenſtephen*.

I. GERHARDVS ab *Engelberto* Epiſcopo *Friſingen.* primus Abbas præficitur Monaſterio in *VVeihenſtephan*, ex Monaſterio SEVN; qui poſt annum vel amplius Abbatiam dimiſit.

II. ARNOLDVS, vir reuerentia & pietate inſignis dimittente *Gerardo* Abbatiam per Epiſcopum *Engilbertum* ſubſtituitur; qui diem clauſit extremum an. M.XLI.

III. DIETFRIDVS el. an. 1041. reſig. Abbat. an. 1047.

IV. HENRICVS an. 1062. vltro abbatiâ ſe abdicat, ob. an. 1064.

V. PERINGERVS deceſſ. an. 1065.

VI. HAGANO cum cœnobio annis XV. præfuiſſet, ob. an. 1080. IV. Idus Aprilis.

VII. HENRICVS. II. conſtituitur Abbas IV. Cal. Decemb. an. 1080. & benè per biennium ſuos rexit.

VIII. ERCHINGERVS el. IV. Non. Aug. an. 1082. ſub hoc Abbate (deinde depoſito) cœnobium an. 1085. incendio periit negligentia cuiuſdã Monachi poſtmodum an. 1095. VIII. Cal. Septemb. ab Epiſcopo *Meginhardo* amplè reſtauratum & conſecratum.

IX. PABO de *Pruflingen.* cœnobio Abbas conſtituitur, an. 1097. quem *Henricus* IV. Imp. depoſuit & *Eerchingero* Prælaturæ officium reſtituit: iterum vero an. 1099. ab Imp. deponitur & *Pabo* reaſſumitur, qui deinde anno Domini 1114. abbatiam liberè dimiſit.

Hoc anno Clericus quidam nomine *Marquardus* apud domum B. *Mariæ* virginis in curte Epiſcopali ad auſtralem plagam diluculo orto iam ſole deambulans, vidit circa *VVeihenſtephenſe* Monaſterium verſus Occidentem nubes condenſari: e quibus grandis ſtella paulatim procedens, vſque ad turrim templi S. *Stephani* perrexit, vbi aliquandiu ſubſtitit; & mox relictâ turri ſuper clauſtrũ verſus orientem proceſſit, vnde progreſſa ad Aquilonem reuerſa eſt, atque rurſus ſuper turrim rediit. Hinc ſexies in Orientem, & inde ſexies ad Aquilonẽ in modum Crucis diſcurrit. Tandem ab occidente ad Orientem proceſſit, donec ad magnum aggerẽ pomærij perueniret, & ſuper turrim verſus Orientem reuerteretur, nubemq; vnde prius egreſſa fuerat, rurſus ingrederetur, nec amplius appareret, ſole per magnum cœli ſpacium progreſſo. Per id ſanè prodigium plerique putarunt ſanctũ *Michaelem* Archangelum ſe manifeſtaſſe: quare etiam ab Epiſcopo *Friſingen.* cænobio eſt in patronum deputatus, cum ante id temporis ſolus S. *Stephanus* illius Cænobij patronus eſſet.

X. MEGINARDVS abbas quamdiu præfuerit ignoratur.

XI. SIGMARVS vir genere nobilis ab ipſo Reuerendiſſimo Epiſcopo *Weihenſtephen*. Monaſterio præfectus an. 1138. moritur an. 1147.

XII. GVN-

XII. GVNTHERVS eodem ann. 1147. in Abbatem electus, ſequenti rurſus deſtitit,

XIII. RAPOTTO *Guntheri* ſucceſſor, cæcus effectus Abbatiam reſignauit, an, 1172.

XIV. SIBOTTO Abbas poſt biennium, quod ſe reputaret ad hanc dignitatem parum idoneum, abbatiam dimiſit.

XV. REIMBOTTO electus, cum propter aduerſam valetudinem atq; imbellicitatem ſe tanto muneri videret imparem, reſignauit anno Domini 1182.

XVI. ALTO vir eruditus, & prælatura haud indignus ſucceſſit, ſub cuius regimine cœnobium V. Id. Maij, an. 1197. penitus eſt combuſtum: eodemque an. ipſe Abbas regimen dimiſit.

XVII. EBERHARDVS el. an. 1198.

XVIII. MEINRADVS in locum *Eberhardi* ann. 1219. defuncti conſtituitur; qui poſtea an. XXIV. reſignauit.

XIX. VDALRICVS *Attelenſis* Abbas *Meinrado* ſuffectus poſt annum piè in Chriſto obiit.

XX. VDALRICVS II. de cœnobio *Seun* ſubſtituitur; qui poſt annum ſponte ſe Abbatia abdicauit.

XXI. VDALRICVS III. el. an. 1227. quo præſidente an. 1242. clauſtrum Monialium conflagrauit, in feſto vndecim millium virginum, atque hoc tertium fuit incendium: Anno deinceps 1255. cœnobium quartò igne deuaſtatur, in die S. *Leodegarij* ſub noctis crepuſculum.

XXII. ISENRICVS elig. an. 1255. & vltra triennium præfuit.

XXIII. VDALRICVS IV. ex cœnobio *Tegernſee*, in Abbatem eſt promotus ann. 55.

XXIV. LVDOVICVS Abb. ann. LX. reſignauit.

XXV. CONRADVS I. ob. an. 1300.

XXVI. CONRADVS II. an. 1309. in *Anagnienſem* Epiſcopum, & Eccleſiæ Friſingen. *Suffraganeum* conſecratus, Abbatiam nihilominus ad triennium ſibi retinuit.

XXVII. NICOLAVS anno 1311. electus, ſequenti mox anno è viuis exceſſit.

XXVIII. HENRICVS III. cognomento *Seefelder*, Conuentualis ad S. *Quirinum* in *Tegernſee* el. an. 1312.

XXIX. GWALTHERVS decimo nono anno obiiſſe perhibetur.

XXX. CONRADVS III. el. an. 1319. anno 1328. viuere deſiit.

XXXI CONRADVS IV. poſt triennium obiit.

XXXII. MARQVARDVS rexit anno 1331. in die Sanctæ *Barbaræ* Virg. obiit anno 1367.

XXXIII. PICTOR ab artificio ſuo cognominatus (quem alij GALLVM vocatum fuiſſe aſſerunt) Monachus quidam in Weichenſtephen *Marquardo* ſucceſſit.

XXXIV. ALBERTVS.

XXXV. VDALRICVS *Schyren.* cœnobij conuentualis *Alberti* ſucceſſor, poſtmodum Abbatiæ renuncians, ad ſuum Monaſterium rediit, & à confratrib. ſuis in *Schyrenſem* Abbatem eſt electus.

XXXVI. STEPHANVS Monaſterij *Nouæ Cellæ* Præpoſitus an. 1378 à *Bauariæ* Duce *Friderico* non quidem Abbas, ſed tanquam Prouiſor in *VVeihenſtephan* conſtituitur, quod officium auxiliante ipſo Duce, magna cum cœnobij

nobij vtilitate geſſit vſque ad tertium annum: circa quod tempus Conuentuales ſuos nouis, vt videtur, conſilijs induxit, vt ipſi inter ſe aliquem idoneum ſibi præficerent Abbatem, quod & factum fuit.

XXXVII. LEONHARDVS præficitur an. Dn. 1380. qui cum annos XXXVI. benè rexiſſet, ac plurimis modis omnibus fratribus profuiſſet, tandem ſenio confectus, vitam cum morte commutauit.

XXXVIII. Prior Monaſterij eligitur Abbas ann. 1416. qui primo ſui regiminis anno ex veneno hauſto vitam innocentem finiuit.

XXXIX. EBERHARDVS II. primus Inſula inſignitus, *Baſileenſi* Concilio interfuit, ac completis benè ſui regiminis xxxii. annis, obijt ſepultus ante altare ſanctæ Crucis.

XL. IOANNES poſtulatus in ſui prædeceſſoris locum an. 1448. cum præclare geſſiſſet munus ſibi iniūctum annis xxxii. obiit Calend. Febr. ann. 1481. circa altare SS. *Achatij* & *Mauritij*, quod ipſe conſtruxerat, terræ mandatus.

XLI. LEONHARDVS II. immediatus *Ioannis* I. ſucceſſor, cum per trienniū optimè præfuiſſet, VIII. Cal. Septembr. an. 1484. è viuis exceſſit.

XLII. CHRISTOPHORVS I. eodem an. (1484.) electus tempore Vindemiarum in *Auſtria* conſtitutus, benedictionem inuitus ſuſcepit & cum aliquamdiu Monaſterio præfuiſſet tandem ſtudiorum ac ſcientię amore ductus, Abbatia liberè reſignatā *Bononiam* ſe contulit, ac ibidē ſacræ Theologiæ Profeſſor Iuriſque Pontificij Doctor factus in *Carinthiam* patriam ſuam rediit ac in magnifico quodam Collegio *Cellæ Marianæ* famoſiſſimus diuini verbi prædicator extitit: vita demum functus an. Dn. 1507.

XLIII. WOLFGANGVS, nobilis à *VVeichs*, poſteaquam per XL. annos Cathedralis Eccleſiæ *Friſingen.* Canonicus fuiſſet, in *VVeihenſtephen.* Cœnobio Monachalem habitum ſuſcepit, factaque poſt Nouitiatum profeſſione Abbas efficitur: cumq; paucis annis benè & laudabiliter præfuiſſet, diem extremum clauſit, an. 1495.

XLIV. ANTONIVS tum temporis Prior *VVolffgango* defuncto eod. anno ſubrogatur, qui demum anno 1508. in die S. *Ruperti*, Calend. Aprilis ad ſuperos migrauit.

XLV. BENEDICTVS Prior, elig. eod. an. feria ſecunda poſt Dominicam *Palmarum*, cumq; an. XII. laudabiliter præfuiſſet, diem obiit an. 1520.

XLVI. THOMAS ſedit an. XXXIII. ob. VIII. Id. Octobr. ann. 1553.

XLVII. CHRISTOPHORVS II. mortuus eſt in celebri Principis omniumque ordinum ac ſtatuum *Bauariæ* Conuentu *Ingolſtadij* an. Dn. 1563. celebrato, V. Cal. April. & ad Monaſterium ſuum reductus, ibidem ſepultus eſt.

XLVIII. CASPARVS el. an. Dn. 1563. cumq; annis tredecim optimè præfuiſſet an. Dn. 1576. prid. Id. April. piè obdormiuit.

XLIX. PAVLVS elig. VIII. Id. Maij ann. Domini. 1576. ob. ann. 1579. Calend. Maij.

L. BENEDICTVS II. vnanimi fratrum voto eligitur ann. 1579. feria V. poſt *Pentecoſten.* præfuit ann. XX. cum dimidio ob. ann. 1599. Nonas Decembr.

LI. SIXTVS, antea Prior, in Abbatem eligitur anno 1600. in die ſancti *Hilarij* ſacellum ſuper fonte ſancti *Corbiniani*, aliaque complura ædificia magnis ſumptibus conſtruxit, cumque benè & laudabiliter octodecim ann. præfuiſſet, ob. an. 1618. die 14. Ianuar.

LII. CHRISTOPHORVS III. el. 7. Febr. an. 1618. præf. ſolummodo menſ. octo cum dimidio. ob. 9. Septemb.

LIII. GEORGIVS, modernus Abbas, el. die nona Octobr. an. 1618.

## VVELTENBVRG.

DE fundatione huius Monaſterij Ordinis S. Benedicti ſcribit Ioan: Auent. lib. 3. fol. 265. q. tempore Theodonis Ducis Bauariæ, qui cũ filio Theodoperto à Diuo Ruperto Reginoburgij aqua cælesti luſtratus eſt, poſt extructa templa, tam Reginoburdij, quàm Vtini, Chriſto Deo atque eius Genitrici dicata, atque à Diuo Ruperto conſecrata (vtrumque adhuc Ædicula ſeu Capella vetus vocatur) poſt hæc per omnes Boiorum regiones, ſacræ ædes paſſim ædificatæ ſunt, à Diuo Ruperto & ſociis conſecratæ, vt Weltenburgij, quod ipſe Valentiam vocat, & extra mœnia Reginoburgen. S. Georgio, Tutelari Chriſtianorum Militum Diuo. quædam S. Martino Maximilianoque, templa dicata, quæ adhuc monſtrantur.

Alibi idem Auent: lib. 6. fol. 614. ſcribit, Eodem etiam tempore Hardouicus Epiſcopus Reginoburgenſis Valentiam, hoc eſt Weltenburg, templum, Diuo Georgio dicatum, pulſis Monachis Benedictinis tradit, Auguſtalibus flaminibus, hoc eſt, Canonicis regularibus D. Auguſtini, accito Hardouico eius ordinis ex Norico de æde Diui Floriani, id eſt, ex Monaſterio S. Floriani in Auſtria, ſupra Anaſſum. Conradus itidem Epiſcopus Reginoburgenſis, quinque poſt annos Monachos Benedictinos rurſum reſtituit, ipſiſque Fridericum præfecit. Monaſterium hoc Danubio ſeptum, quinque millia paſſuum infra Abenſperg; ibi Cineres Artobrigæ, quę teſte Ptolomæo, caput olim Vindelicorum fuit, monſtrantur. De quo Auent: in ſecundo & tertio libro Annalium latius ſcripſit.

## ADDITIONES.

QVam clara ab antiquiſſimis olim temporibus fuerint hæc *Vindelicis* ad *Boiariam* nunc ſpectantia loca, & *Romanis* minimè incognita ex delineatione noſtra Veteris *Norici*, & ſubiuncto huic Nomenclatore in verb. *Artobriga* & verb. *Vitellij* vadum lector cognoſcet.

Ad Monaſterium *VVeltenburgum* quod attinet monumentum illud poſt ſe reliquiſſe Theſſalonum I. D. Ruperti tempore an. Chriſti 575. tradit Appian. in Chorograph. Bauar. Hundius veriora certioraq; ſecutus Theodoni III. Duci, qui cum filio Theodoperto & prouincialibus à D. Ruperto Ratisbonæ aqua cæleſti luſtratus eſt, fundationem, huius aſceterij tranſcribit.

Sequentis Diplomatis originale vel propter ſolum antiquitatis aſpectum veneratione dignum mihi exhibuit & deſcribendum dedit Admodum Reuerend⁹ Domnus MELCHIOR .... modernus Abbas huius loci, vir à ſingulari humanitate commendandus.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Heinricus* diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes Chriſti noſtrique fideles tàm futuri quàm pſentes, qualiter nos pro pij genitoris noſtri felicis memoriæ *Churnradi* Imperatoris Auguſti noſtræque animæ remedio *VVeltenburgenſis* Eccleſiæ Abbati nomine *Buolo* ſuiſque ſucceſſoribus quoddam noſtri iuris prædiũ *Bozinvvanch* dictum

dictum in pago *Chelsgouue* in comitatu *Ottonis* Comitis ſitum cum omni pertinentia ſeu vtilitatibus in ſylua, quibus ipſi Eccleſiæ indiget in proprium tradidimus, cum terris, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ſeu cum omni vtilitate quæ vllo modo inde poterit prouenire. Eo nimirum tenore vt præſcriptus Abbas *Buolo* ſuique ſucceſſores de eodem prædio liberam deinceps habeant poteſtatem tenendi, commutandi, vel quicquid ſibi placuerit inde faciendi, ad vtilitatem ſcilicet prætitulatæ Eccleſiæ in honorem ſancti *Georgij* martyris conſtructæ. Et vt hæc noſtræ traditionis auctoritas per ſuccedentia tempora ſtabilis & inconuulſa permaneat, hoc præceptum inde conſcriptum manuque propria corroboratum, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domini *Henrici* tertij regis inuictiſſimi.



*Theodoricus* Cancellarius vice *Bardonis* archicancellarij recognouit.

Data Id. Ianuar. Indict. VIII. anno Dominicæ incarnationis Milleſimo Quadrageſimo. Anno autem Domini *Henrici* tertij ordinationis XII. regni vero . . . . . Actum *Auguſtæ* feliciter, Amen.

## Catalogus Abbatum huius Monaſterij quamuis non omnibus ſuis numeris abſolutus.

I. VISVNDVS primus Abbas, el. ann. 580. quanto autem tempore præfuerit, non conſtat.
II. ISINGRINVS circ. an. 580. & 95.
III. ARNOLPHVS Abbas, an. 607.
IV. BERCHTOLDVS, an. 626.
V. IVOTA, an. 634.
VI. MATHILDVS, an. 648.
VII. POPPO Abbas, an. 666.
VIII. RVDHARDVS Abb. an. 672.
IX. TVTO Abb. an. 679.
X. HAGANO, an. 693.
XI. GEBERTVS, an. 699.
XII. HVGO, an. 709.
XIII. REMPERTVS Abb. an. 712.
XIV. HERIBATO, an. 720.
XV. GOTSCALCVS an. 729.
XVI. BONIFACIVS, an. 739.
XVII. SAGIDVS, an. 741.
XVIII. ADALWARTVS Abbas an. 747.
XIX. REGINHARDVS an. 760.
XX. WIGMANDVS an. 777.
XXI. DEDALRICVS an. 789.

XXII. ERNESTVS: an. 796.
XXIII. DIETERICVS, an. 802.
XXIV. WIEANNVS an. 815.
XXV PERINGERVS an. 820.
XXVI. RVPERTVS an. 830.
XXVII. PERTHOLDVS I. huius nominis an. 843.
XXVIII. EBERHARDVS I. an. 850.
XXIX. ALBRICVS an. 857.
XXX. RVPERTVS II. an. 859.
XXXI. ISNRICVS. ob. an. 867.
XXXII. MICHAEL I. an. 867. & an. 84.
XXXIII. PAVLVS *Abbas*. an. 901.
XXXIV. EBERHARDVS II. an. 918. & 19.
XXXV. MATHIETH an. 935.
XXXVI. WALTHCHVN. an. 949.
XXXVII. HEINRICVS I. an. 956.
XXXVIII. HARTWICVS Abl. prouiſor ſæcularis an. 958.
XXXIX. ALBERTVS *Puechperger* prouiſor ſæcularis an. 961.
XL. ALBERTVS ſcriptor prædicti *Puechpergeri* prouiſor. an. 962. circa hoc tempus (an. 963.) exſtitit S. *VVolffgangus* Epiſcopus *Ratiſponenſis* qui ſub *Henrico* ſecundo denuo refecit Monaſterium noſtrum, & Sacellum in mõte B. *Mariæ* virgini conſecrauit qui poſtea anno 994. obiit.
XLI. CONRADVS I. qui ſub D. *VVolfgango* Ep. *Ratisbonen*. ſecundus extitit fundator huius cœnobij circa an. 980.
XLII. IOANNES I. an. 986.
XLIII. PVDILONVS an. 990.
XLIV. ARNOLDVS an. 996.
XLV. PERTHOLDVS II. an. 1002.
XLVI. ALBRICVS an. 1009.
XLVII. EBERHARDVS III. an. 1018.
XLVIII. HERRANDVS an. 1023.
XLIX. WOLFRAMVS an. 1025.
L. VDALSCHALCVS an. 1028. & 29.
LI. WALCKVNO an. 1034.
LII. PERVNGERVS an. 1036.
LIII. PVLO an. 1040.
LIV. CONRADVS *Abbas* huius loci, poſtea Abbas electus in *Pruel*, ann. 1045.
LV. PRVNGERVS an. 1051.
LVI. PERTHOLDVS III. an. 1063.
LVII. ALBRICVS an. 1078.
LVIII. BVRCKHARDVS an. 1082.
LIX. CHVNRADVS *Thelionarius* an. 1089.
LX. GOTSPERTVS an. 1090.
LXI. IOANNES *Zimer* Licentiatus Iuris Can. Prouiſor ſæcularis an. 1092.
LXII. IOANNES *Saller* nobilis Prouiſor ſæcularis an. 1101.
LXIII. IOANNES *Praxator*. ſæcularis prouiſor an. 1108.
LIV. THOMAS *Grienavver* nobilis Prouiſor ſæcularis an. 1120.
LXV. ALBERTVS *Glückh*, Prouiſor ſæcularis. an. 1122.

HART

HARTWICVS Epiſcopus *Ratiſponenſis Auguſtinianos* Monachos introduxit, circa annum 1123.

LXVI. HARTWICVS *Auguſtinianus* Præpoſitus an. 1123.

LXVII. ADALPERTVS *Aug.* Præpoſitus. an. 1127.

CHVNO Epiſcopus (quidam vocant *Conradum*) *Ratiſponen.* ſucceſſor præſcripti Epi *Hartvvici*, iterum introduxit & reſtaurauit ordinem S. *Benedicti* circa an. 1128.

LXVIII. IOANNES. al. FRIDERICVS, Abb. an. 1128. & 30.

LXIX. EKHARDVS an. 1132. & 37.

LXX. RVDIGERVS an. 1138. poſtea Abbas, an. 1138.

LXXI. WILHELMVS de *Hirſchauu* an. 1140. & 47.

LXXII. RVPERTVS an. 1152.

LXXIII. HARDWICVS prouiſor ſæcula... huius loci, an. 1157.

LXXIV. GEISALDVS ſæcularis prouiſor, an. 1160.

LXXV. WERNHERVS an. 1167

LXXVI. IOANNES, an. 1176.

LXXVII. VDALRICVS, an. 1181.

LXXVIII. REINHARDVS, an. 1190.

LXXIX. IOANNES, an. 1197.

LXXX. HARTWICVS an. 1202.

LXXXI. MEINHARDVS an. 1210.

LXXXII. CONRADVS Sacerdos & Monachus Sancti *Emerami* Abbas anno 1217.

LXXXIII. WOLFRAMVS an. 1220. vſque 1225.

LXXXIV. ERCHINGERVS an. 1226. & 30.

LXXXV. ALBERTVS an. 1240.

LXXXVI. ANDREAS I. an. 1246.

LXXXVII. NICOLAVS an. 1252.

LXXXVIII. FRIDERICVS an. 1253. & 62.

LXXXIX. PRVNO an. 1263. & 67.

XC. CONRADVS.

XCI. FRIDERICVS II. an. 1273. & 80.

XCII. HENRICVS an. 1290. & 91. impetrauit *Staubing*, propter merita ſua.

XCIII. GERVNGVS Senior de *Reichenpach*. an. 1293.

XCIV. HERWICVS an. 1296. & 99.

XCV. MEINHARDVS an. 1307. & 13.

XCVI. HERBICVS an. 1314. & 19.

XCVII. ALBERTVS an. 1323.

XCVIII. NICOLAVS an. 1327.

XCIX. CONRADVS nobilis cognomine *Avver*, an. 1328.

C. MEINHARDVS an. 1330. & 37.

CI. HENRICVS Abbas an. 1338. & 42.

CII. WIEMARVS an. 1346.

CIII. ANDREAS Abb. Profeſſ. de *Biburg* ann. 347. & 50. hic multa mala intulit huic Monaſterio cum vno fratre *Dieterico*.

CIV. MEINHARDVS an. 1351. & 56.

CV. EBERHARDVS IV. an. 1357. & 62.

CVI. ERNESTVS, an. 1363. & 66.

CVII. CONRADVS Abbas de *Caſtello*, an. 1367. & 71.

CVIII. PERNOLDVS an. 1372.

CIX. RVGERVS an.1376.& 81.
CX. DIEPOLDVS,an.1383.
CXI. EKHARDVS an,1786,
CXII. ANDREAS Abb.dictus *Ruffus*.an.1397.
CXIII. DIEPOLDVS,an.1399.& 1401.
CXIV. ANDREAS an.1403 & 9.
CXV. PETRVS *Inckhoner* ciuis *Kelheimenſis*, Prouiſor ſæcularis, præfuit duobus annis.an.1411.
CXVI. N. *Khuttenauuer* Nobilis, Prouiſor ſæcularis,an,1412.
CXVII. PETRVS Abbas an.1413.
CXVIII. FRIDERICVS *Straſſer*, prouiſor ſæcularis an.1414.& 15.
CXIX. MARTINVS Sacerdos Laicalis.an.1417.
CXX. MICHAEL Abbas an.1418. Poſtea ſuſcepit Abbatiam in *Malterſtorff*. qui multos deporrauit libros huic Monaſterio. præfuit 5.annis.
CXXI. NICOLAVS an. 1423.& 41.præfuit.benè 18.annis.
CXXII. CONRADVS de *Caſtello*, ab ann. 1441. vſque ad 50. optimè præfuit.
CXXIII. HENRICVS de *Caſtello*,an.1450.reſignauit an.1480.
CXXIV. WOLFGANGVS an,1481.malè præfuit vno anno, poſtea depoſitus.
CXXV. WENCESLAVS *Sturm* nobilis, prouiſor ſæcularis,an,1482.
CXXVI. VLRICVS,Abb.an.1490.
CXXVII. IOANNES *Stoër* Abb. an.1505.vſque 35.
CXXVIII. THOMAS ex hoc Conuentu Abbas,an.1536.
CXXIX. AVGVSTINVS Adminiſtrator, depoſitus an.1538.
CXXX. FABIANVS Ab.an. 1539.ob.an.1553.
CXXXI. MICHAEL *Heysler*.Ab.an.1554.
CXXXII. ERASMVS dictus *Marckhel*, Adminiſtrator,ob.an.1561.
CXXXIII. CHRISTOPHORVS Adminiſtrator,ob.an.1562.
CXXXIV. AVGVSTINVS dictus *Zickhl* de *Scheyrn* Adminiſtrator an.1562. depoſitus an.1565.
CXXXV. ANDREAS *Placidus Hortulanus* Abbas anno 1565. obiit anno 1588.
CXXXVI. VVOLFGANGVS *Kilsmair* de *Obern Altaichen* profeſſus Abbas an. 1588.& 98.
CXXXVII. CYRIACVS *Empel* profeſſus de *Ebersperg* Abbas ann. 1598. vſque 1610.
CXXXVIII. MELCHIOR eligitur. 7. Februar. anno 1611. ac etiamnum benè ac feliciter præeſt.

## *VVESSESBRVNNEN.*

MOnaſterium Ordinis S. Benedicti, fundatur primo, cum ſeptem aliis Monaſteriis: per Landfridum Elilandum, & Waldramum fratres, Comites ab Antorff & Loiſa, ampliatur & inſtauratur poſtea. vt habet Chronica huius Monaſterij anno 753. per Taſſilonem filium Vtilonis, Ducem Boiorum, qui in Marchia Ducatus tunc regni Boiorum, in ſaltu Foreſti, qui Nortvvald dicitur, inter duo flumina, Amperam & Lycum venationi operam dabat aprorum, & dum fortè nocte, iuxta fluuium, à ſuo Ducis nomine Teſſelpach dictum, ſub tectorio dormiret, vidit in ſomnis ſcalam, Cœlum extremitatibus & terram attingentem

gentē, Angelos Dei aſcendentes, & deſcēdentes & S. Apoſtolum Petrum ſcalæ innitentem & canentem ea, quæ cōmuniter in dedicationis officio cantari ſolent, venatorū Taſſilonis alter, qui VVeſſo dicebatur, inuenit fontem in modū crucis ebulientem, qui ab eo nomen obtinuit, & dicitur hodie, fons Weſſonis,

TASSILO autem Dux Monaſterium eiuſdem nominis, cooperante ſibi S. Bonifacio ædificauit & poſſeſſionibus ampliauit, vbi primus Abbas Ilſungus Altaichenſis Monachus, præfuit annis XLI. Et in meridiolani Eccleſiæ plaga ſepultus eſt.

AVENT: in Annalib. fol. 551. de hoc Monaſterio ponit, quòd hactenus à popularibus, id eſt, ſæcularibus Sacerdotibus, poſtquam ab Vngaris exuſtum fuit occupatum, his pulſis, ſacris D. Benedicti Hainricus Imperator reſtituit, circa annum 1050. Fuit olim ibi Monialium quoq; cœnobium.

HAINRICVS Höchenkürcher de Ifldorff, Abbas ibi, anno 1384. Cui Bonifacius nonus dedit priuilegium Pontificalibus vtendi Inſulā, Baculū, an. 1402. Rexit XXX. annis laudabiliter. Reſignat anno 1414. factus Abbas in Etal, ad petitionem Wilhelmi & Erneſti Ducum Bauariæ, vbi obiit 1418. Hainricus Comes Tyrolenſis, pro ſua & fratris Berchtoldi anima, dedit vineam in Ruffrano, vbi dicitur Subdoſſa, an. 1181. Eodem tempore Gertrudis de Liechtenſtain, Miniſterialis eiusdem Comit: cum conſenſu mariti ſui Conradi, pro remedio animarum ſuarum, & pro amore filiarum Irmegardis & VVilleburgæ Monialium ibidem, dedit curtem in ſuperiori Leuen &c.

Patroni huius Monaſterij ſunt, SS. Petrus & Paulus.

Nobiles ibi ſepulti ſunt de Seeueld. Item dicti Greuter de Greut, rudera extant veteris arcis, non procul à Monaſterio, Dieſſen verſus.

Item Pfettner, & vnus de SchVVangaV, Ibidem Nobiles de Freiberg, de Aſch vltra Lycum Sueui.

VLRICVS Hochenkircher Abbas, ibidem emit à Ioanne Sumerſtorf villam Mennzing, cum omnibus pertinentiis, anno 1401. Alius verò Abbas etiam Vlricus dictus, cum Alberto Duce Bauariæ. Comite de Vochburg permutauit, pro aliis commodis poſſeſſionibus, anno 1441.

## ADDITIONES.

# FVNDATIO

### *VVeſſobrunnenſis* Monaſterij, ex veteri quodam codice ad verbum tranſlata.

ANno Domini Septingenteſimo quinquageſimo tertio, *Taſſilo* filius *Otilonis* & *Hildrudæ* ſororis *Pipini* patris *Caroli* magni ſub imperio eiuſdem *Caroli* magni, Dux *Bauarorum* in marchia ducatus tunc regni *Boiariorum* in ſaltu foreſti, qui *Rotvvalt* dicitur, inter duo flumina *Apariam* & *Licum* venationi operam dabat aprorum. Et dum per noctem iuxta fluuium ſub tentorio dormiret, vidit in ſomnis iuxta fontem eiuſdem foreſti per quatuor partes è terra ſcatentem ſe aſtare, & exinde ad meridianum ſcalam ad cœlos porrectam, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per illam, ſanctum autem Apoſtolorū Principem innixum ſcalæ & canentem ea, quæ in officio dedicationis communiter cantari conſueuerunt. Et venatorum *Taſſilonis* alter *Tharingerus*, alter *Weſſō* dicebantur, quorum *VVeſta* fontem, qui hodie fons *VVeſſonis* dicitur à ſe repertum

cum in modum crucis è terra bullientem oſtendit. Ibi Rex Monaſterium eiuſdem nominis cooperante ſibi *Bonifacio Moguntino* ædificauit, & poſſeſſionibus ampliauit. Vbi primus Abbas *Ilſungus Althachenſis* inferioris Monachus, qui poſt XLI. annos, quibus religioſè præfuit diem obiit. Otilo prius Rex poſtea *Boiaria* in prouinciam redacta, *Althaba* monaſterium ſuo fundauit allodio & ſepultus eſt cum vxore in *Oſterhouen*, quod nihilominus monaſterium ſub regula ſancti *Benedicti* egregiè ſatis. Dux ipſe conſtruxerat.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruuorum Dei dilectis filiis Abbati & Conuentui Monaſterij ſancti *Petri* in *VVeſſesbrunn*, ordinis ſancti *Benedicti Auguſtenſis* Diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Et poſcit veſtræ deuotionis ſinceritatis, & religionis promeretur honeſtas, vt tàm vos quos ſpeciali dilectione proſequimur, quàm Monaſteriũ veſtrũ dignis honorib. attollam⁹. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus in hac parte inclinati, vt tu Abbas & ſucceſſores tui Abbates dicti Monaſterij qui pro tempore fuerint, Mitra, Annulo, & aliis pontificalibus inſigniis liberè poſſitis vti, necnon quod in dicto Monaſterio & Prioratibus eidem Monaſterio ſubiectis, aut parrochialibus, aut aliis Eccleſiis ad vos communiter vel diuiſim pertinentibus, quamuis vobis pleno iure non ſubſint benedictionem ſolennem poſt Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, dummodo in benedictione huiusmodi aliquis Antiſtes, vel ſedis apoſtolicæ legatus præſens non fuerit, elargiri poſſitis fælicis recordationis Alexandri papæ quarti prædeceſſoris noſtri, quæ incipit; Abbates & aliis quibuscunq; conſtitutionibus apoſtolicis in contrarium editis nequaquam obſtantibus vobis & eiſdẽ ſucceſſoribus auctoritate apoſtolica de ſpeciali gratia tenore præſentium indulgemus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datæ *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, tertio Calendas Nouembris, Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Octl. M de Sancta Agata. Io. de Bononia.
Ia. de Papia.

## Catalogus Abbatum Monaſterij SS *Petri & Pauli* in *Weſſeprun*.

I. *Ilsungus* Abbas intrauit Abbatiam Anno 758. præfuit 41. annos.
II. *Adelmarus* Abbas ſucceſſit anno 799. præfuit an. 32.
III. *Reimundus* Ab. electus eſt An. 831. præfuit 43. annos.
IV. *Adelhelmus* Ab. confirmatus eſt anno 874. præfuit an. 12.
V. *Schnello* Ab: intrauit Abbatiam anno 886. præfuit 18. an.
VI. *Hatto* Abbas ſucceſſit anno 904. præf. ann. 2.
VII. *Sigmarus* Ab. electus eſt an. 906. præfuit cum ſequente Abbate 36. annos.
VIII. *Benedictus* Ab. præf. cum Priore abbate 36. an.
IX. Beatus *Thiento* electus eſt anno 942. præfuit 13. an. tunc in Khreitzberg cum 6. fratribus ab *Hungaris* martyrizatus eſt, anno 955. quibus ſucceſſerunt Canonici regulares ord. S. Auguſtini. His præfuerunt Præpoſiti 7. ſequentes, 110. annos.

Richar-

*Richardus* primus Præpoſitus.
*Germanus* ſecundus Præpoſitus.
*Gunthardus* tertius.
*Hartmannus* quartus.
*Anſelmus* quintus.
*Sympertus* ſextus.

X. *Albero* ſeptimus Præpoſitus qui abdicato habitu Canonicorum, habitum ſancti *Benedicti* induit, in Abbatem creatus eſt, anno 1065. præfuit quadragintaſex annos.

XI. *Sighardus* Abbas ſucceſſit anno 1110. præfuit 19. annos.
XII. *Adalbertus* Abbas electus eſt an. 1128. præfuit vnum annum.
XIII. Beatus *Balto* Abbas, creatus eſt anno, 1129. præfuit an. 26. qui aquam in vinum vertit, facta cruce, & alia plura miracula fecit.
XIV. *Northertus* Abbas electus eſt anno 1156. præfuit 4. annos.
XV. *Luitoldus* Abbas ſucceſſit anno 1169. præfuit 6. annos.
XVI. *Conradus* Abbas electus eſt anno 1166. præfuit 40. dies.
XVII. *Vdalricus* Abbas ſucceſſit an. 1166. præfuit 6. an.
XVIII. *Sigibaldus* Abbas intrauit Abbatiam anno 1172. præfuit 28. an.
XIX. *Albertus* Abbas creatus eſt anno 1200. præfuit 20. annos.
XX. *Conradus* Abbas electus eſt anno 1220. præfuit 23. annos.
XXI. *Walchunus* Abbas confirmatus eſt anno 1243. præfuit 11. annos.
XXII. *Otto* Abbas ingreſſus eſt Abbatiam, an. 1254. præfuit 6. annos.
XXIII. *Vdalricus* Abbas electus eſt anno 1260. obiit ante confirmationem intra octo dies.
XXIV. *Conradus* Abbas ſucceſſit anno 1260. præfuit 16. annos.
XXV. *Wernherus* Abbas electus eſt an. 1276. præfuit 5. annos.
XXVI. *Vdalricus* Abbas creatus eſt anno 1281. præf. 5. an.
XXVII. *Marquardus* Abbas ſucceſſit an. 1286. præfuit 21. an.
XXVIII. *Gebehardus* Abbas confirmatus eſt anno 1306. præfuit cum ſequente Abbate 17. annos.
XXIX. *Vdalricus* Abbas præfuit cum priore Abbate 17. annos.
XXX. *Wernherus* Abbas ſucceſſit an. 1323. præfuit 41. an.
XXXI. *Paulus* Abbas creatus eſt an. 1364. præfuit 20. annos.
XXXII. *Vdalricus* Abbas ſucceſſit anno 1384. præfuit 30. an.
XXXIII. *Eberhardus* Abbas electus eſt, an. 1414. præfuit 2. annos.
XXXIV. *Petrus* Abbas creatus eſt an. 1416. præfuit 4. annos.
XXXV. *Fridericus* Abbas ſucceſſit anno 1420. præfuit 12. an.
XXXVI. *Vrbanus* Abbas electus eſt an. 1432. præfuit 6. an.
XXXVII. *Vdalricus* Abbas confirmatus eſt an. 1438. præfuit 5. an.
XXXVIII. *Leonhardus* Abbas ſucceſſit an. 1443. præfuit 17. an.
XXXIX. *Paulus* Abbas electus eſt an. 1460. præfuit 26. an.
XL. *Ioannes* Abbas creatus eſt anno 1486. præfuit 7. an.
XLI. *Petrus* Abbas ſucceſſit an. 1493. præfuit 6. annos.
XLII. *Heinricus* Abbas electus eſt an. 1499. præfuit 10. annos.
XLIII. *Caſparus* Abbas ſucceſſit an. 1508. præfuit 18. annos.
XLIV. *Wolfgangus* Abbas confirmatus eſt an. 1525. præfuit 8. an.
XLV. *Benedictus* Abbas electus eſt, an. 1533. præfuit 29. an.
XLVI. *Leonhardus* Abbas ſucceſſit an. 1562. præfuit 10. an.
XLVII. *Gregorius* Abbas creatus eſt, anno 1571. præfuit 17. annos.

XLVIII. *Bene-*

XLVIII. *Benedictus* Abbas electus eſt, anno 1589. præfuit 9. an.
XLIX. *Georgius* Abbas ingreſſus eſt Abbatiam an. 1598. præf. 8. an.
L. *Gregorius* Abbas modernus electus eſt in Abbatem huius Monaſterij anno 1607. tertia die menſis Martij.

## VVINDPERG.

MONASTERIVM Ordinis Præmonſtratenſium vltra Danubium, Bohemiam verſus; Fundatum eſt hoc Monaſterium, per potentiſſimos Comites de Pogen, ita enim habent Annales Ioan. Auent. fol. 622. & fol. 691. Albertus Comes à Pogen, filius Hartuici & Litogardæ id eſt Luickardæ, vxor Hedvvig, Liberi Albertus, Berchtoldus, Hartvvicus, arcem Windberg Monachis D. Nortperti, Archiepiſ. Magdeburgen. tradunt. Fuit autem hic Comes Albertus primus huius nominis, quem dicit idem Auent. obiiſſe Anno 1147. Ita quoq; habet ſepultura huius 5. idus Ianuarij. Sed Bulla Eugenij Papæ tertij, ſuper fundatione ac priuilegiis illius Monaſterij, Anno 1146. edita, teſtatur, ipſum fundatorem iam tum defunctum fuiſſe, in qua etiam fit commemoratio bonorum illius, nempè Eccleſia, cum dote ſua, vulgariter, Das Gottshauß / ſampt dem aigen zu Saſſaw / ſylua juxta viam Mulpach, Firlpach, Ambrach, Salching, Wâxenberg, Menkhouen, Vrmpach, cum pertinentiis eorundem. Addit inter alia priuilegia hoc, quòd maior natu inter Comites de Pogen, ſemper debet eſſe eius Aduocatus ac protector, ita tamen, vt nullis exactionibus grauet. Item ibi fit prouiſio de Decimis, de ſepulturis ac aliis &c. Quæ confirmatio Pontificis, ipſam fundationem breui conſecuta eſt. Caſtrum Windenberch pertinuit aliquando ad Duces Meraniç. Otto Dux vendidit Manegoldo Epiſcopo Patauienſi, vnà cum quodam Comitatu à Regij fluminis ponte, vſq; ad Ilcenſem fluuiolum &c. pro 1800. Marcis; quod confirmat Philippus Roman. Rex, Anno 1207. Orta deinde diſſenſione inter Epiſcopum Patauien. ex vna, & Albertum Com. à Pogen, altera, partibus ob Comitiam Windebergen. Comes iniuriatus Epiſcopo, Ludouicus & Otto filius Comites Palatini Rheni Duces Bauariæ in Landau, vbi Epiſcopus tum Romanus tranſibat, compoſuerunt ita, vt Comes Albertus fateretur ob amorem dilecti ſui conſanguinei Gebhardi Epiſcopi Patauienſis, ſe vi ac nullo Iure hactenus poſſediſſe. Cui Epiſcopus contulit in feudū Sebach & partem dictæ Comitiæ de nouo, eo pacto vt vetera feuda non abalienaret: extat diploma prædicti Ducis Ludouici dicto An. 1228. Patauiæ. Hainricus, Otto & Hainricus Duces Inferioris Bauariæ propter maxima damna in præteritis illorum Ducum bellis illata & perpeſſa, dant huic Monaſterio immunitatem Teloneorum ſalis per Oenum vehendi, Anno, 1327.

ALBERTVS tertius Comes à Pogen, poſt deuictam Ciuitatem Spoletanam in Tuſcia, inde ad hoc Monaſterium tranſtulit corpora S. Sabini Epiſ & S. Serenæ Viduæ, Martyrum &c. Huius filius Albertus quartus & vltimus huius familiæ, tradidit Mon. huic, cuius Aduocatus erat, pro reconciliatione damnorum illatorum, Eccleſiam in Viechta, & aliam Parochiam in terra Bohemorum, dictam Schittenhouen, cum villa adiacente &c. juxta tenorem Diplomatis, q̃ ibi extat huius tenoris.

IN nomine Sanctę & Indiuiduæ Trinitatis, Filij qui naſcentur & exurgent, narrent filiis ſuis & ſucceſſoribus, quòd ego Albertus Comes de Pogen, Aduocatus Windpergenſis Eccleſiæ, ob meorum facinorum enormitatem & fratrum meorū defunctorum, Luipoldi & Berchtoldi larga Dei clementia cooperante,

trans-

tranſfretationis deſideratum iter aggredi volens, quia palmam, qua capitur glo ria, finis habet, oportunum & ſaluti proximum fore arbitrans, inter reliqua mundialis rei ordinationem, Eccleſiis Dei plurimum vexatis pro poſſe debere reconciliari, ſanè prædictam Eccleſiam, Windpergenſem ſcilicet, veluti ſpecialem Teſtamento præſtantiori præferens, conferendo ei Eccleſiam Viechta legitimo decedente paſtore Domino, Wolfingo. Addimus & ob reuerentiam & dignitatem ipſius Eccleſiæ, aliam Parochiam in terra Boemorum, dictam Schuötenhouen, cum villa adiacente Podmuckl pari debito & perpetuo Jure poſsidendas. Jgitur cuiuſcunq; poteſtate ſeu conſilio huius rei Teſtamentum irritum factum fuerit, in extrema examinatione diuina vltione puniatur. Facta ſunt hæc. 8. Calend. April. præſentibus Miniſterialibus, Domino Hainrico de Pholinge, cum filiis Gebhardo Marſchalco, Conrado & Henrico fratre ſuo de Nuſperg, Gerho de Fremrieſperg, Hainrico de Prule & aliis quàm plurimis, anno gratiæ 1233.

HAJNRJCVS Dux inferioris Bauariæ dedit Eccleſiæ in Soſſau priuilegium aſyli, pro facinoroſis hominibus, qui ad illam confugerent, item quod bona illius Eccleſiæ, pro Abbate in Windperg, non deberent oppignorari, an. 1335. renouatur hoc priuilegium ac confirmatur, per Albertum Ducem Bauariæ, qui ſe Comitem de Vochburg, ad differentiam Alberti filij nominari voluit, anno Domini 1445.

JACOBVS Abbas ibi emit à Laurentio Poſchinger, ciue Straubingenſe, villam Zeidlarn prope Soſſau ſitam, cum omnibus Juribus, Hofmarchiis ac redditibus ſuis, anno Domini 1463. Pater ſiuè Agnatus huius Simon Poſchinger, antea emerat ab Eraſmo de Puechperg in Winnzer, anno 1434.

HABET hoc Monaſterium Eccleſiam, decimas ac villam in Bohemia Albretshouen nomine, vt puto à primis ſuis fundatoribus, qui multa bona in Bohemia poſſederunt, ſuper eius Aduocatia illi ſunt cum Baronib⁹ de Scvvichavv diuturnæ & graues lites, hoc 1579. anno, nondum ſopitæ.

Nobiles in hoc Monaſterio ſepulti ac alij benefactores, quorum memoria ibi extat.

De Ramſperg fundatores Capellæ, quæ nunc Capitularis dicitur, vbi ipſorum Jnſignia ac lapis ſepulchralis, cum hac Jnſcriptione, anno Domini 1306. H. dictus Ramſperger cum Vxoribus ſuis &c. puto eſſe Hainricum.

De Leubolfing, de Satlpogen, de Nuſperch, de Alenckhouen.

## DE FVNDATORIBVS HVIVS MONASTERII, JBJ AD PARJETEM TEMPLI SEQVENTES SCRIPTI SVNT RYTHMI.

*Continet Authores huius fabricæ potiores*
*Iſta ſepultura, quos præſens atq; futura*
*Poſteritas ſanè non ceſſat veſpere, manè,*
*Hic commendare Chriſto, precibusq; iuuare.*
*Sed libet ipſorum diſtinguere nomina, quorum*
*Extitit Albertus primus; de quo duo nati*
*Hartvvic, Berchtoldus ſunt hac tumba tumulati,*
*Solo Berchtoldo puer Albrecht naſcitur; à quo*
*Proceſſerunt Leopold, Berchtoldus & Albrecht,*

Sic

*Sic genus æquiuocos vult partim eſſe beatos*
*Corpora dictorum latitant hîc more priorum.*
*Te quoq́ mente pia dotauerunt Virgo Maria,*
*Templi ſtructura des gaudia non ruitura*
*Ipſis in cœlis, vbi regnat quisq́ fidelis.*
*Dilige progeniem Comitis quicunq́ legens es.*

## *ADDITIONES.*

EVGENIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Gebhardo* Præpoſito Eccleſiæ de *Windberg* eiusq́ue fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium q, ad religionis propoſitum & animarum ſalutem, pertinere cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere & petentium deſideriis congruum impartiri ſuffragium. Eaꝓpter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam Eccleſiam in qua diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcunque poſſeſſiones quæcunq; bona in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidetis aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci firma vobis veſtrisq; ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Eccleſiam videlicet *Saizcouiæ* cum adiacente allodio & omnibus pertinentiis ſuis, ſyluam quoque adiacentem monti veſtro in *Mülbacenſi* via *Virlebach* cum omnibus pertinentiis ſuis, *Embra* cum pertinentiis ſuis, *Syrinchke* cum pertinentiis ſuis, *Waltſenperg* cum pertinentiis ſuis, *Mainkhouen* cum pertinentiis ſuis, *Vennebach* cum ſuis pertinentiis. Sancimus etiam juxta deuotionem bonæ memoriæ *Alberti* Comitis veſtræ Eccleſiæ fundatoris, vt ille qui de progenie ſua maior natu fuerit locum veſtrum & bona ad eum pertinentia pro ſalute animæ ſuæ à prauorum incurſione defendat & nullus in eis exactiones imponat. Quod ſi inutilis fuerit, liceat vobis ipſum conſilio *Babenbergen.* Epiſcopi ab ipſa defenſione remouere, & alium idoneum ſubſtituere. Sanè laborum veſtrorum quas propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omninò à vobis decimas exigere præſumat. Statuimus quoque vt ordo Canonicus ſecundum B. *Auguſtini* Regulam & inſtitutionem fratrum *Præmonſtratenſium* perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Addentes etiam interdicimus, vt nemini veſtræ profeſſionis facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu ſine licentia Præpoſiti, vel congregationis veſtræ de clauſtro diſcedere. Quod ſi diſceſſerit nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus monachorum, abſq; communium literarum cautione eum audeat retinere. Si verò ſecundò tertiòue vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Liceat quoque vobis in communi interdicto ipſius terræ excluſis excommunicatis & interdictis ſummiſſa voce diuina officia celebrare. Porro ſacramenta Eccleſiaſtica à Diocœſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam atq; communionem apoſtolicę ſedis habuerit, eaq; vobis gratis & ſine prauitate voluerit exhibere, alioquin catholicum quemcunque malueritis adeatis antiſtitem, qui nimirum noſtra fultus authoritate, quod poſtulatur indulgeat. Sepulturam

quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint deuotioni & extremæ voluntati niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua juſtitia matricis Eccleſiæ. Decernimus ergò, vt nulli omninò hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diocœſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri IESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri IESV CHRISTI, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum judicem proemia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.

Datum *Viterbi* per manum *Guidonis* S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancell. 10. Calend. Januarij, Indictione 10. Incarnationis Dominicæ 1146. Pontificatus verò Domini *Eugenij* 3. Papæ, anno ſecundo.

WIR Heinrich / Ott vnd Heinrich von Gottes gnaden Pfaltzgrauen ze Rein vnd Hertzogen ze Bayern / verichen offenbar an dem Brieff vnnd thuen khund allen den die jhn ſehen oder hörent leſen / daß wir angeſehen haben den groſſen ſchaden vnd gepreſten den gelitten hat das erwerge Gottshauß ze Windeberg von dem Krieg der zwiſchen vnſer geweſen / vnnd ob wir von vnſeren gnaden zu deß ſelben Gottshauß widerbringung nicht getracht nach gedacht haben / oder nach gedächten / daß es von vnwiderbringlichen gepreſten zu ewiger verderbnuß khommen wer. Nun haben wir mit verdachten muet demſelben Gottshauß die gnad gethan / daß ſie alle Jahr wann ſie wöllent in dem Jahr zu einem mall führen ſollen zway pfund wayts vnnd acht pfund khlaines frey vor Mauthen zu Burckhauſen vnnd zu Scherding vnd vor allen Zollen vnnd aller vodrung / alſo daß wir ſie nach khain vnſer Amptman daran nicht pfrengen nach irren ſollen / vnd ſoll auch jhn dieſelbe gnad ewiglich ſtätt beleiben. Sie ſollen auch die obgenant freyung järlich führen mit allen ehren vnnd rechten / als andere Gottshäuſer thuen die ſolche gethane gnad von vns ewiglich habent / vnd daß jhn alſo ſtätt vnzerbrochen beleib. Darüber zu einem vrkhund vnd zu einer ſtättigkhait geben wir jhn den Brieff / verſiglet mit vnſeren Inſigln. Das iſt geſchehen zu Straubing do man zalt von Chriſtes geburt dreyzehenhundert Jahr / vnd in dem ſiben vnd zwainzigiſten Jahr / an S. Vlrichs tag.

WIr Heinrich von Gottes gnaden Pfaltzgraue ze Rein vnd Hertzog in Bayrn / verichen offenbar an dem Brieff vnd thuen khunt allen den die jn ſehen oder hörent leſen / das wir den erbergen Gottshauß ze Saſſow bey Straubing / darine vnſer Frawe raſtet durch vnſer vodern Seel vnd auch durch vnſer ſelbers vñ all vnſerer nachkom̃en hayll vñ ſälden willen von vnſeren beſunderen gnaden die gnad gethan haben / Alſo daß wir wöllen wellich Mañ oder Fraw darin geflohen khumbt vñ welcherlay ſchuld vñ ſach dz geſchicht / wie die genand iſt / dz derſelb Menſch darin võ vns von vnſern Amptleuten vñ gemainklich võ allẽ Leuten frey vñ ſicher ſoll ſein / vñ ſollẽ wir / vnſer Vitztum̃ / noch kain vnſer Amptmañ dieſelben Leut die darin geflohen ſind nit herauß nemen /

noch

noch mit nicht nach jhn ſtellen / dieweil ſie darin ſind / darzu haben wir dem vorgenanten Gottshauß die gnad gethan / daß wir wöllen daß es noch die Haab vnd Gult die darzu gehörent / wie die genad ſint für den Abt zu Windberg khein pfand ſein / vnd es auch für den von Windberg von vnſern Vitzthumben / von vnſern Richtern / von allen vnſern Ambtleuthen vnd gemainkhlich von allen Leuthen vnbeſchwert vnd vnbekränckt ewiglich ſoll beleiben / daß den vordenanten Gottshauß zu Soſſaw die vorgeſchriben gnad alle von vns / von vnſern Erben / von allen vnſern nachkhommen vnd von allen vnſern Ambtleuten ewiglich ſtätt gantz vnd vnzerbrochen beleiben. Darüber zu einen ewigen Vrkhund geben wir jhm den Brieff mit vnſern Jnſigel verſigelten. Der iſt geben zu Straubing da man zalt von Chriſtus geburt dreyzehen hundert Jar / darnach in dem fünff vnd dreyſſigſten Jar / deß nechſten Freytags vor S. Margarethen tag.

Confirmauit has literas *Albertus* Dux *Bauariæ*, huius nominis III. Com. *Vohburgen.*

## Catalogus Præpoſitorum & Abbatum *VVinderbergenſium.*

I. RVDBERTVS popularis ſacerdos, ſacro ordine *Præmonſtratenſi* indutus, anno incarnat. Chriſti 1125, huius Eccleſiæ Prepoſitus primus regere cæpit, rexit an. 15.

II. Defuncto Rudperto venerabili loci huius Præpoſito I. ſucceſſit EBERHARDVS quidam *Friſingen.* de *Schefftlarn*, qui vix vno anno præſidens, ob morum intemperiem depoſitus eſt.

III. GERHARDVS *Colonien.* Artium Magiſter, ex Monaſterio *Bedenburg Weſtphaliæ Eberhardo* amoto ſucceſsit; hic præcipiente Papa *Eugenio III.* à venerabili *Henrico* Ratisbonen. Eccleſiæ, ſecundum ſtatuta ordinis *Præmonſtratenſis*, conſecratus eſt in Abbatem, an. 1141. rexit feliciter annos 50.

IV. CONRADVS huius nominis præfuit an. 7. Sub huius regimine allatæ ſunt Reliquiæ SS. *Sabini* & *Serenæ* Martyrum ab *Alberto* pronepote *Alberti* fundatoris, vt patet ex verſibus infraſcriptis.

Hic ALBERTI pronepos Comes Aduocatus
Proprio qui nomine ALBERTVS eſt numeratus,
SABINVM Dium meritis mire beatum
Cum SERENA martyre aduexit in longinquum.
Dormitat nonageſimo ſeptimo Milleno centeno
ALBERTVS in Domino omni qui viuit in æuo,
O SABINE ô SERENA, O nunquam ruitura
Veſtro ſtet precamine eo modo ſtructura.

V. PETRVS rexit anno vno.

VI. VLRICVS primus annis quinque.

VII. VOLMARVS an. ſex.

IIX. JOANNES primus an. quinque.

IX. CONRADVS ſecundus an. ſeptem.

X. JOANNES ſecundus an. tredecim.

Notand. ab obitu Dn. *Gebhardi* vſque ad initium regiminis *Henrici* ſequentis, juxta computationem annorum, deſunt anni ſeptem.

XI. HENRJCVS primus regere cæpit an. 1242. præfuit vſque ad an. 1273. quo reſignauit, Jd. Maij, cum rexiſſet an. 31, ob. an. 1276.

XII. ALBERO eligitur in Abbatem an. 1273. XVII. Calen. Iun. præfuit an. 4. & reſignauit.

XIII. VLRICVS II. electus XIV. Cal. Jun. an. 1277. reſignauit an. 1281.

XIV. CONRADVS III. qui prius fuerat Præpoſitus in Oſterhouen, *Vlrico* ſufficitur, & præfuit an. 13.

XV. HENRICVS II. electus an. 1295. præfuit an. 10. m. 6.

XVI. DIETRICVS de *Oſterhou.* creatus Abb. an. 1305. rex. an. 17. m. 6. d. 7.

XVII. BERNHERVS Abbatiæ pficitur an. 1323. præf. an. 4. cum dimidio.

XVIII. FRIDERICVS I. el. an. 1328. cum præfuiſſet an. 8. reſignauit.

XIX. GOTSCALCHVS an. 1336. ſuffectus, moritur an. 1343. in die S. *Alexij* confeſſoris.

XX. FRIDERICVS II. pf. an. 14. ſept. 8. d. 3. ob. in Oct. SS. *Petri & Pauli* an. 1357.

XXI. THOMAS an. 1357. el. præſed. an. 4. ſept. 4. reſignauit an. 1361. in die S. *Lucæ* Euangeliſtæ.

XXII. Præficitur eod. anno & die in Abbatem CONRADVS II. qui poſt an. 8. ſept. 6. ob. in vigil. S. *Andreæ* Apoſtoli, an. 1369.

XXIII. An. 1370. In octaua S. *Agnetis* electus eſt IOANNES dictus *Hetzinger*, vir prouidus: rexit an. 14. m. 6. ob. in die S. *Valentini* Epiſcopi & Confeſſoris, 4. Aug.

XXIV. VLRICVS III. dictus *Hofman*, an. 1385. poſt deceſſum IOANNIS eligitur in die S. *Auguſtini*: & poſtquam præfuiſſet an. 7. m. 5. debilitate preſſus reſignauit an. 1393. Dominica Gaudete ob. an. 1394. die 7. Ianuar.

XXV. PERTHODVS electus Dominica Memento, an. 1393. præſedit an. 7. ob. an. 1400. VIII. Id. Martij.

XXVI. NICOLAVS *Ioanner* an. 1400. feria 3. poſt Reminiſcere electus, præfuit an. 30. & reſignauit. Hic Abbatiæ mitram impetrauit à Ioann. 23. P. M. Bononiæ ob. an. 1436. in die S. *Thomæ* Apoſtoli.

XXVII. IOANNES IV. Abbas creatus an. 1430. feria ſexta ante Palmarum, rexit an. 5. ob. an. 1435. feria tertia poſt Palmarum.

XXVIII. ALBERTVS dictus *Pärchinger*, inſtaurator huius Eccleſiæ menſe Januario an. 1437. electus, rexit an. 25. ob. IV. Non. Junij. an. 1461. tumulatus ad S. *Spiritum*, cuius ſacellum ipſe extruxerat.

XXIX. IOANNES dictus *Poysl*, præfuit vtiliter annis 7. & reſignauit. Hic exſtruxit Chorum Eccleſiæ B. *Mariæ* Virginis in *Soſſavv*, ob. an. 1468. in die purificationis B. M. V.

XXX. VDALRICVS dictus *Humel* de *Perging*, artium liberalium Magiſter, creatus an. 1468. ſenio & infirmitate preſſus reſignauit ob. an. 1498. cum fideliter præſediſſet tàm in ſpiritualibus quā temporalib. an. 29. Hic Bibliothecam & Cappellam S. *Martini* exſtruxit.

XXXI. Anno Chriſti 1397. *Vdalrico* adhuc in viuis exiſtente, eligitur in Abbatem PAVLVS vir prouidus, Vitam terminauit an. 1512. die feſto S. *Sabini* Epiſc. & Martyr. patroni huius Monaſterij, cū rexiſſet fideliter an. 15. m. 7.

XXXII. SIGISMVNDVS vir prouidus an. 1513. in conuerſione S. *Pauli* electus, præfuit vtiliſſimè an. 7. ob. an. 1519. XIV. Cal. ſept.

XXXIII. WOLFGANGVS præfuit benè annis 4. ob. an. 1523. in profeſto S. *Vrſulæ*.

XXXIV. CASPARVS dictus *Schuuab*, rexit vtiliter annis tribus, ob. an. 1526. in vigilia Annunciationis B. *Mariæ* Virg. ſpecialis & tutelaris Monaſteri patronæ.

XXXV. GREGORIVS dictus *Haidpüchler* el. an. 1526. feria tertia poſt Dominicam Miſericordia, ob. an. 1542. V. Octob. cum rexiſſet an. 16.

XXXVI. IOANNES dictus *Talmaier*, ob. an. 1570. circa diem cinerum cum præfuiſſet an. viginti nouem.

XXXVII. CHRISTOPHORVS dictus *Curtius*, Monaſterij *Scheffilaru* profeſſus, præfuit an. 29. ob. Id. Jun. an. 1598.

XXXVIII. ANDREAS *Vogelius* el. an. 1598. die 22. Junij: qui vſque nunc huic Monaſterio ſingulari cum laude; vtiliterque præeſt.

## VVEIARN.

MOnaſterium Canonicorum Regularium Ordin. D. Auguſtin. ad Mangualdam fluuium. Ioan. Auent. in Annalib. fol. 552. 622. & 724. ita ponit, vinariam ſuperioris Bauariæ præfecturam, hoc eſt Comitatum ſeu Dominium, Sigibotho Adoledo coniuges cum liberis Sigbothone atq; Gerdrude, Aurelianis ſacris addicunt. Diploma fundationis ita habet.

IN nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis. Notum ſit omnibus CHRISTI fidelibus, tam futuris quàm præſentibus, quod ego Sigebotho DEI gratia aliquando Comes, in honorem Domini Ieſu Chriſti eiuſque perpetuæ Viginis Matris MARIÆ, nec non omnium Sanctorum, pro remedio animæ meæ, & quondam cõjugis meæ Adlhaid; noſtrorumq; filiorum Sigebothonis & Gertrudis, omniumq; parentũ noſtrorum, partem hereditatis meæ, concedentibus Noſtris propinquis, ad conſtruendam in honorem Principum Apoſtolorum Petri & Pauli vinariam cellam contradidi, in quo DEO opitulante Canonicos, ſub Regula beati Auguſtini, communem vitam profitentes locare diſpoſui. Singula autem ad ſubleuandam neceſſitatem eorum delegata in charta præſenti ſubſcripſi, & rata Teſtium aſtipulatione infra poſitorum corroboraui. Sunt autem hæc, quæ Deo largiente & aſpirante ipſi famulatiua prædictis Canonicis conceſſi, vinariæ tres villicanas curtes in noualibus. IV. Manſos, IV. Molendina, Tullichingen, curtim vnam, Pfrumare curtim vnam, Stocharen curtim vnam, Vffingen duas curtes & Manſum vnum, cum Molendino, locellumq; vnum caſeis exprimendis aptum, telues quinq; ſaginas vini in Autumno exſoluentem, quatuor autem in Vere de noſtro vino Placidelle; conducentem etiam delegaui Bochen vineam vnam, Megis vineam vnam, Gine vineam vnam, Placidelle vineam vnam. Teſtes autem huius traditionis ſunt, Rudolph Aduocatus & filius eius Sigebotho, Vldaricus de Wilcheringen, Gebo de Steuenkirchen, Heinrich de Sechirgen, Adalbero de Diethramingen, Louuinus, Perhart de Froſthaim, Meginhart de Pureſtalle, Dietmar de Perchaim, Gislolch Ekahart, Lonold, Romprecht, Walchun, Ozo, & alij multi.

HANC autem delegationem ad Altare ſancti Ruperti, ſuſcipiente eam venerabili Archiepiſcopo Conrado, præſenti etiam Patauienſi venerando Regmaro Epiſcopo obtuli, vt inde Magiſter, ſi dignus in ea inuentus nõ fuerit, aſſumatur. Hanc traditionem tali conditione conſulentibus viris prudentibus fieri, vt ſi quis Epiſcoporum in alium vſum, quàm nos ordinauimus, retorquere præſumpſerit, proximus noſtræ ſanguinitati, ſup Altare S. Ruperti vnum Bizantiũ exſoluat, & ipſam canonicam, cum eius vtenſilibus, in proprium Ius redigat. Hæc autem omnia me petente prædictus Archiepiſcopus Conradus, Domino Rudolpho in Aduocatiam interpoſita conditione commendauit, vt ſi in aliquo notabili exceſſu ter deliquerit, & quartò non correxerit, Canonici habeant liber-

libertatem eligendi alium Aduocatum. Præterea ſupradictus Venerabilis Archiepiſcopus Salzburgenſis, delegauit ſupra idem altare multis aſſantibus Clericis, videlicet ac Laicis, dimidium Manſum pertinentem ad Ecleſiam Burrine dictam, redimens alio dimidio Manſo, decimam quoq; carratas ſalis, de forcagine Vdalrici delegauit. Hanc autem delegationem tali conſcriptione corroboratam:

Ego Cunradus Saliſpurgenſis Eccleſiæ Dei gratia Archiepiſcopus, defendendam ſuſcipio, & in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & authoritate beati Petri Apoſtoli & Innocentij Papæ, noſtraque confirmo, vt ſi quis eam annullare, vel in irritum ducere temerario Spiritu attentauerit, anathemate percuſſus intereat, & à ſocietate totius Eccleſiæ cum Chriſto regnantis ſequeſtratus, cũ Juda in Inferno torqueatur. Anno Dominicæ incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, M. C. XXXIII. Indict. XI. Præſidente Romanæ Eccleſiæ beato Innocentio Papa: Romanum verò Imperium Lothario Cæſare administrante, facta huius rationis conſignatio. Data Saliſpurg, ſeptimo Iduum Juliarum die. Ex verbis huius Diplomatis apparet, Sibothonem fundatorem, Comitem de Falckenſtain & Neuburg &c. primum quidem huius nominis fuiſſe, at non filium Ruodolphi, Nepotem Herrandi, neque quòd filium Sibothonem ſecundum reliquerit. pro vt Auent. in Annalibus fol. 724. & in ſua epitome ponit: Sed potius hunc fundatorem abſque liberis, & priuatum, hoc eſt, abdicato Comitatu deceſſiſſe, in illis verbis. Ego Sibotho Dei gratia aliquãdo Comes &c. Item ibi, pro remedio animæ meæ, & quandoque coniugis meę Adlhaid, noſtrorumque filiorum &c. ac ibi, concedentibus propinquis noſtris &c. & alium Rudolphum, cuius filius Sibotho, ſcilicet ſecundus Aduocatum conſtitutum eſſe, nempe de ipſius familia, non patrem: aliâs enim, qui de propinquis diſponit, vtiq; de Patre ac liberis ſuis dixiſſet, illisq; prouidiſſet, ficque ſolum vnius vxoris Adelheidis & duorum liberorum defunctorum mentio, de Cunone Epiſcopo Ratiſponenſi nihil, qui filius fuit Sibothonis ſecundi, non fundatoris. Et tempore huius fundationis Bauariam regebat Welphorum familia, non autẽ Schyrenſes aut Wildſpacenſes Comites, qui demum an. 1181. Ducatum Bauariæ Friderici primi Imperatoris beneficio recuperârunt. Atq; hic Sibotho fundator non eſt ille, qui ab Ottone nobili de Brandenburg, in balneo occiſus eſt, ſed Sibotho ſextus & vltimus huius familiæ, quod longè poſtea, nempè anno Domini, 1272. factum eſt, vt Ioan. Auent. tam in Annalibus, quàm in ſuo Epitomate notauit, quod etiam liber reddituum horum Comitum, qui etiam nunc in Archiuo Ducali Monachij latinè & germanicè ſcriptus extat, teſtatur, quòd multis annis poſt fundationem hi Comites vixerunt, qui Monaſterium amplius dotârunt, ac cum Præpoſito Monaſter. aliquas lites habuerunt, ſicuti & Sibotho Comes Aduocatiam huius Monaſterij ab Archiepiſcopo Saliſpurgen. habuit. Item, quod Caſtrum Herranſtain, non eſt illud ad Yſaram, ſupra Monachium Horrnſtain, dictum, vt Auent. falſo opinatur, ſed potius in Auſtria ſitum, quod ex prædicto libro reddituum in pluribus locis, vbi de Orientali Prouincia mentio fit, manifeſtè conuincitur: ſiue quæ adhuc extat vrbs, Stain, juxta Danubium, tunc à Comite Herrando Herranſtain dicta, à qua non procul diſtat Caſtrum Waldeck: ſiue alia in Auſtria. Et habuerunt Comites in hoc loco, vbi nunc Monaſterium eſt, cellam ſuam vinariam, ſcilicet eius Vini, quod ex Tyroli & Auſtria huc vectum eſt. Nam quod hoc loci tam frigidi ac lapidoſi Vineas ſuas habuerint, veriſimile non eſt. Et hoc puto verius ac probabilius, magis quàm quod olim Georgius Rotſchmid

Præpoſitus huius Monaſterij, Anno 1514. de fundatione huius Monaſt. germanicis rithmis, ex ignorantia Hiſtoriarum & ſupina lectione prædicti libri redditum, perperam ſcripſit.

IN Annalibus huius Monaſterij dicunt aliqui ſcriptum reperiri, prædictos Nobiles de Brandenburg, qui horum Comitum Miniſteriales erant, fundationem huius Monaſterij multùm juuiſſe, ac vt vulgò vocant, Mitſtiffter fuiſſe, de quô ego nihil affirmare poſſum, qui talia neq; viderim neq; legerim.

ANNO Domini, 1236, Monaſterium hoc vnà cum ſuis Diplomatibus, officinis & Clinodiis, totum igne conſumptum eſt, longo poſt tempore reſtitutum per Hainricum Præpoſitum, potiſſimum ex largitionibus ac Eleemoſynis piorum hominum. Hainricus iſte Præpoſitus, vnà cum Reuerendo Domino Doctore Galbano, Quinqueeccleſienſe ex Vngaria, Et Domino Georgio de Waldeck Anno 1371. Auenionem profectus à Gregorio 11. Pontifice impetrauit, ac Monaſterio vniuit vicinam Parochiam in Neukirch. Poſtea Anno, 1374. rurſum conſecrata eſt Eccleſia Monaſt. Hic Præpoſitus tranſtulit etiam oſſa fundatoris in medium templi.

TENVES hodiè ſunt huius Monaſterij redditus ac vix tanti, vt Præpoſitum cum duobus aut tribus Canonicis, qui interea Parochorum munere funguntur, alere poſſit.

Nobiles ibi ſepulti.
Aliqui de Pienzenau.
De Hohenkirchen.

## ADDITIONES.

NOtum eſſe cupit Comes *Siboto* vniuerſis Chriſti fidelibus, tàm præſentibus quàm futuris, qualiter tres Eccleſias vrbibus ſuis poſitas, fideli dote dotauerit, & vnde diuinum officium iugiter illic ſit celebrandum. Ad altare illius Eccleſiæ, quod eſt ſuper *Niuenburch* quod eſt inferius, quod & dedicatum eſt in honore ſanctæ *Mariæ* & perpetuæ Virginis, dos pertinet quæ ſita eſt apud villam *Sehaim*, & lis erat ſuper hac inter Præpoſitum de *Wiare:* & militem proprium ipſius Comitis. Hanc litem ipſe Comes diſcreuit juxta eos & diſſoluit, & ſuper altare jam dictum delegauit. Superius altare eiuſdem Eccleſiæ quod in honore ſancti *Ioannis* Baptiſtæ, & ſancti *Iacobi* dedicatum eſt, dedit prædium quod in *Staingvve* ſitum eſt, cum mancipiis quibuſdam ibidem manentibus, videlicet filiis ſororis cuiuſdam *Gote*. Effecit quoque vt diuinum deinceps officium à Præpoſito & ſuis fratribus de *Wiare* jugiter celebretur: Eccleſiam quoque quæ ſuper vrbem *Valchenſtein* poſita eſt, dotauit cum prædio, quod jacet apud *Durchuſen*, quod ad fruendum tradidit fratribus ſuper montem ſancti *Petri* Deo ſeruientibus, & ad diuinum officium illic ab ipſis fratribus perpetuò celebretur. Eccleſiam ſuper vrbem *Hademarſperch* ſitam, donauit cum prædio, quod ſitum eſt apud *Sunderheringen*, quæ Eccleſia dedicata eſt in honore ſancti *Iacobi*, fratris *Ioannis* Apoſtoli, Eccleſia autem ſuper *Valchenſtein* in honore ſanctorum *Leonhardi* & *Egidij* dedicata eſt.

Incipit adnotatio, ſumma prædiorum, atque beneficiorum, Domini Comitis *Sibotonis*.

SIboto Comes de *Niuenburch*, item de *Valchenſtein*, itemque de *Hademarſperch*, & de *Herranteſtaine*, filius *Rudolphi* Comitis, conſilium dat rogatque proprios & amicos, cognatosque, quomodo & qualiter agant poſt mortem ſuam, de acquirendis beneficiis ſuis quæ poſſidet aduerſis Dominis ſuis. Primùm itaque & præcipuè rogat & monet agere pro beneficio illo, quod habuit primum à *Pataujenſi* Epiſcopo, videlicet *Husluten*, *Cememanneſtorph*, *Tuiſenpach*, & alia ad hæc pertinentia, quæ non poſſunt deſcribi, propter vrgentem cauſam, eamque quia ſi miniſteriales ducis orientalis prouinciæ venerint, & inbeneficiati fuerint, de eo nullo modo filij ſui, poſſunt eis eripere, & ſic perdetur, & huius beneficij ſunt plus quam quadringenti manſus. Adhæc monet hortaturque, vt omni adniſu idem agant pro beneficio quod poſſidet à filiis Comitis *Gebehart*, de *Barthuſen*, quod magnæ vtilitatis ipſi eſt. Cuius pars magna eſt, & ſita eſt in orientis partibus, & propter prædictam cauſam videlicet ne miniſteriales Ducis orientalis illud inbeneficiare anticipent, pro eodem beneficio agendum eſt, ne prædicti miniſteriales illud ſibi *Inaneuel* concedi obtineant. Huius ſunt plus quam quadringenti manſus. Poſt hoc ſimili modo rogat, vt idem agant pro beneficio quod habet à Comite *Eberhardo* de *Sulzpach*, cuius ſunt ferè quadringenti manſus, à Palatino Comite *Ottone*, ſcilicet juniore habet centum manſus, in quo beneficio tanta vtilitas eſt, quod nullo modo prætermitti quin ab eo obtineatur.

Itaque vniuerſis ſibi fidelibus diligentiſſimè commendat, vt primitus agant & laborent, nec rebus nec laboribus ſuis parcant, quin hæc quatuor beneficia ſuis filiis obtineant, ſi ipſe prius vita exceſſerit quàm hæc illis ipſe obtineat. Poſt hoc primum rogat, vt agant idem pro beneficio quod poſſidet ab Epiſcopo *Tridentino*, ne ſuis filiis alienetur, cuius ſunt ferè quadringenti manſus, à Marchione de *Chreiburch* habet beneficium cuius ſunt ferè trecenti manſus. A Comite *Halle* de *Wakheburch* habet beneneficium cuius ſunt ducenti quinquaginta manſus. A Duce *Welſone* habet ducentos manſus, à Comite de *Scalah* habet *Vordorf* & *Willingen*, & alia quæ etiam non negligantur, niſi ab eo acquirantur. De Comite *Chuonrado* de *Biliſtein* habet beneficium, de quo habet *Sifridus* de *Mounche XV.* talenta, & Magenes de *Turta VIII.* talenta. *Dietmar* de *Weſterburch V.* talenta. *Hainricus* de *Wineſteche* curtem vnam juxta *Halle*. De Duce *Bauuariæ* habet Cometiam in *Luichental*, à Duce orientalis prouinciæ de prædiis ipſis Comitis in terra ipſa poſitis habet modios, qui vocantur *Marchimuottæ*, & juſtitiam operum, quæ in vrbibus Ducis fieri debent, & cæteras juſtitias, quæ de prædiis Comitis debentur duci, ab eo ipſe habet inbeneficium. A Marchione de *Stire* habet beneficium quod ſitum eſt apud *Viſcahe* & *Hartperch* Ab Epiſcopo *Iuuauenſi* habet tres aduocatias, vnam ſuper præpoſituram clauſtri *Chiemſe*: alteram ſuper ipſius Epiſcopi bona circum ibidem jacentia: tertiam ſuper præpoſituram *Wiare*. A *Ratisbonenſi* Epiſcopo habet beneficium quod *Hainricus* de *Clamneſteine* ab eo poſſidet, & alia. De Abbate *Tegarenſe* duas villeas curtes, & molendinum in proprio vſu habet, & magnam familiam. De Comite *Rapotone* de *Orttenberck* duas carradas vini habet in *Brixental* & alia. Ab Epiſcopo *Friſingenſi* habet aduocatiam ſuper montem ſancti *Petri*. De Comite *Pertoldo* de *Andehſen* habet beneficium apud *Ingolteſperch* & duo talenta, quod Dominus *Lazarius* ab eo poſſidet. Ecce ſunt hic perſcripta cuncta, quæ aduerſis ſuis Dominis Dominus Comes *Siboto* poſſidet. De quibus omnibus, omnes fideles ſuos, vt ſupra diximus, monet, hortatur, rogat, vt maximam curam habeant omnibus præpoſitis, de quatuor beneficiis inprimis poſitis filiis ſuis obtinendis. A Palatino Comite *Friderico*, habet bene-

ficium de quo habet *Adalbero Crannch* curtem illam de *Annlingen*, *Oſerius* duos manſus *Lanchampſen*, *Otto* de *Tala Vhuobas* & aliud vſque ad XX. manſus.

Itaque præpoſitus Comitis, qui his bonis omnibus præeſt, etiam vino quod ſibi vltra *Wibetvvaldes* debetur de vineis & de curtis ſuis cōducere Comiti debet, ſcilicet de loco *Runſche* & *Gurlan*, & de decimatione quæ eſt in beneficio illo, ſuper prædio quod habet in *Ponlen*. In *Campillen* habet prædium ex altera parte *Tſages* fluuij quod dicitur *Inder dare* habet prædium. Hæc prædia omnia ſunt vineæ.

COMES *Siboto* patefacit omnibus ſuis & vniuerſis ſcire volentibus. Quid vel quantum ad præpoſituram quæ pertinet ad vrbem *Herranſtein*, & quantum ſibi inde amminiſtretur, & qualiter duæ Eccleſiæ, quæ ibi ſunt conſtructæ, ſint dotatæ. In Eccleſia quæ ſuper vrbem eſt poſita ſunt duo altaria, vnum ſuperius, & aliud inferius. Altare ſuperius eſt in honore ſancti *Pangratij* dedicatum, & inferius in honore ſancti *Georgij*. Alia quoque Eccleſia eſt in villa ibidem poſita, quæ in honore S. *Laurentij* eſt dedicata, & hæc eſt dotata cum grandi curia in ipſa villa poſita, & vna curia quæ apud *Heſnich* eſt poſita, & alia quæ apud *Otſenperge*, & curia quæ apud *Wophſinge* eſt poſita, & curia quæ apud *Piſenirhe* eſt ſita, & VI. vineis.

NOtum ſit vniuerſis fidelibus tam preſentibus quàm futuris, quod in manus *Gebehardi* Comitis de *Purchuſen* traditi ſunt, *Dietmar* de *Tiſenheim*, & vxor ſua, & filij vxoris eius, & *Gerloch* & filij eius de *Berckerſtorf*, & prædium ad *Hauenaren*. Hæc ſunt prædia Comitis *Sibotonis*, quæ à Domino *Wolſkero* ſuo patruo ſibi ſunt tradita hic in parte *Bauuarica*. Ad hæc etiam duæ partes vrbis *Herranteſteine*, patris videlicet & prædicti patrui ſui, & ſuper hæc omnia prædia quæ ſibi à patruo ſuo *Wolſkero* prouenerunt infra enſe, & mancipia omnia, quæ ipſius erant & ſunt tradita ea præter *Henhekis*. Hæc traditio facta eſt in manus *Gebehardi* Comitis ſupra nominati, fideliter ſibi ſeruanda & ſuis filiis, vel delegare quò ipſe petierit, & ſi Comes *Siboto* vitâ exceſſerit, filiis ſuis ſeruanda. Huius traditionis & delegationis teſtes ſunt, Marchio Comes *Engilbertus* de *Chraiburch*, *Sifridus* de *Libenovve*, *Goteſchalch* de *Hunſperch*, *Cunradus* Dux de *Dachdevve*. *Wernhart* de *Idene*, *Aribo* de *Piburch*, *Ikkerich* de *Wineburgeriete*, *Marquart* de *Amarange*. *Dietmar* de *Hainheringe*, *Walchuon* de *Hunpretbteshuſen*, *Pilgrim* de *Eskindere*, *Ortolf* de *Rotenbach*, *Friderich* de *Pamge*, *Vlrich Deſins*, *Wernhart* de *Luſa*. Hi ſunt nobiles qui huius rei teſtes ſunt, deinde miniſteriales, *Chuno* de *Snaitſe*, *Vdelſchal* de *Torringe*, *Friderich* de *Selbueben* *Vlrich* de *Dahsliberch*, *Friderich* de *Eskindere*, *Conradus* de *Percheim*, & frater eius *Witele* de *Riute*. *Hainricus* de *Clamenſteine*. *Egilolf* de *Niunchirchem*, *Chuonrat* de *Berge*, *Vlrich* de *Rordorf*, *Chuonrad* de *Grimbartinge*, *Eberhart* de *Aheim*, *Friderich* de *Grinherenſteten*, *Hainrich* de *Burchauſen* *Ipo* de *Liupendere*, *Dietrich* de *Amærange*, *Ehderno* de *Huorprebeteshuſen*, *Vlrich* de *Toringe*.

NOtum ſit cunctis, præſentibus & futuris, qualiter Comes *Sigboto* de *Valchenſteine*, & Dominus *Sigboto* de *Antvvire* filius, fratris ſui Domini *Herrandi* in vnum conuenerint, & quam benignè ſe pacificauerint de querimonia quam ad inuicem habuerint, de prædiis diuidendis quas hæreditario iure poſſederant, & quàm firmiter ſe vtrinque abnegauerint, quidquid ad inuicem de hac cauſa querelæ vel de aliis rebus tractandum habuerunt. Ipſe idem Dominus *Sigboto* de *Antvvrte* tradidit & delegauit poteſtatiua manu ſine omni contradictione, patruo ſuo Comiti ſcilicet *Sigbotoni* & filiis ſuis qui ſint a

vii,

viri, quicquid hæreditario iure à parentibus poſſederat, & tunc in futurum à matre, & fratre, & ſorore, adhuc viuentibus, ſibi poſſidendum acquireret, ſi tamen ſine hæreditalibus filiis vitam finierit: In hanc traditionem ſumpta eſt illa delegatio quam Dominus *VVolſkerus* patruus Comitis *Sigbotonis* & fratris ſui Domini *Herrandi* fecit Palatino Comiti de prædiis ſuis, quæ in *Bavvarica* regione poſſederat, tàm in hominibus quàm in aliis prædiis, ſeruandam Domino *Sigbotoni* de *Antuurte*, filio videlicet prædicti Domini *Herrandi*, ita ſcilicet, vt ipſe iam dictus *Sigboto* petat ſibi redelegare eandem delegationem, & patruo ſuo & filiis ſuis, viris ſuis à Palatino Comite. Si autem Palatinus Comes hoc non fecerit, & hanc delegationem non delegauerit, vt petitus eſt, ipſe Comes *Sigboto* quærimoniam ſuper eandem delegationem habeat vt antea ipſius auxilio Domini videlicet *Sigbotonis*. Eidem amicitiæ hoc addidit præfatus Dominus *Sigbòto*, quod omnia beneficia ſua, quibus ipſe inbeneficiatus erat patruum ſuum præfatum Comitem ab eiſdem Dominis inbeneficiari peteret, & eiſdem beneficiis & filios ſuos viros, ſi ſine hæredibus, vt dixi, vitam finierit, nec vllam haberet poteſtatem eadem beneficia alio tradi, nec ipſi Comiti & filijs ſuis. Laudauit etiam eadem die iam ſæpe dictus Dominus *Sigboto* quod ipſi patruo ſuo contra omnes homines, quamdiu viuat & poſſit, auxilium ferat, fide deuota. Igitur pro delegatione quam Dominus *Sigboto* à Palatino Comite debet repetere, & pro petitione beneficiorum & laudatione auxilij, ſi eas non impleuerit nec ſoluerit, vt promiſit, ſtatuit territoria pro ſexaginta talentis, apud *Herranſtaine* vnum quod eſt proximum vrbi, apud *Stouris* duo, apud *Tegrindorff* tria, apud *Piſenbere* quatuor. Collaudatum eſt etiam ipſa itidem die ab vtroque firmatione vt vtrorumque proprii homines ad inuicem connubia ferant & ducant, & pueros diuidant, exceptis filiis Domini *Ortvvini* & *Ruodegeri* de *Cella* & vno filio qui eſt Senior *Naſole Dietmari*, hi non diuidatur quia omnino proprij ſunt Comitis *Sigbotonis*. Hæc omnia facta ſunt apud *Niuenburc* multis aſtantibus, & ſub his teſtibus. *Roudiger* de *Prabach*, *VVerigandus* de *Lous*, *Sigboto* de *Machſebain*, *Gebolff* de *Perge*, *Hainrich* de *Vageno*, *Alberich* de *Chehebach*. *Pabo* & filius eius de *Nivvenburc*. *Volchmar* de *Stolzenberch*, *Ruodolff* iunior, & *VValtmanus* iunior de *Paſtbere*, *Hartmann* de *Steuenskirche*, *Heinrich* de *Prandenberch*, *Albero* & frater eius *VVolſtrigele* de *Roſtorf*, Hartvvic de *Richolueſtorff*, *Eberhart* de *Mouterchingen*. *Friderich Stier*, *Friderich* de Hegelingen, *Sifrid* de *Ollingen*, & frater eius *Hoholt*, *Dietpold* & *Sigifrid* de *Oſterdorff*, *Sigboto Cuue*, *Chuonrad* de *Bieburc*, *Hartmann* de *Smidehuſen*, Hartlieb de *Stuthuſen*, *VVernhart* filius *Gebolfi*, de *Perge*, & eius miles *Egilolf*.

ITem notum ſit quod hæc talis delegatio, quæ præſcripta eſt, eodem modo quo facta eſt, notificata eſt in publico placito Domini *Dietrici* Comitis de *VValtenpurch*, apud vicum qui dicitur *Buoch* audientibus iuris, dicuntur *Skeffen*, & aliis iudicialibus & quæſitoribus & cenſoribus iuris. Huius rei teſtes ſunt, *Otto* de *Moſen*, *Ruodolff* de *Diepoltesberge*, *Sigifridus*, *Heinricus* de *Leimingen*, *Sigiboto* & frater eius *Gunzenhaim*, *VVernherus Lant Onde*. *Sigiboto* de *Griſtete*, *Volchmar* de *VVolfesperge*, *Chunradus* de *Iſoluingen*, *Eberhard*, *Sigifrid*, *Heinrich* de *Kouthe*, *Chuonradus Krescinckh* de Hohenburch, *Friderich* de *Eskenhovve*.

NOtum ſit cunctis præſentibus & futuris, quod Dñs *Engilſcalcus*, nobilis homo de *Waſin*, accipiens in vxorem filiam Dñi *Sibotonis* Comitis de *Valchen-*

*ſtaine*, dotauit eam tali dote. Tradidit enim illi omne quidquid proprium habuit, tàm in hominibus quam in aliis prædiis & ciuitatibus & rebus, cultis & incultis, quæſitis & inquiſitis, Ipſam etiam ciuitatem apud *Waſin*, omniaq; ſua, & hoc fecit ſine omni contradictione & ſine omni retradictione, ita videlicet, vt ſi ipſa ſuperuixerit, habeat oīa ſibi tradita, in ſuimet poteſtate nec vllus amicorum ipſius Domini *Engilſcalci* poteſtatem habebit vel querimoniam ſuper eadem dotalia bona. Teſtes *Chunradus* Dux de *Dachovve*, *Chuono* Comes de *Megelingen*, *Pabo* de *Eringen*, *Walchun* de *Inſtame*, *Sigboto* Comes de *VValchenſtein*, *Meginhardus* der Maiſter de *Nevvenburch* & de *VVartperch*, *Poppo* de *Ouraha*. *Heinricus* filius Domini *Wernhardi* de *Idene*, *Libart* de *Ekkeharteſtorf*, *Heinricus* & frater eius *Perhtoldus* de *Vugene*, *VVerngant* de *Luochs*, *Siboto* de *Mahſſelrain*. Iſti ſunt omnes nobiles homines. Hi verò Miniſteriales: *Megingoz* de *Furchberg*, *Willhalm* de *VVagingareberch*, *Ortolf* de *Grizkirchen*, *Ekkehart* de *Mountigele*, *VVitigo* de *Hunſperch*, *Marquart* de *Oucelingen*, *Hainricus* de *Ellingen*, *Lazarius*, *Heinricus* de *Outershuſen*, & cognatus eius *Bernhardus* de *Praitenbervve*, *Richere* de *Iorcen*, *Eberhart* de *Mouterchingen*, *Friderich* de *Alinbach*, *Hainricus Aitterſtain*, *Engilrā* de *Egidach*, *Meginhart* de *Flinſpach*, *VVienpoto* de *Torringen*, *VVolfram* de *Harpholſthaim*, *Piligrim* & filius eius *Hartman* de *Froſchaim*, *Siboto* de *Puoren*, & filius eius *Ascvvin* de *Inhohenhus*, *Chuno* de *Snaitte*, *Marquart* de *Albrataich*, *Friderich* de *Selhouvven*, *Siboto* de *Grizſtete*, *Otto* de *Sundermaringen*, *Chunrad* de *Grimhartingen*, *Luipolt* de *VValde*, *Luitold*, de *Aichhaim*, *Chunrad* de *Piburch*, *Siboto* de *Mermmuos*, *Gebehard* de *Aich*, *Chunrad* de *Frihaim*, *Etech* de *Snaitse*, *Folchmar* de *VVolfesperch*, *Gotfrid Behaim*, *Eberhart VVirſinck*, *Heinrich* de *Gundingen*, *Purchart* de *VViare*, *Heinrich Forhe*, *Ascvvin* & frater eius *Leonhard* de *Phaffingen*, *Wernhart*, *Posvverth* de *Paldelingen*.

NOtum ſit vniuerſis Chriſti fidelibus, tàm præſentib. quàm futuris, quod *Heinricus* Comes de *Lechsmunde*, & vxor eius ac filij ipſius & *Henſole* de *Welvva*, & filij eius cum vxore ſua, tradiderunt prædium *Gunthartiſperge* *Sibotoni* Comiti & filiis eius in proprium, & aduocationem ſuper dotem eiuſdem Eccleſiæ, & huius traditionis ſunt teſtes iſti: *Hanharius*, *Hartvvicus* de *Mouniſingen*, & *Ernhart Spiegil*, *Heinricus* de *Otirshuſen*, *Perhtoldus* de *Papinhouin*, *VValtmannus* de *Baſtpere*, & filius eius *Fridericus*, *Heinricus* de *VVartpuhil*, *Leonhard* de *Aich*, & filius eius *Gebehart*, *VVerngant*, *Liuih*, *Siboto* de *Mahſelrein*, *Sifrit* de *Ollingen*, *Diepolt* & *Sigifridus* de *Oſtindorff*, *Heinricus* de *Tiſenhaim*, *Ekkehart* de *Seheim*, *Pabo* de *Niunburc*, & filius eius *Volchmar* & filius *Egilolf*, *Heinricus Præpoſitus*, *Hobold* de *Ollingen*, *Marquart* de *Steuenikirchin*, *Heinricus* & frater eius *Leonhardus*. Hoc factum eſt *Hiumburc*, teſtimonium, *Vrſinperge* factum eſt teſtimonium *VValtmanno* & filio eius, & viuis eius.

NOtum facimus omnibus volentibus quod *Heinricus* Comes de *Lechsgemunde* iterum relegauerit prædium *Gunthartisperge* apud *Putinhart*, & hi teſtes ſunt, *Rudolfus* de *Lucilindorf*, *Chuonradus Seman*, *Perhtoldus* de *Siboldesdorff*, *Chuono Eskenovve*, *Fridericus* de *Selehouben*, *Meinhardus* de *Filnſpach*, *Chunradus* de *Grimhartingen*, *Meinvvardus* & frater eius *Ortvvinus* de *Celle*, *Chuonradus Chil*, *Gerloch* de *Grauangen*, *Volemar* de *VVolfesperch*. Illud idem prædium filius prædicti *Hertvvolchi* & vxor ſua, cum licentia Comitis *Heinrici* tradiderunt S. comiti ad *Niuerſeg*. Teſtes ſunt idem Comes *Henricus*, *Rudolf* de *Luzeldor* & frater eius, *Chunradus Trilzaz* eiuſdem Comitis. *Hartvvic* de *Striebin*, Ad vltimum filius eiuſdem *Herthfolchi* confeſſus eſt & non negauit ſe eidem

Comi-

Comiti idem prædium tradidiſſe in apto placito, & iudicio Comitis *Dieteri* apud *Iſoluingen* habito. Quod teſtantur Comes *Dieterus*, *Walchoum* de *Steine*, *Chuono* prædicti Comitis filius, *Gebehardus* de *Etelingen*. *Chuonradus* de *Iſoluingen*, *Heinricus* & frater eius *Sigfridus* aben *Riote*. *Fridericus* & *Sigboto* de *Griezſtete*, *Chuonradus* de *Friheim*, *Heinricus* iunior iudex, & *Heinricus* Senior iudex, *Hartmannus* de *Nuzdorff*, *Volchmarus* de *Wolfeſperch*, Helmboldus, *VVernherus*, *Fuirſtain*, *Tiſenheimenſes* omnes, & alij quam plures ſuorum.

CHVONRADVS Comes de *Bilſteine*, abrenunciauit omni querelæ quam fecerat ſuper patrimonium Comitis *Sigbotonis* in *Herrandeſtaine*, & in omni patrimonio, quod attinet ad idem patrimonium & hoc factum eſt *Stoyle* ſub vexillo Ducis Auſtriæ duello affixo. Huius rei teſtes ſunt Heinricus Comes de *Scala*, *Sigehardus* Comes, *VValchuon* de *Steine*, *Regimbertus* de *Elſarn*, *Eſenricus* de *Ammendorff*, *Marchvvardus* de *Frounze*, *Cholo*, *Feccilo*, *Engilſcalch* de *Chouluibe*, *Otto* de *Paulan*, *Hermannus* de *Biela*, *Embrich* de *Baterhuſen*, *Vdelricus Lambert*, *Eppo* & frater eius *Luodevvicus*, *Meginhardus* de *Tribansvvinchel*, *Sigefridus VValch*, & frater eius *Heinricus* de *Mounich*, *Hermannus* de *Hietzberch*, *Chuonradus* de *Grabeſtat*, *Albero* de *Botenbrunne*, *Gotefridus* de *Driſtniche*, *Chuono* de *Harde*, *Otto Otkoz* de *Brandenberch*, *Chounradus* de *Steuenſchirchen*, *Sigboto* de *Iollingen*, *Sigefridus Iſenpus* & *Carolus* frater eius. Inſuper omnes qui aderant ſub vexillo Ducis.

CHOVNRADVS Comes de *Bilſtaine*, abrenunciauit omni quærelæ, quam fecerat in *Herrandeſteine* ſuper Dominam *Sophiam* & liberos eius & Dominum *Nizonem*, & omnem hæreditatem, quæ pertinet in *Herrandeſteine*. Et hoc factum eſt *Brünſendorff* in prato coram Duce *Henrico*. Huius rei teſtes ſunt, *Luidpoldus* & frater eius *Heinricus* filij prædicti Ducis, *Fridericus* & *Heinricus* Caſtellani de *Ratiſpona*, *Heinricus* Comes de *Scala*, & frater eius Comes *Sigehardus*, *Fridericus* Comes de *Hohenburch*, *VValchoun* de *Steine*, *VVernherus* de *Laura*, *Luothvvicus* de *Sunnemberch*, *Herrandus* de *Drozze*, *Hertvvicus* de *Chenenbrunne*, *Albero* de Horne, *VVatto* de *Valchenſteine*, *Chono* de *Bouhſe*, *Otto* de *Gërrdenſtaine*, *Otto* de *Brantemberch*.

COmes *Sigboto* notum facit omnibus ſcire volentibus, quod ipſe obtinuit coram *Salzburgenſi* Archiepiſcopo, Dño *Chounrado* Apoſtolicę ſedis legato, quod quomodocunque litem illam quæ eſt inter eum & Præpoſitũ de *Wiare*, terminauerit, hoc ipſe ratum habeat. Hoc atteſtantur Dñs Abbas de S. *Petro*, & Dñs *Heinricus* plebanus de *Stuoluelden*, *Leingottus* Caſtellanus de *Salzberg*. *VVillehalmus* de *VVanareberch*, *Marchvvardus* de *Vzelingen*, *Luipoldus* de *VValde*, *Dietmarus Marſcalcus*, *Volcholdus*, *Heinricus Bauarus*, *VValchoun* de *Steine*, *Ockoz* de *Prantenberch*. *Helmboldus* de *Hadeluingen*. Hæc lis poſtea terminata eſt inter Comitem *Sigbotonem* & eundem Præpoſitum apud *Nivvenburch*, tali modo, quod ipſe Comes tradidit Eccleſiæ de *VViare* vnam curtem, & vnum molendinum apud *Happingen*, & dimidium manſum apud *Talheim*, & apud *VValde*, locum vnum abſque curiis, & prædium vnum apud *Pienzenovve*. E contra Præpoſitus prædictus per manus proprias & fratrum ſuorum tàm clericorum quàm laicorum conuerſorum abrenunciauit bonis apud *Chontel* & *Oſterndorff*, & ſuper omnibus cauſis aliis, de quibus agebatur. Teſtes huius rei ſunt, *Walchuon* de *Steine*, *Volchmar* de *Stolzenberc*, *Egilolfus* & *Leonhar-*

dus,

*dus*, *Heinricus* & frater eius *Ockoh* de *Prantenberc*, *Chuonradus* de *Steuernkirchen*, *Ruodigerus* de *Heſelvvanch*, Hoholdus & *Diepoldus*, *Ekehardt*, Heinricus, *Bavvarus*, *Ekehardus* de *Eunhten*, *Arbo* fidelis Domini *Walchuon*, *Volchmarus* de *VVolfesberc*, *VVernherus Fuirſtein*, *Otto* de *Endorf*, *Diepolt* de *Oſterendorff*, *Siboto* de *Mahſelrein*, *VVolſker* Dume, *Heinricus Præpoſitus*, *Fridericus* de *Guntesheim*, *Ruodegerus* de *Holzheim*, & frater eius *Chuonrat Schuhil*, *VVernherus* Lantôde, *Heinricus* de *VVarengoune*.

NOtum ſit Chriſti fidelibus quod Domina *Iudita* filia Domini *Herrandi* delegauit tale Ius quod habere potuit in vrbibus *Valchenſtain* & Herranſtein, in manus Domini Ducis *Ottonis*, cum liberè facere potuit, ea cõditione vt nihil inde ageretur non ſecundum petitionem Domini Epiſcopi *Ratiſponenſis Chuononis*, & hoc factum eſt ad honorem ipſius Epiſcopi. Huius rei teſtes ſunt Epiſcopus de *Pabenberch*, & nepos eius Marchio *Pertholdus* iuuenis, Epiſcopus *Pataulenſis*, *Otto* Epiſcopus *Bambergenſis*, *Fridericus* Palatianus, *Heinricus* de *Altendorf*, *Sigboto* Comes de *Valchenſtaine* & filius eius *Chuono*, *Walchuonus* de *Steine*, *Albrecht*, *VValchuonus*. *Airammus* de *Chambe*, Hadamarus de *Ahuoſen*, *VVernhardus* de *Horpach*, *Fridericus* de *Steuiningen* iuuenis, *Nizo* de *Kettenpuoth*, *Sigihardus* de *Eberſpunt*, *Volricus* de *Zeren Viztum*, *Meinhart* de *Guophern*, *Chuono* de *Puohſe*, *Vlricus Schurf*, *Vlricus* de *Schrobenhuſen*, *Chuonradus Iudex* de *Lartenperch*, *Ratolch* de *Renprehtesdorff*, *Vlricus Sibenhar*, *Albertus* de *Gunthartesperch*, *Oratvving* de *Cella*, *Eſovvinus* & *Bernhardus* frater eius de *Phabingen*, *Ekkehardus* de *Vouhten*, *Alprehtus* de *VValthalmingen*, *Heinricus* Comes de *Plaigen*, *Heinricus* Comes de *Ferantenhuſen*.

HÆc omnia facta ſunt in Monaſterio *Ammenſperch* in dextro choro. Poſt hanc præſcriptam delegationem. *Otto* Dux ſedens in iudicio in orreo ſuo *Ammenperch*. Epiſcopo ingrediente rogauit eum Dux vt daret ei arbitrium facere cum legatione ſecundum ſuum libitum, & hoc ipſe conceſſit. Huius rei teſtes ſunt *Dietricus* Comes de *VVaſſerpurch*. *Siboto* Comes de *Valchenſteine*, & filius eius *Chuono*, *VValchonus* de *Steine*, *VVernherus* de *Labere*, *Purchardus* de *Steine*, *VVernhardus* de *Horpach*, *Pernhardus* de *Moſen*, *Egelolfus* de *Steine*, Heinricus de *Tollezn*, *Heinricus* de *Altendorff*. *Alpreht* Comes de *Pogen*, *Gebehardus* Comes de *Tolnſteine*, *Erchenphretus* de *Hagenovve*, *Chunradus* de *Tornperch*, *Vlricus* & frater eius de *Haſelpach*, *Alpreht* & frater eius de *Chambe*, *Liutoldus* de *Ovv*, *Pertholdus* de *Preitenprunnen*, *Fridericus* de *Steueningen*, *Otto* Comes de *Ratiſpona*, Heinricus Comes de *Plaigen*, Hainricus Comes de *Frantenhuſen*, *Pabo* de *Eueprehteskirchen*, *Ruoprech*, *VVolf* & frater eius *Alphrehtus*, *Eberhardus* de *Ahenhuſen*, & frater eius Hademarus.

Poſtquam hæc omnia facta ſunt, eunte Duce ad Cæſarem, inſecutus eſt eum Dominus *Chuono*, & reperit eum *Tigingen*, & rogauit eum vt legationem hanc daret in manus Domini *Altmanni* de *Abensperg*, nihil inde faciendum niſi ſecundum rogatum ipſius Domini *Chuononis*, quod ipſi conceſſit in cimiterio *Tigingen* ſedens pro tribunali, & delegauit in manus Domini *Altmanni*. Huius rei teſtes ſunt: *Otto* de *Stephinigen* Landtgraphe, & frater eius *Fridericus*, *Chuonradus* de *Ahuſen*, *Otto* Caſtellanus, *Wernherus* de *Laberh*, *Chunradus* de *Werde*, *Alpreth* de *Prettenprunnen*, *Arnoldus* de *Gruonharteshouen*, Hardnitus de *Frovvenhouen*, *Chuno* de *Lengenuelte Reuan*.

ANno ab jncarnatione Domini Milleſimo Centeſimo Sexageſimo, jndictione nona III. jdus Iunij, dedicata eſt baſilica ad *Hadamarſperc*, à venerabili Domi-

Domino *Eberhardo Iuuauenſis* Eccleſiæ Archiepiſcopo. In honore ſanctæ Trinitatis & victorioſiſſimæ *Crucis*, & perpetuæ Virginis *Mariæ*, præcipuèque in honore ſancti *Iacobi* Apoſtoli. Et hæ ſunt reliquiæ inconditæ. De ſepulchro Domini, ſanctæ Mariæ, ſancti Apoſtoli, ſanctorum Innocentium, Vincentij, Lamperti, Chryſogoni, Gereonis, Dionyſij, Antonij, Mat. ſanctorum Confeſſorum, Martini, Nicolai, Galli, Vdalrici, Fortunati, ſanctarum Virginum, Felicitatis, Affræ, VValpurgæ, Vndecim Mart: Virginum.

ANno ab incarnatione Domini M.C.LX.IV. Indictione XII. ſexto Idus Septemb. *Friderico* Imperatore regnante, petitione Comitis *Sibotonis*, ſub ſtatu bono Eccleſiæ dedicata eſt Eccleſia *Nouvvenburc* à venerabili *Friſingenſi* Epiſcopo *Adalberto*, in nomine ſanctæ *Trinitatis* & ſanctæ *Crucis*, & ſpecialiter S. *Mariæ*. Sunt autem ibi reliquiæ ſanctæ Veſtæ, ſanctæ Mariæ, de ligno Domini, de ſepulchro eius, de præſepe eius, Ioannis Baptiſtæ, Apoſtorum Andreæ, Iacobi, Lucæ Euangeliſtæ, Laurentij, Pancratij, Tripolis & Mandali, Mauritij, Silueſtri, Nicolai, Valentini, Cæciliæ Virginis.

ALterum altare in eadem Eccleſiâ dedicatum eſt in honore S. Ioannis Baptiſtæ, Iacobi Apoſtoli, Georgij, Pancratij, Kiliani, Tripolis & Mandali, Fortunati, Nicolai, Leonis, Wunebaldi, Materni, S. Mariæ Magdalenæ.

COmitis *Sigbotonis* pater dicebatur *Rudolfus*, Auus eius *Herrandus*, Atauus eius *Patto* Eiuſdem Comitis mater dicebatur *Gerdrut*, Auus eius *Sigboto*, Atauus eius *Gerolt*, Filij Comitis *Sigbotonis* dicebantur *Chuno* & *Sigboto*, mater verò eorum *Hiltegardis*.

## *Peiſenberg. Piſinperc.*

DIE Vogitaigi vber *Kiemiſſer* gueth, in *Grazzovver* tal, vnd in *Luckintal*, lie der Graui *Sibot* dem Margrauin von *Craiburc* Ziſinum libi mit beſcadini redi. Sveenni er niht vvari daz ſi jn oder jne Suni vvidir an vieli. Des ſint gezuic Graui *Heinrih* von *Vrantinhuſin*, *Haituolc* von *Veluvin*, *Hadmar* von *Abuſun*, *Sibot* von *Antvvurti*, *Babi* von *Eringin*, *Alber* von *Zaizheringen*, *Gerunc*, von *Stetiheim* *Friderih* von *Heskinovvi*, *Ruedolf* von *Diepoldisperc*, *Volemar* von *VVoluisperc*, *Sigbot von Mermos*, *Tvvicbot*, vna *Heinrich* von *Torringen*, (veni von *Snaiſen* vnd ſuni *Otti* vnd *Bruni* von *Craidorf*, *Friderich* vnd *Heinrich* von *Griezſtetin*, *Siurid* von *Muruti* vnd manic anderman dir des tagis Ziendorf vvas, do der Margraui virſuendi *Cuem* von *Snaitse* vnd *Friderichin* von *Eskinobi*.

Der Margraui *Pertolt*, von *Andehs*.
Der Margraui *Engilpreht* von *Craiburc*,
*Heinricus* Comes de *Lechsgemunde*.

NOtum vob. quod Comes Siboto & vxor ſua Domina Hildigardis & filij eorum quærimoniã fecerunt in Curia Dñi Decis Ottonis apud Plintingen, ſuper vrbem Megelingen, & oĩa bona ſibi pertinentia & oẽs homines qui fuerũt patris eius & matris ſcil. Cometiſſę in nouiſſimis dieb. eorum. Huius rei teſtes ſunt, Palatinus Otto, Heinr. de Altendorff, & frater eius, Heinr. de Stoefe, Purchard' de Steine, Altmannus de Abenſperch, Wichnãt de Haſelbach, Albero VVolf, Pabo de Eringen, Albero de Prugge, Ratolt de Remphesdorf, Frider. de Lonsperch, Ortolfus de Tegernvvanch, Walchunus de Steine, Otto de

Aſche,

Aſcheringen, Coppoldus de Lochuſen, Hadamarus & fratres eius de Ahuſen, Arpreht & fratres eius de Chambe, Chunradus de Encineſpach, & frater eius Chrafft, Eberhardus de Luige, Heituolchus de Velvven, Comes Vlricus de Perge, Eberhardus de Steinpach, Dietricus de Moeſen, Hartpreht de Aheim, Engelpreht de Planchenperch, Gebehardus de Iulpach, Comes Chunradus de Mospurch, Comes Chunradus de Dornperch, Diepoldus de Erlahe. Hi ſunt liberiores. Poſt hos nominandi ſunt miniſteriales, Hartvvicus de Richolsdorff, Chunradus de Grimhartingẽ, Heinricus de Steueningen, Heinricus de Chlammenſteine, Vlricus de Elmovve, Otto Chopf, Heinricus & frater eius Rudegerus de Lindaha, Vlricus de Wettingen, Chunradus de Tegernpach, Liutoldus de Ovve, Vlricus de Schrobenhuſen, Pertholdus de Eſchelbach, Heinricus Seligischint, Alhart de Prieſingen, Gelfrat de Tiespach, Heinricus iudex de Rintpach, Chunradus de Friheim.

Notum facimus de beneficio Marchionis de Stier, Ad Viſchahe III. manſus, ad Hartberch II, manſus, quod habet Dominus Perchtoldus de Eriberperch, Dominus Erchengerus autem hoc habet de Viſchahe, qui eſt de Landeſere.

## Catalogus Præpoſitorum & Adminiſtratorum Monaſterij *VVeyarn*, quorum nomina reperiri hactenus potuerunt.

I. GOTSCALCVS, ob. an. 1307.
II. WILHELMVS, an. 1332.
III. RVDPERTVS an. 1344.
IV. CONRADVS an. 1346.
V. ALBERTVS an. 1350.
VI. HENRICVS an. 1372. Hic Monaſterij incendio conflagrati ſecundus quaſi fundator, & reſtaurator fuit, & incorporationem parochiæ *Neukirchen* Monaſterio ad ſummam paupertatẽ redacto à ſummo Pont. impetrauit.
VII. CONRADVS II. ob. an. 1389.
VIII. VDALRICVS Liebslaider/an. 1403.
IX. IACOBVS Schlipffhaimer/an. 1428.
X. CONRADVS Schlecher/an. 1433.
XI. PAVLVS Trumb/an. 1440.
XII. CHRISTIANVS Kützagel/an. 1466.
XIII. FRIDERICVS Kürſchner/an. 1467.
XIV. LEONARDVS Larffner/ quondam Vicarius Chori *Salisburgen.* obiit ann. 1490.
XV. LEONARDVS Haffner/ Vicarius Chori Salisburgen. obiit an. 1516. ætatis 84.
XVI. GEORGIVS Rotſchmidt/obiit in Eccleſia ante altare S. *Barbaræ* virginis quo ſe morti vicinus, ſingularis qua erga illam fuiſſe perhibetur deuotionis cauſſa deferri iuſſerat, an. 1532.
XVII. IACOBVS Köpfinger/ob. an. 1543.
XVIII. GEORGIVS Schmidhaimer/an. 1548.
XIX. IOANNES Rieder/ Adminiſtrator, an. 1561.
XX. OSWALDVS Græff/ Adminiſtrator, an. 1569.
XXI. IOANNES Eckhart/ presbyter ſæcularis, primo parochus *Aiblingenſis* ſed poſtea ob collapſum funditus, depauperatumque penitus Monaſterium nullo alio qui Præpoſituræ adminiſtrationem ſuſcipere vellet exiſten-

exiſtente, neceſſitate vrgente in Adminiſtratorem ad tempus ſuſceptus fuit, ob. an. 1570.

XXII. IOANNES *Piſcator*, profeſſus in *Bernried*, poſtulatus, præfuit Monaſterio annum plus minus, ob. an. 1571.

XXIII. BERNHARDVS *Piſcator*, & ipſe quoque profeſſus in *Bernried.* obiit 1575.

XXIV. LEONARDVS *Hôrman Aiblingen.* Adminiſtrationem ſuſcepit ann. 1576. præfuit an. 13. menſ. 3. dies 19. ob. an. 1589. ætatis ſuæ 80.

XXV. CASPARVS *Holnſtainer*, Præpoſitus confirmatus, præfuit ann. 18. ob. an. 1610.

XXVI. WOLFGANGVS Reiffenſtul/ modernus Præpoſitus, frugalitate ſua & induſtria, Monaſterio vtilitatem, ſibi laudem non vulgarem hactenus acquiſiuit.

## S. ZENONIS.

MONASTERIVM Canonicorum Regularium D. Auguſtini. Conradus Archiepiſcopus Salisburgenſis, Nepos Babonis Comitis Abenſpergenſis, apud Reichenhall in Norico Canonicis regularibus ſancti Auguſtini collegium inſtituit, quod ſancti Zenonis vocant, primumque Præpoſitum ibi Lonzonem ordinauit. Obiit Conradus, poſtquam XLVI. annis laudabiliter Eccleſiæ Salisburgenſi præfuiſſet, anno, 1147. Auentinus lib. VI. fol. 615. & 623.

Nobiles ibi ſepulti de Haslang.

### IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS, EGO CONRADVS SANCTÆ IVVAVENſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & Apoſtolicæ ſedis Legatus.

QVONIAM quidem Chriſtus, cum diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt, vt nos illius inopia ditaremur: Sic nobis intelligendum eſt, ſuper hunc egenum & pauperem, vt & veſtigia humilitatis eius imitari ſtudeamus, & ei in fratrib. ſuis minimis, vbi eget & pauper eſt, benefacere non negligamus. Itaque pauperes Chriſti Halenſes Canonici, cum clamarent ad nos, aurem benignam protinus apponentes eorum vocibus, effectum petitioni ex Pontificali munificentia præſtitimus, ipſiſq; miſericordiam fecimus, vt in die malo liberante nos Domino miſericordiam inueniamus. Proinde tradimus omnipotenti Deo, beatæq; Dei gentrici Mariæ, Sanctoque Zenoni, & ſupradictis fratribus prædium vnum & ſyluam quod in Cella dicitur, quod Beneficium erat Comitis Cunradi, quod ipſe nobis manu ſua reſignauit, ea de cauſa, vt prædictæ Eccleſiæ traderemus. Quod ita diſtinctum eſt in terminis ſuis, qui iuſtis nominibus exprimũtur Chympergiſort, Munechiſurt, Grunethal, Rintpachis, Vrſprinch, Aſchecke, Peutaris. Huius inquam prædij donationem facimus cum omni Iure noſtro, quod ibidem habuimus, vel habere poſſumus, & omni vtilitate quam ad præſens ibidẽ inueniunt, & in poſterum conſequi poſſunt. Decernim⁹ ergo vt nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare: ſed illibata oĩa & integra conſeruentur, eorum pro quorũ gubernatione & ſuſtẽtatione conceſſa ſunt, vſib. omnimodis profutura. Si qua ergo in futurum Eccleſia-

ſtica ſæcularis ue perſona, hanc noſtræ inſtitutionis Paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertiòue commonita non præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore & Sanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine flam̃is vltricibus tradita, æternæ damnationi ſubiaceat, Et vt hæc noſtra delegatio facta pro remedio animarum prædeceſſorũ noſtrorum, & noſtræ Saluationis obtentu rata ſit ac firma in futuras generationes, auctoritate Patris & Filij & Spiritus ſancti, beatæque Dei genitricis Mariæ, Sanctique Zenonis, necnon Patris noſtri Rudberti, & noſtra præſentem paginam ſtabilimus, & aſtipulatione ſubſcriptorum teſtium corroboramus: quorum iſta ſunt nomina, Helmbertus Præpoſitus de Werde, Vdalricus Præpoſitus de Illmünſter, Wilhelmus Præpoſitus de Wiare, Cunradus Comes de Bilſtain, Comes Sibotho de Nuinburch & fili⁹ eius Chuno, Otto filius Hadmari de Chuſfarn, Sibotho de Surberch, & frater eius, Menigothus Caſtellanus, Wilhelmus de Wagingarberg, Leopoldus de Walde, Haufolc de Veluvven, Otto de Pongõ, Cunradus de Walde & fratres eius, Otto & Heinricus & Leopoldus, Marchardus de Forchtenſtein & frater eius Rudgerus, Eberhardus de Helspouue, Hermannus de Hirzperch, Marchvvardus & frater eius, Hermannus de Vagir, Ortolfus de Toler, Cunradus de Holzhuſin.

Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini, Milleſimo, Centeſimo, Septuageſimo ſeptimo, XII. Calendas Octobris, Data per manum Rudgeri Notarij Domini Cunradi Salzburgenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Adalbertus Dei gratia ſanctæ Saltzburgen. Eccleſiæ Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Diuina diſpenſante gratia in adminiſtrationem Eccleſiæ noſtræ Regimini commiſſæ vocati, non ſolum matrem, verum etiam filias ab vbere materno procreatas, prouida deliberatione dignum duximus pro modulo noſtræ facultatis ſublimare. Ea propter dilectorum filiorum noſtrorum Wickmanni, cæterorumque fratrum loci ſancti Zenonis in Halle precib. deuicti, duas partes Decimationis, quæ noſtro Iuri accedere debuerũt, de Noualibus in eorũ prædio, quod dicitur in Cella in plebe Vohindorff, tam in cultis quàm colendis, ipſorum Eccleſię perpetuo Iure contulimus, eandemque traditionem memoriæ fidelium tàm præſentium quàm futurorum recolendã huic Chartulæ annotari & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Quiſquis igitur huic deliberationi obuiare præſumpſerit, Anathema ſit. Huius rei teſtes ſunt, Arnoldus Vicedominus, Luipoldus Comes de Plagin, Megingottus Caſtellanus & frater eius, Sigbotto de Surberch, Luipoldus de Walde & filius eius Hainricus, Chuno de Weruen, Eckhardus de Thann, Rudegerus quondã Vicedominus, Wilhelmus Caſtellanus de Plagin, Rudolphus du Snellenberg, Gotteſcalcus de Vozingen, Conradus de Grabinſtat, Otto & frater eius Hainricus filij Hainrici albi de Halle, Hainricus Lôbheze.

Acta ſunt hæc in Halle, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo, Centeſimo, LXXXVIII.

IN NOMINE Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Adelbertus DEI gratia &c. Saltzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus VVigmanno Hallenſi Præpoſito, cæteriſque fratribus inibi regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Cum

Cum ſuſcepti Regiminis officium imponat, cũq; charitatis extenſio nihilominus inducat, omnib. Eccleſiarum prouectibus, nos diligentius intendere; domibus tamen religioſorum, ne pro defectu ſtipendiorum Chriſti milites à religionis vigore vacare contendant, arctiori ſtudio nos conuenit prouidere. Eapropter dilecti in Chriſto fratres petitionibus veſtris, pro ſpe futuræ mercedis aurem pietatis inclinamus, & Eccleſiæ Hallenſi in qua Deo ſeruire profeſſione Canonica diſpoſuiſtis, prædeceſſorum noſtrorum beatæ recordationis Cunradi ſenioris, Eberhardi, Cunradi Moguntini Pontificum veſtigia ſequentes, quicquid iuſtæ donationis titulo poſſidetis vel poſſidebitis, Eccleſiarum, Capellarum fundatarum, vel fundandarum regimini & iuri veſtro in diœceſi veſtra permaneant, Territoria prædiorum cultorum vel incultorum, ſeu aliarum quarumcunque poſſeſſionum conquiſita, ſcripto præſentis paginæ roborando confirmamus, & confirmando rata vobis teneri decernimus. Inſuper allodium quod in Cella dicitur, cum terminis manifeſtè diſtinctis, cultis, & incolendis, ac Capellam ſumptibus veſtris in eodem loco conſtructam, cum iuris integritate decimarum, cæterorumque omnium, quæ in præſenti poſſidet, vel de futuro conſequentur, pro remedio animæ noſtræ & prædeceſſorum noſtrorum tradimus omnipotenti Deo, Sanctoque Zenoni & ſupradictis fratribus, petente hoc & conſentiente maioris Eccleſiæ Saltzburgen. Præpoſito Gundakaro, cum Chori Capitulo, quo Parochiam in Vahendorff, in cuius terminis iam dicta Capella ſita dinoſcitur, canonicè poſſederunt. Ad indemnitatem ergò præfatæ Parochiæ dimidium manſum Mieſenbach, in loco qui Hirisbühel dicitur, à præmemoratis fratribus recepimus, & pro legali concambio ad vſum Eccleſiæ matricis ordinauimus. Concedimus itaq; præſenti Præpoſito Wigmanno, omnibus Succeſſoribus ſuis, canonicè ſubſtitutis, quatenus in præfata Capella, quam ab omni Iuriſdictione & diſtricto matricis Eccleſiæ eximimus, & liberam facimus, iuxta Dei timorem, pro ſuæ voluntatis arbitrio, non ſolum temporalia, verum etiam ſpiritualia liberè ſecurèque diſpenſent & ordinent. Statuimus ergò, vt nulli prorſus mortalium ſæpe dictam Eccleſiam, liceat temerè perturbare, ſed omnia illibata ſibi cum pacis, & quietis tripudio, perenniter conſeruentur. Per nos quoque DEO cooperante ipſam conſecrantes Eccleſiam eodem prædio, cum omnibus appendiciis ſuis, & omni decimarum integritate, Pontificali auctoritate, ac liberalitate, in perpetuum dotatam eſſe decreuimus. Si quis autem huius Inſtitutionis noſtræ paginam, quam forma ſigilli noſtri communimus, & Prælatorum noſtrorum, Cleri miniſterialiumque noſtrorum teſtimonij fauore ſtabilimus, caſſare tentauerit, vltrices flammas, ſi non reſipuerit, in diſtrictiori examine ſine ſpe redemptionis ſuſtinebit.

Ego Adelbertus Saltzburgen. Archiepiſcopus SS.
Ego Chundacherus Saltzburgen. Præpoſitus & Archidiaconus, SS.
Ego Rudolphus Decanus Maioris Eccleſiæ Saltzburgen. SS.
Ego Bernhardus Pertersgad. Præpoſitus. SS.
Ego Sigboto Chiemſen. Præpoſitus SS.
Ego Otto Bamburgen. Præpoſitus & Archidiaconus. SS.
Ego Berchtoldus Garzen. Præpoſitus. SS.
Ego Pabo Ouuenſis Præpoſitus. SS.
Ego Albanus Seunenſis abbas SS.
Ego Aribo Reichſpergenſis Prępoſitus. SS.
Ego Leopoldus Burenſis Abbas SS.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Acta ſunt hæc anno incarnationis Domini M. C. LXXXXV. reſidente Domino Alberto Saltzburgēſi Archiepiſcopo, in ſolemni Capitulo, apud Lauffen habito, XVII. Calendas Decembris præſentibus & aſſentientibus Præpoſitis & Abbatibus, ſupra in inſcriptionibus ſuis annotatis, & laicis quàm plurimis.

## ADDITIONES.

## Confirmatio ordinis & fundationum Monaſterij per *Lucium* Papam.

L*Vcius* Epiſcop⁹ ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Lanzoni Hallenſi* Præpoſito, eiuſque fratribus tàm præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium quod ad Religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatam Eccleſiam *Hallenſem* in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. ſtatuentes vt in eadem Eccleſia, prout venerabilis frater noſter *Conradus Salisburgenſis* Archiepiſcopus ordinauit, & ſcripto ſuo firmauit, ordo Canonicus ſecundum beati *Auguſtini* regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis DEO propitio poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Capellam ſanctæ *Mariæ Muna*. Capellam ſancti *Georgij Chiriehpero*. Capellam ſancti *Martini Nane*. Capellam ſancti *Valentini Morzols*. Capellam in caſtro *Plaien*. Capellam in caſtro *Halla*. Aquam in fonte *Halla*, quam dedit *Ebo*. Aquam quam dedit *Iacco*. Prædia quæ dedit *Sigboto*, *Vnchen*, & *Occheim*. Prædium quod dedit *Heinricus* & *Pato Nutzpoum*. Quartam partem decimalis ſalis, Sane laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animaliū, nullus omnino cleric⁹ ſiue laicus à vobis decimas exigere p̃ſumat. Interdicimus etiā, vt nemini profeſſionis veſtræ facultas ſit alicui⁹ leuitatis inſtinctu, vel arctioris religionis obtentu ſine Præpoſiti vel congregationis licentia de clauſtro diſcedere, quod ſi diſceſſerit nullus Epiſcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum ſine communium litterarum cautione illum ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Si verò ſecundò vel tertiò vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito, Canonicā in eum prſoerre ſententiā. Obeunte verò te nūc eiuſdē loci Præpoſito, vel ad alterius Eccleſiæ regimē tranſeunte, ſiue quolibet tuorum ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia ſubſtituatur vel præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut pars conſilij ſanioris ſecundum DEI timorem & beati *Auguſtini* regulam Canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, extremę voluntati & deuotioni nullus obſiſtat, niſi fuerint excōmunicati, ſalua tamen iuſtitia matricis Eccleſiæ ſuæ. Decernimus ergò, vt nulli omnino homi-

no hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius bona vel poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet indebitis exactionibus vel moleſtiis fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua nimirum *Salisburgenſis* Archiepiſcopi Canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, ſi non ſatisfactione congrua reatum ſuum correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei aliena fiat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax &c. Datum *Lateran:* per manum *Baronis* Capellani. Non: *A*prilis. Indictione VII. Incarnationis Dominicæ Anno M.C. XLIV. Pontificatus noſtri anno primo.

## Confirmatio ordinis & Bonorum Monaſterij per *Eugenium* Papam III.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Lanzoni Hallenſi* Præpoſito, eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur quod religioni & honeſtati conuenire monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Dño filij veſtris iuſtis petitionib. clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri felicis recordationis PP. *Lucij*, veſtigiis inhærentes, præfatam *Hallenſem* Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes vt in eadem Eccleſia, prout Venerabilis frater noſter *Conr. Salisburgenſis* Archieps ordinauit, & ſcripto ſuo firmauit, ordo Canonicus ſecundum B. *Auguſtini* regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conſeruetur. Pręterea quæcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidetis, aut in futurũ conceſſione Pontificũ, liberalitate Regum, largitione Principũ, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſq; ſucceſſorib. & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimalem ſalem, prædium quod nominatur *Svvant* cum omnib. appendiciis ad hoc pertinentibus, quod prædictus Archiepiſcopus præfatæ Eccleſiæ tribuit. Aquam in fonte *Halla* quam dedit *Ebo*, Aquam quam dedit *Iacco*, prædium quod dedit *Sigiboto Occheim*, prædium quod dedit *Henricus Nutzpoum*. Sanè laborum veſtrorum quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino clericus ſiue laicus à vobis decimas exigere præſumat. Interdicimus etiam vt nemini profeſſionis veſtræ facultas ſit alicuius leuitatis inſtinctu, vel arctioris Religionis veſtræ obtentu, ſine Prępoſiti vel congregationis licentia de clauſtro diſcedere, quod ſi diſceſſerit, nullus Epiſcoporum, nullus Abbatũ, nullus Monachorum ſine communium litterarum cautione illum ſuſcipiat, quamdiu videlicet in Eccleſia veſtra Canonici ordinis tenor Domino præſtante viguerit. Si verò ſecundò tertiòue vocatus redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito, vel ad alterius Eccleſiæ regimen tranſeunte, ſine quolibet tuorum ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia ſubſtituatur vel præponatur, niſi quem

fratres comuni conſenſu', aut pars conſilij ſenioris, ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam Canonicè prouiderint eligendum. Sepulturam quoq; ipſi⁹ loci liberam eſſe concedimus, vt qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, eorum deuotioni & extremæ volũtati nullus obſiſtat niſi forte fuerint excomunicati, ſalua tamen iuſtitia matricis Eccleſiæ ſuæ. Porro capellas quæ infra terminos parochialis Eccleſiæ fundatæ ſunt, vel in poſterũ Deo fauente fundabuntur, regimini & iuri veſtro confirmam⁹, & ne aliquis clericus ſine conceſſione veſtra eas teneat, vel contra interdictũ veſtrum in eis miniſtret, apoſtolica autoritate prohibemus ſicut iam dicti prædeceſſoris noſtri B. memoriæ Papę *Lucij* priuilegio prohibitũ eſſe dignoſcitur. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiã temerè perturbare, aut eius bona vel poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet indebitis vexationib. vel moleſtiis fatigare ſed oĩa integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtẽtatione conceſſa ſunt vſib. omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Salisburgenſis Archiepiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurũ Eccleſiaſtica ſecularisue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens' contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi reatũ ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictę vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Transtiberim* per manum *Roberti* ſanctæ Romanę Eccleſiæ presbyteri Card. & Cancellar. V. Kalend. Februarij, indictione 9. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XLV. Pontificatus verò Domini *Eugenij* Papæ III. anno primo.

## Confirmatio Ordinis & Fundationis per *Eugenium* Papam III.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis *Henrico* Præpoſito Eccleſiæ Sancti *Zenonis Hallenſis*, eiuſque fratribus tàm præſentibus quàm futuris Regularem vitam profeſſis. Quoniam ſine verę cultu religionis nec charitatis vnitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratũ exhiberi ſeruitium', expedit apoſtolicæ auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum quieti auxiliante Dño prouidere. Eapropter dilecti in Dño filij venerabilis fratris noſtri *Conr. Salisburgenſis* Epĩ precibus inclinati, veſtris iuſtis poſtulationib, clementer annuimus, & præfatã S. *Zenonis* Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio comunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus ſecundum B. *Auguſtini* regulim ꝑpetuis ibi temporib. inuiolabiliter conſeruetur. Quaſcunq; præterea poſſeſſiones, quæcunq; bona, tàm ex dono præfati Achiepĩ fundatoris loci veſtri, quã aliorum Dei fidelium, in præſentiarũ iuſtè & canonicè poſſidetis aut in futurũ conceſſione Pontificũ, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtante Dño poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem ſitam ante portam eiuſdem Eccleſiæ cum appendiciis ſuis, & prędium quod dicitur *Suante*, ex dono ipſius *Archiepiſcopi*.

Quic-

Quicquid juris habetis in decima ſalis qui coquitur de fonte *Hallæ*. Ex dono *Ebonis*, *Iacconis*, & *Babonis* aquas quas in eodem fonte ad ſal coquendum habetis. Prædium ſitum in loco qui dicitur *Occheim*, cum appendiciis ſuis. Ex dono *Sigbotonis* prędium quod dicitur *Vnchen*. Ex dono *Heinrici* filij *Etechonis* & fratris eius prædium quod dicitur *Nutzerpoum* cum omnibus pertinentiis ſuis. Statuimus vt in Eccleſiis veſtris in quibus fratres vitam Canonicam profeſſi degunt, nulli omnino poſt factam in locis veſtris canonicam profeſſionem exinde liceat ſine communi congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentem verò nullus audeat retinere. Si verò poſt ſecundam vel tertiam commonitionem redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Sane ipſa plebs *Hallenſis*, ſicut à jam dicto Archiepiſcopo canonicè ſtatutum eſt, à nullo ſucceſſorum ſuorum vobis auferatur, ſed in diſpoſitione Præpoſiti noſtri permaneant. Adhæc adiicientes ſtatuimus, vt capellæ, quæ infra terminos parochialis Eccleſiæ *Hallenſis* fundatæ ſunt, ſicut ab ipſo Archiepiſcopo rationabiliter prouiſum eſt, eidem matrici Eccleſiæ ſubiacent. In futuro autem, abſque aſſenſu Præpoſiti veſtri, nouas in ipſa parrochia capellas ędificari prohibemus, ſalua nimirum ſedis apoſtolicæ & proprij Epiſcopi auctoritate, ſepulturam quoq; ipſius loci liberam eſſe decernimus, vt eorum qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, deuotioni & extremæ voluntati, niſi fortè excõmunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua juſtitia matricis Eccleſię. Obeunte verò te, nunc eiuſdẽ loci Prępoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorũ, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quẽ fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam prouiderint eligendũ. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatum locum temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationib⁹ fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorũ, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis ꝓfutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica juſtitia & reuerentia. Si qua igitur in futurũ Eccleſiaſtica ſecularisue perſona huius noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tẽptauerit, ſecundò tertiòue commonita niſi reatum ſuum cõgrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autẽ eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Datum *Viterbi* per manum *Baronis* S. Romanæ Eccleſiæ Subdiac. X. Cal. Octob. Indict. decima, Incarnationis Dominicæ An. M. C. XLVI. Pontificatus verò Domini *Eugenij* PP. III. anno ſecundo.

## Confirmatio fundationis, ordinis, Bonorum per *Adrianum* PP. IV.

A*Drianus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Heinrico* Præpoſito Eccleſiæ S. *Zenonis Hallenſis*, eiusque fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quoniam ſine veræ cultu religionis nec charitatis vnitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſeruitium, expedit apoſtolicæ authoritati religioſas ꝑſonas diligere, & earũ quieti auxiliãte Domino ꝓuidere. Eapropter dilecti in Domino filij venerabilis fratris noſtri

*Eberhardi Salisburgenſis* Archiepiſcopi precibus inclinati, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædeceſſoris noſtri ſanctæ recordationis *Eugenij* Papæ, præfatam Eccleſiam S. *Zenonis*, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus, qui ſecundum B. *Auguſtini* regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona tàm ex dono *Conradi* quondam Archiepiſcopi *Salisburgenſis* fundatoris loci veſtri, quàm aliorum Dei fidelium in præſentiarum juſte & canonicè poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem ſitam ante portam eiuſdem Eccleſiæ cum omnibus appendiciis ſuis, & prædium quod dicitur *Svvant*, ex dono ipſius Archiepiſcopi. Quicquid juris habetis in decima ſalis qui coquitur de fonte *Hallæ*. Ex dono *Heinrici* filij *Etechonis* & fratris eius: prædium quod dicitur *Nutzpoum* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Ebonis*, *Iacconis* & *Babonis*, aquas quas in eodem fonte ad ſal coquendum habetis prædium ſitum in loco qui dicitur *Occheim* cum appendiciis ſuis. Ex dono *Sibotonis* prædium quod dicitur *Vnchen*. Statuimus vt in Eccleſiis veſtris, in quibus fratres vitam canonicam profeſſi fuerint, nulli omnino poſt factam canonicam profeſſionem exinde liceat ſine communis cõgregationis permiſſione diſcedere; diſcedentem verò nullus audeat retinere. Si verò poſt ſecundam vel tertiam cõmonitionem redire contempſerit, liceat eiuſdem loci Præpoſito canonicam in eum proferre ſententiam. Sanè ipſa plebs *Hallenſis*, ſicut à jam dicto *Conrado* Archiepiſcopo canonicè ſtatutum eſt, à nullo ſucceſſorum vobis auferatur, ſed in diſpoſitione Præpoſiti veſtri permaneat. Adhæc adiicientes ſtatuimus, vt capellæ quæ infra terminos parochialis Eccleſiæ *Hallenſis* fundatæ ſunt, ſicut ab ipſo Archiepiſcopo rationabiliter prouiſum eſt, eidem matrici Eccleſiæ ſubiaceant. In futuro autem abſque aſſenſu Præpoſiti veſtri nouas in ipſa parrochia capellas ædificari prohibemus, ſalua nimirum ſedis apoſtolicæ & proprij Epiſcopi auctoritate. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalua tamen juſtitia matricis Eccleſiæ. Præterea exemptionem perſonæ tuæ, & eccleſiæ tibi commiſſæ à ſubiectione *Salisburgen.* Archidiac. per venerabilem fratrem noſtrum *Eberhardum Salisburgen.* Archiepiſcopum canonicè factam, tibi & per te Eccleſiæ tuæ auctoritate ſedis apoſtolicæ confirmamus. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat ſupradictam eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate & Diocæſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertiouè commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſq; ſui dignitate

gnitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri IESV CHRISTI, quatenus & fructum bonæ actionis hic percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen. Dat. *Later.* per manum *Rolandi* S. Romanæ Eccleſiæ presbyt. Card. & Cancell. XIII. Calendas Martij. Indictione V. Incarnationis Dominicæ anno M.C.LVI. Pontificatus verò Domini *Adriani* Papæ IV. anno tertio.

## Confirmatio Ordinis & fundationis noſtri Monaſterij S. *Zenonis* cum aliis priuilegiis per *Alexandrum* PP. III.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Alabrdo* Præpoſito Eccleſiæ *Hallenſis*, eiusq; fratribus tàm præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Quoniam ſine verę cultu religionis nec charitatis vnitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſeruitium, expedit apoſtolicę authoritati religioſas perſonas diligere, & eorum quieti & tranquillitati auxiliãte Domino ſalubriter ꝓuidere. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ad exemplar p̄deceſſorum noſtrorum ſanctæ recordationis *Eugenij* & *Adriani* Romanorum Pontificum, p̄fatam Eccleſiam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & p̄ſentis ſcripti priuilegio cõmunimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo Canonicus q̄ ſecundum Deum & B. *Auguſtini* regulã in eodẽ loco noſcitur inſtitutus, ꝑpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona, tàm ex dono *Conradi* quondã Archiepiſcopi *Salisburgen*, fundatoris loci veſtri, quàm aliorum Dei fidelium in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Curtem ſitã ante portam Eccleſiæ prænominatę cum omnibus pertinentiis ſuis, & prędium quod dicitur *Suvante* ex dono ipſius Archiepiſcopi. Quicquid juris habetis in decima Salis qui coquitur de fonte *Hallæ*. Ex dono *Heinrici* filij *Erichonis* & fratris eius prædium quod dicitur *Nutzpeum* cum omnibus pertinentiis ſuis Ex dono *Ebonis*, *Iacconis*, *Babonis*, aquas quas in eodem fonte ad Sal coquendũ habetis aquas quas habetis in ipſo fonte an dem Werchpret. Curtem cum vineis in *Auſtria*, prædium quod dicitur *Ibingen* cum appendiciis ſuis, prædium ſitum in loco qui dicitur *Occheim*, cum omnibus appendiciis ſuis. Ex dono *Sigbotonis* prædium quod dicitur *Vnchen*. Statuimus vt in eccleſiis veſtris in quibus fratres vitam canonicam profeſſi fuerint, nulli omninò poſt factam canonicam profeſſionem exinde liceat ſine cõmunis congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentem verò nullus audeat retinere niſi ad maiorem Religionem eum conſtiterit aſcendiſſe. Sanè ipſa plebs *Hallenſis*, ſicut à jam dic.o *Conrado* Archiepiſcopo canonicè ſtatutũ eſt, à nullo ſucceſſorum ſuorum vobis auferatur, ſed in diſpoſitione Præpoſiti veſtri permaneat. Ad hæc adiicientes ſtatuim⁹, vt capellæ q̄ infra terminos parochialis Eccleſ. *Hallen*. fundar̄æ ſunt, ſicut ab ipſo rationabiliter ꝓuiſum eſt, eidẽ matrici Eccleſię ſubiaceant. Nouas autẽ abſq; aſſenſu Diocæſ. Epiſcopi & veſtro in ipſa parrochia capell̄as ędificari prohibem⁹.

Præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Præterea exemptiones perſonæ tuæ, & Eccleſiæ tibi commiſſæ, à *Salisburgenſi* Archidiaconi ſubiectione, ſicut à præfato Archiepiſcopo ſtatutum eſt, & priuilegiis anteceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum roboratum tibi & per te Eccleſiæ tuæ auctoritate ſedis apoſtolicæ cõfirmamus. Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ authoritate & Diocæſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit ſecundò tertiouè cõmonita niſi pſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Datum *Benevent.* per manum *Gerhardi* ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Notarij, Calendas Julij. indictione 2. incarnationis Dominicæ anno M. C. LXIX. Pontificatus verò Domini *Alexandri* Papæ III. anno decimo.

## Pro aqua in fonte ad Monaſterium dono data.

IN nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti. *Henricus* Dei gratia Dux *Bauariæ* atq; *Saxoniæ* &c. Notum ſit omnibus tàm præſentibus quàm futuræ ætatis ſucceſſoribus, qualiter nos ob amorem diuinæ pietatis fratribus Eccleſiæ S. *Zenonis*, Deo & ſanctis ibi patrocinantibus, eidemque jugiter famulantibus, aquam, vnam in ſalina *Halla* de aſſere vnò haurienda, absque omni angarietione & promulgatione ſententiæ quam nos in eandem aquam habuimus, in tranquillitate & absque alicuius opponente contrarietate poſſidendum, permiſimus. Si verò in huius aquæ traditione voluntas noſtra varietate diſpenſationeq; temporis & conſilij immutata fuerit, centum talenta præfatis fratribus reddemus, & nos in ſupradictam aquam ſententiam ſicut juſtitia dictauerit, in judicio noſtro in eandem aquam dandam non negabimus. Vt verò huius paginæ ordo in ſupradicto conditionis pacto ratus & incommutabilis permaneat, teſtimonialis noſtri impreſſio ſigilli eum corroborat. Qui autem huius diſpenſationis ordini intererant, eorum nomina ſunt hæc. Comes *Pertoldus* de *Andechſe*. *Otto* maior Palatinus de *Witilineſpach*, *Heinricus* de *Stouphe*, *Eberhardus* de *Frichindorf*. Datæ *Ratiſponæ*, Anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXII. glorioſſimi autem *Henrici* Ducis *Bauariæ* & *Saxoniæ* Anno peregrinationis primo. *Baldvvinus* Notarius Domini Ducis aſſignauit.

Confir-

## Confirmatio Ordinis & fundationum noſtri monaſterij per *Celeſtinum* Papam III.

C*Eleſtinus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis *Wiemanio* Præpoſito Eccleſiæ S. *Zenonis Hallenſis*, eiusque fratribus tàm præſentibus quàm futuris religioſam vitam profeſſis, in perpetuum. Quoties à nobis petitur, quod Religioni & honeſtati conuenire dignoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam S. *Zenonis* in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo canonicus, qui ſecundum Dei & B. *Auguſtini* regulã in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem tẽporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bona eadẽ Eccleſia in pſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurũ conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisq; ſucceſſoribus & illibata pmaneant. In quibus hæc ꝓpriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo pſata Eccleſia ſita eſt cum omnib⁹ ptinentiis ſuis, decimalẽ ſalem, & pdiũ q; nominatur *Svvant* cum omnib⁹ appenditiis ſuis, aquam in fonte *Halla*, quam dedit *Ebo*, aquã quam dedit *Iacco*, aquam q̃ dedit *Henricus Eninkil*, pdium q; dedit *Sigeboto Occheim*, prædium q; dedit *Heinricus Nutzerpoum*, capellam *Intzella* dictã cum prædio & omnibus appenditiis ſuis, & omni integritate decimarum, quam venerabilis frater noſter *Albertus Salisburgenſis* Archiepiſcopus liberè vobis & Eccleſiæ veſtræ donauit. Sanè noualium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoq; vobis clericos vel laicos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum poſt factã in veſtra Eccleſia profeſſionem, niſi arctioris religionis obtentu, abſq; Præpoſiti ſui licentia liceat ab eodem loco diſcedere; diſcedentem verò abſque cõmunium literarum cautione nullus audeat retinere. Libertates quoq; & immunitates, antiquas & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ veſtræ conceſſas, & in capellis in Parochia veſtra ſitis hactenus obſeruatas, ratas habemus, & eas ppetuis tẽporibus illibatas permanere ſancimus. Inhibemus inſuper vt infra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu Diocæſ. Epiſcopi & veſtro capellam ſeu oratorium de nouo conſtruere audeat, ſaluis priuilegiis Romanor. Pontificũ. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excõmunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſubpreſſa voce diuina officia celebrare. Chriſma verò, oleũ ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarũ, ordinationes clericorum veſtrorum, q ad ſacros ordines fuerint ꝓmouendi, à Diocęſano Epiſcopo, ſi catholicus fuerit, & gratiã atq; cõmunionem apoſtolicę ſedis habuerit, ea vobis gratis & ſine prauitate aliqua volumus exhiberi. Sepulturam prætèrea ipſius loci liberã eſſe decernimus, & eorum deuotioni & extremę voluntati q ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè vel excõmunicati vel interdicti fuerint, null⁹ obſiſtat, ſalua tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Obeunte verò te nunc eiuſdẽ loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars

conſilij

conſilij ſanioris ſecundum Dei timorem & B. *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum. Paci quoq; & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine prouidere volentes, authoritate apoſtolica prohibemus, vt infra fines locorum veſtrorum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violētiam aliquam temerè audeat exercere. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis apoſtolicæ authoritate, & *Salisburgenſis* Archiepiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſæcularisue perſona hanc noſtrę conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò tertiòue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisq; ſui careat dignitate, reamq; ſe diuino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen.

Datum *Lateran.* per manum *Cenelij* ſanctæ *Luciæ* in Horthea Diaconi Cardinalis, Romanæ Curiæ Camerarij, XVII. Calen. Aprilis. Indictione tertiadecima. Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XC. IV. Pontificatus verò Domini *Celeſtini* Papæ III. anno quarto.

## Pro defenſione Eccleſiæ per *Heinricum* Ducem *Bauariæ.*

NOs *Henricus* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni,* Dux *Bauariæ* &c. Tenore pręſentium declaramus, quod nos cœnobium S. *Zenonis* apud *Halle* ſitum, in noſtram protectionem recepimus ſpecialem, vt quicunque eandem Eccleſiam in bonis ſuis grauare præſumpſerit, nobis ipſis factam eſſe præſumptionem hujuſmodi reputemus. Mandamus ergò Judici ac vniuerſis ciuibus in *Halle* firmiter iniungentes, vt ſi quis hominum dictum Cœnobium in redditibus ſuis grauet, vel moleſtare præſumat, loco noſtri ipſum fideliter defendatis. Officialibus etiam noſtris diſtrictè præcipimus vt decimas in *Caſtuna* & de officio in *Halle,* & penes *Halle* quas eidem Cœnobio, piæ memoriæ *Ludouicus* Comes Palatinus *Rheni,* Dux *Bauariæ* auus noſter contulit, de bonis noſtris ei primò ſoluantur. Quicunque verò officialium noſtrorum hoc neglexerit, noſtram indignationem ſentiet & offenſam. Illud etiam adiicimus, vt ſi fortè eadem bona vendere, obligare, vel quoquomodo à nobis alienare contingat, prædictum tamen cœnobium in perceptione decimarum debeat permanere. Tibi verò Judici ſub obtentu beneuolentiæ noſtræ præcipimus, vt ſi apud te pro aliquo debito ipſis ſoluendo depoſuerint quærimoniam, ipſis debitam juſtitiam & ſatisfactionem facias exhiberi. Alioquin de voluntate noſtra eſt, vt ipſos compellant per ſacramenta Eccleſiaſtica ad ſoluendum. In cuius rei teſtimonium, ipſi Cœnobio dedimus præſentes litteras noſtri ſigilli robore communitas. Datum in *Trauenſtein*, Anno Domini Milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo tertio. Nonis Februarij.

Confir-

## Confirmatio *Bonifacij* Papæ VIII.

*Bonifacius* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* in *Hallis*, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diocœſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alias indulgentias vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & monaſterio prædicto indultas, ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Lateran.* V. Calend. Martij. Pontificatus noſtri anno ſexto.

## Confirmatio *Vrbani* Papæ VI. omnium noſtrorum bonorum.

*Vrbanus* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* extra muros oppidi *Reichenhallenſis*, per Præpoſitũ ſoliti gubernari, ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diocœſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras & monaſterium de *Reichenhall* prædictum, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus atque noſtra, omnesq́; libertates & immunitates à prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, vel alias indulgentias, vobis & monaſterio veſtro prædicto conceſſas, nec nõ liberates & exẽptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, V. Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno quarto.

## Protectio Monaſterij S. *Zenonis*, per *Ludouicum* Ducem *Bauariæ*.

*LVDOVICVS* Dei gratia Comes Palatinus *Rheni* & Dux *Bauariæ* &c. Iudici & vniuerſis ciuibus in *Hallæ* gratiam ſuam & omne bonum. Notum eſſe volumus veſtræ vniuerſitati, quod nos Cœnobium ſancti *Zenonis* apud *Hallæ* ſitum in

noſtram protectionem recepimus & defenſionem, vt quicunq; eandem Eccleſiam in bonis ſuis grauare præſumpſerit, nobis factum eſſe reputamus. Veſtræ ergò mandamus vniuerſitati firmiter iniungentes, vt ſi quis hominum antedictum cœnobium in redditibus ſuis grauet, vel moleſtare præſumat, loco noſtri defendatis. Decimam verò quam ipſis contulimus, officialibus noſtris præcipimus, vt eis primò de bonis noſtris ſoluant, quicunq; officialium noſtrorum hoc neglexerit, noſtram ſentiet offenſam & indignationem. Tibi verò judici ſub obtentu noſtræ beneuolentiæ præcipimus, vt ſi apud te pro aliquo debito ipſis ſoluendo aliquam depoſuerint querimoniam, ipſis debitam exhibeas juſtitiã & ſatisfactionem plenariam. Quod ſi non feceris, de noſtra bona eſt voluntate & licentia, vt per diuina ipſos compellant ad ſoluendum.

## Confirmatio omnium bonorum & priuilegiorum per *Martinum* Papam V.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Prępoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* extra muros oppidi *Reichenhallæ*, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diocœſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, ſiue alias indulgentias, vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non liberates & exēptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis & monaſterio prædicto, ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis, vobis & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominũ liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctos Apoſtolos, V Idus Octobris. Pontificatus noſtri anno vndecimo.

## Confirmatio ſanctiſſimi Domini noſtri *Alexandri* Papæ priuilegiorum Monaſterij.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filjis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* propè oppidum *Reichenhall* per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diocœſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigore quitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris juſtis poſtulationibus, grato cõcurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quę in pręſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis pſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus, atque noſtra, omnes quoq; libertates & imunitates à pdeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue p priuilegia vel alia indulta vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem

decimas

decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, Dominia, domos, terras, vineas, hortos, prata, paſcua, ſyluas, nemora, poſſeſſiones, molendina, jura, juriſdictiones, & alia bona ad Monaſterium prædictum ſpectantia, necnon parochiales & ſine cura Eccleſias, quas eidem Monaſterio vnitas ſiue incorporatas exiſtere, & vos in vſus proprios canonicè obtinere aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſecundo. Decimo ſeptimo Calendas Aprilis. Pontificatus noſtri anno primo.

## Confirmatio Priuilegiorum Monaſterij D. *Zenonis*, per *Innocentium* octauum.

INNOCENTIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* propè oppidum *Reichenhall*, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur q; juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor equitatis quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à pdeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alia indulta, vobis & monaſterio veſtro conceſſas, necnon libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidē Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autē decimas, primitias, fructus, redditus, prouentus, domos, terras, hortos, vineas, prata, paſcua, ſyluas, nemora, poſſeſſiones, molendina, aliaq; mobilia & immobilia bona, ad dictum monaſterium ſpectantia, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidē monaſterio authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalua in prædictis decimis moderatione Concilij generalis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud S. *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, quadringenteſimo, octuageſimo ſexto, tertio Nonas Iulij. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## Confirmatio omnium bonorum Monaſterij per *Leonem* Papam X.

LEO Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* per Præpoſitum ſoliti gubernari, propè & extra muros oppidi *Reichenhall* Canonicorum Regularium ordinis S. *Auguſtini Salisburgenſis* Diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt, tàm vigo æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinē officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino

filij veſtris juſtis poſtulationib.[que] grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia vel alia indulta, vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & dicto veſtro Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem parochiales Eccleſias & Capellas *Salisburgenſis* Diocœſis, quas eidem Monaſterio canonicè vnitas, annexas, & incorporatas eſſe aſſeritis, nec non decimas, primitias, oblationes, cenſus, fructus, redditus, prouentus, terras, domos, poſſeſſiones, jurisdictiones, & alia bona ad præfatum Monaſterium pertinentia, ſicuti ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis & communtionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Romæ* apud ſanctum *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, quingenteſimo quarto decimo. VI. Calendas Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

## Confirmatio noſtrorum bonorum per *Iulium* Papam II.

*IVLIVS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Præpoſito & Conuentui Monaſterij S. *Zenonis* propè *Reichenhall*, per Præpoſitum ſoliti gubernari, ordinis B. *Auguſtini Salisburgenſis* Diocæſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinē officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, ſub B. *Petri* protectione ſuſcipimus atq; noſtra, omnes quoq; libertates & immunitates à p̄deceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſiue per priuilegia, vel alia indulta vobis & monaſterio veſtro conceſſas, nec nō libertates & exemptiones ſecularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas, ſpecialiter autem, decimas, primitias, redditus, prouentus, domos, terras, vineas, hortos, campos, prata, paſcua, ſyluas, nemora, poſſeſſiones, molendina, donationes, venationes, ſalinas, piſcarias, mancipia, Dominia, infeudationes, juriſdictiones, jura etiam patronatus, & præſentandi, venandi, piſcandi, infeudandi, & alia bona ad Monaſterium prædictum ſpectantia, nec non parochiales & ſine cura Eccleſias, quas eidem monaſterio vnitas, ſiue incorporatas eſſe, & vos in vſus proprios canonicè obtinere aſſeritis, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem monaſterio authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſalua in prędictis decimis moderatione concilij generalis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam ſciens noſtræ ſuſceptionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationē omnipotentis Dei ac BB. *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. *Romæ* apud S. *Petrum*, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, quingenteſimo octauo, tertio Calendas Ianuarij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

## Catalogus Præpoſitorum Monaſterij S. Zenonis.

I. LANZO.
II. HAINRICVS primus.
III. RVDOLPHVS.
IV. HAINRICVS ſecundus.
V. WEICHMANNVS.
VI. PABO.
VII. RVGERIVS.
VIII. CONRADVS.
IX. IOANN. *Pachreitter.*
X. OTTO *Hegler.*
XI. VDALRICVS *Pachmayr.*
XII. OTTO ſecundus.
XIII. CONRADVS ſecundus dictus *Reinſvveckhl.*
XIV. PAVLVS.
XV. CHRISTIANVS *Reinſchmidt.*
XVI. IOANN. *Kolb.*
XVII. IOANN. *Prunleitner.*
XVIII. IOANN. *Weinfeldner.*
XIX. LVDOVICVS Epiſcopus *Chiemenſis.*
XX. IOANNES *Peuntekhler.*
XXI. OSWALDVS *Ferg.*
XXII. WOLFGANGVS *Lueger.*
XXIII. PAVLVS *Rothofer.*
XXIV. ERASMVS *Sibenbekh.*
XXV. ANDREAS *Härtl.*
XXVI. WOLFGANGVS *Neuhauſer.*
XXVII. MELCHIOR *Danavver.*
XXVIII. LEONARDVS *Agricola.*
XXIX. GEORGIVS *Berreiter.*
XXX. GEORGIVS *Reitmair*, modernus Præpoſitus.

## PRÆTERMISSA.

CVm iam ſupremam manum huic operi Typographus vellet imponere; nactus ſum quædam huc ſpectantia; ſæpius à me partim per literas, partim per intermedias perſonas petita: quæ lectori ſuis quæque locis inſerenda, hîc addere, haud abs re viſum fuit.

PRÆPOSITI Collegiatæ Eccleſiæ ſancti ZENONIS in YSINE, al. Iſin. *Ad Tom. 2 pag. 448.*

